Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/carminap00pind

48C
583
73
I

PINDARI CARMINA

PROLEGOMENIS

ET

COMMENTARIIS INSTRUCTA

EDIDIT

W. CHRIST.

283861
3. 33

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCXCVI.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO.

Habent sua fata libelli non solum postquam editi sunt, sed etiam priusquam in lucem emittantur. Futura in votis sunt, ut viris doctis placeant et aequos iudices nanciscantur. Praeterita opportunitate huius praefationis usus breviter iam enarrabo. Ex quo abhinc viginti quinque annos primum Pindari carmina in Bibliotheca Teubneriana recensui, tam multa a viris doctis et Germaniae et aliarum nationum ad emendandam poetae orationem collata sunt et ipse iteratis curis meliora edoctus sum, ut vitia et errores editionis prioris stereotypa arte in perpetuum propagari nollem. Qua de causa priores meas curas recognoscere et supplere constitui, ut et emendatior et plenior meus liber evaderet. Neque solum eos locos, quibus labem verba poetae traxisse videbantur, aliorum ope adiutus denuo examinare et perpolire adnisus sum, sed etiam totam formam prioris editionis plus una ex parte mutare decrevi. Primum commodiorem et utiliorem apparatum criticum fore existimavi, si non solum varias lectiones rettulissem, sed etiam quibus quaeque codicibus niteretur adnotassem. Quod ut facerem, quinam codices ad memoriam traditi textus recuperandam plane necessarii essent diligenter rimatus sum et si quo loco lectio optimorum codicum dubia esse videbatur, denuo eos inspiciendos curavi. Deinde metricam formam carminum magis perspicuam fore putavi, si cola carminum, si minus omnium, attamen logaoedicorum dividerem et varia genera numerorum ipsa externa specie distinguerem. Schematis autem metricis subtiliores rationes rhythmicas exprimendi et varias moras syllabarum discriminandi audacia, quo magis in artem Pindari inquirebam, eo iustior et probabilior mihi esse videbatur. Has autem rationes ut aliis quoque probarem, prorsus necessarium esse cognovi, ut lineamenta artis Pindaricae in Prolegomenis adumbrarem et singula schemata metricis commentariis illustrarem. Porro fragmentorum delectu usui lectorum minus consuli quam plena collectione dudum ab amicis commonitus eram; itaque hanc quoque provinciam diligentiore cura pertractare coepi, et cum multum lectorum referre cognovissem ut ubi quodque fragmentum exstaret certiores fierent, etiam locos unde quodque sumptum esset adnotare institui. Denique fastis quoque Pindaricis similiter atque ab Luciano Muellero in tersa Horatii editione factum est, editionem hanc locupletare et indice nominum propriorum et rerum notabilium instruere ex re esse mihi visum est.

Verum enim vero hoc modo liber modulos Bibliothecae paulatim ita excessit, ut amici me monerent, ne media in via subsisterem,

sed editionem qualem nunc iam magis quam olim philologi cuperent pararem commentariis perpetuis instructam. Atque dudum me bibliopolae honestissimi adierant, ut Dissenii commentarios, quos Schneidewinus recognoscere et supplere coepisset, plenos iam recognoscerem et provecto huic statui disciplinae philologicae accommodatos redderem. Diu refragabar et molestum onus infirmis meis cervicibus imponere dubitabam. Nam Dissenii commentarii, quamvis elegantes et diserti, multis ex partibus mihi displicebant et novos commentarios conscribendi curam et Wilamowitzii doctrinam aemulandi conamen viribus meis maiora esse videbam. Tandem aliquando cum laborum fugam turpem esse reputassem et etiam mediocres dilucidationes multis gratas fore sperare coepissem, ut hanc quoque partem iustae editionis in me reciperem commotus sum. Triplici autem modo operam meam partitus sum. Nam quae res non ad unum aliquem versum sed ad omnia Pindari carmina pertinebant, eas in Prolegomenorum libris tertio et quinto pertractavi. Singulis vero carminibus introductoria commenta praemisi, quibus argumentum et sententiarum nexum aperirem et quae de victore quoque et civitate aliunde tradita essent componerem. Denique in exegeticis commentariis textui subiectis perplexos locos enodare, rerum difficultates expedire, dicendi usum artisque veneres illustrare studui, ut quidquid lumine interpretationis indigeret, sicco pede transilirem nihil. His autem in rebus omnibus virorum doctorum, qui ante me Pindari carmina commentati erant, subsidiis sedulo, ut par fuit, usus sum. Atque profectus sum a veteribus scholiis, quorum in rebus historicis verba ipsa attuli, et ab amplissimis Boeckhii et Dissenii commentariis, ex quibus pleraque me mutua sumpsisse grato animo confiteor. Sed multa etiam mihi suppeditarunt praeter editiones et commentationes criticas (v. p. XII s.), quibus tamquam fundamento sanam interpretationem niti oportet, editores Maur. Schmidt (1869), Fennell (1883), Bury (1890), Gildersleeve (1890), Boehmer (1891), interpretes Thiersch (1820), Fraccaroli (1892), commentatores Mezger, Pindars Siegeslieder (1880), Leop. Schmidt, Pindars Leben und Dichtung (1862), Ed. Luebbert, Meletemata Pindarica (1878—89), Drachmann, De recentiorum interpretatione Pindarica (1891), Tafel Rauchenstein Furtwängler de Jongh Friederichs Jurenka, quos omnes eo magis hoc loco cum honore nomino, quod quae singulis locis iis deberem referre nimis longum et molestum esse duxi.

Ad extremum amicis, qui in ardua et ampla hac opera me consilio scriptis monitis adiuverunt, gratias ago quam maximas, inprimis Carolo Rück et Georgio Karo et Ottoni Schroeder, qui locis dubiis codices Vaticanos et Mediceos denuo in meam gratiam excusserunt, et Iosefo Hirmer, qui in plagulis corrigendis meorum oculorum languorem humanissime sublevavit.

Monachii.

W. Christ.

PROLEGOMENA.

I.

DE CODICIBUS SUBSIDIISQUE CRITICIS.

Cum duo viri de Pindari carminibus emendandis post immortalem Aug. Boeckhii memoriam meritissimi ita in utramque partem peccassent, ut librorum manu scriptorum fidei alter nimium, parum alter tribueret, mihi mediam inire viam visum est. Tycho enim Mommsenius, ne magnam operam codicibus religiose excutiendis et scite digerendis navatam iacere contemnive sineret, reliqua artis criticae subsidia, quae in carminibus recognoscendis et plura et potiora esse solent, ita posthabuit, ut haud raro poetae verba summorum virorum ope fere perpolita librorum naevis atque erroribus iterum commacularet. Theodorus autem Bergkius codices neque optimos neque subtiliter ponderatos adhibuit et summa, qua florebat, ingenii felicitate fretus iis quoque locis, quibus a codicibus recte aestimatis lex ac norma erat petenda, suo arbitrio indulgere maluit; in novissima vero sive quarta editione Poetarum lyricorum graecorum virum egregium magis studio aliorum opiniones reiciendi quam suos errores corrigendi ductum esse in censura eius libri (ann. class. phil. 1889 p. 1 sqq.) exemplis comprobavi. Ipse et in ea, quam viginti quinque annis abhinc in Bibliotheca Teubneriana paravi editione et in hac, quam nunc in lucem emitto, sedulo curavi, ut et codicum subsidiis a Mommsenio potissimum paratis prudenter uterer et Pindari rationes metricas grammaticasque diligentissime scrutarer.

De codicibus. In apparatu critico adstruendo Mommsenius rectissime monuit, primum omnium libros a Byzantinis grammaticis, Thoma Magistro Moschopulo Triclinio, interpolatos a veteribus integrisque exemplaribus probe esse distinguendos. Isti magistelli cum suo Marte scabros numeros expedire et orationis menda expellere studerent nec, si paucos quosdam locos ut O. XI 8. N. I 52. III 35.

v 20. I. iv 10, quos num ipsi emendaverint possis dubitare, exceperis, ex aliis melioribusque, quam nos, fontibus haurirent, libris ab iis correctis nihil auctoritatis tribuendum est. Veterum autem librorum fide ut recte utaris neve certas numerorum grammaticaeque leges codicum mendis corrumpi patiaris, originem et naturam eorum paulo accuratius scruteris oportet.

Atque primum uno de capite omnes codices ortos esse ex glossis lacunisque omnium communibus (cf. O. ii 29. vii 49. x, 25. P. v 118. xi 42 al.) satis apparet. Quo autem tempore illud, priusquam in varios rivulos diduceretur, exemplar exstitisse videatur, iam nobis quaerendum est. In membris igitur carminum dispescendis cum omnes libri fere ubique ita consentiant, ut grandis illius numerorum generis, quale Thebano poetae veteres et peritos iudices tribuisse in commentatione academica, Die metrische Ueberlieferung der Pindarischen Oden (Abh. d. bay. Ak. t. XI a. 1868) probavi, nulla fere vestigia supersint, archetypum illud post Aristophanem grammaticum, quem primum lyricorum carmina in cola divisisse Dionysius Halicarnasseus de verb. compos. c. xxii et xxvi memoriae tradidit, exaratum esse consentaneum est. Accuratiora docet comparatio lectionum codicum cum scholiis veteribus instituta; haec enim ex Didymi potissimum copiosis commentariis compilata esse inter omnes satis constat; iam vero integriora, quam Pindari codices exhibent, exemplaria scholiorum compilatorem ante oculos habuisse cum alia demonstrant tum adnotatio P. xi 42 adiecta. Etenim quod scholiasta dicit *λείπει τὸ ὀφείλεις*, id satis arguit in illius libris glossam *χρή*, quae in omnes codices nostros irrepsit, nondum additam fuisse. Itaque archetypum nostrorum librorum post eius, qui scholia vetera compilavit, aetatem scriptum fuisse pro certo statuas; is autem non solum Didymum sed ne Herodianum quidem, utpote bis laudatum (cf. schol. O. i 18 et P. iii 65), antecessit, quamquam certius aliquid definire equidem non ausim.

Illo in libro archetypo numerorum causa adeo nihil erat novatum, ut et verba quae metrorum legibus excludi dudum grammatici intellexerant, ut *φιλέοντι δὲ Μοῖσαι* O. ii 26, loco non cesserint, et vulgares formae, quamvis metro repugnantes, formas reconditiores persaepe expulerint. Praeterea librarius archetypi haud raro variantes lectiones vel ex scholiis excerptas vel ex aliis, quos more tum recepto cum suo exemplari contulerat, codicibus enotatas in margine aut supra lineam adiecerat, unde in nostris quoque codicibus passim duae lectiones, una infra altera supra lineam scriptae occurrunt. Denique continua scriptura et maiusculis litteris archetypum illum

exaratum fuisse, eius rei documento sunt verba falso saepe partim disiuncta partim coniuncta et litterae *A* et *Δ*, *T* et *Γ* in codicibus nostris, praesertim in vetustissimis libris Ambrosiano et Vaticano crebro commutatae.

Ex archetypo illo, non ipso, sed apographis eius et ipsis deperditis originem duxerunt codices veteres, quibus tamquam fundamento in verbis poetae recensendis uti nos oportet. Sunt autem hi:

A = Ambrosianus C 122, saec. XII, continet O. I—XII cum scholiis propriis Ambrosianis, idem frequenter habet varias lectiones supra lineam ab eadem antiqua manu scriptas. Codex optimus in colometria et lectionibus haud raro ab omnibus reliquis libris recedit et O. X 25 solus glossa *Ἡρακλέης* vacat, unde proprium locum sibi vindicat; idem tamen gravibus foedisque mendis neutiquam caret.

B = Vaticanus 1312, saec. XII ex., continet omnia carmina cum scholiis propriis Vaticanis, nisi quod foliis aliquot deperditis nunc desunt O. I 1—22, 47—68. V 9—24. P I 1—II 56. I. V 58 —VI 24. VIII 19—38. 64—fin. Manus recentior (B^2), quae a prima manu (B^1) religiose distinguenda est, multa partim correxit partim supplevit. Codex est optimus testis alterius familiae, non tamen tam integer, ut aliis testibus eiusdem familiae prorsus carere possimus. Nonnullis locis, quibus quid codex exhiberet, etiam post Mommsenii operam dubium fuit, C. Rück et O. Schroeder denuo codicem inspexerunt.

C = Parisinus 2774 saec. XII ex., continet O. I—P. V 51 sine scholiis, idem multas correcturas perpessus est, ut genuina lectio saepe oblitterata sit. Codicem medium locum inter *A* et *B* obtinere inprimis inscriptiones odarum O. III. V. VI. VIII demonstrant.

D = Mediceus 32, 52 saec. XIII/XIV, continet omnia carmina et fr. 1 cum scholiis Vaticanis mixtis, eiusdem est familiae atque *B*, sed plenior illo; correctus est manu interpolatrice. Dubiis locis G. Karo codicem denuo excussit.

Horum codicum varias lectiones omnes in critico apparatu huius editionis exscriptas habes, praeterquam quod, ne inutili farragine nebulam magis quam lucem oculis lectorum offunderem, enotare supersedi accentus, spiritus, menda orthographica et orthoepica, *ν ἐφελκυστικά* falso aut adiecta aut omissa, vocales non elisas, iota subscribendum omissum, litteras verborum male disiunctas aut coniunctas, formas vulgaris sermonis pro dialecticis parti codicum illatas, quibus in rebus omnibus fere nullam auctoritatem codicum

esse inter peritos iudices constat. Quas minutias si quis curat, non tam ut orationem poetae emendet quam ut quae ratio inter singulos codices intercedat accuratius cognoscat, horrea locupletissima editionis Mommsenianae adeat.

Quatuor, quos modo recensui, codicibus formam textus Pindarici, qualem Byzantini a veteribus Graecis acceperant, plenam repraesentari neque ad instaurandam eius memoriam aliis codicibus opus esse plane mihi persuasum est. Neque quae docta et diligenti commentatione Abelius Wien. Stud. IV 225—62 de novis subsidiis apparatus critici et stemmate codicum disputavit, in aliam sententiam me traxerunt. Nam quas me ipsum ex aliis codicibus lectiones comprobasse et in textum recepisse coarguit, eas non ex meliore fonte fluxisse, sed facillima opera a librariis, scholiis hic illic adhibitis, correctas esse apparet. Sed cum ante typographiam inventam in deterioribus codicibus nonnulla menda sublata sint, omnis autem lectionis receptae auctorem testemve mihi indicandum proposuissem, hic illic etiam alii codices, qui illis integritate proximi essent et ex quibus emendata lectio fluxisse videretur, in critico apparatu mihi commemorandi erant. Sunt autem hi:

E = Mediceus 32, 37 saec. XIV in., continet Olympia et Pythia cum scholiis Vaticanis mixtis; optimus codex est secundae classis post libros *B* et *D* neque tamen ad vetus exemplar textus Pindarici restituendum plane necessarius.

F = Mediceus 32, 33 saec. XIV in., continet Olympia et Pythia cum scholiis Vaticanis mixtis; affinis est codici *E*.

G = Gottingensis 1 saec. XIII, continet O. II—XIV et P. I—XII cum scholiis Vaticanis mixtis; affinis est codici *E*.

P = Palatinus bibliothecae Heidelbergensis 40 saec. XIII, continet Olympia et Pythia sine veteribus scholiis; affinis maxime est codicibus *DE*.

Q = Mediceus 32, 35 saec. XIII, continet Olympia et Pythia cum scholiis Vaticanis mixtis; cognatus est codici *P*.

R = Urbinas 144 saec. XV, continet Olympia et Pythia cum scholiis Vaticanis mixtis; affinis est codici *Q*.

O = Leidensis Q 4 saec. XIII ex., continet O. I—XIII cum scholiis Vaticanis mixtis; cognatus est codicibus *C* et *E*.

N = Ambrosianus E 103 saec. XIII ex.; conspirat cum *O*, qua de re confer v. l. O. XI 10.

V = Parisinus 2403 saec. XIII ex., continet Olympia et Pythia et Nem. I—IV 68 et VI 33—44 cum scholiis Vaticanis mixtis; ex *E* interpolatum eum esse docet P. IX 10, cognatus est codicibus Thomanis.

X = Parisinus 2709 saec. XV, continet Olympia et Pythia et Nem. I—IV 68; ex cod. *V* descendere videtur, sed quaedam peculiaria habet. Eiusdem familiae est *Y* = cod. Paris. 2709 saec. XV et *Z* = Vindob. 58 saec. XV, qui iam tam saepe correctus est, ut interpolatis propior sit quam veteribus.

Byz. = Thomani et Moschopulei et Tricliniani codices, a grammaticis istis Byzantinis interpolati eorumque scholiis instructi; correcturae Moschopuleae et Triclinianae maximam partem metricae sunt.

De scholiorum subsidiis. Praeter codices ad recensenda verba poetae scholia et veterem paraphrasin, ut quae non solum codicibus ipsis sed etiam fonte eorum antiquiora sint, adsciscenda esse cum dudum intellectum esset, tum a Lehrsio praeclaro libro Die Pindarscholien (1873), clara in luce positum est. Itaque eorum quoque testimonia de scripturae discrepantia aliquanto plenius, quam a superioribus editoribus factum est, in adnotatione critica commemoravi, quamquam ne in Heimsoethiorum Hartungiorumque nihil non ex scholiis elicientium ineptias inciderem, summam adhibui cautionem. In scholiorum autem testimoniis afferendis me aliis quam Boekhianae editionis subsidiis uti non potuisse aegerrime fero, quoniam editio scholiorum accurato et pleno apparatu critico instructa etiam post Abelii operam tenuissimam in desideriis philologorum est, neque mihi ipsi copia codices inspiciendi facta est.

De dialecticis formis. Verum etiam supra memoriam veterum grammaticorum ascendere nobis licet vestigia Pindaricae dialecti scripturaeque veteris rationes indagantibus et ad eorum analogiam reliquam orationem revocantibus. Atque primum Pindarus sermonem suorum popularium secutus vocabulorum *οὗ οἷ ἕ ἄναξ ἀνάσσω ἁνδάνω ἀχώ ἔδνεα εἴδομαι εἶδος εἴκοσι εἰπεῖν ἔπος ἕκαστος* (O. XIII 47) *ἕκατι ἐλπίς ἔοικα ἔργον ἐρέω* (P. IV 142) *ἔρξαι ἑσπέρα ἕννυμι ἔτος ἦθος Ἰάλυσος Ἰδαῖος ἰδεῖν ἴδιος ἴδρις Ἰλιάδας ἰόπλοκος ἴσαντι Ἰσθμός ἴσος Ἰωλκός οἶδα οἶκος Ὠανός* digammo initiali ita usus est, ut ante ea vocem in vocalem exeuntem patienter ferret, cuius rei exempla satis multa congesta habes in Augusti Heimeri Studiis Pindaricis in Actis univ. Lundensis a 1885 et in meo libello, Bei-

träge zum Dialekte Pindars, Sitz. d. bay. Ak. 1891 p. 25—86. Hoc ut ipsa scriptura indicarem, his vocabulis litteram digamma iis locis, quibus suam vim ea tuetur, praefigere non dubitavi, quamvis in nostris codicibus nullum digamma scriptum exstet. Hoc enim ita interpretor, ut archetypum illud Pindari, de quo supra disputavi, ad ultimum redire dicam ad exemplar Atticum, cuius civitatis librarii, cum a crassitudine Aeolicae litterae abhorrerent, ne alienigenarum quidem scriptorum ex libris eam eicere dubitarint. Verum enim vero vel nostri codices ante pronomen *οἷ ν ἐφελκυστικὸν* fere non addiderunt et menda nonnulla exhibent, quae ex digamma olim scripto nata esse videantur; cf. O. IV 9. X 87. P. VII 5. I. V 2.

Deinde cum et usu poetarum Aeolicorum et auctoritate codicum Pindari, quin etiam titulorum Boeoticorum fide constet, poetam nostrum formis *-οισι* pro *-ουσι*, *-σαις* pro *-σας*, *-σαισα* pro *-σασα*, *-οισα* pro *-ουσα*, *μοῖσα* pro *μοῦσα*, *φαεννός ψεφεννός κελαδεννός κλεεννός* pro *φαεινός κελαδεινός κλεινός*, *ἔμμεν* pro *εἶναι*, *Συράκοσσαι* pro *Συράκουσαι*, *ὄνυμα* pro *ὄνομα*, *κρέσσων* pro *κρείσσων*, *δέκομαι* pro *δέχομαι*, *γλέφαρον* pro *βλέφαρον*, *Ἀθᾶναι* pro *Ἀθῆναι*, *Κυράνα* pro *Κυρήνη* usum esse eundemque *ἡσυχία Μυκῆναι Ἰσμηνός πονήσαις ἥμενος* pronuntiasse, paucos locos, quibus contrariae formae in codicibus exstant, ad amussim ceterorum locorum et normam grammaticae redigere ausi sumus, id quod eo confidentius fecimus, quod etiam summos viros Boeckhium Hermannum Bergkium easdem rationes secutos esse viderim.

Contra proprietates quasdam rariores, ut *πεδά* pro *μετά* (O. XII 12. P. V 47. VIII 74. N. VII 74. fr. 124), *ἐν* pro *ἐς* (P. II 11. 86. IV 258. V 38. 76. N. VII 31. I. II 2. fr. 108. 119), *ἧς* pro *ἦν* (I. I 26), *τε* pro *σε* (O. I 49), infin. *-εν* pro *-ειν* (O. I 3. III 25. P. IV 56. 115. V 72), acc. pl. *-αις* pro *-ας* et *-οις* pro *-ους* (I I 24 sq., cf. P. II 21. X 60), acc. pl. *-ος* (*ως*) pro *-ους* (N. III 24. P. II 78. N. III 29. X 62), gen. sing. *-ω* pro *-ου* (O. III 19. VII 5. X 23. XIII 52. XIV 14. P. I 39. N. III 10), ut neglegere religioni duximus, ita non tam certas et Pindaro probatas habuimus, ut eas contra codicum fidem Pindari orationi inferre auderemus. Idem tamen vereor, ne iusto timidior fuisse videar, quod vulgares formas *πεσὼν* et *ἔπεσες* (P. II 41. VIII 21), *ἔνεγκε* et *ἐνεγκὼν* (P. IX 6. I. VIII 25), *ἑλικοβλέφαρος* (P. IV 172) contra codicum consensum expellere veritus sum. Prorsus autem a temeritate eorum afui, qui aut duplices formas verborum, velut indic. praes. in *-οισι* et *-οντι*, plane reiciendas, aut omnia verba Pindari ad normam Boeoticorum titulorum spreta codicum auctoritate

refingenda esse putarent. Licet enim mihi quoque persuasum sit Atticos librarios multa ad suam consuetudinem loquendi detorsisse et Pindarum ipsum Doricas formas, velut acc. pl. in -*ΟΣ* et inf. in -*EN*, vulgaribus et Atticis anteposuisse, tamen cavendum duximus, ne in textu poetae constituendo fundamentum pedibus subtraheretur.

De scriptura vetere. Scripturae generi, quo poeta ipse usus esse videretur, in recognitione textus Pindarici quam maxime animum attendendum esse in commentatione, Die älteste Textesüberlieferung des Pindar, Philol. XXV 607—36, exposui neque ex iis, quae tunc disputavi, quidquam nunc muto Bergkii aliorumque cavillationibus motus. Namque quod persaepe in codicibus Pindari litteris *ο ω* et *ε η ει* inter se permutatis iam ante scholiastarum veterum aetatem peccatum est, hoc inde explicandum esse patet, quod poeta ipse in carminibus suis scribendis vetere scriptura usus est, cuius signa cum Attici librarii, inscite solverent, fieri non potuit quin et sententiae et verba poetae nonnumquam corrumperentur. His igitur in rebus qui ullam codicibus auctoritatem tribuit, is fortunae temeritati scribarumque inscitiae plus quam rationis lumini se confidere fatetur. Ex eodem vero usu veteris scripturae repetendum est, quod in Pindari libris exarata inveniuntur *ἐσὶ* pro *ἐσσὶ* I. II 12, *ἁμὲς* pro *ἄμμες* P. IV 144, *θάλησε* pro *θάλλησε* N. IV 88. X 42, *ἐμὲν* pro *ἐμμὲν* vel *εἰμὲν* P. III 60. N. V 49. X 51, *ἤνεπε* pro *ἔννεπε* P. IV 97. N. X 79, multa alia, quae referre taedet. Etenim Pindarus vetere scribendi ratione usus et *O* pro *O* et *Ω*, *E* pro *E H* et nonnumquam etiam pro *EI* exarabat et litteras consonantes duplicandi cura supersedit, unde *ΑΜΕΣ* et Doricum *ἁμές* et Aeolicum *ἄμμες* exprimebat. Sed pleraque menda ex hoc genere scripturae nata tam facile vel metri indiciis tolli possunt, ut has minutias in apparatu critico enotatas omnes te aspernaturum fuisse confidam. In paucis est quod ambigas, utrum Pindaro placuisse putes *ξεῖνος* an *ξέννος*, *Παρνᾱσός* an *Παρνασσός*, *Καφισός* an *Καφισσός*, *κνίσα* an *κνίσσα*, *νίσομαι* an *νίσσομαι*. Alios autem quosdam errores reconditiores ex scriptura vetere Pindarica non intellecta natos sagaciter nuper indagavit Iurenka, Stud. Vind. IX 10.

Ad postremum ut quae de dialecto Pindari eiusque scriptura comperta habemus, complectar, in vetere exemplari Boeotico et ipsius poetae manu exarato infinit. praes. act. neque in -*ειν* neque in -*εν*, sed in *EN*, gen sing. sec. decl. neque in -*ου* neque in -*ω*, sed in -*O*, acc. plur. sec. decl. neque in -*ους* neque in -*ως*, sed in *ΟΣ* exiisse, neque *ξέννος* et *ἐμμέν* aut *ξεῖνος* et *εἰμέν*, sed *ΞΕΝΟΣ* et *EMEN* exstitisse sentio.

De coniecturis. Denique aliis quoque mendis Pindari carmina in omnibus codicibus partim incuria librariorum, partim iniuria temporis inquinata sunt, quae nisi audacioribus coniecturis non tollas. Atque iis quidem locis, qui aperte corrupti esse mihi videbantur, coniecturam aliquam in poetae verba recipere quam falsam propagare codicum lectionem malui, iis autem versibus, qui utrum depravati an subtili explicatione enodandi sint, dubitare possis, suspiciones cum aliorum tum meas textui subicere cautius ac modestius duxi. Atque pleraeque coniecturae, quas in orationem poetae recipiendas aut in apparatu critico commemorandas duxi, superiorum editorum et commentatorum sunt, inprimis Calliergi Cretensis, qui editionem Romanam a. 1516 adornavit, Erasmi Schmid (Vitebergae 1616), qui metricis rationibus accuratius indagatis plus quam sexcentis in locis Pindarum se emendasse vere gloriatus est, Cornelii de Pauw, qui in Notis in Pindarum (Trai. ad Rhenum 1747) felicior et cautior quam in aliis scriptoribus emendandis fuit, Aloysii Mingarelli, cuius coniecturas de Pindari Odis (Bonon. 1773) praestantissimas Heynius laudavit, Christiani Gottl. Heyne, cuius prima editio prodiit 1773, ultima correcta et ex schedis Heynianis aucta Lipsiae 1817, Augusti Boeckh, qui quamvis in editione locupletissima (Berolini 1811—1821) metris conformandis et verbis explicandis plus curae quam emendandis navarit, nonnulla tamen egregie emendavit, Godofredi Hermanni, qui in commentatione de dialecto Pindari (a. 1809, Opusc. I 245 ss.), Notis et Dissertationibus Pindaricis tertio volumini editionis Heynianae a. 1817 insertis, Censura editionis Dissenianae (Opusc VI 3 ss.), Emendationibus Pindaricis (Opusc. VII 129 ss. VIII 110 ss.) omnium subtilissime difficultates Pindaricae orationis expedivit, Friderici Thiersch, qui et in Actis philol. Monac. II 270 ss. et in versione Pindari Germ. (1820) grammatica aliquot menda feliciter sustulit, Iohannis Hartung, quo pauci sagacius, nemo audacius crisin Pindaricam exercuit (1855), Tychonis Mommsen, qui cum primus lectam supellectilem criticam comparasset (Berolini 1864) nonnulla etiam coniectura sanavit, Theodori Bergk, cui quater Pindarum in Poetis lyricis graecis edenti (1842. 1853. 1864. 1878) nova subinde seges feracissima coniecturarum ingeniosarum succrevit. Praeterea ab his editoribus et interpretibus in usum iam vocatae sunt Kayseri Lectiones Pindaricae (1840), Rauchensteinii Commentationes Pindaricae (1844—5), Heckeri epistola critica coniecturarum felicissimarum plena (Philolog. 5, 438 ss.), Schneidewini lucubrationes in Beitr. z. Kritik d. PLG. 1844 et in editione Bibliothecae

Teubnerianae foras editae. Atque cum diu paene temerarium visum esset post Boeckhii curas Pindari verba iterum sollicitare et coniecturis tentare, Bergkii ingenii felici successu alii quoque viri docti adducti sunt, ut obscuros locos, qui haud pauci restabant, acumine emendandi potius quam artificiis interpretationis expedire conarentur. Neque frustra emendando Pindaro operam navasse dixerim Mauritium Schmidt, Pindars Siegesgesänge, Jenae 1869, Johannem Bury, The Nemean odes of Pindar, London 1890, Eduardum Boehmer, Pindars sicilische Oden, Bonn 1891, Samuelem Naber, Mnem. N. F. XII 24—44, Henricum van Herwerden, Pindarica in ann. cl. phil. suppl. XIII 1—32 et Studia critica et epicritica in Pindarum, Trai. ad Rhen. 1884, Hugonem Iurenka, Novae lectiones Pindaricae in Stud. Vindob. vol. IX a. 1893, alios quos suo loco in commentariis nominabo. Inprimis Herwerdenum laudo, multa ingeniose tentantem, nonnulla feliciter persanantem. Mihi ipsi pauca iteratis curis emaculare contigit, plura, quae tentaminum quam emendationum nomine digniora duxi, in commentariis criticis delitescere quam in textu falsa specie splendere malui. Sed hic quoque chartis peperci neque omnes quas noveram et in chartas mihi conieceram coniecturas in apparatu critico enotandas et perscribendas existimavi. Etenim non tantam labem Pindari oratio traxisse mihi videbatur, ut audacibus coniecturis cum aliorum virorum doctorum tum Hartungii et Bornemanni obtemperare fas esse ducerem, neque multos fore spero, qui vana et inutilia tentamina a me silentio praetermissa esse querantur, nisi forte etiamnunc multi sunt, qui lusus ingenii inutiles immortalitati consecrari velint.

En rationes, quas in epiniciis Pindari recognoscendis et critico apparatu instruendis secutus sum. Carminibus epiniciis integris deperditorum carminum fragmenta adieci, Bergkii ordinem numerosque secutus, ne in citandis pretiosissimis reliquiis turbae moverentur. Eiusdem viri de Pindari carminibus immortaliter meriti exemplum aemulatus singulis fragmentis locos subieci, unde ea petita sint, et potissimas lectiones varias ex libris illis enotavi.

Editioni carminum et fragmentorum indiculum nominum propriorum rerumque memorabilium subiecimus ita adornatum, ut etiam res in commentariis exegeticis illustratas et proprietates elocutionis Pindaricae complecteretur. Plenum autem indicem orationis Pindaricae addere noluimus, ne in nimium ambitum liber accresceret; eo magis autem hoc labore me supersedere posse

arbitratus sum, quod ab Iohanne Rumpelio in locupletissimo Lexico Pindarico (Lips. in aedibus Teubneri 1883) satis huic provinciae provisum esse expertus cognovi.

II.

DE ARTE METRICA PINDARI.

Multa cum difficilia sint in carminibus Pindari recensendis et illustrandis, nihil difficilius est quam versus et cola stropharum recte dividere et summi poetae musicam artem, quae tantopere plausum hominum aequalium tulit[1]), deperditis notis musicis ex ipsa compagine versuum recognoscere. Qua de causa non mirum videbitur, si spinosis quaestionibus de metris Pindari curam maximam impendendam atque etiam in his Prolegomenis copiosius de iis disserendum duximus. Sed cum Pindaricorum metrorum ratio ab universa numerorum et metrorum doctrina pendeat neque ab arte ceterorum poetarum divelli possit, expositionem metricarum rationum plenam atque perfectam aequi iudices in his praefationis angustiis a me non exspectabunt. Quae autem Pindari propria et ad diagrammata metrica recte aestimanda necessaria sunt, duplici modo mihi illustranda proposui. Atque primum quidem singulis schematis brevia commenta metrica subiecimus, quibus in commentis quo numerorum genere stropha quaeque constet et quo modo locoque carmen quodque cantatum esse videatur, succincte expositum invenies. Neque si quo loco versuum divisio incerta fuit et plures scandendi viae iniri poterant, id silentio pressimus, immo plus uno loco versuum ictuumque duo schemata proponenda existimavimus. Nulla enim re metricos nostra memoria magis sibi ipsos officere cognovi quam quod de rebus dubiis tamquam de tripode uni sapientes praecipiunt, nihil aliorum opiniones curantes. Alteram copiam de re metrica Pindari disputandi mihi praebuit haec praefatio, in qua de colometria Pindarica universa id est de versibus pedibus colis numeris carminum Pindaricorum disserere et signorum metricorum explicationem proponere mihi visum est.

D e historia colometriae. Iustum fundamentum ut disputationi substruamus, ab historia colometriae nobis proficiscendum est. Pindari igitur carmina similiter atque reliquorum poetarum lyricorum librarii olim, cum et chartae parcerent et inaequalitate

1) Cf. Eupolim ap. Athen. p. 3a, Aristoph. av. 924. 939, Aristoxenum ap. Plut. de mus. 31.

versuum speciem parum gratam effici cognovissent, continua scriptura, tamquam soluta oratione composita essent, exarare solebant.[1]) Inter Alexandrinos grammaticos Aristophanes Byzantius primus editiones lyricorum et melicorum poetarum parasse fertur, in quibus strophae in sua quaeque cola discriptae exhiberentur, quod cum Dionysius Halicarnassensis[2]) ita narasset, ut melica carmina omnia ab Aristophane sive alio quodam metrico in cola divisa esse diceret, Thomas Magister[3]) ad Pindari carmina ipsa rettulit, sive Dionysii locum illum et veterum scholiorum incerta testimonia[4]) ad Pindarum coniectura trahens, sive alium auctorem nunc deperditum secutus. Quae autem cola Aristophanes in sua editione discriminaverat, ea tamquam a poeta ipso profecta essent, intacta fere posteriores grammatici et metrici servasse videntur. Sunt quidem nonnulli loci, quibus grammaticos leviora mutare et duos versiculos in unum ampliorem versum contrahere ausos esse scholia testantur (ad O. IX 125. 134. X 24), neque deest disertum testimonium Eustathii[5]), unde numerum versuum (*στίχων*) olim aliquanto minorem fuisse discimus. Sed ut recentiores grammaticos in dispescendis versibus etiam longius quam Aristophanem progressos esse largiamur, tamen iam Heliodorus metricus, qui primo saeculo post Chr. n. floruit, Pindari strophas in cola similiter atque in codicibus nostris factum videmus, divisas invenit et falsa colometria suorum librorum in turpes errores se induci passus est, id quod ex iis, quae Priscianus, De metris Terentii p. 427 K., de nugis istius grammatici memoriae prodidit, affatim apparet. Quo accedit quod papyrus antiquissimus, cui fr. 28 B debemus, carmina similiter atque in nostris codicibus factum est, in pusilla cola divisa exhibet. Aristophanes autem ille, ut in aliis partibus grammaticae acutum iudicem et diligentem perscrutatorem se praestitit, ita difficillimae huic provinciae metra Pindarica dividendi plane impar fuit. Quid? quod gravi ille crimine incusandus

---

1) Confirmata est haec sententia carminibus lapidi incisis, ut Isylli ex Epidauri ruderibus protractis et paeanibus in Atheniensi thesauro Delphico nuper a Francogallis repertis, quos Henr. Weil, Bull. de corresp. Hell. XVII (1894) 561 continua scriptura colis non distinctis exaratos esse disertim tradidit.

2) De comp. verb. c. XXII p. 312 Sch.: *κῶλα δέ με δέξαι νυνὶ λέγειν οὐχ οἷς Ἀριστοφάνης ἢ τῶν ἄλλων τις διεκόσμησε τὰς ᾠδάς.* conf. c. XXVI p. 429.

3) Vit. Pind.: *προτέτακται ὑπ' Ἀριστοφάνους τοῦ συντάξαντος τὰ Πινδαρικά.*

4) Schol. ad O. II 48: *τὸ κῶλον ἀθετεῖ Ἀριστοφάνης, περιττεύειν γὰρ αὐτό φησι πρὸς ἀντιστρόφους.*

5) Vit. Pind.: *ἐπινίκιοι κατὰ τὴν στιχομετρίαν ὡσεὶ τετρακισχίλιοι.* Colorum autem in codicibus nobis traditorum sunt plus quam quinque milia octingenta. Verum utrum auctor Eustathii Pindari carmina in cola divisa an continua scriptura exarata ante oculos habuerit, eo magis dubium est, quod etiam in codice *A* cola non singulos versus explent, sed lineolis discriminata sunt.

est, quod notis musicis, quae, ut ex Dionysio de comp. verb. 11 discimus[1]), exaratae etiamtunc exstabant et facili opera inspici poterant, ad difficilem suam provinciam expediendam uti supersedit.[2])

Etiam minus grammaticis Romanis Byzantinisque explicatio metrorum Pindaricorum successit. Quamquam enim in metricis scholiis codicum praeter commenta noviciorum magistellorum ab uno libello Hephaestionis dependentium etiam vetustioris artis a musicorum disciplina nondum plane solutae aliquot vestigia supersunt, tamen nihil fere ab istis promotum est. Vetus igitur ista colometria, quam eandem et codices et scholia exhibent, usque ad nostram memoriam integra remansit. Quae enim Pauwius et Heynius, ut scabros numeros paulo procliviores redderent, pauca et levia novaverunt, similia sunt ac si quis aedificii iam labentis ruinasque trahentis asseres laterculosque transponere et reficere studeat. Tandem aliquando Boeckhius, vir clarissimus mihique pie colendus, exstitit, qui insigni mentis acumine rationes Aristophanis veterumque grammaticorum futtiles esse et indiciis a poeta ipso significatis prorsus novum aedificium metrorum Pindari exstruendum esse doceret. Neque ille, qua fuit ingenii sollertia, in eo acquievit, ut viam novam ineundam esse moneret, sed ipse quoque versibus recte discriptis Pindari artem diu obrutam e tenebris quasi resuscitavit. Sane obscura haud pauca remanserunt, et ipsa inaequalitas versuum homines emunctae naris haud mediocriter offendit; sed quamquam Boeckhius, cum quid intervalli inter singulos versus intercederet non curasset et ad spatia pedum aequanda parum idoneis remediis usus esset, non omnibus desideriis virorum grammaticorum et musicorum satisfecit, tamen fundamenta artis Pindaricae iecit firmissima. His quisquis rem difficillimam promovere velit insistere debebit, unde bilem mihi movent, si quos video egregiis viri summi inventis adeo diffidentes, ut in versibus poetae citandis numeris insipidorum grammaticorum quam Boeckhiani acuminis uti malint. Ipse in hac editione Boeckhium et in dividendis versibus fere ubique secutus sum et numeros eius, passim illos quidem correctos, in priore et principali margine collocandos curavi. Tamen ne quis fidem codicum nimis neglectam quereretur, colometriaeque veteris discriptiones desideraret, versus codicum vete-

1) Bekkeri an. gr. 751, Crusius in Philol. LII 163 ff., Th. Reinach, la musique des hymnes de Delphes, Bull. de corresp. Hell. XVII (1894) p. 584 ss.

2) Quantopere a genuina colometria Aristophanes et veteres scholiastae metrici aberraverint, inprimis ex carmine O. XIV apparet, quod cum ex stropha et antistropha constare non perspexissent, antistropham in alia et pauciora cola quam stropham diviserunt.

rumque editionum in dextro margine numeravi et in diagrammatis metricis lineola verticali inter notas prosodicas posita, quo loco veteres grammatici versum quemque finivissent, significandum curavi. Maximum autem discrimen veteris et novae colometriae id est, quod veteres grammatici stropham illico in cola dividebant, nos primum stropham in versus sive periodos, deinde periodos in cola pedesque dirimendas esse existimamus. Qua de causa in his quoque commentariis primum de versibus, deinde de pedibus et colis disserere nobis placuit.

De versibus.

De versus fine. Versum dico ordinem rhythmicum continuis numeris decurrentem et pausa finitum. Ex hac natura versus duo consectaria sunt, primum, ut versus in media voce finiri nequeat neque elisionem vocalis in suo fine patiatur, alterum, ut in fine versus licentiae hiatus et syllabae ancipitis, quippe pausa finali satis excusatae, admitti possint. Haec duo indicia ubi concurrunt, finis versus non statui non potest, id quod cum ipsum per se satis appareat, tum longis carminibus, quale est P. IV viginti sex stropharum, extra omnem dubitationem positum est. Quis enim forte fortuna factum esse opinabitur, ut in tanto numero stropharum semper eodem loco verbum finiatur et licentiae hiatus et syllabae ancipitis solis his locis admissae inveniantur? Verum saepe accidit praesertim in brevibus carminibus, ut licentiae istae hiatus et syllabae ancipitis, ex quibus solis fidentius argumentari licet, omnino non admissae sint, unde infirmo indicio vocabuli finiti solo via discribendorum versuum indicetur. Infirmum autem hoc indicium dixi, quod inde ab Homero poetae non solum in fine versus semper, sed etiam in caesura versus plerumque verbum finire solebant. Atque etiam in longioribus odis versus occurrunt non pauci, in quibus mediis cum nusquam hiatus aut syllaba anceps admissa sint et solum certis quibusdam locis verbum semper finitum inveniatur, hoc non versus finis, sed caesurae sedis indicium esse putavimus, ut O. III str. 3. 4. ep. 3. 4. Quod cur statuendum duxerimus, suis locis aperiemus; hic solum lectores monitos velim, in diagrammatis locos, quibus in omnibus versibus eiusdem strophae verbum finiatur, virgula a nobis indicatos esse. Quid? quod etiam longius progressi ne indiciis quidem coniunctis verbi finiti et hiatus vel ancipitis syllabae ubique obtemperandum esse duximus. Namque cum nonnumquam Pindarum syllabam brevem finalem in arsi vi caesurae produxisse (v. O. VI 28. P. III 6. IV 184. XI 38. I. I 25, fortasse etiam O. VI 103. VII 86. P. IX 114. N. I 69. VI 22. 56) eundemque hiatum in caesura prae-

sertim post diphthongos ᾳ et ῳ non prorsus fugisse vidissem (v. O. III 30. VI 82. P. XI 47. N. VI 25. I. I 16. fr. 61, 1), duobus locis, P. IX 114 et N. I 69, licentiae ancipitis syllabae non eam vim tribui, ut contra constantem consuetudinem Pindari ceterorumque poetarum Graecorum versum dactylo-epitriticum in pusillos versiculos dissecarem. Sed quod non omnibus locis certa indicia finis versuum adsunt et ne si adsunt quidem, iis semper obtemperandum esse diximus, inde ne vacillare totam hanc rationem tu putaveris. Namque longe plurimis locis adsunt illa indicia et ita adsunt, ut versuum fines istis indiciis descripti cum legibus, quas de structura versuum et proprietate singulorum stropharum generum veteres poetas sibi scripsisse postea cognoscemus, plane concordent. Hic quoque dictum illud valet, exceptionibus confirmari regulam.

De versus principio. A fine versus ad eius principium revocamur. Incipiunt autem versus aut ab arsi, quam veteres Graeci *θέσιν* vocabant, aut ab anacrusi primae arsi praemissa. Anacrusis ipsa plerumque constat ex una syllaba aut brevi vel ancipiti ante trochaicos et logaoedicos ordines, aut longa vel ancipiti ante dactylicos et paeonicos ordines:

⏒ –́ ⏑ – ⏑ – . . .   ⏓ –́ ⏖ – ⏖ – . .   – –́ ⏑ – – ⏑ – . . .

Pro una longa possunt etiam duae breves ordini rhythmico praemitti:

⏖ –́ ⏖ – ⏖ – . .   ⏖ –́ ⏖ – ⏑ – ⏑ – . .

Praeterea occurrunt, licet raro, versus ab iambica anacrusi duarum vel trium syllabarum incipientes, cuius generis versuum certa exempla exstant in paeonicis carminibus, velut O. II 2. 6:

⏑ ⏖ –́ ⏑ – –́ ⏑ ⏖ –́ ⏑ ⏖ –́ ⏑ –
⏑ – –́ ⏑ ⏖ –́ ⏑ ⏖ –́ ⏑ –

quibus certis exemplis alia accedunt, in quibus dubius haereas, utrum a monosyllaba an iambica anacrusi versus ordiatur, aut utrum tribrachys initialis extra rhythmicum ordinem ponendus sit an primum pedem ordinis efficiat, ut O. I 2. X 4. P. II 2. 7. ep. 6. N. II 4. I. VIII 5.

Porro Boeckhius vestigia Hermanni legens logaoedicis ordinibus trochaeum irrationalem (*τροχαῖον ἄλογον*) ita praemitti putavit, ut a levitate huius pedis, quam basim isti parum circumspecte appellaverunt, ad ictum primi dactyli vox cantoris assurgat

– ⏒ –́⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – –   – ⏒ –́⏑ ⏑ – ⏑ –

Equidem lites decantatas de basi Hermanniana iterum movere veritus, solum moneo et raro Pindarum licentia irrationalis pedis in principio versus colive usum esse, et in versibus eius generis rhythmicum

ordinem a primo, non a secundo pede initium capere veteres metricos et rhythmicos uno consensu tradere:

∸ ⏓ –⏑ ⏑ ∸ ⏑ – ⏑ ∸   –   non   – ⏓ ∸⏑ ⏑ – ⏑ ∸ ⏑ – –

Difficilior ad diiudicandum est causa eorum versuum logaoedicorum, quorum primo pedi syllaba longa, cuius in locum nusquam brevis succedat, praemissa est, velut O. IV 3. 6. 8. X. ep. 5. 6. P. II 5. 6. 8. ep. 7. VIII 3. N. II 2. I. VII 4. Levitatis enim in crimen merito incurret, qui casui tribuere velit, quod in quinque vel etiam decem strophis nusquam brevis pro longa syllaba posita est. Inde primam syllabam horum versuum non anacrusis ancipitis partes tueri, sed partem primae dipodiae efficere statuimus hunc in modum:

⊔̈ – ⏑ ∸⏑ ⏑ – . . .   ⊔̈ – ⏓ ∸⏑ ⏑ – ⏑ ∸   – .

Probabilitas autem huius viae scandendi eo augetur, quod vim primae illius longae haud raro poeta gravitate soni et pondere sententiae exaggerandam curavit, ut versus auspicaretur a vocabulis, quorum prima syllaba insigni quadam gravitate excelleret, velut *τηλαυγέσιν* (P. II 6), *εὐάρματος* (P. II 5), *εὐαχέα* (P. II 14), *εὐανθέα* (P. II 62).

His versibus cognati sunt quos *ἀκεφάλους* vetere nomine appellamus, qui cum dipodice scandantur, prima dipodia suo capite caret, velut

⏓ –⏑ ⏑ ∸ ⏑ – ⏑ ∸   –   N. IV 8.
⏓ – ⏑ ∸ ⏑ – ⏑ ∸   –   P. X ep. 5.

Sed de hoc genere versuum et de iis, in quibus spondeus maior pedibus epitritis praemissus est velut

⊔̇ ⊔ ∸ ⏑ – – ∸ ⏑ –   P. I 3

disputandi locus hic non est, quandoquidem eorum scansio cum longis trium quatuorve morarum et pausarum intervallis cohaeret, de quibus infra demum disseremus.

De medio versu. Medium versum continuis numeris decurrere dixi; quod si recte statuimus, inanibus temporibus in medio versu locus nullus est. Atque hoc facile omnes consentient fieri in vulgaribus versibus necnon in lyricis iis, qui continuis vicibus arsis et thesis devolvuntur, velut O. III 1:

Τυνδαρίδαις τε φιλοξείνοις ἁδεῖν καλλιπλοκάμῳ θ' Ἑλένᾳ
∸ ⏖ ∸ ⏖ ∸ – – ∸ ⏑ ∸ – – ∸ ⏖ ∸ ⏖ ∸.

Sed haud raro in Pindari poetarumque lyricorum versibus cursus numerorum ita interruptus est, ut duae arses inter se collidant, ut

∸ ⏓ ∸⏑ ⏑ ∸ ⏑ ∸   ∸ ⏓ ∸⏑ ⏑ ∸   – .

Talibus in versibus vis rhythmici ordinis prorsus pessumdaretur,

nisi vices legitimae alio modo restituerentur; hoc autem non pausa interiecta fieri, sed longa ita protracta, ut arsim simulque thesim expleat, in capite de numeris exponam.

Haec duo genera versuum ut nominibus distinguamus, priores rectos (ὀρθούς), alteros obliquos (δοχμίους, ὑπτίους) dicimus, quae quidem nomina quamquam iam in simili usu apud veteres grammaticos fuere, tamen ab iis, cum hanc partem artis metricae nimis neglegerent, ad haec genera versuum distinguenda nondum usurpata sunt. Tota autem haec res cum natura si minus omnium, at tamen plerorumque versuum cohaeret. Quod enim supra versum definivimus ordinem rhythmicum continuis numeris decurrentem et pausa finitum, hoc omnium versuum commune est; plerique autem poetae et artifices alterum addunt, versum ex pluribus membris constare et eam esse versus vim, ut plura haec membra sive cola ad unitatem unius corporis coniungat. Atque notissimi et crebro usu quasi sanciti versus, ut hexametri dactylici, tetrametri trochaici et anapaestici, pentametri elegiaci, Asclepiadei, Sotadei, Galliambi, omnes ex binis colis constant, ut sponte se offerat quaestio, num Pindarus alios quam qui ex duobus pluribusve colis constent versus probaverit. Sed de his rebus aptius infra, si ad quaestionem de magnitudine versus et de colis versuum venerimus, disseremus.

D e s t r u c t u r a v e r s u u m. Indiciis quibus versus fines circumscribantur expositis de specie versus ipsa nobis disserendum est, ut quales ordines rhythmici nomine versus vere digni sint intellegamus. Atque sunt quidam ordines rhythmici, quibus ipsa confirmatione ordinis signa iusti et perfecti versus impressa sint. Sic versus P. III str. 5 et ep. 3

–́ ⏑ – – ⁝ ⏖ – ⏖ – – –́ ⏑ ⏓

cum media pars dactylica utrimque epitritis circumdata sit, ipsa concinnitate compositionis perfectus et in se rotundus esse intellegitur. Idem valet de versu I. VII 5

–́ – ⁝⏑ ⏑ – ⏑ – ⏒ –́⏑ ⏑ – ⏑ – ⏒ –́ ⏑ –⏑ ⏑ – ⏒ –́ ⏑ – ⏑ ⏓

cuius versus media pars ex tribus colis logaoedicis similibus composita quamvis non paribus pedibus utrimque circumdetur, tamen optime a gravi basi spondaica inducitur et in sedatos trochaeos numerose excurrit.

Multo saepius versus solo exitu definitur et ad iustum finem deducitur. Atque hoc primum fit, si post duas pluresve dipodias tripodia posita est, velut

–́ ⏑ – ⏑ ⏑́⏑ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́⏑ ⏑ ⏗ –́ ⏑ – ⏑ ⏓ (O. I 6),
–́ ⏒ – ⏑ –́⏑ ⏑ – ⏒ –́⏑ ⏑ – ⏑ ⏓ (N. IV 5),

deinde si alacres dactyli trochaeive in sedatum spondeum excurrunt, ut

⏑ ⏑ –⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – – (I. VII 1)

– ⏑ –⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – – (O. XIV 2),

denique si cursus numerorum sub finem inflectitur, ut quasi de fastigio in vallem descendere videatur, ut

–́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ – –́ ⏑ ⏓ (P. IV 7)

⏑ –́ ⏑̄ –⏑ ⏑ –́ ⏑ – –́⏑ ⏑ ⏓ (N. IV 1).

Ii, quos modo descripsimus, versus speciem perfectorum versuum ipsi prae se ferunt; sed sunt alii versus, quos ut perfectos esse intellegamus, ratio, quae iis cum proximo quoque versu intercedat, nobis spectanda est, quam rationem ut cognoscamus, primum quaerere nos oportet, quo tandem modo versus sese excipere soleant. Atque legibus iustae compositionis optime ea carmina contineri videntur, in quibus prior quisque versus ab insequente ita discretus est, ut pausae locus medius relictus sit. Hoc autem duplici modo fieri posse, exemplis illustrabo versuum dactylo-epitriticorum N. IX 2—3

–́ ⏑ – – – ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ – Λ

–́ ⏖ – ⏖ – – –́ ⏖ – ⏖ – – –́ ⏑ –

et paeonicorum O. II 5—6

– –́ ⏑ ⏖ –́ ⏑ – ⏖́ ⏑ – –́ ⏑ –

Λ̄ ⏑ – –́ ⏑ ⏖ –́ ⏑ – –́ ⏑ –

Priore enim loco primi versus extremi pedis ultima pars, altero loco secundi versus primi pedis prior pars deest, unde illos catalecticos, hos acephalos versus dicimus. Talibus in versibus non modo quo loco versus finiatur et cantorum pectora silentio reficiantur, sed etiam quot tempora inania illa pausa complectatur, certo definiri potest. Atque sic comparati si omnes versus essent, in schematis metricis non solum syllabarum quantitatis notas posuissem, sed etiam silentiorum sive temporum inanium. At tantum abest, ut omnibus in versibus pausae certus locus relictus sit, ut in carminibus dactylo-epitriticis paene maior sit numerus eorum versuum, qui nulla mora interposita sese excipiant. Quod ut tibi persuadeas, inspicias modo stropham odae Olympicae tertiae, cuius quatuor priores versus continuis numeris decurrunt, vel longissimam odam Pythiam quartam, cuius et in stropha et in epodo versus 3—5 ita cohaerent, ut nihil spatii inanis inter eos interiectum esse videatur. Quamvis autem tales versus, quibus nulla pausa metro definita (*ἀνάπαυλα ἔμμετρος*) interiecta sit, in ceteris carminum generibus rari sint, illud tamen manet, neque ex continuitate neque ex incisione cursus numerorum certa indicia versus finiti peti posse,

idque eo minus, quod etiam in mediis versibus cursus numerorum saepe apud Pindarum, ut supra iam vidimus, interruptus est.

Hoc cum iam magnopere circulos nobis versus Pindari discribentibus turbet, alterum scrupulum menti obicit diversa versuum magnitudo. Nonnulla quidem carmina sunt, ut O. III. XII. P. IV. XII. N. III. IX. XI. I. II. VI, quorum versus si minus paris, tamen similis ambitus sint, aut ita tantum varient, ut versus primus et ultimus soli a magnitudine reliquorum paulo longius recedant. At non desunt ea carmina, quorum versus adeo dispares sint, ut concinnitatem artis et constantiam poetae magnopere desideres. Neque solum longis versibus saepe breves tamquam proodi praemissi aut tamquam epodi subiecti sunt (O. II ep. 6. VIII ep. 4. IX str. 1. P. III str. 3. IX ep. 8. N. VI str. 1. I. III ep. 2), id quod nescio an aequo animo ferri debeat, sed etiam temere versibus proceris ex duobus pluribusque membris constantibus breviusculi et monocoli versus intermixti sunt, ut mirabundus quaeras, quid tandem discriminis inter versum et colon intercedere poeta voluerit, et veteres grammaticos, quod fines istos versuum et colorum prorsus confundant, excusandos esse ducas. Neque is sum, qui Pindarum omni ex parte defendam nihilque inconstantiae in versibus disiungendis coniungendisque ab eo commissum esse dicam. Attamen habeo, quo et istam inconcinnitatem excusem et rationes in versibus constituendis ineundas compleam.

Sunt enim non omnes versus, quos Boeckhius externa, quae supra exposui, indicia secutus constituit, pleni et perfecti, immo saepe duo vel etiam tres ita inter se cohaerent, ut coniuncti unam periodum efficiant. Sic in prima oda Olympica merito tu quaeras, cur poeta duo prima cola in unum versum coniunxerit

⏑ ∸ – ⏑ – ⏑ – | ∸ ⏒ –⏑ ⏑ – ⏓,

cola quintum et sextum veteris colometriae, licet illis simillima sint, non coniunxerit, sed in duos versus discerpserit

∸ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏓
∸ ⏑ –⏑ ⏑ ∸ – .

Neque erravit Boeckhius, quod vestigia poetae ipsius secutus duo prima cola reiecta codicum auctoritate in unum versum coniunxit, quintum et sextum non item. In fine enim quinti coli quater (vv. 33. 44. 74. 104) licentiae syllabae ancipitis et hiatus admissae sunt, in fine primi adeo nusquam, ut ter (vv. 31. 72. 102) ne verbum quidem in fine prioris coli finitum sit. Illud tamen manet, versus tertium et quartum, quamvis licentiis istis disiuncti sint, tamen, numeros si spectes, non minus quam duo prima cola strophae inter se cohaerere et partes unius rhythmicae periodi efficere. Atque hic

quid dubitationibus istis respondeas non prorsus tibi desperandum est; licet enim non magnum quiddam, aliquid tamen discriminis intercedit inter ordines duos rhythmicos concatenatos

–́ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⌊_ –́ ⏑ –⏑ ⏑ – ⏓ ∧

et solutos

–́ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏓ ∧   –́ ⏑ –⏑ ⏑ – ⏓ ∧.

Plus habet offensionis, si duo versus, inter quos nihil intervalli intercedit et pausae locus, si metricum ordinem spectas, relictus est nullus, in unius tamen periodi societatem comprehendendi esse videntur. Hoc autem cum multis aliis locis factum est tum O. vii 2—4

–́ ⏑ – ⏑̄ –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏓
– –́ ⏑ ⏓
⏓ –́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – . . .

Quis enim credat in odis dactylo-epitriticis, quarum gravitas quam maxime a lusu versiculorum Aeolicorum abhorret, poetam uni pedi epitrito vim pleni et perfecti versus tribuisse? Immo tres illi versus numeris cohaerent et partes unius procerae (σχοινοτενοῦς) periodi rhythmicae sunt. Hoc autem ita tantum fieri potuit, si pausa inter versum secundum et tertium, tertium et quartum perexigua fuit, ut quamvis hiatum excusaret, tamen numerorum continuitatem non impediret. Quid? quod non solum anacrusis sequentis versus saepe imperfectum ultimum pedem antecedentis versus complet, ut O. viii 1—2

–́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ –
– –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – –,

sed etiam nonnumquam totus primus pes, quin etiam duo primi pedes sequentis versus rhythmo in fine antecedentis versus inchoato addendi esse videntur, ut O. viii 5—6

–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –́
⏑⏑ – – –́ ⏑ –

et similiter O. vii str. 5—6, ep. 5—6. xiii ep. 5—6. P. i ep. 7—8. vi 6—7. viii 4—5. ix 2—3. N. viii ep. 2—3. Quibus versibus cognati sunt ii, qui cum antecedens versus acatalectice excurrerit, ipsi suo capite orbati sunt, ut P. vi 1—2

⏑ –́ ⏑ ⌊_ ⏑⏑́ ⏑ –⏑ ⏑ –́ ⏑ – –
∧ ⏑ – ⏑ –́⏑ ⏑ –

Nam horum quoque versuum forma inde explicanda est, quod versus duo arctissime, tamquam cola unius periodi sint, inter se cohaerent.

Vides me non circulatorum more tergiversari neque difficultates, quibus Boeckhianae rationes premuntur, elevare vel silentio obtegere. Idem tamen non dubito, quin rectam viam vir clarissimus inierit. Modo supplendae eius rationes sunt, ut quomodo

versus inter se cohaereant quaeratur, et versus perfecti atque in se rotundi ab versibus imperfectis et cum aliis cohaerentibus distinguantur. Neque si quis alterum illud genus versuum a colis parum differre dixerit, quidquam ego commoveor; haec enim culpa, si qua est, non mea est, sed Pindari poetae. Inprimis autem ille in iis carminibus, quae festinanter fecit velut O. VIII et I. I, non satis cavisse videtur, ne partes periodi licentiis hiatus syllabaeque ancipitis iusto magis divelleret. Sed etiam in perfectis et elaboratis carminibus, quale est carmen O. I, versus fecit, qui quamvis pausa et licentiis istis hiatus syllabaeque ancipitis inter se diremti sint, tamen unam rhythmicam periodum efficiant. Non igitur in eo acquiescere nobis licet, ut Boeckhianas rationes secuti versuum fines definiamus, sed circumspecte nobis insuper considerandum est, num qui versus specie fallant et cum perfecti esse videantur, re vera numeris et structura partes maioris periodi rhythmicae esse coarguantur.

De pedibus et colis.

Cola sive membra partes longioris versus sive periodi sunt ex pluribus pedibus compositae et brevicula pausa finitae. A versibus ea hoc nomine differunt, quod in fine suo licentias hiatus vel syllabae brevis pro longa positae respuunt neque necessario perfecta voce (*τελείᾳ λέξει*) finiuntur. Alterum quod posui inprimis valet de Pindaro, cuius ingeniosa Musa a tersa arte poetarum Alexandrinorum et Romanorum eo potissimum differt, quod in caesuris observandis admodum neglegens est, ut saepe apud eum cola versus continuitate verbi (*συναφείᾳ*) inter se cohaereant.

Pedes sunt aut simplices aut compositi. Pes simplex, qui proprie pes dicitur, brevissima pars rhythmici ordinis est ex arsi et thesi constans. Pes compositus, quem sunt qui simplici nomine rhythmum dicant, ex duobus pedibus simplicibus constat ita rhythmice dispositis, ut alter arsis, thesis alter vim obtineat, ut ⏗ ⏑ ⏗ ⏑. Pedes igitur compositi, quos nos quidem dicimus, a dipodiis non differunt; quod cum definimus, minime nos fugit, veteres rhythmicos aliter sensisse, ut dipodias et cola communi nomine *ποδῶν συνθέτων* complecterentur. Sed ne turbae orerentur neve res, quas poetae, quorum auctoritas plus quam doctrina rhythmicorum valet, varie tractarunt, inter se confunderentur, notionem pedis compositi arctioribus limitibus includere satius duxi. Cola autem, quae hoc nomine vere digna sint, ex pluribus dipodiis vel saltem ex tribus pedibus simplicibus constare definimus. Atque in pedes omnes versus solvuntur, sed non omnes versus, priusquam in

pedes solvantur, in cola dirimendi sunt, unde rhythmicam compositionem sine versibus et pedibus fieri posse neges, colis eandem carere posse concedas. Nonnulli quidem poetae, inprimis, qui anapaestica trochaica ionica carmina composuerunt, metra non fecerunt, nisi quae ex duobus pluribusve colis constarent. Sed horum ex numero Pindarus non fuit, neque ii fuerunt poetae, quorum artem inprimis secutus est, neque Stesichorus neque Alcaeus.

De pedibus simplicibus. Pedes simplices principales sunt duo, quatuor aut trium temporum (*χρόνων πρώτων*):

– ⏑⏑ dactylus,
– ⏑ trochaeus.

Nam iambicos et anapaesticos ordines nihil aliud esse patet quam trochaicos aut dactylicos, quibus anacrusis monosyllaba aut disyllaba praemissa sit. Paeones autem et epitritos et choriambos inter pedes compositos potius quam simplices nos referendos esse ducimus. Qua in re dissensum veterum rhythmicorum, qui paeones et partim etiam epitritos inter simplices pedes rettulerunt, non multum equidem moror, praesertim cum et prosodia sermonis Graeci accentum, quo pes creticus (–́ ⏑ –) aut paeon primus (–́ ⏑ ⏑ ⏑) efficiatur reiciat, et princeps veterum musicorum Aristoxenus primum duo principalia genera pedum eaque eadem atque nos statuerit (v. Aristox. elem. rhythm. p. 288 ed. Mor.) et postea demum tertium genus paeonum adiecerit (l. l. p. 298 et 300). Pedibus vero simplicibus adnumero etiam dactylos cyclicos aut logaoedicos trium temporum

–⏑ ⏑

qui quamquam infra demum plenum explicatum invenient, tamen hic mihi iam commemorandi fuerunt.

De pedibus compositis. Pedes compositos supra eos dixi, qui ex duobus pedibus simplicibus constent; longe frequentissimi eorum sex morarum (*χρόνων πρώτων*) sunt, quos a numero temporum *πόδας ἑξασήμους* veteres rhythmici appellaverunt. Formae eorum aut plenae (*ἀκατάληκτοι*) aut mutilae (*κατάληκτοι*) aut contractae (*περίπλεω*) sunt, unde hae evadunt species pedum compositorum:

dactylicae	–́ ⏑⏑ – –	–́ ⏑⏑ – ⏑⏑	–́ ⏑⏑ –	⏘́ ⏘
trochaicae	–́ ⏑ – ⏒		–́ ⏑ –	⏗́ ⏗
logaoedicae	–́⏑ ⏑ – ⏒	–́ ⏒ –⏑ ⏑	–́⏑ ⏑ –	⏗́ ⏗
paeonicae	–́ ⏑ ⏑⏑		–́ ⏒	⏗́ –

His addendae sunt formae anacrusi auctae, anapaesticae et iambicae, et insuper pedes epitriti, qui quamvis a dipodiis trochaicis aliquantum differant, tamen ex iis ita nati esse videntur, ut ex duabus syllaba-

rum formis, quibus vis ancipitis exprimi potest, altera forma longae syllabae una usurpata sit

–́ ⏑ – ⏓   –́ ⏑ – –
(⏑)

Paeones vero quod inter dipodicos potius quam simplices pedes rettulimus, duabus causis adducti sumus, primum quod creticus pes, qui ex pedibus paeonici generis frequentissimus est, speciem dipodiae trochaicae catalecticae habet, deinde quod dipodiis trochaicis cretici et paeones saepe coniuncti inveniuntur, velut in versu notissimo Aristophaneo

–́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⏑⏑ –́ ⏑ ⏒

οὐδὲν ἐστι θηρίον γυναικὸς ἀμαχώτερον (Lys. 1014)

et in Pindari ipsius versibus O. II 8. ep. 6 et P. V 2. ep. 2. 7. Quibus autem rationibus Plato (de rep. III p. 400 A), Aristoteles (rhet. III 8), Aristoxenus, veteres musici omnes adducti sint, ut inter simplices pedes paeones referrent, hoc loco exponere longum est neque ad rem propositam attinet.

Bacchios et ionicos supra non commemoravimus, quoniam in Pindari carminibus continui et integri non inveniuntur; differunt autem hi a ceteris pedibus compositis, quod non in pedes simplices sed tamquam principales pedes directa via in arsim et thesim solvebantur, quamquam etiam ad choriambicos et paeonicos pedes referri possunt syllaba longa initiali abiecta vel traiecta aut anacrusi iambica vel anapastica praemissa

– ⏑⏑ – – ⏑⏑ –   ⏑⏑ –́ – ⏑⏑ –́ –
– ⏑ – – ⏑ –   ⏑ –́ – ⏑ –́ –

De colorum generibus. Cola constant minima ex tribus pedibus simplicibus, velut

–́ ⏑ – ⏑ –   –́ ⏑ ⏑ – ⏑ –   –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – .

Pleraque ex octo pedibus simplicibus sive duabus dipodiis constant, unde cum aut dactylici aut trochaici aut logaoedici aut paeonici generis sint et aut plene excurrant aut in fine mutilata (*κατάληκτα ἢ βραχυκατάληκτα*) sint, hae evadunt formae potissimae:

dactylica	–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –́ ⏑⏑ – –	–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –	–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –́ –
trochaica	–́ ⏑ – ⏒ –́ ⏑ – ⏓	–́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ –	–́ ⏑ – ⏓ –́ –
logaoedica	–́⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏓	–́⏑ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –	–́ ⏓ –⏑ ⏑ –́ ⏑ –
choriambica	–́⏑ ⏑ – –́⏑ ⏑ –	–́⏑ ⏑ – ⏑ –́ –	–́⏑ ⏑ – –́ –
paeonica	–́ ⏑ – –́ ⏑ –		–́ ⏑ – –́ ⏓

quibus formis tetrapodiarum totidem accedunt anacrusi auctae, partim anapaesticae, partim iambicae, partim ionicae et bacchiacae.

Maxima cola in iambico genere, si veteribus rhythmicis[1]) fidem habemus, ex sex pedibus simplicibus constant, velut

1) Westphal, Die Fragmente und die Lehrsätze der griechischen Rhythmiker p. 37 et 123 ss.

⏑ ⏑⏑́ ⏑ ⏑⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – (O. I 8. fr. 75, 18).
–́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏑̄ (fr. 191).
– –́ ⏑ – ⏑ ⏑⏑́ ⏑ ⏑⏑ ⏑ –́ – (P. VII 1).

Logaoedicorum quoque ordinum sunt cola quinum et senum pedum simplicium, cuius magnitudinis notissimum exemplum est hendecasyllabus versus, quem uno tenore decurrere neque ex pluribus colis constare Graeci voluerunt

–́ ⏑̄ –⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ –

Neque id mirum, quoniam eandem magnitudinem logaoedicorum atque iambicorum colorum esse consentaneum est. Quamquam apud Pindarum ordines logaoedici, qui octo pedibus longiores sunt, longe plurimi non unum ordinem rhythmicum efficiunt, sed ex pluribus colis constant. Verum tamen etiam in Pindari carminibus cola logaoedica quatuor pedibus longiora exstant vel si hoc fidentius dictum arbitraris, mihi in schematis metricis probanda videbantur, ut

–́ ⏑ –⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ –

αἵτε ναίετε καλλίπωλον ἕδραν (O. XIV 2)

⏑́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –⏑ ⏑ –́ –

ὦ λιπαρᾶς ἀοίδιμοι βασίλειαι (O. XIV 3. P. X 4)

⏑⏑ – ⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ –

τίνι τῶν πάρος ὦ μάκαιρα Θήβα (I. VII 1. fr. 105)

– –́⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –́⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –́ ⏑ –

ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι καὶ ἀοίδιμοι (fr. 76)

⏑⏑́ ⏑ –⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –

γλυκύ τι κλεπτόμενον μέλημα Κύπριδος (fr. 217).

Paeonicorum colorum magnitudo (*μέγεθος*), si veteres rhythmicos audimus, usque ad quinque paeones vel viginti quinque tempora extenditur. Sed hoc praeceptum ex errore vel potius ex falsa analogia natum esse videtur, quod ubi dactylicos ordines ex quatuor temporibus usque ad quater quaterna tempora procedere cognoverunt, paeonicos quoque ex quinque temporibus usque ad quinquies quina tempora procedere collegerunt. Poetas ipsos, inprimis eum, qui plurima cantica cretica et bacchiaca fecit, Plautum si spectamus, paene una forma dimetros coli paeonici in usu fuisse videtur. Illud tamen, ut infra latius exponemus, concedere nos oportet, exstare versus paeonicos, qui cum in cola non divisi esse videantur, ex tribus, quatuor, quinque pedibus constant, ut

–́ ⏑ – –́ ⏑ ⏑⏑ –́ ⏑ ⏑⏑ –́ ⏑ – –́ ⏑ –

σοῦ γ' ἀκούσωμεν; ἀπολεῖ· κατά σε χώσομεν τοῖς λίθοις (Aristoph. Ach. 295),

_ ∸ ⏑ _ ∸ ⏑ _ ∸ ⏑ _

λοιπῷ γένει· τῶν δὲ πεπραγμένων (Pind. O. II ep. 1).

Notis ut significaremus ex pluribus dipodiis unum colon effici, primam arsim coli duobus punctis, ceteras singulis punctis notavimus. Atque hoc modo potius quam virgula vel lineola cola versus distinguere maluimus, quod saepe prima syllaba alterius coli, rhythmum si spectas, prioris coli est et dipodiam in fine prioris membri inchoatam complet et perficit, velut

⏑ ⏑̈ ⏑ _⏑ ⏑ ∸ _, ⏑ ∸ ⏑ _ ⏑ _

τὺ γὰρ τὸ μαλθακὸν ἔρξαι τε καὶ παθεῖν ὅμως (P. VIII 6).

De colis et versiculis in pedes solvendis. Ut pedes in tempora, ita cola in pedes solvuntur aut simplices aut compositos. In pedes simplices solvuntur praeter dipodias, quas in pedes simplices solvendas esse supra iam dixi, tripodiae catalecticae omnes, quae cum crebro membra versuum longorum sint, raro in Pindari carminibus vim versuum obtinent, proodorum vel epodorum vel mesodorum vices fere tenentes, velut O. VII 3. IX 1. XIII 1. P. III 3. IX ep. 8. N. I 3. VI 1. I. I 4. V 4. Ambigua causa tripodiarum plenarum est. Sunt enim qui tripodias plenas trochaicas et dactylicas et logaoedicas aut adhibitis pausarum intervallis cum versus istos brachycatalectos dicant, aut longis syllabis extremis in tria vel quatuor tempora productis non in tres pedes simplices, sed in duas dipodias dividant hunc in modum:

∸ ⏑ _ ⏑ ∸ ⏑̄ Λ   ∸ ⏑ _ ⏑ ⊔ ⊔   ∸ ⏑ _ ⏑ ⊔ ⏒ Λ
∸ ⏖ _ ⏖ ∸ _ Λ   ∸ ⏖ _ ⏖ ⊔ ⊔   ∸ ⏖ _ ⏖ ⊔ ⏒ Λ

quod num recte isti faciant, non huius loci est quaerere, neque diiudicari potest nisi adscitis vicinis colis et rhythmica indole totius strophae explorata.

Iam qui ex quatuor pedibus plenis aut imperfectis constant ordines, sive versus sive coli vice funguntur, non in simplices, sed in compositos pedes, me si audis, dividendi sunt, velut

∸ ⏖ _ ⏖ ∸ ⏖ _ _   ∸ ⏖ _ ⏖ ∸ ⏖ _
∸ ⏑ _ ⏑̄ ∸ ⏑ _ ⏑̄   ∸ ⏑ _ ⏑̄ ∸ ⏑ _
⏖ ∸ ⏖ _ ⏖ ∸ ⏖ _   ⏑̄ ∸ ⏑ _ ⏑̄ ∸ ⏑ _

Atque ordines trochaicos iambicos anapaesticos hoc modo percutiendos esse et veteres metrici praecipiunt et inter viros doctos constat omnes; logaoedici autem ordines tetrapodici utrum et ipsi in dipodias duas an directa via in pedes simplices quatuor dividendi sint, viri docti dissentiunt. Equidem quamquam certa indicia bipartitae divisionis in logaoedicis versibus fere deesse et veteres poetas Aeoles cola quae a basi seu irrationali trochaeo incipiunt, velut

Glyconeum, in dipodias dissecare noluisse concedo, tamen iam Pindari aetate logaoedicos versus analogiam trochaicorum et iambicorum versuum secutos esse eo magis mihi persuasi, quod etiam veteres metrici cum alii tum Hephaestio hoc genus versuum in dipodias, non ut nunc Westphalius eiusque asseclae faciunt, in simplices pedes diviserunt. Quid? quod Pindarus ipse nonnullos versus logaoedicos ita conformavit, ut duos priores pedes a duobus posterioribus aperte distingueret, velut O. IX str. 6. 10. N. II 5:

⏑́⏑ ⏑ – ⏒ –́⏑ ⏑ – ⏒   ⏑́ ⏑ – ⏒ –́⏑ ⏑ – ⏒

Quid enim differre dices syllabam ancipitem in fine alterius pedis huius coli positam ab ancipitibus syllabis, quibus finis cuiusque dipodiae trochaicorum et iambicorum versuum significari solet? Talium igitur versuum analogia maxime commotus sum, ut ceteros quoque versus logaoedicos in dipodias dividerem. Sed alia insuper exstant indicia, ex quibus Pindarum logaoedica cola in dipodias dividenda voluisse colligas. Atque primum quinquies (P. II ep. 5. O. XIII 2. P. VI 1. VIII 4. N. III 4. VII 4) logaoedico ordini iambica basis duorum pedum praemissa est, quae cum procul dubio dipodiae vim habeat, reliquam quoque partem versus ex dipodiis constare par est hoc modo

⏑ –́ ⏑ ⏗ –́ ⏒ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ ⏗ –́ ⏑ – (P. II ep. 5).

Deinde colis logaoedicis catalecticis quarti vel sexti, non tertii vel quinti pedis altera pars deesse solet, velut

⏑́⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏗   –́ ⏑ – (P. II ep. 4),
–́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ ⏑⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏗ ⏑́⏑ ⏑ – (N. III str. 2).

Hoc autem quomodo explicari possit non video nisi ex dipodica structura totius versus. Denique brachycatalexis, cuius notio ipsa comprehensionem binorum pedum includit, non minus in logaoedicis quam in trochaicis iambicisque ordinibus invenitur. Difficultatem solae parant tripodiae logaoedicae catalecticae tetrapodiis immixtae. Nam cum hae quidem procul dubio in pedes simplices dirimendae sint, etiam tetrapodias in pedes simplices, non compositos dividendas esse consentaneum esse videtur. At inveniuntur etiam, licet rarius, tripodiae iambicae et trochaicae, neque tamen iis commotos vidi, qui vulgarium iambicorum trochaicorumve versuum dipodicam percussionem abiciendam esse censerent. Immo aliud breviculi versus, aliud longi flagitare videntur, neque ingrata fiet modulatio, si tripodias alio modo dividas atque tetrapodias et hexapodias. Ne igitur tu gravate tuleris, quod novo modo hac in editione logaoedicas tetrapodias primum in dipodias, deinde in pedes simplices diri-

mendas significavi. Minuitur hoc modo discrimen inter comicorum et tragicorum lyricorumque versiculos trochaicos quatuor pedum, quos cum nunc dimetros nunc octopodias nuncupant, iusto maiore intervallo divellunt, et faciliorem explicatum nanciscitur coniunctio versuum logaoedicorum et trochaicorum iambicorumque in carminibus poetarum scenicorum frequentissima.

Iam qui ex sex pluribusve pedibus constant versus, eos et ipsos in dipodias plerosque, non in simplices pedes dividendos esse patet, velut O. III 5. N. III ep. 1:

–́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏓

–́⏑ ⏑ – ⏑ –́⏑ ⏑ – ⏒ –́ ⏑ – –.

Plerosque dixi, quandoquidem sunt aliquot versus aequalibus pedibus tam procliviter decurrentes, ut certa indicia binorum pluriumve pedum in societatem pedis compositi comprehendendorum frustra quaeras. Talis est primus versus carminis P. II

⏖ ⏑ ⏖ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏖ ⏑ ⏓,

qui utrum in dipodias solas an in dipodiam et tripodiam et dipodiam catalecticam dividendus sit viri docti dubitant.

Qui autem octo pluriumve pedum sunt versus non directa via in dipodias, sed primum in cola et deinde in pedes compositos dividendi esse videntur; sed de his infra si ad cola versuum pervenerimus disputabimus.

De versuum in cola divisione.

De varietate versuum Pindaricorum. A veteribus grammaticis carmina lyrica omnia in cola divisa esse textus Pindari scenicorumque poetarum in codicibus traditus et scholia metrica Heliodori aliorumque grammaticorum affatim testantur. Inde factum est, ut memoria versuum et periodorum paene prorsus oblitteraretur et carminum quae canerentur non versus, sed cola sola fuisse viderentur. Adeo enim grammaticos metricosque veteres fugit cola partes versuum esse, ut strophas directa via in cola dividerent, neque quidquam equidem in metricis scholiis me legere memini de colis pluribus in unam periodum comprehendendis. Neque haec opinio solorum magistellorum infimae aetatis hominumque Byzantinorum fuit, sed etiam eorum, qui veterum grammaticorum Alexandrinorum Romanorumque disciplinam profitebantur. Nata autem ista ratio iis temporibus esse videtur, quibus et poetae et cantores ab antiqua sublimitate et gravitate artis musicae tantopere desciverant, ut in mollibus suis tintinnabulis cola sola spectarent, periodorum ambitus et anfractus plane neglegerent. Haec erat artis umbra Senecarum Synesiorum Anacreonticorum poe-

tarum. Eadem autem iam multo antiquioribus temporibus radices suas egerat. Ut enim Anacreontem ducem et signiferum huius cantilenarum lusus fuisse mittam, hymni quoque et paeones, qui nuper ex thesauro Atheniensium Delphico in lucem protracti sunt, eiusdem vel certe similis fabricae sunt. Quid? quod Euripidis pleraeque strophae, praesertim quas provecta aetate panxit, ita comparatae sunt, ut summa vis colorum, minima versuum et periodorum sit. Nam quae Wilamowitzius in Hippolyti editione nuper restituit metra, ea pleraque neque cola sunt neque iusti versus, sed medium quoddam invita Minerva factum, quo minime ars Euripidea continetur. Huius poetae artem in lyricis carminibus factitandis positam qui scriptura et distinctione repraesentare volet, is primum omnium cola ad exemplar traditae colometriae separare, deinde artificiis scribendi comprehensionem colorum in periodos indicare debebit. Verum hanc non fuisse artem vetustiorum poetarum choricorum, ne Atticorum quidem poetarum omnium nostra memoria praeclaro acumine cum aliorum virorum doctorum tum Augusti Boeckhii exploratum atque comprobatum est. Probe igitur distinguendae sunt in restituendis carminibus lyricis et aetates poetarum et genera carminum. Carminum genera distinguenda dixi, quod etiam Attici poetae, inprimis Aristophanes et Aeschylus, praeter carmina, quibus hominum aequalium delicatulis auribus indulgentes molles et tenues modos effinxerunt, alia composuerunt, in quibus veterem consuetudinem imitati magis ad maiestatem et severitatem poesis choricae adspirabant. Aetatum autem quanta vis fuerit, optime intelleget, qui naturae atque proprietati Pindaricae Musae animum adverterit, eamque cum levitate Anacreonticorum et dulcedine popularium carminum contulerit. Pindarus enim cum a lenociniis cantilenarum Ionicarum prorsus abhorreret et magis ad tumorem et magnificentiam quam ad dulcedinem et gracilitatem inclinaret, non solum in elocutione et ornamentis orationis, sed etiam in versibus pangendis sublimitati et granditati quam maxime studuit. Quamobrem cola pusilla parum curabat, versuum imprimis decori et dignitati prospiciebat; hoc autem duplici modo assecutus est, quod et longos versus grandesque periodos conformavit, et partes versuum ita conflavit atque conglutinavit, ut difficile cola disiungerentur et separarentur. Inde raro plura cola paria in Pindari carminibus sese excipiunt, et caesurae, quibus cola ab Atticis poetis scenicis plerumque, a noviciis poetis lyricis fere semper discriminantur, persaepe ab eo neglectae inveniuntur. Neque tamen eadem causa omnium carminum vatis Thebani est, quod ut intellegas, conferre iuvat tenues

modos partheniorum et grandes periodos hymnorum et threnorum. Etenim ille quoque varia exempla secutus, in aliis carminibus decorem Aeolicorum poetarum, in aliis gravitatem Musae Stesichoreae aemulatus est. Namque Ibyci et Anacreontis molles lusus et nomorum dactylicorum prosodiorumque anapaesticorum ieiunam aequabilitatem prorsus aspernatus est.

De versibus in iusta cola non dividendis. Haec postquam in universum de arte Pindarica metrica praefati sumus, iam tempus est, ut ad arduas quaestiones de versibus Pindari in cola dividendis transeamus. Primum autem nobis quaerendum est, num omnino versus Pindarici in cola dividi possint et debeant; quod si quaerimus, tertium quoque fieri posse fatemur, ut alii versus colorum divisionem recipiant, alii respuant. Atque supra iam monuimus versus ut omnes in pedes dividendos esse, ita non omnes in cola. Atque si qui versus ex duobus aut tribus aut quatuor pedibus constat, non esse patet cur in cola eum dividas. Quamquam enim tales versiculi raro in Pindari carminibus occurrunt atque plerique eorum non perfectorum versuum sed proodorum vel epodorum vicem obtinent, tamen manet illud, tam breves versus in cola dividi non posse. Simile autem in longiores quoque versus cadit ita compositos, ut singulae eius partes magnitudinem duorum pedum simplicium vel unius dipodiae non egrediantur, ut in versu Pindarico a metricis laudato

– ⁚ ⏑ – – ⁚ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ⁚ ⏑ – –
ὃς καὶ τυπεὶς ἀγυῷ πελέκει τέκετο ξανθὰν 'Αθάναν.

Namque tribus ex partibus hunc versum constare, ex variato metro satis elucet; sed neque prima neque tertia pars vim iusti coli habet. Quodsi nihilo minus primam arsim cuiusque partis duobus punctis signavi, hoc concinnitatis causa feci, ut cuiusque partis prima arsis pari modo designaretur. Verum rectius tu illum versum ex tribus partibus vel particulis, non ex tribus colis constare dixeris, quandoquidem duae partes iusto colo inferiores et magis dipodiae quam coli nomine dignae sunt. Similis autem ratio maximae partis versuum dactylo-epitriticorum est, ut

⁚ ⏑ – – ⁚ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ⁚ ⏑ – (P. IX ep. 3),
⁚ ⏑ – – ⁚ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – (I. V 1),
⁚ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ⁚ ⏑ – – (I. V 1),
⁚ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ⁚ ⏑ – – (P. IV 4).

Neque si qui versus epitritici aut dactylici aut dactylo-epitritici ita comparati sunt, ut partes eorum dignitatem et magnitudinem colorum obtineant, ut

⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑ – (N. VIII ep. 7)
⏗ ⏑⏑ ⏗ ⏑⏑ – – ⏗ ⏑⏑ – ⏑⏑ – (P. XII 2)
⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – (N. X ep. 5)
⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑ – (O. XII 6),

eorum cola in textu separandi et singulis versibus includendi tibi auctor sum, primum ne cognati versus scriptura iusto magis discriminentur, deinde quod tales versus poeta plerumque ita in unitatem constrinxit, ut versum caesura non in fine rhythmico primi vel secundi coli incideret, sed potius paulo ante vel paulo post finem, ut

ἵλαος ἀθανάτων ἀνδρῶν τε σὺν εὐμενείᾳ (P. XII 4),
αἰτῶ σε, φιλάγλαε, καλλίστα βροτεᾶν πολίων (P. XII 1),
αὐτόν τέ νιν Ἑλλάδα νικάσαντα τέχνᾳ, τάν ποτε (P. XII 6).

Quae cum ita sint, omnes versus dactylico-epitriticos singulis versibus (*στίχοις*) perscribendos curavimus, nisi si quos procatalexi poeta ipse in duo cola dividendos esse indicavit, ut P. I 2

⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑⏑ –   ⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –
σύνδικον Μοισᾶν κτέανον   τᾶς ἀκούει μὲν βάσις ἀγλαΐας ἀρχά.

Hanc autem legem eo magis mihi observandam esse duxi, quod etiam veteres metrici, quamvis strophas in cola, non in versus dividere sibi proposuissent, tamen in hoc genere carminum saepenumero genuinos versus intactos reliquerunt, unde accidit, ut in nonnullis carminibus, ut O. XI. I. V, Boeckhiana distributio versuum cum tradita colometria veterum metricorum fere concordet. Distinctos igitur habes in hac editione ab eleganti gracilitate logaoedicorum versuum grandes versus dactylo-epitriticos, ut ipsa specie externa gravitatem et dignitatem prae se ferant.

Similem rationem esse voluimus versuum paeonicorum, qui cum non ex variis pedibus constare, sed eodem numerorum genere decurrere soleant, aegre in cola partesve dissecantur. Plerique enim eorum prorsus indiciis carent, unde plures eorum pedes in singula cola comprehendendos esse colligas. Velut in versu O. II 2

⏑ ⏑⏑ ⏗ ⏑ – ⏗ ⏑ ⏑⏑ ⏗ ⏑ ⏑⏑ ⏗ ⏑ –

neque caesura legitima post alterum pedem versus inciditur, neque ea forma alterius pedis est, ut cursus rhythmi retardetur atque sedetur. Qua de causa neque hunc neque ceteros versus paeonicos carminum O. II et P. V primum in cola et deinde in pedes, sed illico in dipodias sive pedes paeonicos dividendos curavimus. Quid? quod huius naturae ordinum paeonicorum vestigium etiam in praeceptis veterum rhythmicorum latere videtur. Namque quod illi paeonicos ordines usque ad viginti quinque tempora vel quinque

pedes extendi docent[1]), id vereor ut ex peculiari quadam indole paeonici rhythmi probabiliter explicari possit; immo inde illud ortum esse videtur, quod grammatici et musici in libris veterum carminum paeonicorum quatuor et vel quinque pedes uno et continuo ordine exaratos invenerunt. Namque etiam dactylicorum et trochaicorum carminum quae in codicibus et scholiis tradita est colometria cum praeceptis, quae de magnitudine *ποδῶν συνθέτων ἐν ἴσῳ καὶ διπλασίῳ λόγῳ* veteres rhythmici tradunt, conspirare solet, unde totam istam doctrinam rhythmicorum ex usu poetarum et forma, qua in veteribus exemplaribus versus manu poetarum ipsorum digesti erant, repetendam esse iudico.

De versibus ex colis compositis et de vi caesurae. Contra sunt alii versus ita conformati, ut in cola eos dividendos esse prorsus manifestum sit. Huius classis carmina logaoedica sunt, quo nomine cuncta carmina comprehendo, quorum cola si minus omnia, at saltem plurima ex trochaeis et cyclicis dactylis numerose mixta sunt. Sunt sane apud Pindarum etiam in hoc genere rara ea carmina, quorum colica compositio plane aperta sit, ut parthenii fr. 95

Ὦ Πάν, Ἀρκαδίας μέδων
καὶ σεμνῶν ἀδύτων φύλαξ,
Ματρὸς μεγάλας ὀπαδέ, σεμνᾶν
Χαρίτων μέλημα τερπνόν·

cui fragmentari carmini inter integra epinicia similia sunt N. II. IV. P. II. VIII. I. VIII. O. IX. XIV. Sed reliqua quoque carmina logaoedica, quamvis cola minus perspicue distincta exhibeant, tamen ita conformata sunt, ut ex colis versus, ex versibus strophas concinnatas esse plane sentias. Haec igitur carmina, quae *μέλη* i. e. carmina in membra (*μέλη, κῶλα*) dividenda proprie dicuntur[2]), ita digerenda et in cola dividenda curavi omnia, ut non solum in schematis metricis, sed etiam in textu ipso colorum compositio, quoad fieri posset, appareret.

Qua in provincia administranda primum hoc mihi quaerendum fuit, quo loco membrum quodque finiretur et quibus signis id a poeta indicatum esse videretur. Atque luculentissime nobis via versus in cola dividentibus demonstrata est, ubi procatalexi poeta finem prioris coli definivit et si minus omnibus in strophis, at tamen in plerisque caesura indicavit, velut

1) v. Aristid. de mus. I 35 et Psellum 12; confer supra p. XXVII.
2) Huic etymologiae vocis alludit Horatius C. I 15, 15: *grataque feminis inbelli cithara carmina divides.*

∸ ⏑ –⏑ ⏑ ∸ ⏑ ⌊_ ∸ ⏑ – ⏑ ∸⏑ ⏑ – (N. vi 3. I. viii 4)
⏑ ∸ –⏑ ⏑ ∸ ⏑ ⌊_ ∸ ⏓ –⏑ ⏑ ∸ – (O. i 1),
∸⏑ ⏑ –⏑ ⏑ ∸ ⏑ ⌊_ ∸ ⏑ ⏔ ⏑ – (N. iii 3).

Difficilior est causa eorum versuum, quorum rhythmicus cursus nusquam interruptus est. Sed in iis quoque haud raro finem prioris membri poeta indicavit rhythmo ita retardato, ut dactylos cyclicos vel trochaeos puros trochaeus irrationalis (– ⏓) exciperet et numerorum cursum concitatum quasi ad finem et quietem deduceret, ut in his versibus

∸ ⏑ – ⏑ ∸⏑ ⏑ – ⏓ ∸⏑ ⏑ – ⏑ – (N. iv 5),
∸ ⏓ –⏑ ⏑ ∸ ⏑ – ⏓ ∸⏑ ⏑ – ⏑ – (I. vii ep. 5),
∸⏑ ⏑ –⏑ ⏑ ∸⏑ ⏑ – ⏑ ∸ ⏑ – ⏑ ∸ – (O. v ep. 1).

Alterum signum minus illud certum ex genere pedum mutato repetendum est, si dactyli vel anapaesti in trochaeos, aut pedes irrationales in rationales et puros transeunt, velut

⏑ ∸ ⏑ – ⏑ ∸⏑ ⏑ – ⏑ ∸ ⏑ – ⏑ ∸ – (O. iv 6),
∸⏑ ⏑ – ⏑ – – ∸ ⏑ –⏑ ⏑ – – ∸ ⏑ – ⏑ – (I. vii 5).

Minus certum hoc signum esse dixi, quod nonnumquam alterius rhythmi primus pes priori colo adiciendus aut prioris rhythmi ultimus pes sequenti colo praefigendus esse videtur. Sic in notissimo versu Horatiano

– ⏔ – ⏔ –, ⏔̄ – ⏔ – ⏑ – ⏑ – –
Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni

veteres lites sunt metricorum, utrum alterum membrum incipiat a primo pede trochaeo

Solvitur acris hiems grata vice | veris et Favoni,

an post caesuram penthemimerem dactylici ordinis

Solvitur acris hiems | grata vice veris et Favoni.

Tertium signum et ipsum dubium in caesura positum est. Sic caesura aut omnibus aut plurimis in strophis servata confisi hunc in modum versus divisimus

⏑ ∸ ⏑ –⏑ ⏑ ⌊_ –, ⏓ ∸ ⏑ – ⏑ – (P. viii 6),
∸⏔ ⏑ – – ∸ ⏑ – –, ∸ ⏑ – – ∸ ⏔ – (I. v 6)
⏑ ⌊_ – ⏑ ∸⏑ ⏑ – ⏑ ⌊_ –, ⏑ ∸⏑ ⏑ – ⏑ ∸ – (P. ii ep. 8),
∸⏑ ⏑ – ⏑ ⌊_ – ⏑ ∸ ⏑ – ⏑ – (N. vii 3),
– ∸ ⏑ –⏑ ⏑ ⌊_ – ⏓ ∸ ⏑ –⏑ ⏑ – (N. iv 3).

Hoc quoque signum dubium esse diximus, quod Pindarus caesurae vel verbo omnibus in strophis eodem loco finiendo parum curae admovit, multum in hac re abhorrens ab arte Horatii caesu-

ram in fine colorum diligentissime observantis. Sed hac de quaestione ut recte iudicemus, paulo altius res repetenda est.

Colorum divisio, ut ipsis nominibus *μελῶν* et *μελῳδίας* indicatum est, multo arctius cum modulatione, quam cum rhythmo carminis cohaeret, modulatio autem ipsa ut rhythmo non vacat, ita non semper iisdem atque ille finibus includitur. Rhythmi enim partes solo intervallo, quo unus ictus primarius ab altero distat, definiuntur, modulationis autem sive colorum fines etiam a soni conclusione modulata pendent. Huius autem rationes saepe cum pedum rhythmicorum finibus pugnant. Sic dactylici ordinis pes legitimus in duas breves exit; at musici coli in duas breves conclusio ingrata auribus accidit, cum conclusione in longam et ictu percussam syllabam facta sonus alacer et masculus evadit. Inde non miraberis, si Pindarus in versibus ex duabus tripodiis dactylicis constantibus, quales sunt tres in stropha odae P. XII, nusquam post tertium pedem prioris coli verbum finivit, sed decies post primam longam tertii pedis

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –, – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

bis post primam longam primi pedis alterius coli

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – –́, ω – ω –.

Similis ratio epitriticorum versuum est, qui raro post finitum ultimum pedem prioris coli rhythmici, frequentius post tertiam syllabam ultimi epitriti prioris coli aut post primam longam primi pedis alterius coli inciduntur. Talibus igitur in versibus quod sedes caesurae fluctuat, minime crimini poetae numeroso verti debet. Magis offendere potest quod etiam in versibus, quorum rhythmica decursio procatalexi interrumpitur, non semper in catalexi verbum poeta finivit, ut primum versum primae odae Olympicae quinquies quidem in procatalexi incidit

⏑ └́ –⏑ ⏑ –́ ⏑ └, –́ ⏑ –⏑ ⏑ └́ –

sed ter post primam vel secundam syllabam alterius coli

⏑ └́ –⏑ ⏑ –́ ⏑ └ –́, ⏑ –⏑ ⏑ └́ –
⏑ └́ –⏑ ⏑ –́ ⏑ └ –́ ⏑, –⏑ ⏑ └́ –

Atque in carminis N. II versu quarto tam frequens caesura post primam syllabam sequentis coli est, ut merito ambigas utrum ex glyconeis periodus constet

ώ ⏑ –⏑ ⏑ –́ ⏑ └ –́ ⏑̄ –⏑ ⏑ –́ ⏑ └ –́ ⏑̄ –⏑ ⏑ └́ –

an in ionicum tractum singula cola exeant

ω ⏑ –́⏑ ⏑ – ⏑ └́ –, ⏑̄ –́⏑ ⏑ – ⏑ └́ – ⏑̄ –́⏑ ⏑ – –

In iis vero versibus, qui in creticum pedem post procatalexim exeunt aut a iambico vel trochaico proodo monometro exordiuntur,

tantum non fugisse videtur poeta caesuram in catalexi positam. In versibus utique O. VI ep. 7 et P. XI 2

∸ ⏑ ⌞ ∸ ⏑ – – ∸ ⏑ – – ∸ ⏑ – –
∸ ⏑ –⏑ ⏑ ⏖̇ ⏑ ⌞ ∸ ⏑ –

nusquam, quamvis prioris carminis quinque, alterius octo strophae sint, caesuram in catalexi admissam vides. Atque hoc eo consilio fecisse poetam existimo, ut breves istos proodos et epodos arctius cum capite versus coniungeret neque quasi fracto pede claudicare et pendere sineret. Sed etiam in versibus ex longioribus et iustis colis compositis, ut I. I ep. 4

– ∸ ⏑ – – ∸ ⏖ ⌞ ∸ ⏑ – – ∸ ⏑ – –

hoc licentiae sibi Pindarus sumsit, ut omnibus in strophis cola *συναφείᾳ* coniungeret. Quae cum ita se habeant, quam dubium indicium finis coli apud Pindarum caesura sit intellegis. Neque tamen me adsentientem habebit, si quis in versibus dividendis Pindari caesuram prorsus neglegere velit, sed cautionem adhibendam esse et ipse censeo quam maximam.

Quatuor quae recensui indicia finis colorum potissima sunt. Praeterea magnitudinis iustae colorum, analogiae, concinnitatis nos rationem habere par est, sed de his rebus magis in commentis de singulis carminibus quam in his Prolegomenis disserere conducet. Atque si plura indicia concurrant, fidentius de divisione versus praecipies, si singula aut nulla adsint, in probabilitate acquiescendum vel etiam ad arbitrium, circumspectum illud quidem nobis confugiendum erit.

D e n u m e r o m e m b r o r u m. Numerus colorum, ex quibus versus quisque constat, nullas quidem dubitationes editori parat, habet tamen, cui animos lectorum advertere velim. Versus vulgares, ut hexameter dactylicus, tetrameter anapaesticus, septenarius trochaicus, trimeter iambicus, ex duobus colis constant. Lyrici quoque poetae tersi et elegantes, inprimis Alexandrini et Romani versus ex duobus colis compositos maxime probabant, ut Priapeum, Sotadeum, Asclepiadeum. Verum ingeniosi poetae lyrici et scenici non tam angustis limitibus suam artem coerceri voluerunt, unde iam Alcaeus versum finxit ex tribus colis constantem

∸ ⏓ –⏑ ⏑ ∸ ⏑ ⌞ ⁝ ⏓ –⏑ ⏑ ∸ ⏑ – ⏓ ∸ ⏑ –

μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῷ, παῖσα δ' Ἄρῃ κεκόσμηται στέγα.

Etiam longius Anacreon progressus est, ita tamen, ut quas periodos ex quatuor et quinque colis composuit, earum cola similibus numeris includeret et tamquam versiculi essent, verbo quodque finiret. Pindarus vero, quo fuit studio variandi formas, iuxta versus iustos

ex binis colis constantes in eadem stropha longiores periodos trium pluriumve membrorum usurpare et cola longiorum versuum non minus quam breviorum communione verborum (συναφείᾳ) conflare inter se et concatenare solitus est. Quamquam igitur Pindari quoque versus plerique ex binis colis constant neque carmina desunt, quorum versus omnes bimembres sint ut P. xii, tamen sunt alii trium colorum, ut O. i 6, ep. 8. P. ix 5. N. ii 4, alii quatuor, ut P. ii ep. 1. ix 5. N. v 1. ix 4. I. i 4. vii 5, alii denique quinque (P. i 6) et septem colorum (I. viii 5). Praeterea hoc maxime poeta Thebanus adamavit, ut colo uni vel pluribus iustis brevem epodum (clausulam) duorum vel trium pedum subiceret, nonnumquam etiam basim duarum longarum (O. v 1. 2. ep. 1. 2. P. i 3. I. vii 5) vel duorum iamborum (P. ii ep. 5. vi 1. viii ep. 4. N. iii 4. N. vii 4. ep. 1) praemitteret. Ne tu igitur, candide lector, de inconcinnitate et inconstantia Pindari queraris eiusque naturam modulis pusillanimorum artificum metiaris; immo tu hoc ingeniosi poetae esse ducas, quod non exilis et ieiunae doctrinae praeceptis suam artem constrinxit, sed libere exspatiatus varia genera carminum et versuum amplecti maluit.

De colorum finibus scriptura significandis. Ad postremum paucis adumbrare visum est, quam viam ad indicanda cola versuum ingressus sim. Atque supra iam dixi versuum dactylo-epitriticorum cola solis in schematis, non etiam in verborum textu a me divisa et indicata esse. Idem etiam in logaoedicis versibus nonnumquam committendum putavi, si cola breviuscula neque conformatione metri separata et dirempta vidi. Ceterorum autem versuum cola duplici modo in textu separanda duxi, ut aut unumquodque colon proprio versu includerem, aut lineola transversa (_) interposita cola dirimerem. Hoc alterum me iis in versibus solis, quorum rhythmi cursus interrumperetur, instituisse non est quod multis exponam et defendam. Sed cur non unam rationem solam inierim, erunt qui me interrogent aut etiam carpant. Quibus ita respondeo, ut ne quid reconditae rationis in hac duplici vel potius triplici via quaerant rogatos velim. Non tam ratione ductus, quam partim necessitati voluminis parens, partim ut chartae parcerem, partim ne specie inconcinnitatis oculos lectorum laederem, plus unam viam ingredi institui. Atque primum epodos et proodos ex duobus pedibus solis constantes propriis versibus non inclusi, ne textus verborum nimis pusillas in particulas discerperetur. Deinde etiam clausulas trium pedum cum antecedente colo unum in versum coniunxi, sicubi clausulam istam rhythmo non interrupto antecedenti versui adhaerentem vidi, ut

O. IX 3–6. N. IV 3—6. Denique etiam duas tripodias in unum versum coniungere quam in duos versiculos dirimere malui, ne iusto breviores versus fierent. Atque hac in re semel certe, I. VIII 5, nutui et consilio poetae ipsius obtemperasse mihi videor. Nam cum illo loco quatuor pares tripodiae catalecticae sese excipiant, post secundam et quartam tripodiam in omnibus septem strophis verbum poeta finivit, post primam et tertiam ter idem caesuram neglexit. Poetae igitur ipsius vestigia secutus tripodias primam et secundam, tertiam et quartam in singulos versus coniunxi, post primam et tertiam lineola transversa catalexim indicavi. Quodsi in duplici via distinguenda non semper mihi constare videbor, hoc me consolor, quod non multum referre novi, utrum hanc an illam viam ingrediaris.

De rhythmicis metrorum rationibus.

De numeris et rhythmo carminum cum mihi disputandum sit, primum de versuum pedibus simplicibus disseram, proficiscens a natura versus, quem artifices ordinem rhythmicum esse dicunt numeris continuis ita decurrentem, ut ab una sublatione ad alteram aequum intervallum intercedat. Haec versus notio plane cadit in versus puros et rectos, qualis est P. II 1.

⏑́⏑ ⏑ ⏑́⏑ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ ⏑́⏑ ⏑ –́ .

Sed longe plurimi versus Pindari ita comparati sunt, ut si pedes oratione expressos spectas, neque continui sint neque aequales. Itaque ne versus notio numerorumve leges turbentur, remedia nos circumspicere oportet, quibus inaequalitas ista tolli lacunaeque expleri possint. Atque nihil aut certe non multum proficimus silentiis seu temporibus inanibus adscitis. Namque illis suus locus in fine versuum est, et ne si largiamur quidem in mediis quoque versibus post verbum in fine coli finitum pausam intercedere posse et poetas lyricos hoc quoque libertatis sibi sumsisse, ut eundem pedem in stropha pausa post syllabam interiecta, in antistropha syllaba longius producta exprimerent hoc modo

–́ ⏑̄ –́⏑ ⏑ –́ ⏑ ∟́ –́ ⏑̄ –́⏑ ⏑ ∟́ : ═ –́ ⏑̄ –́⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑́̄ Λ –́ ⏑̄ –́⏑ ⏑ ∟́ –́

ne sic quidem vereor ut multum proficiamus. Hoc enim certe fieri nequit, ut medio verbo tempus inane intericiatur eiusdemque verbi partes syllabaeque silentio dissolvantur. Et vel si tu hoc ferre velles in nostris cantilenis, quarum vis et dulcedo magis in sonis quam in verbis inesse solet, Graeci non tulissent, quorum plurimum intererat, ut scripto textu non adiuti ex ipsa voce cantoris chorive quae poeta sentiret plane exaudirent. Potest igitur rectus ordo rhythmi versuum, in quibus mediis duae arses collidunt, tum demum

pausarum intervallis restitui, si istae duae arses semper fine verbi vel caesura dirimuntur, ut in pentametro elegiaco, in Asclepiadeo qualem Horatius struxit

–̇ – –̇⏑ ⏑ –̇, –̇⏑ ⏑ –̇ ⏑ –̇,

in iis, quos Klopstockius fecit versus ut in carmine Der Eislauf

–̇ ⏑ –̇, –̇⏑ ⏑ –̇, –̇ ⏑ –̇

–̇⏑ ⏑ –̇, –̇⏑ ⏑ –̇.

At non potest hoc modo restitui, si duo cola inter se conflantur neque caesura dirimuntur. Tales autem plerique versus Pindari sunt, qui caesuram diligenter adeo non servavit, ut saepe verbi syllabas inter finem prioris coli et initium posterioris distribueret, ut statim in primo carmine

Χάρις δ' ἅπερ ἅπαντα τεύχει τὰ μείλιχα θνατοῖς,
Πισάτα παρὰ πατρὸς εὔδοξον Ἱπποδάμειαν.

Apud Pindarum igitur, ut rhythmi cursum turbatum restituamus, alia remedia nobis quaerenda sunt.[1])

De longis syllabis longius productis. Alia ista remedia nobis suppeditant veteres rhythmici, cum et longae syllabae haec quatuor spatia tribuant[2])

— duorum temporum, *μακρὰ δίχρονος,*
└— trium temporum, *μακρὰ τρίχρονος,*
└┘ quatuor temporum, *μακρὰ τετράχρονος,*
└┴┘ quinque temporum, *μακρὰ πεντάχρονος,*

et praeter legitimas breves longasque syllabas unius duorumque temporum brevem brevi longiorem itemque longam longa breviorem esse dicant.[3]) Namque hoc modo et lacunae versuum expleri et inaequales pedes ad aequabilitatem revocari possunt. Atque in promptu est ratio explendi lacunas, ut quibus in versibus ordo rhythmicus, si syllabas orationis spectas, turbatus esse videatur,

1) Leges subtiles symmetricae compositionis, quales E. Graf, Pindars logaoedische Strophen, Marb. 1892, indagare conatus est, ut multum valent ad artem poetae aperiendam, ita ad rhythmicas difficultates solvendas non sufficiunt. Aeque Fel. Vogt, De metris Pindari quaestiones tres Argentorati 1880, quamquam nonnullos errores metricorum schematum meae proecdosis bene correxit et multa diligenter observavit, interiores tamen rhythmi leges non expedivit. Denique Mauritii Schmidtii et Eduardi Boehmeri metricarum rationum fundamenta magis quam audaciam in Pindari versibus ad istas rationes revocandis nobis probari in commentariolis metricis singulorum carminum non tam redarguendo quam demonstrando aperuimus.

2) Anon. de mus. ap. Westphal Fragm. d. gr. Rhythm. p. 69. 163. Aristid. de mus. I 33. Aristox. ap. Westphal l. l. p. 31, 8. 39, 16. Huc etiam pertinent notae pausarum (Λ) notis syllabarum aliquot locis in hymnis Dionysii et Mesomedis adiectae.

3) Mar. Victor. p. 39, 8 ed. Keil.

iam integer et perfectus evadat. En exempla, quae plus valent quam ratiocinationes

⏒ ⏑ ⏒ ⏑ ⏒ ⏑ ⏑́⏑ ⏑ ⏒ ⏑ ⌊⌋́ ⏑́⏑ ⏑ ⏒ (N. III 2),
– ⏒ ⏑⏑ ⏒ ⏑⏑ ⌊⌋́ ⏒ ⏑⏑ ⏒ ⏑⏑ ⏒ – (O. XIII ep. 1),
– ⏒ ⏑ – ⏒ ⏑ ⏑⏑ ⏒ ⏑ – ⌊⌊⌋́ ⏒ ⏑ – ⏒ ⏑ – (O. II 3).

In unoquoque enim horum trium versuum una longa in ambitum totius pedis aut trochaei (⌊__) aut dactyli (⌊__⌋) aut paeonis (⌊⌊⌋) producta cursus numerorum integer restituitur. Quamquam de quintupla longa, quam Aristides de mus. I 33 et fortasse etiam Aristoxenus de rhythm. elem. p. 280 ed. Meib. ignorant, vide quae ad O. II commentati sumus.

Etiam latius altera ratio patet, quoniam Pindarus mera cola trochaica et iambica, quae multa in cantilenis Anacreontis et canticis scenicorum poetarum occurrunt, adeo aspernatus est, ut paene omnibus in versibus trochaeis dactylos immisceret. Hac enim re ipsa lyrica metra ab epicis et vulgaribus differre et modorum dulcedinem effici vates Aeolici et chorici opinabantur. Neque hoc artificium miscendi pedes trochaicos et dactylicos quidquam novi aut ab arte poetarum aliarum nationum alieni habet. Namque Horatius quoque et nostrates poetae, qui a licentia coli in medio verbo finiti abhorrent, hoc sine ulla dubitatione sibi permiserunt, ut dactylum trochaeis, iambis anapaestum praemitterent aut medium intericerent. Sed cum non eadem omnium versuum ratio sit, et alia alio in genere carminum via iniri debeat, singula genera in hac quaestione nos distinguere par est.

De cyclicis dactylis. Logaoedicis in versibus dactylus immixtus est trochaeis, unde cum trochaei in hoc genere versuum praevaleant et dactylus plerumque unus, si plurimum, duo trochaeis inserti sint, non trochaeos dactylo, sed dactylum trochaeis adsimilandos esse patet. Itaque dactylum istum fere idem tempus quod trochaeum explere[1]) statuimus, quod ut etiam oculorum visui patefieret, duo genera dactylorum his notis a nobis distincta sunt:

⏒ ⏑⏑ dactylus iustus quatuor temporum,
⏒⏑ ⏑ dactylus cyclicus trium fere temporum.

Volubili alteri dactylo nomen cyclici dactyli Boeckhio duce imposuimus, licet ne nos quidem fugerit veteres scriptores[2]) nomen

---

1) v. Aristox. Harm. II p. 34, 16 M.: *τῶν μεγεθῶν μενόντων ἀνομοίους γίγνεσθαι τοὺς πόδας.*

2) Dionys. Halic. de comp. verb. c. 17 p. 224 Sch.: *οἱ μέντοι ῥυθμικοὶ ῥυθμόν, ὃς ἀπὸ τῶν βραχειῶν ἀρξάμενος ἐπὶ τὴν ἄλογον* (i. e. *βραχυτέραν μακρὰν*

cycli non ad unum illum dactylum irrationalem trochaeis immixtum, sed ad versus ex irrationalibus dactylis vel anapaestis solis constantes rettulisse. Eadem enim causa omnium dactylorum irrationalium est, sive plures sese excipiunt sive singuli aliis pedibus interiecti sunt. Nihil autem moror neque novicium scriptorem Aristidem de mus. I 37, qui cum omnia cola lyrica in pedes dissyllabos solvenda esse sibi persuasisset, vim cyclici dactyli adeo non perspexit, ut dactyli trochaeis immixti duas breves syllabas inter duos pedes (– ⏑ | ⏑ – | ⏑ –) miro errore distribueret, neque Byzantinorum melodorum usum, qui cum in ecclesiasticis carminibus a cantoribus stantibus cantandis rhythmum minus curassent, periodos, quarum prius colon in thesim exiret, alterum a thesi exordiretur, effingere non dubitarunt, ut

∸⏑ ⏑ ∸ ⏑ ∸ ⏑ | ⏑ ∸⏑ ⏑ ∸ ⏑ ∸

καὶ ἐν ἀγκάλαις ἔσχες | *τὸν πάντα συνέχοντα.*[1])

Veterum enim Graecorum ars cum a motibus saltationum et pomparum profecta esset et semper cum iis coniuncta teneretur, severioribus legibus rhythmi non adstringi non potuit.

Duae quas exposuimus rationes simul adhibendae sunt in choriambicis versibus, ut et longa longius producta cursus rhythmi interrupti salebrae removeantur et dactylo pede in breviorem ambitum cyclici dactyli redacto aequabilitas pedum restituatur, ut

∸⏑ ⏑ ⌊_ ∸⏑ ⏑ ⌊_ ∸⏑ ⏑ ⌊_ ∸⏑ ⏑ – –

παννυχίοις πάντες ἐπέλθωμεν ὁ Θήβας ἐλελίζων (Soph. Ant. 152).

Quamquam enim his in versibus rhythmi aequabilitatem ita quoque restituere possis, ut choriambum similiter atque in paeanibus creticum vicem pedis simplicis sex morarum (*ποδὸς ἑξασήμου*) obtinere neque in duos pedes simplices dirimendum esse dicas

∸ ⏑ – ∸ ⏑ – ∸ ⏑ – ∸ ⏑ –

∸ ⏑⏑ – ∸ ⏑⏑ – ∸ ⏑⏑ – ∸ ⏑⏑ – –,

tamen pluribus causis ut rationem supra propositam potiorem ducam commoveor, primum quod versuum choriambicorum indoles quam maxime concitata et a gravitate heroici dactyli aliena esse videtur, deinde quod plerique versus choriambici in lagaoedicas clausulas excurrunt, velut

---

τῆς τελείας μακρᾶς) τελευτᾷ, χωρίσαντες ἀπὸ τῶν ἀναπαίστων (i. e. *τελείων ἀναπαίστων τεσσάρων χρόνων) κύκλον καλοῦσι, παράδειγμα αὐτοῦ φέροντες τοιόνδε·*

κέχυται πόλις ὑψίπυλος κατὰ γᾶν.

1) Anthologia graeca carminum christianorum adorn. Christ et Paranikas prol. p. CVII.

–́ ⏑ ⏑ ⊔ –́ ⏑ ⏑ ⊔ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⊔̇ –

δεῦτέ νυν ἅβραι Χάριτες καλλίκομοι τε Μοῖσαι (Sappho).

Quibus de causis multo facilius, si ratio supra proposita reiceretur, in eam sententiam inclinarem, ut altera longa choriambi percussa choriambicum rhythmum in ionicum transire dicerem

– ⏑⏑ –́ – ⏑⏑ –́ – ⏑⏑ –́ – ⏑⏑ –́ –

Verum ne sic quidem subtilitate rhythmicarum rationum carere possemus, quoniam etiam ionici pedis prior longa procul dubio longa longior et duae breves brevibus breviores sunt, etiamsi dubitare possis num prior longa tria tempora expleverit et nota ⊔ signanda sit. Sed non est cur hic subtiles istas quaestiones accuratius excutiamus, siquidem Pindarus choriambicos versus fecit nullos et pauci, quos fecit ionicos O. v et fr. 95. 189. 203, neque puri neque continui sunt.

De duabus longis trichronis. In poetis scenicis saepe fit, ut duae longae *τρίχρονοι*, quae dipodiam sex temporum expleant, deinceps se excipiant, idque et in media et in initiali et in finali sede versus, ut Aesch. Eum. 918. 920. 550:

⊔̇ ⊔ –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –̇ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –

τὰν καὶ Ζεὺς ὁ παγκρατὴς Ἄρης τε φρούριον θεῶν νέμει

–̇ ⏑ – ⏑ ⊔̇ ⊔ –̇ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –

ῥυσίβωμον Ἑλλάνων ἄγαλμα δαιμόνων

⏑ –̇ ⏑ ⊔ –̇ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ ⊔ –̇ ⏑ – ⏑ ⊔̇ ⊔

ἑκὼν δ' ἀνάγκας ἄτερ δίκαιος ὢν οὐκ ἄνολβος ἔσται.

Pindaro, cum a choriacis carminibus, in quibus haec coniunctio duarum longarum *τριχρόνων* creberrima est, prorsus abstinuisset, copia huius rhythmicae formae usurpandae minus crebro facta est. Sed cum ea etiam in logaoedicis carminibus poetarum scenicorum, quamvis multo rarius, inveniatur, quaeritur num Pindarus quoque hac forma usus sit. Atque duas longas nonnumquam in Pindari carminibus deinceps ita poni, ut in nulla stropha pro longa brevis admissa sit, exemplis certis constat. Sed cum syllaba anceps rhythmica (*ῥυθμοῦ*) brevi et longa syllaba orationis (*λέξεως*) expleri possit, quaeritur utrum duae istae longae syllabae vim habeant rhythmicam

– ⏑̄ an ⊔ ⊔

Atque iam inde a principio, si omnibus in strophis duae longae positae sunt, in alteram sententiam inclinabimus; mirus enim esset lusus fortunae, praesertim in carminibus octo pluriumve stropharum, si poeta libertate brevem ponendi nusquam usus esset. Sed ut tuto

fundamento ratiocinatio nitatur, primum quaerere nos oportet, qua tandem sede versuum logaoedicorum ancipitem syllabam admittere poetis licuerit. Admisit autem Pindarus leges omnium poetarum communes secutus ancipitem syllabam praeterquam in fine et anacrusi versus, in basi Hermanniana et in fine medii membri, velut O. IX 3. N. II. 3. N. III ep. 1. IV 4. 6:

⏗ ⏒ –⏑ ⏑ ⏗ ⏑ – ⏒ ⁝⏑ ⏑ – ⏑

Τεύδραντος πεδίον μολὼν ἔστα σὺν Ἀχιλλεῖ
ἄρχονται Διὸς ἐκ προοιμίου, καὶ ὅδ᾽ ἀνήρ

⏗⏑ ⏑ – ⏑ ⏗⏑ ⏑ – ⏒ ⏗ ⏑ – –

παγκρατίου στόλῳ καματωδέων δὲ πλαγᾶν
ὄφρα θαλασσίαις ἀνέμων ῥιπαῖσι πεμφθείς

⏗ ⏒ – ⏒ ⏗⏑ ⏑ – ⏒ ⏗⏑ ⏑ – –

ῥῆμα δ᾽ ἐργμάτων χρονιώτερον βιοτεύει
Αἰγίνας ἕκατι, φίλοισι γὰρ φίλος ἐλθὼν
αὖτις Εὐρώπαν ποτὶ χερσὸν ἔντεα ναός.

Sed licet in his locis syllaba anceps legitima fuerit, Pindarus tamen brevem syllabam, ut quae genuina fuerit, ita anteposuit, ut raro longam pro brevi admitteret. Inde si quo loco omnibus in strophis longam posuit, duabus longis vim non trochaei irrationalis (*τροχαίου ἀλόγου*) sed pedis senarii (*ποδὸς ἑξασήμου*) tribuemus. Atque in huius editionis schematis metricis duas longas trinum temporum deinceps positas in omni sede versuum logaoedicorum invenies, sed crebro tantum in fine versus, rarius in primo, rarissime in medio versu. Exemplo sint versus hi:

⏗ ⏑ –⏑ ⏑ ⏗ ⏑ – ⏑ ⏗ –

αἴτε ναίετε καλλίπωλον ἕδραν (O. XIV 2),

⏑ ⏗ ⏑ ⌞ ⏗ ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏗⏑ ⏑ – ⏑ ⏗ –

τεὰν ἀδελφὰν ἐλάχομεν ἀγλαόγυιον Ἥβαν (N. VII 4),

⌞ – ⏑ ⏗⏑ ⏑ –

βουλᾶν δὲ καὶ πολέμων (P. VIII 3),

⌞ –⏑ ⏑ ⏗ ⏑ – ⏑ ⏗ –

ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πολλ᾽ ἀοιδοί (N. II 2. IV 8),

⌞ ⌞ ⏗⏑ ⏑ –⏑ ⏑ ⏗⏑ ⏑ – ⏑

ἵπποις ἡμιόνοις τε μοναμπυκίᾳ τε (O. V ep. 1),

⌞ ⌞ ⏗⏑ ⏑ – ⏑ ⌞ ⌞ ⏗⏑ ⏑ – ⏑ ⌞ ⌞ ⏗ ⏑ –⏑ ⏑ ⌞ ⌞ ⏗ ⏑ – ⏑ –

ἄντειλας Διόνυσον ἢ χρυσῷ μεσονύκτιον νίφοντα δεξαμένα τὸν φέρτατον θεῶν (I. VII 5).

His igitur et similibus in versibus, postquam diu animi pependimus, rhythmicam formam, qua poetas scenicos usos esse extra

omnem dubitationem positum est, Pindaro quoque vindicare ausi sumus. Atque ut a duabus longis trinum temporum versus logaoedicos Thebanum poetam auspicatum esse statueremus, calcaria animo subdidit similis usus in epitritico versu P. I 3:

⌞⌟̣ ⌞⌟ ⏑̣́ ⏑ – – –́ ⏑ –

πείθονται δ' ἀοιδοὶ σάμασιν.

De epitritorum mensura. Non eodem quo in logaoedicis modo in dactylo-epitriticis versibus pedes diversi generis, dactyli et trochaei, commixti sunt. Illic enim in eodem colo dactyli et trochaei consociati sunt, hic dactyli et trochaei ita in membra versus distributi sunt, ut alia ex dactylis, alia ex trochaeis constent. Atque facilius hanc mixtionem ferri et mutatione (*μεταβολῇ*) rhythmi excusari posse non infitias imus. Sed si nihilo secius pedes omnes omnium partium versus exaequandi vel saltem assimilandi sunt, maiestate modorum huius generis et epitritorum tarda gravitate adducimur, ut trochaeos potius ad ambitum quatuor temporum accedere quam dactylos ad levitatem cyclicorum pedum reici existimemus. Unde Meissneri et Henrici Schmidtii vestigia legentes dactylo-epitriticos versus hunc in modum metiendos esse existimamus:

⌞⌟̣ ⏑ –́ – –́ ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ – ⌞⌟̣ ⏑ –́.

Hoc autem modo rhythmi horum versuum vere ampli (*περίπλεῳ*)[1] fiunt, id quod indoli huius generis carminum plane accommodatum esse nemo non videt. Epitritos vero ultra ambitum septenum temporum extendere et alteram eius partem alteri assimilare, eo magis nobis licere duco, quod summus Graecorum musicus, Aristoxenus, Elem. rhythm. p. 302 M., pedem septem temporum esse negavit, et Aristides, De mus. I 35, rhythmos *ἐν ἐπιτρίτῳ λόγῳ* non ab omnibus receptos et comprobatos esse tradit. Verum enim vero cum plerique rhythmici epitritum pedem septem temporum esse statuerint, et ipsum nomen *ἐπιτρίτου* (3 : 4) hanc rationemne dicam an errorem antiquum et inveteratum esse doceat, dubitationibus hominum doctorum hoc dandum esse putavimus, ut quam mensuram octonum temporum unam veram esse credimus, eam notis tamen non exprimeremus. Arbitrio igitur lectorum permisimus, quo modo pedes dactylo-epititriticorum versuum recitantes exaequare malint, primane longa epititriti longius producta an dactylis in brevius intervallum contractis an alio denique quocunque modo; exaequandos autem omnes pedes horum versuum esse nemo dubitabit, nisi qui

1) Conf. Aristid. de mus. I 34.

omnem vim rhythmi in gravissimo hoc genere carminum Dorico pessumdari aequo animo tulerit. Quamquam hoc modo nondum omnes rationes rhythmicae dactylo-epitriticorum versuum expeditae sunt; restant gravissimae et difficillimae quaestiones de pluribus pedibus simplicibus in unitatem pedis compositi comprehendendis, de quibus postea disputabimus.

De paeonum mensura. Paeonicis in versibus trochaicae dipodiae purae (– ⏑ – ⏑) creticis pedibus (– ⏑ –) admixtae sunt O. II str. 8. ep. 6. P. V str. 2. 11. ep. 1. Raro quidem haec commixtio in Pindari carminibus invenitur*, sed crebro in Aristophanis Plautique fabulis, neque aliis modulis lyrica pauca quam scenica crebra exempla astringenda esse patet. Iam versuum ex paeonibus et trochaicis dipodiis mixtorum easdem rationes fuisse atque versuum ex epitritis et dactylis mixtorum quotus quisque erit qui veri simile esse neget? Hoc autem si probamus, illud alterum sequitur, ut dipodiarum trochaicarum intervalla ab intervallis creticorum aut nihil aut paene nihil discrepare concedamus. Verum in angustias compellimur, quod non solum veteres rhythmici paeones quinque, non sex temporum esse docent, sed etiam poetae ultimam longam pedis cretici saepe in duas breves solverunt. Inde quo modo trochaicae dipodiae et paeonici pedes exaequandi vel assimilandi essent, notis signare veriti sumus et cantorum potius dexteritati quo pacto id facerent permisimus. Id solum curandum esse putavimus, ut in metricis schematis paeones et trochaicas dipodias aequo intervallo distare significaremus

– ⏑ –   – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ – ⏑ –.

Licentia ista poetarum in carminibus paeonicis pro pede cretico trochaicam dipodiam usurpandi, tamquam sex (– ⏑ ⊔), non quinque (– ⏑ –) temporum creticus pes esset, hoc inprimis nomine offendit, quod natura numerorum flagitare videtur, ut sola longa duarum morarum (μακρὰ δίσημος), non etiam longa trium morarum (μακρὰ τρίσημος) in duas breves solvatur. Atque nescio an hac ipsa re veteres musici adducti sint, ut paeonem inter simplices pedes referrent eumque novum genus rhythmi, ῥυθμὸν ἡμιόλιον, efficere statuerent. Sed quamvis ista lex natura ipsa niti videatur et in versibus ex duobus membris catalecticis compositis (versibus syncopatis), ut in pentametro elegiaco et tetrametro iambico Aristophaneo

–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –   –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –
⏑ –́ ⏑ – ⏑ – ⏑ –   –́ ⏑ – ⏑ – ⏑ –

semper a poetis observata est, tamen ea non inde a principio ita

sancita et stabilita fuit, ut poetae in concitatis versibus eam neglegere nefas putarent. Pindarus certe non solum in paeonicorum carminum strophis pro cretico puro (_ ◡ _) cretico soluto vel paeone (_ ◡ ◡◡) usus est, sed ne in aliis quidem carminibus licentia longam trium morarum in duas breves solvendi prorsus abstinuit. Certum quidem exemplum exstat in carmine logaoedico I. VIII 5, ubi pro

_ ⏓ _◡ ◡ _ ◡ ⊔ _◡ ◡ _ ⏓

in strophis tertia quarta quinta admissa est haec forma

_ ⏓ _◡ ◡ _ ◡ ◡◡ _◡ ◡ _ ⏓

Eadem vero licentia paeonem quartum pro dipodia trochaica catalectica ponendi occurrit, si meas rationes metiendi probas, etiam P. VI 3 et XI 5, fortasse etiam O. IV 7. X ep. 9. XIV 5. N. VI 4. VII ep. 3. 4. Miram autem hanc licentiam Pindari, a qua tamen ne scenici quidem poetae prorsus abhorruerunt, non aliter excusari posse crediderim nisi quod illo tempore rationes rhythmicae et mensurae longarum longis longiorum summis tantum lineamentis adumbratae neque iam ad certas formulas redactae erant. Quod cum ipsi concedimus et inprimis in concitatis numeris longam catalectici pedis ultimam, si brevi intervallo catalexis rediret, ut in versibus creticis et choriambicis, non in plenum ambitum pedis simplicis trium quatuorve temporum productam esse largimur, tamen ab eorum levitate longe distamus, qui omnes has quaestiones rhythmicas inutiles et notas dactyli cyclici et longarum trium quatuorve morarum a schematis veterum carminum amovendas esse dictitent. Est quadam prodire tenus, si non datur ultra.

De dipodiarum rhythmicis rationibus. Huc usque de rhythmica mensura pedum simplicium disputavimus, sed dipodiis quoque et pedibus compositis, ut supra iam in metrica parte huius commentarii exposuimus, sua vis in rhythmicis rationibus et in distributione ictuum est. Neque enim omnes pedes versus pari ictu percutiuntur, sed alii aliis graviores sunt. Atque dipodiae quidem cum alter pes arsis, thesis alter partes obtinere perhibeatur[1]), ictuum vim ita distingui par est, ut prior pes duobus punctis, secundus uno puncto notetur (⩦ ◡ ∸ ◡), vel ut omisso ictu alterius pedis solus prior nota ictus signetur (∸ ◡ _ ⏑). Neque quod raro in lyricis colis iambicis trochaicisve sub finem cuiusque dipodiae anceps syllaba admissa est, id obstare videtur, quominus ictus duorum pedum in canticis aeque atque in deverbiis pares fuisse negemus. Idem autem quod de trochaicis iambicisque versibus valet, valet etiam de loga-

1) v. Aristid. Quintil. de mus. I 39.

oedicis, siquidem ei quoque, licet non ab inventoribus, at tamen a Pindaro poetisque scenicis in dipodias dividebantur. Itaque in his quoque duorum pedum ictus hoc modo distinguendos curavimus:

⏑́⏑ ⏑ –́ ⏑ vel –́⏑ ⏑ – ⏑.

Epitriti vero et choriambi procul dubio uno ictu primario ita percutiendi sunt, ut alter pes arsis, thesis alter partes tueatur

–́ ⏑ –́ – vel –́ ⏑ – –   –́⏑ ⏑ ⊔́ vel –́⏑ ⏑ ⊔.

Rhythmica igitur notatio eorum versuum, qui ex colis dipodicis solis constant, fere nullam praebet difficultatem, nisi quod uter pes dipodiae, priorne an posterior graviore ictu percutiatur non plane constat

⏑ –́ ⏑ –́ an ⏑ –́ ⏑ –́   –́⏑ ⏑ ⊔́ an –́⏑ ⏑ ⊔́

et quod a veteribus grammaticis inter dipodias etiam antispastus (⏑ – – ⏑) relatus est. Atque priorem quaestionem, ut quae maxime ad percussionem iambici senarii pertineat, hoc loco missam faciamus. Antispastum num recte inter dipodias rettulerint, viri docti dubitant. Neque ego quaestionem difficillimam, cui musicae notae parodi Euripideae fabulae Orestis ex papyro Raineri nuper in lucem protractae[1]) nonnihil lucis afferre videntur, in angustiis huius commentarii diiudicare ausim. Id solum moneo, antipasticam dipodiam si quis amplecti malit, ei in versibus, qualis est O. I 1

Ἄριστον μὲν ὕδωρ ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ

primam syllabam brevem ictu notandam esse

⏑́ – –⏑ ⏑ –́ ⏑ ⊔ | –́ ⏑ –⏑ ⏑ ⊔́ –,

non primam longam in ambitum trium temporum ita producendam, ut primae arsi anacrusis praemittatur

⏑ ⊔́ –⏑ ⏑ –́ ⏑ ⊔ | –́ ⏑ –⏑ ⏑ ⊔́ –

De notatione tetrapodiarum. In schematis metricis non solum dipodiarum priorem ictum ab altero distinctum habes, sed etiam tetrapodicorum et hexapodicorum colorum primam dipodiam a reliquis ita discretam, ut primae dipodiae arsis primaria duobus, posterioris vel posteriorum uno puncto notata sit. Hoc inprimis ob metricas rationes, ut dipodiarum et colorum fines discriminarentur, a nobis institutum esse supra p. XXVIII exposuimus. Eandem autem notationem etiam ad praecepta rhythmicorum veterum ita referre poteris, ut tetrapodicum colum *πόδα σύνθετον δωδεκάσημον* esse dicas et ictum primi pedis primae dipodiae ceteris graviorem

1) Wessely, Mitteil. aus der Sammlung des Pap. Erzherz. Rainers v 65—72, Crusius Philol. 52, 174 ff.

esse statuas. Atque haec sententia magnopere placuit Westphalio, qui multus fuit in rhythmis longioribus ad primarias rationes rhythmicas revocandis. Neque ego intercedam, si quis haec subtilia discrimina ictuum etiam deperditis musicis modis percussionumque signis auribus percipere poterit. Sed ut quod sentiam libere profitear, omnem istam doctrinam rhythmicorum magis subtiliter excogitatam atque in systema redactam quam ex usu musicorum repetitam esse puto. Etenim cum iam tetrapodici coli utra dipodia graviore ictu percutienda sit parum constet, quin etiam fuerint qui dipodiarum iambicae et ionicae alteram longam potius quam priorem ictu percuterent[1]), quo tandem indicio in senario colo iambico diiudicare audebis, primaene dipodiae an secundae an denique tertiae ictus ceteris praevaluerit? Qua de causa equidem in eo acquiescere malo, ut duplici ista notatione plures dipodias in unum colum comprehendendas esse significem, fines autem membrorum non tam artificiosa ista distinctione ictuum quam vocis modulatione et cursus retardatione definitos esse existimem.

De tripodiis dipodiis immixtis. Gravissimos scrupulos nobis metra ad numerorum vices revocantibus tripodiae movent. Ut enim in simplicibus pedibus aequis intervallis elevatio et depressio vocis redeunt, sic in compositis quoque pedibus ratio atque natura rhythmi flagitare videtur, ut graviores quos modo definivimus ictus paribus intervallis inter se distent. Atque plane hoc fit in versibus, qui ex solis dipodiis constant, velut in versu Stesichoreo

–̈ ⏑ –̇ – –̈ ⏑ –̇ – –̈ ⏑ –̇ –

Δωρίῳ φωνὰν ἐναρμόξαι πεδίλῳ (O. III 5).

Neque qui ex solis tripodiis constant versus, ut dochmiaci, quidquam negotii facessunt. Idem autem quomodo fieri potest commixtis tripodiis et dipodiis, siquidem primarii ictus in dipodiis sex, in tripodiis novem temporum intervallo distant? Quod autem in rerum natura positum esse videtur, id praecipiunt etiam rhythmici, cum dipodias *ῥυθμοὺς ἐν ἴσῳ λόγῳ*, tripodias *ῥυθμοὺς ἐν διπλασίονι λόγῳ* esse dicunt:

–̈ ⏑ –̇ ⏑ vel –̇ ⏑ –̈ ⏑   –⃛ ⏑ –̇ ⏑ –̇ ⏑ vel –̇ ⏑ –̈ ⏑ –⃛ ⏑.

At magnus in Pindari carminibus numerus eorum versuum est, qui non ex solis dipodiis vel solis tripodiis constant, sed dipodiis tripodias admixtas habent. Quid igitur nos facere oportet? Concedamusne Pindari versus a perfecta illa omnibusque numeris absoluta

---

1) Conf. librum meum de metrica arte § 90² et lapidem Trallianum musicis notis inscriptum apud Crusium Philol. 52, 161.

specie rhythmi ita recedere, ut aequabilitatem intervalli in simplicibus pedibus servent, in compositis non item, an rhythmicis artificiis pausarum et longarum syllabarum longius productarum ita utamur, ut etiam eos versus, qui ex dipodiis et tripodiis constare videntur, in dipodicam mensuram cogamus? Equidem neque tam timidus sum, ut alteram rationem, quippe quae et rerum natura et usu modernae musicae commendetur, spernendam fugiendamve existimem, neque tam pertinax, ut omnibus in carminibus ea abuti audeam. Praesertim in longis et magis recitationi quam cantui factis odis, qualis ėst Pythica quarta ducentorum nonaginta novem versuum, vereor ne derisui sit, qui tam crebro longas syllabas supra modum quotidiani sermonis usque ad ambitum quaternum morarum producere velit. Contra logaoedica cola, quae fidibus et tibiis nata erant et longas trium temporum facillime admittebant, num naevis dipodicarum et tripodicarum percussionum commixtarum commaculare liceat, quam maxime equidem dubito. Itaque hic quoque singula genera carminum distinguere et quae aliis magis tripodiae ferri posse videantur mente non praeoccupata examinare nobis visum est.

Atque minus nos sollicitant tripodiae in fine versuum positae, velut statim in primo carmine O. I str. 6

–́ ⏑ – ⏑ ⏑́⏑ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́⏑ ⏑ ⌞ –́ ⏑ – ⏑ –

Etenim hoc loco tripodia pausa legitima post finem versus facile ita suppleri potest, ut adscitis inanibus temporibus tripodia in ambitum tetrapodiae adcrescat hoc modo

–́ ⏑ – ⏑ ⏑́⏑ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́⏑ ⏑ ⌞ –́ ⏑ – ⏑ ⌞́ Λ.

Neque initialis tripodia, si primo trochaeo vel dactylo longa syllaba praemissa est, multum habet offensionis, quandoquidem, si primam syllabam non vice anacrusis fungi, sed trium temporum esse statuimus, ex tripodia fit tetrapodia, ut P. x ep. 3

⌞́ – ⏑ –́⏑ ⏑ ⌞ –́⏑ ⏑ ⌞ –́ ⏑ –

Eodem autem pertinent versus *ἀκέφαλοι*, praesertim si versum acatalectum, in cuius fine pausae locus non relictus est, sequuntur, ut P. vi 2

⏑ –́ ⏑ ⌞ ⏑́⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏑̄

Λ ⏑ – ⏑ –́⏑ ⏑ –

Facillime vero tripodiae perfectae (*ἀκατάληκτοι*), quae in duas longas syllabas excurrunt, dipodicae mensurae adcommodari possunt utraque longa in ambitum ternum temporum producta hoc modo

⏑̄ –́ ⏑ – ⏑̄ ⏑́⏑ ⏑ – ⏑ ⌞́ ⌞ (I. vii str. 3)

⏑ –́ ⏑ – ⏑ ⌞́ ⌞ ⏑́⏑ ⏑ – (P. xi ep. 5)

Eodem autem modo etiam dactylicas tripodias plenas, si ne epitritis quidem dactylicas tripodias admixtas ferri posse ducas, in ambitum quatuor pedum vel duarum dipodiarum extrahere poteris, ut

– ⏑ – – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ⊔ ⏑ – (O. VIII 1)

De catalecticis tripodiis. Contra summas difficultates parant tripodiae catalecticae mediae dipodiis immixtae et logaoedicae trochaicaeque, ut O. I ep. 3. 8. II ep. 3. IV 1. 7, ep. 5. V 1. 3. XIV 7. 8. 9. P. II 2, ep. 1. 3. V ep. 6. VI 5. VII 7, ep. 1. X 4, ep. 6. N. III 7, ep. 3. 4. VI 5. 6, ep. 1. I. VII 2, ep. 2. VIII 5. 9. 10. fr. 52, 2. 57. 61, 1 et 4. 74. 107, 2 et 7 et 16. 109, 3 et 4. 110, 1, et dactylicae, ut O. XIII 6, ep. 1. P. I 6. III 6. IV ep. 7. IX 7. N. I 7. ep. 1. VIII ep. 1. 5. I. I 6. III ep. 6. VI ep. 7. Has difficultates una et communi ratione solvere vereor ut umquam cuiquam contingat. Nam quae via simplicissima esse videtur, ut longa finali producta totam dipodiam seu *πόδα ἑξάσημον* expleri statuamus, ideo nobis praeclusa esse videtur, quod cum in fine tripodiae non ubique verbum finiatur, pausas intericiendi copia nobis non facta est, et quod rhythmici veteres longam sex temporum esse negant, nisi forte Pindarum iam famoso Euripideo artificio *εἱειειλίσσετε* usum esse et versum O. XIV 19 hoc modo

Φερσεφόνας ἔλυθ', Ἀαααχοῖ, πατρὶ κλυτὰν φέροισ' ἀγγελίαν

pronuntiandum et scandendum esse statuere audes. Qui autem hanc audaciam reiciunt neque Westphalium[1]) duas eiusdem vocabuli syllabas pausa trium temporum identidem divellentem sequi audent, aut tripodias, praesertim dactylicas, dipodiis immixtas aequo animo ferre aut alia remedia indagare debent. Equidem hac in re spinosissima certam sententiam ferre veritus, genera quaedam tripodiarum, quae aut tolli aut excusari posse videantur, recensebo.

Atque si in logaoedico versu duae longae sese excipiunt, versum vulgo ita dividunt, ut priore longa prius colon finiri, altera novum colon exordiri statuant. Sed fieri etiam potest, ut ambae longae eiusdem coli rhythmique sint neque post priorem longam, sed post alteram prius colon finiatur. Quod ut fieri posse confidamus, duo efficiunt versus, P. II ep. 8 et P. VIII 6, ita conformati, ut omnibus in strophis post alteram longam caesura incidat:

⏑ ⊔ – ⏑ –⏑ ⏑ – ⏑ ⊔ –, ⏑ –⏑ ⏑ – ⏑ ⊔ ⏓ ∧

⏓ – ⏑ –⏑ ⏑ ⊔ –, ⏓ – ⏑ – ⏑ – ∧.

Quo cum accedat, quod etiam in scenicis carminibus, ut in Aristoph.

1) Allg. Metrik p. 422 de Pind. O. I str. 2 ep. 1. 2.

Equ. 559 sq. cola similiter conglutinata exstant, nescio an etiam eos versus, quorum ultimo cretico vel epitrito catalexis anteire videtur, ita percutere liceat, ut neglecta catalexi cretici vel epitriti prior pars ad colon antecedens retrahatur, ut

– –̇ ⏖ – ⏖ └̇┘ – ∪ └̇┘ – ∧ (P. I 6).

Tum paene dimidia pars tripodiarum catalecticarum cum altera tripodia coniuncta est, ut O. IV 7. XIV 7. P. II ep. 1. 3. VII ep. 1. P. X 4. XI 6. N. III ep. 3. 4. VI 6. VII ep. 3. 4. I. VIII 5. Has autem tripodias si coniungere audebis, ex duabus tripodiis unus trimeter evadet, ut

–̇ ∪ –∪ ∪ └̇– – ∪ –̇∪ ∪ – = ⁝ ∪ –∪ ∪ └– –̇ ∪ –∪ ∪ – (I. VIII 5).

Deinde dactylica tripodia dipodiis immixta facilius ferri posse videtur quam logaoedica et trochaica, quoniam tripodica scansio versus dactylici hexametri inde ab antiquissimis temporibus propria fuit, et apud scenicos poetas Graecos dactylicae tripodiae tetrapodiis logaoedicis, cum utraque duodenum temporum esset, non ita raro admixtae sunt.

Denique in omni hac quaestione de tripodiis iuxta dipodias ferendis multum differt, stetne inter canendum chorus an procedat paribusque passibus spatietur. Ut enim passus choreutarum inter canendum procedentium dipodicam percussionem tantum non flagitant, ita in carmine a stante choro vel cantore cantato tripodias iuxta dipodias ferri posse et iam a Lesbicis poetis in notissima stropha, quae ab Alcaeo nomen traxit, admissas esse mihi quidem persuasum est. Neque me in versu O. XIV 5

–̇∪ ∪ –∪ ∪ └– ⁝ ∪ └– ⁝∪ ∪ – ∪ –

duae tripodiae tantopere offendunt, ut neglecta omni concinnitate et symmetria versum hunc in modum

–̇∪ ∪ –∪ ∪ └̇– – ∪ └̇– –∪ ∪ –̇ ∪ –

percutere audeam. Nam hoc quoque fieri posse arbitror, ut saltantes non iisdem atque gradientes legibus teneantur. Praesertim in mimica saltatione non video cur tripodicas figuras dipodicis immiscere prorsus non licuerit. Quibus de causis ut non facilis fui in tripodiis iuxta dipodias admittendis, ita artificiosioribus remediis tripodias ex melicis et hyporchematicis carminibus summovere veritus sum. Inprimis sicubi duae pluresve tripodiae sese excipiunt, a vehementioribus machinis abstinendum putavi neque in schematis metricis eam quam supra significavi viam duas tripodias in tres dipodias transformandi ingredi ausus sum. Ut enim in creticis et choriambicis ionicisque versibus umbra quaedam rhythmicae aequabilitatis ictu primario pedis compositi catalectici aequo intervallo redeunte efficitur

∸ ⏑ – ∸ ⏑ – ∸ ⏑ – ∸ ⏑ –

∸⏑ ⏑ – ∸⏑ ⏑ – ∸⏑ ⏑ – ∸⏑ ⏑ –,

sic etiam si plures deinceps tripodiae sese excipiunt, totam periodum aequabilitate primarii ictus tripodiarum ad rhythmicos numeros revocare poteris, ut dochmiacam periodum Aesch. Sept. 219

–⏑ ⏑ ∸ ⏑ –   –⏑ ⏑ ∸ ⏑ –   –⏑ ⏑ ∸ ⏑ –   –⏑ ⏑ ∸ ⏑ –   –⏑ ⏑ ∸ ⏑ –

μήποτ' ἐμὸν κατ' αἰ | ὦνα λίποι θεῶν | ἅδε πανάγυρις |
μηδ' ἐπίδοιμι τάνδ' | ἀστυδρομουμέναν.

Maxime autem ne ferro igneque tripodias impugnandas censerem, Plautina ars metrica me commovit. Is enim quamquam, quae tum erat rhythmica consuetudo, versus qui in dipodias vel metra dividi possent, dimetros, tetrametros, hexametros, unice adamaret, tamen in creticis canticis iuxta tetrametros versibus ex duabus tripodiis catalecticis compositis uti non prorsus aspernatus est, ut in Bacchid. 645:

nunc amanti ero | filio senis,
quicum ego bibo, | quicum edo et amo,
regias copias | aureasque obtuli.

Vides me hac quoque in parte difficillima a circulatorum praestigiis longe abhorrere et quae sint viae variae difficultates removendi candide aperire. Atque fore suspicor, qui me mihi non satis constare et adversariis plus aequo latera dare reprehendant. At in rebus historicis et praesertim in sonorum numerorumque arte volubili ne rigidis modulis unius systematis omnia metiamur, sedulo cavendum est. Denique esse in quibus animi pendeam libere fateri, et Academicorum assensum cohibentium et in utramque partem disputantium potius quam Stoicorum pugnacium et obstinatorum partes sequi prudentis hominis esse duco.

De strophis et temporibus inanibus.

De singulis versibus dimetiendis postquam disputavimus, restat ut de totis strophis dividendis quaeramus. Atque cum ipsa rerum natura probari videatur omnes versus strophae in unum corpus cogendos esse, magis etiam Pindari ars nos commonet, ut ne versus ipsos per se spectemus, sed inter se cohaerere illos atque quasi membra quaedam unius corporis esse statuamus. Quid? quod multi versus in Pindari carminibus occurrunt, qui non in se conclusi et perfecti sint, sed cum versibus proximis continuitate numerorum ita cohaereant, ut rhythmus in fine praecedentis versus inchoatus principio subsequentis versus compleatur, qua de re supra iam p. XXIII commentati sumus. Praeterea idem numerorum genus per totam stropham ita regnare solet, ut omnes versus et versiculi, numeros si spectas, similes et

pares sint, aut sub finem tantum rhythmus paululum partim acceleretur, ut in stropha primi carminis O. I factum videmus, partim retardetur, ut in dactylo-epitriticis strophis usu venire solet. Tertii vero carminis Olympici stropha ita composita est, ut omnes eius versus praeter unum ultimum continuitate numerorum cohaereant, ultimus autem speciem epodi habeat, quo numeri strophae, tamquam ea ex duabus partibus ad instar epodicorum carminum constet, concludantur atque inflectantur.

Quae cum ita se habeant, impense operam dedi, ut omnes versus strophae ad aequalitatem rhythmi revocarem. Neque quod paucis in carminibus, velut O. X et N. VI, nobis non contigit, ut difficultates omnes superaremus, ideo etiam in aliis carminibus, velut O. II. P. V. VIII. N. II. IV, de numeris totius strophae concinnandis nobis desperandum fuit. Inprimis autem in hac quoque parte nostrae provinciae catalecticae tripodiae scrupulos animo iniecerunt. Sed cum iam in versibus dividendis omnes tripodias machinis rhythmicis removere veriti sumus, magis etiam in strophis versus ex tripodiis constantes iuxta versus ex dipodiis compositos ferendos esse duximus, velut O. I ep. 1. 5. 6. II ep. 2. P. II ep. 2. 3. N. VII ep. 3. 4. I. VIII 5. fr. 75.

De pausis. Pausarum in versuum colorumque discriptione ita rationem habuimus, ut pusillas quidem pausas in confiniis omnium colorum intericiendas esse putaremus, iustis autem pausis nisi in finibus versuum locum non concederemus. Sed hic, ubi de tota stropha dimetienda agitur, de pausarum quoque intervallis me accuratius disputaturum esse merito exspectes. Namque si omnes versus eiusdem strophae ita cohaerere statuimus, ut unum ex iis corpus efficiatur, pausis, quibus latera cantorum in longo carmine recitando reficiantur, locus adsignandus et certi fines statuendi sunt. Neque testimoniis veterum musicorum plane destituti sumus. Namque et scholiasta Dionysii Thracis[1]) numeros versus verbis expressos modis lyrae succinentis supplendos esse disertim monet et Anonymus de mus. 83[2]) quatuor notas temporum inanium usurpari tradit:

κενὸς βραχὺς $\wedge$
κενὸς μακρὸς $\overline{\wedge}$
κενὸς μ. τρίσημος $\overline{\wedge}$
κενὸς μ. τετράσημος $\overline{\wedge}$

1) Bekk. anecd. p. 751: *τινὰ ποιήματα οὐ μόνον ἐμμέτρως γέγραπται, ἀλλὰ καὶ μετὰ μέλους· διὸ οὐδ' ὁ στίχος κεῖται ἐν τῇ στοιχήσει τέλειος, ἀλλὰ μέχρι τοῦ ἀπηχήματος τῆς λύρας στίζει τὴν ὁρμήν, ὡς ὁρᾷς τὰ τοῦ Πινδάρου συγκεκομμένως ἐκφερόμενα.*
2) Westphal, Die Fragm. der griech. Rhythm. p. 69.

Sed si quantum pausae inter singulos versus intercedat definire velis, rem admodum difficilem et lubricam esse intelleges. Ut enim fines pausae accurate definiri possunt, si versum catalecticum versus ab arsi incipiens subsequatur, velut

∸ ⏑⏑ – ⏑⏑ ∸ ⏑⏑ – ∧
∸ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⊔̇ ⊔ ⊔̇ ⏑ – – (O. VI 2—3),

ita si versum acatelectum versus ab arsi incipiens vel versum catalecticum versus ab anacrusi incipiens sequatur, velut

⊔̇ ⏑ – – ∸ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⊔̇ ⊔ ∸ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⊔̇ ⊔
⊔̇ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⊔̇ ⊔ ⊔̇ ⏑ – (O. VIII 3—4)
⊔̇ ⏑ – – ∸ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⊔̇ ⊔ ⊔̇ ⏑ –
– ⊔̇ ⏑ – – ∸ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⊔̇ ⊔ (O. VIII 1—2),

dubius haerebis, utrum nihil pausae an intervallum totius pedis an denique intervallum totius dipodiae intermittendum esse censeas. Neque ex sententiae conformatione interpunctionisve notis multum auxilii ad dubitationes istas profligandas petere poteris, quoniam in longis odis, qualis est Pythica quarta triginta novem stropharum, modo magnam interpunctionem, modo nullam in fine prioris versus positam invenies. Unde equidem non mirabor, si quis poetam certis pausarum intervallis singulos versus discriminasse omnino neget nostrumque conatum pausarum signa intericiendi plane reiciat atque damnet. Verum ne hac quidem in quaestione omnia carmina eisdem modulis metienda sunt. Multum enim interest, steteritne chorus inter canendum an processerit aut saltaverit. In priore enim genere carminum fieri potuisse largior, ut poeta pausas ipse non curarit atque curam pausarum intervalla pollice vel pedis plausu signandi chorodidascalo permiserit[1]), qua simili libertate etiam nostrates melodi utuntur, cum pausam incommensurabilem (Fermata) versibus intericiunt. At in carminibus, quae ut chorus inter gradiendum caneret distinata erant, poeta ipse metrorum conformatione prospicere debebat, ut certa intervalla (*ἐμμέτρους ἀναπαύλας*) inter singulos versus intermittenda significaret. Sed cum vel his in carminibus pausarum magnitudinem definire admodum difficile esse videatur, praesertim cum poetae licuerit pro exiguis istis pausis longa interludia musicis organis explenda intermittere, in schematis singulis carminibus praemissis notas temporum inanium nullas adhibuimus. Sed his in Prolegomenis iam periculum facere placuit nonnullorum carminum diagrammata syllabarum et pausarum intervallis definita proponere.[2])

---

1) Conf. Aristot. probl. 19, 22.

2) Pausarum fines in fine stropharum et epodorum certo definiri non posse et a me pro arbitrio positos esse libere fateor.

O. II.

Strophae.

⏑ ∸ ⏑ – ∸ ⏑ – ∸ Λ̄
Λ̄ ⏑ ⏖ ∸ ⏑ – ∸ ⏑ ⏖ ∸ ⏑ ⏖ ∸ ⏑ ⏒
Λ̄ – ∸ ⏑ ∸ ∸ ⏑ ⏖ ∸ ⏑ ⏖̄ └┘ ∸ ⏑ – ⏖́ ⏑ ⏒
∸ ⏑ – ⏖́ ⏑ ⏒
Λ̄ – ∸ ⏑ ⏖ ∸ ⏑ – ⏖́ ⏑ – ∸ ⏑ ⏒
Λ̄ ⏑ – ∸ ⏑ ⏖ ∸ ⏑ ⏖̄ ∸ ⏑ –
Λ̄ ⏑ ∸ – ⏑ ∸ –
Λ̄ – ∸ ⏑ – ⏖́ ⏑ – ⏑ ∸ ⏑ –⏑ ⏑ ∸ Λ̄

O. V.

Strophae.

└·─ └─ ∸⏑ ⏑ └─ ∸⏑ ⏑ – ⏑ └·─ – ⏑ └·─ Λ̄
└·─ └─ ∸⏑ ⏑ –⏑ ⏑ ∸⏑ ⏑ └─ ∸ ⏑ – ⏑ └·─ – Λ
Λ̄ ⏖ –⏑ ⏑ ∸ ⏑ └─ ∸ ⏑ └─ ∸ ⏑ – ⏑ └·─ – Λ

Epodi.

└·─ └─ ∸⏑ ⏑ –⏑ ⏑ ∸⏑ ⏑ – ⏑ ∸ ⏑ – ⏑ └·─ – Λ
└·─ └─ ∸⏑ ⏑ –⏑ ⏑ ∸⏑ ⏑ └─ ∸ ⏑ └─ ∸ ⏑ └─ ∸ ⏑ – ⏑ └·─ – Λ

O. VIII.

Strophae.

└·─ ⏑ – – ∸ ⏖ – ⏖ └·┘ └┘ └·─ ⏑ └┘ Λ̄
– └·─ ⏑ – – ∸ ⏖ – ⏖ └·┘ – Λ̄
└·─ ⏑ – – ∸ ⏖ – ⏖ └·┘ └┘ ∸ ⏖ – ⏖ └·┘ – Λ̄
∸ ⏖ – ⏖ └·┘ └┘ └─ ⏑ – Λ̄
∸ ⏖ – ⏖ ∸
⏖ – – └·─ ⏑ – Λ̄
└·─ ⏑ – – └·─ ⏑ – Λ̄

Epodi.

– ∸ ⏖ – ⏖ └·┘ └┘ └·─ ⏑ – Λ̄
∸ ⏖ – ⏖ └·┘ └┘ ∸ ⏖ – ⏖ └·┘ Λ̄
∸ ⏖ – ⏖ └·┘ └┘ └·─ ⏑ – Λ̄
∸ ⏖ – ⏖ └·┘ – Λ̄
∸ ⏖ – ⏖ └·┘ └┘ ∸ ⏖ – ⏖ └·┘ – Λ̄
∸ ⏖ – ⏖ └·┘ └┘ ∸ ⏖ – ⏖ └·┘ └┘ └·─ ⏑ – Λ̄
└·─ ⏑ └┘ ∸ ⏖ – ⏖ └·┘ Λ̄
⏒ └·─ ⏑ – – └·─ ⏑ – Λ̄

P. VI.

⏑ ∸ ⏑ └─ ⏖́ ⏑ –⏑ ⏑ ∸ ⏑ – –
Λ ⏑ – ⏑ ∸⏑ ⏑ – Λ
⏖́ ⏑ –⏑ ⏑ ∸ ⏑ ⏖ ∸ ⏑ └─
Λ̄ ⏖ └─ ∸ ⏑ – ⏑ ∸⏑ ⏑ └─
Λ̄ –⏑ ⏑ ∸ ⏑ └─ ∸ ⏑ – ⏑ ∸⏑ ⏑ └─
Λ̄ ⏖ ⏑ ∸⏑ ⏑ – ⏑ └·─ └─ ⏖́ ⏑ ⎯
Λ ⏑ – ⏑ ∸ – Λ
– ∸ ⏑ –⏑ ⏑ ∸ – Λ
⏑ └·─ – ⏑ ∸ ⏑ – ⏑̄ ∸ ⏑ – Λ

P. VIII.

Strophae.



Epodi.



P. XII.



N. II.



N. IX.



Ab his quae modo delineavimus schematis paulo differunt schemata singulis carminibus praeposita; illa enim neque inanium temporum notas exhibent neque magnitudinem longarum notis, sed intervallis distinctam habent. In principiis vero versuum notandis discrimina *ἐκθέσεως* et *εἰσθέσεως*, quae iam a veteribus metricis et librariis usurpata esse Heliodori scholia Aristophanea docent, ita in nostrum

usum convertimus, ut si qui versus capite suo privatus (ἀκέφαλος) esse videbatur, eum a linea paulum removeremus, contra versuum ab anacrusi incipientium notam anacrusis extra lineam collocaremus. In fine autem colorum et versuum sicubi poeta ancipitem syllabam admisit, in ipsa linea iustam vim syllabae indicavimus, supra lineam eam, quae in istius locum succedere posset, adnotavimus. Aliam igitur rhythmicam vim versus

∸ ⏑ – ⏒ ∸⏑ ⏑ – ⏒ ∸⏑ ⏑ – ⏒

aliam versus

∸ ⏑ – ⏒ ∸⏑ ⏑ – ⏑ ∸ ⏓

esse voluimus. Iidem tamen finali longae vim trium quatuorve temporum non adsignavimus, quandoquidem incertum est, quid temporis productione syllabae, quid pausa finali versus expletum sit. De pericopis autem, quae pluribus versibus arctius inter se cohaerentibus et quasi unum corpus efficientibus fiunt, in commentariolis metricis singulis odis praemissis quam in his Prolegomenis disputare satius duximus. Responsionis vero circulos, quibus Westphalius et Henricus Schmidtius in suis libris metricis usi sunt, adhibuimus nullos, non quasi Pindarum nihil concinnitati et analogiae studuisse putaremus, sed quod subtilissimis et incertissimis his rationibus recentiores metricos male abusos esse cognovimus. Nam ne me prorsus in hac re caecutire putes, affero exemplum Aristonoi paeanis nuper Delphis reperti, qui cum ad concinnitatis regulas accuratissime compositus sit, ne me quidem poetae consilium fugit. Unaquaeque enim stropha huius carminis constat ex duabus pericopis, pericopa quaeque ex duobus versibus, versus quisque ex duobus colis, colon quodque ex duabus basibus, basis quaeque ex duobus pedibus simplicibus hoc modo:

∸ ⏒ –⏑ ⏑ ∸ ⏑ └─ | ∸ ⏒ –⏑ ⏑ ∸ ⏑ ⏓
∸ ⏒ –⏑ ⏑ ∸ ⏑ └─ | ∸ ⏒ –⏑ ⏑ └∸ ⏓‖
∸ ⏒ ∸ ⏑ –⏑ ⏑ └─ | ∸ ⏒ –⏑ ⏑ ∸ ⏑ ⏒
∸ ⏒ – ⏒ ∸⏑ ⏑ └─ | ∸ ⏒ –⏑ ⏑ └∸ ⏓‖

Ἔνθ' ἀπὸ τριπόδων θεο|κτήτων, χλωρόκομον δάφναν
σείων, μαντοσύναν ἐποι|χνεῖς, ἰήιε Παιάν,
φρικώεντος ἐξ ἀδύτου | μελλόντων θέμιν εὐσεβῆ
χρησμοῖς εὐφθόγγου τε λύρας | αὐδαῖς, ὦ ἴε Παιάν.

Sed ab hac tersa arte et concinna simplicitate ingeniosa numerositas Dircaei poetae longissime abest.

Ad extremum variorum generum metricae compositionis et metricarum notarum in hac editione usurpatarum indiculos addere iuvat.

Genera carminum metrica.

Dactylo-epitritica carmina ex epitriticis et dactylicis colis composita; sunt ea idonea fabulis narrandis et proxime accedunt ad constantiam et simplicitatem epicarum rhapsodiarum, unde metrum quoque dactylicum mutuata sunt. Sedatus et gravis eorum tractus (περίπλεω ῥυθμοί) Doricorum modorum dignitati atque austeritati maxime accommodatus est (O. III 5); una oda N. VIII, cum a severitate epitritorum paulum recedat, Lydiis modis cantata esse perhibetur (N. VIII 15). Huius generis pleraeque sunt odae Pindaricae, velut O. III. VI. VII. VIII. XI. XII. P. I. III. IV. IX. XII. N. I. V. VIII. IX. X. XI. I. I. II. III. IV. V. VI, et fragmenta hymnorum et prosodiorum et threnorum, et, quod ab Attica consuetudine abhorret, etiam scoliorum pleraque. Hoc autem inde explicandum esse videtur, quod Pindari scolia inter sacras epulas (v. fr. 122 et Ath. XIII 573 e), Atheniensium inter profana convivia cantabantur. Inde etiam fragmenta 150. 158. 165. 166. 167. 168. 171. 172. 178. 180. 181. 182. 187. 188. 191. 193. 194. 198. 199. 201. 205. 207. 209. 216. 218. 220. 221. 227. 238 ex carminibus illorum generum excerpta esse duco.

Logaoedica carmina sedata, quorum propria sunt cola ex trochaeis et cyclicis dactylis mixta, ut quae flexaminibus cantus, unde nomen illa carmina traxerunt, facile accommodari possint. Pleraque leniter et modulate decurrunt neque pedes irrationales (_ ᴗ) Hermannianamve basim respuunt, unde puerorum choris (παίδων χοροῖς) quam virorum (ἀνδρῶν χοροῖς) aptiora sunt (conf. O. XIV. P. VI) et decorem Lydiorum modorum maxime recipiunt (cf. O. XIV 17. N. IV 45). Dorica autem comissatio in logaoedico carmine P. VIII 20 commemorata num musicos numeros spectet, vehementer equidem dubito. Praecipua forma logaoedici rhythmi Glyconea est neque tamen ea in Pindari odis eadem frequentia est atque in canticis poetarum scenicorum. Insignia exempla huius generis carminum sunt O. IX. XIV. P. VI. VIII. N. II. IV. I. VII, partheniorum fragmenta 95. 101.

Paeonica carmina et logaoedica concitata aut ex solis paeonicis creticisque pedibus constant, ut O. II. fr. 108, aut ex paeonicis pedibus cum logaoedicis colis mixtis, ut O. X. P. V. fr. 75, aut ex paeonicis choriacis dochmiacis logaoedicis colis libere confusis, ut O. I. P. II. X. N. VI. I. VIII. Ex fragmentis huc pertinent pleraque paeanum, dithyramborum, hyporchematum, unde etiam fr. 141. 142. 143. 154. 156. 169. 177. 192. 203. 208. 224. 235 ex talibus odis sumpta esse colligo. Versus huius generis carminum anacruses et monosyllabas et iambicas amant neque a frequentibus collisionibus ictuum abhorrent; iidem cum maxime concitatis numeris (στρογγύλοις ῥυθμοῖς) decur-

rant, syllabas ancipites in paterna iura non recipiunt. Equestribus victoriis celebrandis idonea dicuntur O. I 104, unde nescio an nonnihil coloris ex Phrygii tibicinis Olympi curuli nomo (*ἁρματείῳ νόμῳ*, v. Plut. de mus. 9) et ex vetustis modis pyrrichiacis *μέλους Καστορείου* (v. P. II 69) traxerint. Aeolicos modos, quorum alacritas cum impetu horum carminum maxime conspirat, disertim poeta commemorat O. I 105. P. II 69.

Monostrophica carmina sunt dactylo-epitritica P. XII. N. IX, logaoedica O. XIV. P. VI. N. II. IV. I. VIII, unde apparet hanc formam neque ex discrimine Doricorum et Aeolicorum modorum neque, cum omnia choro cantanda destinata sint, ex imitatione Lesbiorum poetarum explicandam esse. Sed commune omnium harum odarum monostrophicarum hoc est, quod pompae et choro gradienti factae sunt. Praeterea monostrophicum est *σκόλιον* fr. 122.

Triadica carmina ex stropha antistropha epodo constant; hanc formam cum saltatione chori cohaerere et a vicibus motuum choreutarum modo dextrorsum modo sinistrorsum deflectentium, modo ante aram consistentium originem cepisse testimonio Atilii grammatici p. 295 K. constat et ipsa etymologia vocabulorum *στροφῆς ἀντιστροφῆς ἐπῳδοῦ* confirmatur. Pindari carmina hyporchematica et paeonica triadicam compositionem prae se ferunt omnia, neque tamen ea finibus horum generum carminum ita circumscripta est, ut non in aliis quoque carminibus inveniatur et stasimis et embateriis nec non iis, quae ut P. IV magis rhapsodicae recitationi quam chorico cantui facta esse videntur.

Legibus soluta carmina (*ἀπολελυμένα μέλη*) sunt, quae vicibus stropharum revolventium carent. Talia carmina inter epinicia Pindari nulla exstant, sed eius formae fuisse videntur dithyrambi et hyporchemata, quorum fragmenta 75 et 107 nobis servata sunt, quamquam Aristoteles probl. 19, 15 ne veteres dithyrambos quidem antistrophis caruisse memoriae prodidit.

Notae metricae.

◡ syllaba brevis.
– syllaba longa duorum temporum.
⏑ syllaba anceps pro brevi posita.
⏒ syllaba anceps pro longa posita.
∟ syllaba longa trium temporum.
⊔ syllaba longa quatuor temporum.
⊔⊔ syllaba longa quinque temporum.
– ◡◡ dactylus iustus quatuor temporum.

‒◡ ◡ dactylus cyclicus trium temporum.
′ caesura in omnibus strophis servata.
| finis coli in codicibus scholiisque metricis.
: ictus primi cuiusque pedis coli.
∸ ictus primi pedis alterius dipodiae coli tetrapodici.
∧ *λεῖμμα* sive pausa unius temporis.
∧ pausa duorum temporum.
∧̄ pausa trium temporum.
∧̄ pausa quatuor temporum.

Longi fuimus in metrica arte Pindari exponenda, fortasse longiores quam ii exspectabunt, qui deperditis notis musicis oleum perdere qui in his quaestionibus desudent arbitrantur. Sed quamquam et ipsi facile largimur, rei gravissimae, quam accuratius nosse in votis est maximis sed inanibus, modulationi dico carminum et vivae voci, metricis legibus vel subtilissime exploratis parum lucis affundi, tamen rhythmicam compositionem ex metrica forma erui posse cum persuasum habeamus, philologis, ut hunc saltem finem assequantur, omnes vires intendendas esse censemus. Pindari autem carmina plus quam chorica cantica poetarum scenicorum ad caliginem difficilium harum quaestionum discutiendam valere in confessis est. Nam quod in scenicis poetis, quorum carmina pleraque ex binis vel etiam singulis strophis constant, saepe ambiguum est, quo loco periodorum et membrorum fines statuendi sint, hoc in Pindaro, cuius carmina magno stropharum numero florent, fere ubique clara in luce positum est. Nihil igitur desperandum esse duximus, et si peritiores et doctiores philologos ut ne hanc partem nostrae disciplinae tamquam desperatam derelinquant commoverimus, satis fructus laborum tulisse nobis videbimur.

III.

DE LUDIS ET EPINICIIS.

Ἐπίνικοι ὕμνοι sive *ἐπινίκια μέλη* nomen ab eo traxerunt, quod post victoriam reportatam in laudem victoris scripta sunt. Cum autem epinicia etiam post victorias de hostibus armis reportatas instituta fuerint, hic epinicia sacra et carmina ea sola intellego, quae ad ludicras victorias in ludis publicis partas pertinent. Epiniciorum igitur Pindari interpretationi ut viam patefaciamus, de ludis, quibus Graeci inter se certabant, et de praemiis, quibus victores in ludis istis ornabantur, nobis disserendum est. Quamquam enim homines priusquam in ludis publicis certarent, arte utique institui

et exerceri debebant, tamen de institutione puerorum, palaestra, magistris ludorum, ceteris partibus artis gymnasticae Graecorum disputare nimis longum et ab angustiis horum Prolegomenorum alienum esse duximus. Qua de causa solis de ludis agonisticis et sollemnibus, quae cum ludicris victoriis coniuncta fuerunt, hoc loco agere nobis visum est. Quin adeo ne hanc quidem materiem plene exhaurire in animo est, sed in iis adumbrandis acquiescemus, quae ad ludos Pindari aetate institutos et epinicia a Pindaro facta pertinere videantur. Plura qui de palaestris et ludis Graecorum discere velit, adeat cum libros locupletissimos Io. Henrici Krause, Olympia, Wien 1838, Die Gymnastik und Agonistik der Hellenen, Leipz. 1841, Die Pythien, Nemeen und Isthmien, Leipz. 1841, tum Corsinii dissertationes agonisticas 1747, tertium volumen operis Grasbergeri, Erziehung und Unterricht im klassischen Altertum, Würzb. 1881, Ioannem Holwerda, Olympische Studien, Arch. Zeit, 1880, p. 169 ss. 1881, p. 205 ss., Adolfum Boetticher, Olympia, das Fest und seine Stätte, Berl. 1883, Aemilium Reisch, De musicis Graecorum certaminibus, Vindob. 1885. Nos cum arctioribus limitibus nostram provinciam circumscripsissemus, a Pindari carminibus ipsis et veteribus commentariis eorum profecti sumus. Namque iam Alexandrini grammatici, cum carmina classica illustrandi studio potissimum ducerentur et summorum poetarum interpretationem saepe ab accurata notitia ludorum certaminumque pendere cognovissent, inde a Callimacho, qui primus *περὶ ἀγώνων* scripsit, multi partim in libris de topographia historiaque singulorum populorum et urbium, partim in libris, quos data opera de certaminibus ludicris conscripserunt, quaestiones de origine ludorum, victoribus, praemiis, similibus rebus tractaverunt. Horum scriptorum ex numero in scholiis Pindari commemorantur Aristoteles de Pythionicis (schol. O. II 87), Cleophanes *περὶ ἀγώνων* (schol. O. IX 143), Ister *περὶ Ἡλίου ἀγώνων* (O. VII 146), Polemo (schol. N. IV 32; cf. N. V 89). Inprimis Polemonis accuratissimis libris de titulis et catalogis multa scholiastae debere videntur.

De origine ludorum.

Iam antiquissimis temporibus apud Graecos certaminum ludorumque studia floruisse Homerus testis est, qui Il. XXIII 257—897 heroum ludos in agro Troiano, Od. VIII 100—265 Phaeacum certamina in foro insulae amplissime et lepidissime exposuit. Atque Phaeacum quidem ludi, cum a rege Alcinoo, ut Ulixes hospes quid Phaeaces cursu pugilatu saltu lucta valerent cognosceret, instituti essent, a cotidianis exercitationibus non multum discrepabant neque

praemiis ornabantur; contra Iliadis ludi splendidissimi erant, ab Achille in honorem mortui amici Patroclis ad funus eius illustrandum instituti. Ut enim nostra memoria milites a sepultura ducis redeuntes hilares modos buccinis fistulisque canunt, sic etiam Graeci, ubi tristes et maesti corpus ducis vel amici defuncti in rogo concremaverant, ludos instituebant ad animos recreandos atque post luctum exhilarandos. Atque hanc potissimam causam ludos instituendi heroicis temporibus fuisse, exempla satis multa documento sunt. Sic Nestor Il. XXIII 630 ss. in funere Amaryncei a filiis eius ludos factos esse narrat, Hesiodus opp. 654 ss. in ludis funebribus a filiis Amphidamantis mortui Chalcide institutis tripodem praemium hymni se consecutum refert, certamina in funere Peliae (ἆθλα ἐπὶ Πελίᾳ) et Stesichorus cecinit et in cista Cypseli exsculpta Pausanias V 17, 9 vidit, funebres ludos in honorem Thoantis regis mortui Lemni factos auctor veteris carminis Argonautici[1]), in honorem Archemori pueri a serpente exstincti prope Nemeam institutos auctor Thebaidis[2]) narraverunt. Alia de aliis ludis funebribus et heroicis et historicis temporibus institutis referunt Homerus Il. XXII 164. Pausanias V 17, 9. Herodotus VI 38. Thucydides V 11. Isocr. 9, 1. Vergilius Aen. V 64 ss. Hyginus fab. 273. Quin etiam ad barbaros hic mos perlatus est. Odrysas quidem ad tumulos mortuorum equis decucurrisse Xenophon Hell. III 2, 5 tradit, et a Romanis non solum munera gladiatorum et pugilum in honorem mortuorum saepe facta sunt, sed etiam fabula Terentii, cui nomen Adelphoe est, in ludis funebribus Aemilii Pauli primum acta est.

Aliam opportunitatem ludos faciendi faustus eventus belli obtulit. Namque et hominum animi libenter post atroces belli casus laboresque reficiebantur, et spolia de hostibus capta copiam praemia victoribus tribuendi faciebant. Verum recentius hoc genus ludorum fuisse crediderim; in Homeri quidem Hesiodique carminibus nullum exemplum talium ludorum exstat. Sed Pythios ludos ab Amphictyonibus primum Crisa urbe capta ex manubiis hostibus detractis factos esse schol. Pind. p. 297, Strabo IX 421, Pausanias VIII 18 memoriae prodiderunt. Ad eorum vero exemplum Pindarus O. X 55 ss. etiam Olympicos ludos primum ab Hercule post devictum Augeam ex spoliis belli factos esse finxit. Recentioribus quoque temporibus Graeci, qui una cum Cyro expeditionem contra Persarum regem Artaxerxem susceperant, ubi ingentibus periculis feliciter superatis ad mare

---

1) v. Pind. O. IV 21.
2) v. Pind. N. X 28 et schol. Pind. Nem. p. 424 s., Paus. II 15, 2.

Pontium venerunt, ludos gymnicos, ut diis salutis gratiam referrent, instituerunt.[1])

Qui hucusque a me recensiti sunt ludi apud Romanos conceptivi audiebant[2]), quod plerique eorum ab hominibus, cum rebus adversis oppressi a dis auxilium peterent, conceptis verbis voti erant. Ex his nati sunt annales et stati sollemnesque (περιοδικοί). Crescente enim certaminum studio et hominum aemulatione ludos, quos semel voverant, aut uno quoque anno aut pluribus interiectis annis iterare coeperunt. Insigne huius transitus exemplum Pythii ludi praebent, qui cum primum in bello Crisaeo urbe hostium expugnata voti et acti essent, postea ad exemplar Olympicorum sollemnes facti et quinto quoque anno iterati sunt. Paulatim etiam cum conceptivi ludi non praecesserant, ludos statos instituere coeperunt. Namque sacerdotes et civitatium rectores, cum homines feriantes maxime ludis delectari et feriarum splendorem hominibus undique ad ludos aut spectandos aut obeundos confluentibus magnopere augeri vidissent, sacris deorum et maxime heroum ludos addiderunt, ut et dii pie sancteque colerentur et homines epulis publicis certaminumque omni genere delectarentur. Atque quod heroum potissimum cum sacris ludos coniunxerunt, inde factum est, quod dei non moriuntur neque sepulcra eorum exstant, ludos autem, cum antiquissimos et sanctissimos funebres fuisse sibi persuasissent, prope tumulos et sepulcralia monumenta agere solebant. Inprimis vero sexto saeculo a. Chr. tyranni Clisthenes Sicyonius et Periander Corinthius et Pisistratus Atheniensis ludorum hoc studium fovisse et sacrorum certaminumque splendore civium animos sibi devinxisse videntur.[3]) In adornando autem hoc novo genere ludorum vestigia veterum legebant. Namque quod primis diebus sacra diis faciebant et finitis demum sacris animos hominum ludis exhilarabant, hoc ex institutis veterum et conceptivorum ludorum traxerunt. Nimirum in his quoque pietate hominum et antiquo usu sancitum erat, ut priusquam ad ludorum hilaritatem descenderent, antea deos et manes mortuorum hostiis aliisque sacrificiis placarent. Olympicarum quidem feriarum quinque dies quomodo inter sacra ad aras deorum facienda et varia genera certaminum distributi fuerint quamquam non omni ex parte exploratum est, hoc tamen constat, sacra ludorum cum ludorum certa-

---

1) v. Xenoph. anab. IV 8, 25; cf. Arrian. anab. VII 14, 1. De Soteriis Delphis post Gallos victos et de ludis Actiacis post victoriam apud Actium institutis omnia nota.

2) Varro d. ling. lat. VI 26.

3) v. Bury in editione Pindari Nemeorum, London 1890, append. D p. 248 ss.: Origin of the great games.

minibus coniuncta fuisse, id quod Pindarus ipse praedicat O. v 5: *βωμοὺς ἓξ διδύμους ἐγέραρεν ἑορταῖς θεῶν μεγίσταις ὑπὸ βουθυσίαις ἀέθλων τε πεμπαμέροις ἁμίλλαις.*[1]) Ad sacra autem et religionem ludorum Olympicorum hoc quoque pertinet, quod qui certamina obibant, priusquam in arenam descenderent, deorum auxilium victimis mactatis implorabant[2]), et vates (*μάντεις*) extis victimarum inspectis exitum certaminum augurabantur. Romanorum vero de ludis saecularibus a. 737 u. c. = 17 a. Chr. faciendis plane et disertim in commentariis nuper repertis praeceptum est, ut primis tribus diebus noctibusque Iovi Iunoni Telluri Apollini Ilithyis aliis diis sacrificia fierent atque carmen sacrum a pueris virginibusque in honorem Latoidarum Iovisque caneretur, et tum demum metae ponerentur, et septem diebus, quos sacris tribus diebus athlothetae adiecissent, ludi honorarii agerentur.

De variis ludis statis.

Ex ludis statis Olympici, qui a. 776 a. Chr. conditi sunt, non solum sanctissimi, sed etiam antiquissimi omnium fuisse videntur. Quamquam enim Pausanias v 2, 1 ita loquitur, tamquam Isthmia iam acta fuerint antequam Olympicos ludos Hercules institueret, tamen longe post Olympicos Isthmici instaurati et legitimo ordine agi coepti sunt. Eusebius enim Ol. 49, 4[3]) = 580 a. Chr. Isthmia primum acta esse refert post Melicertem, cuius in honorem mythicos Isthmicos ludos funebres factos esse fabulabantur, et post institutionem Pythiorum. Atque bene chronographus Isthmicos post Pythios institutos esse dicit, quandoquidem hi, cum Ol. 47, 2 Cirrha urbe capta primum concepti essent, Ol. 49, 3 sollemnes facti sunt. Non longe ab his origo Nemeaeorum ludorum distat, quos cum Eusebii versio Armenica Ol. 51, 4, Hieronymus interpres Ol. 52, 1 conditos esse perhibeant, priorem notationem unam amplexi sumus, quoniam paribus, non imparibus annis Olympiadum Nemea acta esse affatim constat. Tres igitur ludi sacri, quorum dignitas post Olympicos maxima erat, eodem fere tempore, Clisthenis et Periandri, ut videtur, consilio et auctoritate conditi sunt. Reliqui ludi quo anno quique primum acti sint, testes desunt neque ad Pindari carmina interpretanda multum ea nosse refert. Plerique autem sexto saeculo a. Chr. instituti vel, ut accuratius loquar, antiquis

1) cf. N. ix 11. x 23. O. vii 80.
2) Paus. v 9, 3.
3) Ol. 49, 4 exhibet Hieronymi versio, Ol. 50, 1 minus accurate versio Armenica.

feriis deorum heroumque adiecti esse videntur. Atque primum Doricae civitates, ut quae gymnicis exercitationibus maxime studerent et feriis deorum splendide exornandis summam operam navarent, novos ludos instituere coeperunt; postea autem etiam Ionicae civitates cum aliae tum Atheniensis Doribus in feriis deorum augendis et amplificandis cedere noluerunt.

Ex variis discriminibus ludorum, quae partim inde ab initio fuerunt, partim temporum decursu orta sunt, duo hoc loco adumbrare visum est, tertium infra examinabimus. Primum ad tempus pertinet, quod inter singulos ludos intericiebatur. Alii enim ludi erant annui, ut Iolaii, alii trieterici[1]), ut Isthmici et Nemeaei, alii penteterici[1]), ut Olympici et Pythii. Ordinem autem trietericum cum vetusta temporum ordinatione et mense intercalari tertio quoque anno olim duodecim mensibus lunaribus anni adiecto cohaerere iam veteres chronographi, Geminus 6 et Censorinus 18, merito statuerunt.[2]) Idonea vero maxime ad ludos gymnicos faciendos videbantur tempora aut mediae aestatis, mensium Iulii et Augusti, qua tempestate Olympia et Pythia acta esse constat, aut medii veris, mensis Aprilis. Atque si tempestatem anni ipsam spectas, veris aer vegetus calore aestatis aptior procul dubio erat; si nihilo minus Olympiae et Delphorum et Nemeae sacerdotes caelum aestivum praeferebant, partim hoc ex astronomicis rationibus annique Graeci initio, partim ex tempore messis, qua perfecta diis operabantur, explicandum esse videtur. Praeterea et rationi et usui consentaneum esse videtur, ut ludos eosdem eodem quoque semper tempore anni factos esse credamus. Ab hoc autem ordine Isthmicos et Nemeaeos ludos recessisse olim putabant Scaligeri et Corsinii auctoritatem secuti, qui hos ludos alternis vicibus hieme et aestate actos esse statuerunt. At nostra memoria haec distinctio hibernorum et aestivorum Isthmiorum et Nemeorum acumine Georgii Ungeri explosa est, qui accuratissima disquisitione Nemeaea semper mense Iunio, Isthmia semper mense Aprili acta esse evicit. Idem turbas istas, quae ad distinguendos hibernos et aestivos ludos ducebant, ex eo, quod imperator

1) Nach unserer Zählart bekanntlich 'alle zwei oder alle vier Jahre wiederkehrende Feste'.

2) Censorinus l. l. tetraeterida quoque sive orbem quatuor annorum ad menses intercalandos pertinuisse opinatur: *postea cognito errore (trieteridis) hoc tempus duplicarunt et tetraeterida fecerunt . . . quare agon et in Elide Iovi Olympio et Romae Capitolino quinto quoque anno redeunte celebratur.* Sed hoc secus esse et pentaeterida feriarum ex eo, quod duplex intervallum inter singulos ludos intercedere voluerint, ortam esse viri harum rerum periti docent; v. Unger, Zeitrechnung der Griechen u. Römer, in Handb. d. klass. Alt. I^2 732.

Hadrianus teste Pausania II 15, 3. VI 16, 4[1]) in locum veterum Nemeorum aestivorum nova Nemea hiberna Argis agenda instituit, ortas esse docuit.[2])

Alterum discrimen ludorum pertinet ad praemium, quod si ex re aliqua pretiosa constabat, *ἀγῶνα χρηματίτην*, sin ex vili corona, *ἀγῶνα στεφανίτην* appellabant.[3]) Atque antiquis quidem temporibus moris erat omnium certaminum victoribus praemium aliquod pretiosum, ut tripodem cratera gladium equum talentum argenti aurive, condonare, cuius liberalitatis partim manubiae ab hostibus detractae, partim lauta supellex hereditate accepta copiam faciebant. Mox cum ludi neque spoliis captis neque hereditatibus acceptis fierent et instaurantes ludos veteres copia liberalitatis deficeret, victores sola corona ex foliis nexa ornare coeperunt. Sed quod primum inopia institutum erat, id sensim in laudem et gloriam vertit. Nam cum Graeci, ut Horatius praedicavit, praeter laudem nullius avari essent, victoria simplici corona ornata multo pluris quam praemium vel pretiosissimum aestimari coepta est. Inde clarissimi ludi Olympici Pythii Isthmici Nemeaei coronarii facti sunt[4]), palmaque nobilis, quae coronae Romanis temporibus addebatur, victores ad terrarum dominos deos evehere ferebatur[5]). Quod autem aliis de arboribus aliis in ludis coronae nectebant, id qua de causa factum sit, difficile est ad explicandum. Delphis quidem cur laurea corona victorum tempora cingerentur, in propatulo est ex eo repetere, quod laurus longe ante institutionem Pythiorum ludorum Apollinis sacra fuit. Etenim iam Hesiodi temporibus qui Apollinis artem musicam exercebant, eos lauri ramum manibus tenere solitos esse narrat Hesiodus theog. 30. Sed Olympicorum victorum oleagina corona dubitant utrum ex eo explicanda sit, quod oleastri olim feracissimus ager Elidis fuit[6]), an quod olea Tyrii Herculis, mythici conditoris ludorum Olympicorum, sacra fuisse perhibebatur, an denique quod luridus color foliorum oleaginorum tristitiam ludorum fune-

1) conf. Iulian ep. 35 p. 527 ed. Hertl.

2) Philol. XXXIV 50 ff. XXXVII 1 ff.; cf. Stzb. d. b. Ak. 1889 p. 28 ff.

3) Idem significant *ἀγῶνες φυλλοφόροι* Pind. O. VIII 76.

4) Ut Pythiorum agon primum *χρηματίτης* fuit et postea demum *στεφανίτης* factus est, sic etiam Olympiae non ab initio, sed inde a septima Olympiade victores corona oleagina honorabantur; v. Krause, Olympia p. 158.

5) Horat. C. I 1, 5. Horatii quidem aetate victori non solum tempora corona cingebantur, sed etiam palmae ramus in manus dabatur (v. Paus. VIII 48, 2. Plut. quaest. conv. VIII 4, 1), sed huius moris apud Pindarum nulla vestigia exstant; corrupta enim lectione fr. 75, 14 abuti non licet. Inde etiam figulus Romanus, qui Victoriam antiquarii Monacensis ad exemplar Victoriae Paeonii fecit, deam altera manu coronam, altera palmam tenentem finxit.

6) Paus. V 7, 7. Plin. n. h. XVI 44, 89.

brium maxime decere videbatur.[1]) Apium vero, quo Nemeaeae et Isthmicae coronae nectebantur, Pindarus quod N. vi 47 pabulum leonis ab Hercule interemti dicit, ex eo, quod in illis regionibus hoc gramen frequentissimum fuerit, ad coronas nectendas adhibitum esse significat. Contra scholiastae Pindari cum natura funebri ludorum et pullis vestibus, quibus induti iudices Nemeaei de praemiis decernebant, apii coronas cohaerere argute interpretantur.[2]) Pinum autem, cui temporibus imperii Romani in Isthmiis ludis apium cessit[3]), Neptuni hos ludos sacros esse significasse non est cur multis edisseram. Denique myrteam coronam, qua Thebanis Heracleis victores ornatos esse ipse Pindarus I. iii 88 testatur[4]), scholiastae et ipsam ad funebrem originem horum ludorum rettulerunt. Atque in sacris Manibus faciendis myrtum in usu fuisse docet Euripides Electr. 324 ss. *Ἀγαμέμνονος δὲ τύμβος ἠτιμασμένος οὔπω χοάς ποτ' οὐδὲ κλῶνα μυρσίνης ἔλαβε*, neque coronae aureae, quae ex sepulcro Graeciae Magnae in lucem protracta hodie in antiquario Monacensi adservatur, flores myrtei desunt.

Quae hucusque exposuimus rerum fide confirmata sunt, sed veris plus saepe fabulosa in carminibus cum aliis tum Pindari epiniciis valent. Splendorem enim ludorum ut amplificarent et victoribus plus laudis adstruerent, non ab hominibus, sed a diis vel heroibus ludos conditos esse et heroes ipsos olim de corona certasse ementiti sunt. Atque ut callida Graecorum natio fuit lepidas narratiunculas inveniendi, origines ludorum plurimis et pulcherrimis fabulis exornarunt. Pindarum et ipsum partim novas finxisse fabulas partim popularem famam pulchrius exornasse, nemo qui ingeniosum vatem noverit, infitias ibit, plura tamen eum a superioribus poetis accepta tulisse et paululum tantum immutata suis carminibus intexuisse equidem mihi persuasi. Sic Olympiae Pelopem cum Oenomao, vetere rege illius regionis, curru decertasse et praemium victoriae filiam eius Hippodamiam in matrimonium accepisse carmine O. i praeclare narrat. Olympicos vero ludos Herculem heroem devicto

1) Nam Olympicos quoque ludos olim pro funebribus habitos esse ostendit Pelopium, i. e. Pelopis sepulcrum in media Alti Olympica situm.

2) Schol. Pind. O. xiii 45 et in introductione Nemeorum p. 425 Bö. De funebri indole apii confer Plut. Tim. 26 et quaest. conv. v 3, 2. Quod autem Nemeis viridi, Isthmiis sicco apio usi esse dicuntur, hoc ex discrimine tempestatis, qua utrique ludi agebantur, explicandum esse videtur.

3) Schol. Pind. p. 514. Plut. quaest. conv. v 3, 1.

4) Praeterea Heraeis Argivis victorum tempora myrtea corona cincta esse refert schol. O. vii 83. Etiam ludis Epidauri et Megarorum myrteas coronas dari significat Pindarus I. viii 17.

Augea, Epeorum rege, instituisse, eundemque oleis arboribus ex Hyperboreorum terra in Olympicum agrum, solis ardentibus radiis antea expositum, transplantatis oleaginam coronam victoribus destinasse, carmine O. III partim rettulit partim finxit. Quin etiam quinam in ludis illis ab Hercule institutis primi praemia singulorum certaminum reportaverint, copiose carmine O. X exponit. Similia autem, si quae Ps. Dio in oratione Corinthiaca p. 107 R refert, ad Pindari epinicium aliquod Isthmicum nunc deperditum retrahere licet, de mythicis ludis Isthmicis a Neptuno et Sole institutis commentus est. Pythiis vero ludis quod Orestem, Agamemnonis filium, in agro Pyladis amici olim de corona certasse P. XI 15 narrat, Sophocli eandem fabulam in Elect. 681 ss. exornanti praeivit. Ipso autem nomine Pythiorum cum significatum esse videatur, hos quoque ludos ad originem fabularem et pugnam Apollinis cum Pythone dracone depugnatam relatos esse, tamen hanc fabulam Pindarus in epiniciis non persecutus est, sed solo in paeane aliquo (fr. 55) attigit. Etiam quam poeta Romanus, Statius, Thebaidis libro quinto copiose narrat fabulam de ludis in agro Nemeaeo a septem ducibus Argivis contra Thebas proficiscentibus in honorem Opheltae sive Archemori a serpente interfecti institutis[1]), eam iam Thebanus poeta nosse videtur, licet eam non data opera tractaverit. Nam quod N. X 28 Theaeum Argivum vicisse dicit *ἐν Ἀδραστείῳ νόμῳ*, hoc ad Nemeaeos ludos referendum et ex narratione illa de ludis funebribus ab Adrasto, uno ex septem ducibus, institutis explicandum esse Didymus grammaticus bene intellexit. Quamquam fabulam illam post Pindarum tragici poetae, Aeschylus in Nemeis et Hypsipyla, Euripides in Hypsipyla, excoluisse videntur, quo pacto etiam quae de Isthmicis ludis in honorem Melicertae olim factis atque de Theseo Isthmios ludos, a Sisypho illos primum institutos, post Sinidem latronem devictum instaurante scholia Pindari p. 514 sq.[2]) narrant, vix dubium est quin ab Atticis poetis et logographis inventa sint. Denique ex minoribus quoque ludis nonnullos ad heroica tempora Pindarus retraxit; sic Sicyonios, quos a Clisthene tyranno institutos esse historica fide constat, ab Adrasto heroe conditos esse N. IX 9 et I. IV 44 fabulatur, Phylacae ludos in memoriam Protesilai herois institutos esse I. I 58 significat, Lemnios ludos cum expeditione Argonautarum, veterem ni fallor famam secutus, coniungit P. IV 254 et O. IV 22. Neronis vero temporibus, ut quam longe hoc

1) v. schol. ad Nem. hypoth. p. 424 sq. et ad N. VIII 89. X 49. Apollod. III 6, 4. Paus. II 15, 2.

2) cf. Plut. Thes. 25. Plinius n. h. VII 205.

studium etiam postea grassatum sit, uno exemplo demonstrem, Patavi ludos scenicos a Troiano Antenore institutos esse ferebant.[1])

De certaminum generibus.

Certamina ludorum admodum varia erant neque eadem omnibus temporibus aut locis exercebantur. Atque primum breviter exponere iuvat, quae certamina mythicis temporibus in usu fuerint. In Patrocli igitur funere (Il. XXIII 257—897) duces belli Troiani equestribus bigis, pugilatu, lucta, cursu, pugna armata, disco, sagittando, iaculando inter se certabant. Atque bigis illi certabant, quia duces belli quadrigis nisi interpolatis versibus Iliadis[2]) usi esse non feruntur; armata vero pugna (ὁπλομαχία) iam Homero ob pericula vitae, quae in proeliis contra hostes, non autem in ludicro certamine obire homines fortes deceret, minus placebat et mox prorsus in desuetudinem abiit. Etiam arcu sagittisque certare Graeci iam Odysseae temporibus desiisse videntur; certe Phaeaces, quamvis Ulixes sagittandi peritissimum se iactaret, arcu certare noluerunt, quod nescio an inde factum sit, quod post heroicum aevum arcu pugnare magis Thracum et barbarorum quam Graecorum esse putabatur.

Amaryncei in funere Nestor se vicisse gloriatur pugilatu lucta cursu hasta, solo curuli certamine se victum ab Actorionibus fatetur (Il. XXIII 630—45). Phaeaces vero cursu lucta saltu disco pugilatu certaverunt, quibus quinque certaminibus non tam certandi quam ostentandi gratia saltatorios motus addiderunt (Od. VIII 100 ss.). Porro Cypseli in cista Pausanias V 17 ludorum funebrium certamina bigis pugilatu lucta disco cursu facta vidit; idem autem quod Iolaum quadrigis adstantem curru vicisse opinatus est, false interpretatus esse videtur. Neque enim alii quadrigarum rectores, quibuscum ille certaret, aderant neque iuxta biga certamen quadrigis certandi locus erat; denique armato cursu, non quadrigis Iolaum in Peliae funere vicisse scholiasta Pind. I. I 30 tradit.

Ne musica quidem certamina ab heroicis temporibus aliena fuisse Hesiodus opp. 657 testatur, qui hymno tripodem in ludis funebribus Amphidamantis se consecutum esse narrat. Denique quae Pindarus O. X 64—73 de ludis ab Hercule post devictum Augeam stadio lucta pugilatu quadrigis iaculo disco institutis refert, quamquam inter testimonia vetera heroicorum temporum referenda esse et ipse nego,

1) v. Tacit. annal. XVI 21.

2) Il. VIII 185 del. Aristarchus, XI 699 τέσσαρες ἀθλοφόροι in narratiuncula recenti. In Cypriis autem heroes quadrigis vehentes fictos esse, inde effici videtur, quod Philostr. Heroic. 159, 4 Mysios contra Aiacem de quadrigis pugnasse narrat.

tamen quin poeta iis, quae de certaminibus antiquissimis comperta habebat, adcommodaverit dubium non est.

Postquam ad historica tempora devenimus, primum quae Pausanias v 8 et Philostratus gymn. p. 267 K. et Eusebius chronographus de ludis Olympiae deinceps institutis narraverunt, referre expedit.[1]) Olympiae igitur primum solo stadio certabant, Ol. 14 adiectum esse fertur certamen diaulo, Ol. 15 dolicho, Ol. 18 quinquertio et lucta (*πένταθλον καὶ πάλην*), Ol. 23 pugilatu, Ol. 25 curru (*ἅρματι*) vel quadrigis (*ἵππων τελείων δρόμῳ*, vel *τεθρίππῳ* vel *ἵπποις*), Ol. 33 pancratio virorum et equo desultorio (*κέλητι*), Ol. 37 stadio puerorum et lucta puerorum, Ol. 41 pugilatu puerorum, Ol. 65 cursu armato (*ὁπλιτῶν δρόμῳ*), Ol. 93 biga (*συνωρίδι ἵππων τελείων*), Ol. 99 quadrigis pullorum equorum (*πώλων ἅρματι*), Ol. 129 biga pullorum, Ol. 131 celete pullo, Ol. 145 pancratio puerorum. Atque haec sunt octodecim (*ιη′*) certamina (*ἀγωνίσματα*) veterum grammaticorum. Nam in scholio ad O. v 14 *στεφάνους ἔχει κη′* librariorum vitio *κη′* ex *ιη′* corruptum esse patet, et scholiasta, qui ad O. III 60 *ἀγωνίσματα ιζ′* fuisse tradit, iam in suo exemplari unum certaminis genus aut praeteritum aut lacuna haustum invenisse videtur. Praeterea Pausanias nonnulla certamina commemorat, quae non durasse, sed mox abolita esse dicit; sic pentathlum puerorum Ol. 38 institutum et iam sequente Olympiade abolitum, mularem bigam Ol. 70 et calpam Ol. 71 institutam, utramque Ol. 81 iterum abiectam esse refert.

Delphis idem Pausanias x 7 accurate refert, quo quodque certamen anno receptum sit. Atque priusquam iusti et stati ludi fuissent, hymno Delphis certatum esse et Chrysothemim, Philammona, Thamyrin citharoedos et Eleuthereum rhapsodum hymnis vicisse vetus fama fuit. Deinde Ol. 48, 3, quo anno prima Pythia acta esse Pausanias in suo fonte invenit, certamina fuisse feruntur musica tria, citharodia aulodia aulesis (assis tibiis), exin gymnica quibus tum Olympiae certabant, exceptis quadrigis, undecim (stadio, diaulo, dolicho, quinquertio, lucta, pugilatu, pancratio, celete, stadio puerorum, lucta puerorum, pugilatu puerorum), denique certamina Olympicis addita duo (dolicho puerorum et diaulo puerorum). Pythiade vero secunda Olympiadis 49, 3, quam alii scriptores primam Pythiadem fuisse statuerunt, aulodiam aboleverunt et quadrigis certamen adiecerunt; posthac adiecta sunt certamina Pyth. 8 assis fidibus (*κρουμάτων ἀφώνων*), Pyth. 23 cursu armato, Pyth. 48 biga, Pyth. 53

1) Errores et lacunas, quibus nemo horum testium prorsus caret, ex consensu reliquorum testium correxi.

pullorum quadrigis, Pyth. 61 pancratio puerorum, Pyth. 62 pullo celete, Pyth. 69 pullorum biga.

Nemeis et Isthmiis quae genera certaminum fuerint et quo quodque anno institutum sit, non aeque memoriae proditum est, nisi quod Nemeis solis quadrigis (ἅρματι), non etiam biga et celete certatum esse scholia Pindari p. 424 tradunt, et quinquertium Nemeade 53 = Ol. 77, 4 institutum esse in scholiis ad N. VII inscr. memoriae proditum est. Etiam incertiora tempora reliquorum ludorum sunt; solis de certaminibus Panathenaeorum Atheniensium plenissimam notitiam lapidibus debemus, cum aliis tum tabulis duabus marmoreis saeculi quarti CIA. II 965 = Dittenbergeri syll. n. 395. Atque principalis et antiquissima pars horum ludorum musicas res amplectebatur, artem dico rhapsodorum, citharoedorum, aulodorum, fidicinum, tibicinum. Nam Solonis quidem aetate nulladum erant gymnica vel equestria certamina, quae si fuissent, legislator prudentissimus non solum Olympiis et Isthmiis, sed etiam Panathenaeis victorum praemia statuisset. Pindari autem temporibus iam magno in honore erant multifarii ludi Athenienses et amphorae Panathenaicae. Neque ullis ludis plura certaminum genera erant, quamquam maior eorum pars ad Pindari carminum interpretem nihil attinet. Gymnica quidem certamina Panathenaeorum erant novem hoc ordine sese excipientia: *δόλιχος, στάδιον, δίαυλος, ἵππιος,*[1]) *πένταθλον, πάλη, πυγμή, παγκράτιον, ὁπλίτης,* quo ex ordine Aug. Mommsenius, Heortologie p. 145 sagaciter collegit *ἵππιον δρόμον* sive cursum quatuor stadiorum et *ὁπλίτην δρόμον* sive armatum cursum, cum ultimo loco hic omnium certaminum, ille cursu certaminum collocatus esset, post reliqua septem certamina institutos esse.[2]) Equestrium vero certaminum praecipuum fuit *ἀποβάτου καὶ ἡνίοχον ἐμβιβάζοντος,* quo certamine armatus apobata in medio cursu de biga desiliebat et currendo bigam ab auriga rectam aequabat.

Postquam varia certamina praecipuorum ludorum perlustravimus, paucis exponere iuvat, quae in genera illa comprehendi solita sint. Duo igitur genera certaminum vulgo distinguebantur, gymnicum (*ἀγὼν γυμνικός*) et equestre (*ἀγὼν ἱππικός*);[3]) quorum duorum generum longe splendidissimum equestre fuit, unde ei mythicis quidem temporibus primus locus assignabatur. Hoc autem proprium

---

1) *ἐφίππιος* agon dicitur a Platone legg. VIII p. 833 B, librariorum ni fallor errore.

2) Vide tamen de simili mutatione ordinis certaminum Olympicorum infra p. LXXVII.

3) v. Herod. VI 38. Plat. legg. VIII p. 833. Paus. v 9, 3. Strab. III 155. schol. Pind. p. 425.

equestris generis certaminum erat, quod praemia non aurigis, qui equis regendis dexteritatis et virtutis documenta ediderant, sed dominis, qui equis alendis et quadrigis bigisque adornandis magnos sumptus impenderant, donabantur. Verum tamen si quis non solum equos aluerat, sed etiam in certamine rexerat, ut Herodotus Thebanus (I. I 15), singulari ille laude ornabatur.[1]) Duobus quae dixi generibus ludorum in nonnullis feriis, ut Pythiis Delphicis Sicyoneisque et Panathenaeis Atheniensibus, tertium genus musicum (*ἀγὼν μουσικός*) additum est, quod cum primum Apollinis cultus proprium fuerit, postea etiam, ubi ingenii facultates iuxta corporis robora exerceri et praemiis ornari coeptae sunt, ad alios ludos, ut Panathenaicos, translatum est. Ex Pindari autem epiniciis unum P. XII musicam victoriam tibiis partam spectat.

Gymnicorum certaminum alia erant simplicia, ut cursus pugilatus lucta, alia composita, ut pentathlum et pancratium. Atque pancratium quidem, quod gravissimum et difficillimum certaminum gymnicorum fuisse ipso nomine indicatum est, ex contentionibus luctae et pugilatus coniunctis constabat; pentathlum autem sive quinquertium ex quinque certaminibus compositum erat, quae quinque certamina exposita habes in epigrammate Simonideo

Ἴσθμια καὶ Πυθοῖ Διοφῶν ὁ Φίλωνος ἐνίκα
ἅλμα ποδωκείην δίσκον ἄκοντα πάλην,

et in versibus memorialibus scholiastae Plat. Erast. p. 135 E

πένταθλος οὗτος τοῖς νέοις ἀγωνία,
πάλη, σίγυννος, ἅλμα, δίσκος καὶ δρόμος,

atque Eustathii ad Hom. Il. XXIII 621

ἅλμα ποδῶν δίσκου τε βολὴ καὶ ἄκοντος ἐρωή
καὶ δρόμος ἠδὲ πάλη, μία δ' ἔπλετο πᾶσι τελευτή.

Sed quo ordine illa sese exceperint, vereor ut umquam omni ex parte ad liquidum perduci possit. Quamquam nonnulla explorata sunt. Atque primum ex eo, quod Pausanias V 7, 10. 17, 10 saltui, primo utique certamini, accini dicit, initium certandi a saltu factum esse efficitur. Tum ex eodem Pausanias VI 19, 4, quo loco tres pentathli discos fuisse tradit,[2]) discum, ut quo tres certarent, luctae,

---

1) Inde Lycomedes in titulo epinicio Olympiae reperto (Arch. Zeit 1876 n. 17) addendum curavit *κέλητι τελείῳ ἰδίῳ.*

2) Paus. V 19, 4: *ἐν τούτῳ τῷ θησαυρῷ* (scil. *τῶν Σικυωνίων*) *δίσκοι τὸν ἀριθμὸν ἀνάκεινται τρεῖς, οὓς ἐς τοῦ πεντάθλου τὸ ἀγώνισμα ἐσκομίζουσιν.*

qua duo committerentur, proxime antecessisse probabile fit.[1]) Deinde ex loco Xenophontis Hell. VII 4, 29: *καὶ τὴν μὲν ἱπποδρομίαν ἤδη ἐπεποιήκεσαν* (sc. *οἱ Ἀρκάδες ἐν τῇ πανηγύρει τῶν Ὀλυμπίων*) *καὶ τὰ δρομικὰ τοῦ πεντάθλου, οἱ δ' εἰς πάλην ἀφικόμενοι οὐκέτι ἐν τῷ δρόμῳ, ἀλλὰ μεταξὺ τοῦ δρόμου καὶ τοῦ βωμοῦ ἐπάλαιον* apparet quinquertii duas partes ipso loco tum fuisse discretas, *τὰ δρομικά*, quae in stadio fierent,[2]) et luctam (*πάλην*), quae finitis illis curriculi certaminibus in palaestra inter stadium et aram Iovis exerceretur.[3]) Denique etiam Pindari testimonio N. VII 72 luctam ultimum locum obtinuisse constat. Quinquertio autem recepto saltu (*ἅλματι*) et iaculo (*ἀκοντίῳ*) et disco, quibus olim seorsum certatum esse Homerus Il. XXIII 886. Od. VIII 100, Pindarus I. I 24 docent, certare iam desierunt; contra etiam pancratio et quinquertio receptis singularia certamina cursus pugilatus luctae permanebant. Cursus autem tres erant species Olympiae et Delphis: *σταδίῳ δρόμος, δίαυλος δρόμος, δόλιχος δρόμος*,[4]) quibus Athenis et recentioribus temporibus etiam Nemeis et Isthmiis (Paus. VI 16, 4) *ἵππιος*, qui diaulo duplo longior erat, additus est. Denique inter cursus certamina etiam *λαμπαδοδρόμος* Panathenaeorum Atheniensium et Hellotiorum Corinthiorum referendus est.

Aetatibus quoque certamina discriminabantur. Heroicis quidem temporibus nihil aetatis discrimen valebat, quandoquidem nisi viris et ducibus belli inire certamen non licuit. Postquam autem ludis gymnicis id inprimis agere coeperunt, ut civium corpora ad belli discrimina subeunda exercerentur, non solum viros, sed etiam iuvenes

1) Necessario hoc sequi negat Holwerda, qui disci certamen secundo vel primo loco posuit, cursum quarto. Speciose M. Faber, Phil. 1891 p. 478 ex eo, quod *ἀκοντιστῇ ἀνδρὶ λόγχαι τρεῖς* erant (CIG. 2360), discos quoque tres singulos iecisse colligit.

2) Sic si tu duce Pindero nomen *τὰ δρομικά* interpretaberis, non te offendet quod hoc nomine quatuor partes quinquertii, *ἅλμα δρόμος ἀκόντιον δίσκος*, comprehendi potuerint. Ceterum conferre iuvat quae de pentathlo post Pinderum, Gardnerum, Holwerdam, Haggenmuellerum alios nuperrime M. Faber, Philol. 1891, 469 ss., Fr. Mie, Jahrb. f. cl. Phil. 1893 p. 785 ss., Em. Henrich, Bayr. Gymn.-Blätt. 1894 p. 366 ss. disputarunt.

3) Palaestra Olympica quae nostra memoria effossa est, longo intervallo a Xenophontea distat, quod ne mireris, palaestra illa aliquanto post aedificata est; v. Bötticher, Olympia p. 360. Atque Graef, Die Ausgrabungen zu Olympia V 40, saeculo quarto exeunte vel tertio ineunte eam aedificatam esse statuit, Flasch ap. Baumeist. Denkm. p. 1104, o altera parte dimidia saeculi tertii. Ceterum non omni tempore lucta alio loco certatum esse, sed solum tum, cum hostibus ingruentibus certantes in tutum orbem Altis se recepissent, recte monet Martin, Philol. 1891 p. 496.

4) Trium harum specierum duae priores ita differebant, ut qui stadio certarent semel uno tenore (*εὐθύτονον* Pind. O. X 64) curriculum permetirentur, qui diaulo, bis curriculum permensi ad stationem, unde exierant, redirent. Dolicho vero qui certarent, iis duodecies duplex stadium permetiendum fuisse veri simile est; v. Aug. Mommsen, Heortol. p. 145 Anm. 3.

et pueros certaminum consortes fieri voluerunt, et cum pueros infirmos cum viris adultis committere iniquum esse videretur, separata certamina puerorum (*παίδων*) et virorum (*ἀνδρῶν*) instituerunt. Athenienses vero inde a quarto saeculo a. Chr. etiam longius progressi primum tria certaminum discrimina *παίδων καὶ ἀγενείων καὶ ἀνδρῶν*, deinde vel quatuor aetatis gradus statuerunt.[1]) Atque quatuor quidem aetatis gradus nihil certe ad Pindari epinicia pertinent; illud autem dubitari potest, num Pindarus discrimen puerorum (*παίδων*) et iuvenum (*ἀγενείων*) prorsus ignoraverit. Olympicis quidem Pythiisque ludis *ἀγῶνας παίδων* et *ἀγενείων* non distinctos fuisse ex testimoniis Pausaniae et Philostrati supra allatis cognovimus;[2]) sed si quis in Atticis civitatibus iam tum illud discrimen valuisse statuerit, non habeo quo eum redarguam. Qua de causa in medio equidem relinquo, utrum Pindarus O. IX 89 *ἐν Μαραθῶνι συλαθεὶς ἀγενείων μένεν ἀγῶνα πρεσβυτέρων*, et O. VIII 55 *εἰ δ' ἐγὼ Μελησίᾳ ἐξ ἀγενείων κῦδος ἀνέδραμεν ὕμνῳ* vocabulo *ἀγενείων* idem atque *παίδων* significaverit, an medium quoddam inter puerilem et virilem aetatem indicare voluerit. Neque tamen ad omnia certamina pueri admittebantur; ne Athenis quidem hoc factum est; diutius autem Olympiae et Delphis cavebant, ne laboriosis et periculosis certaminibus flos iuventutis pessumdaretur. Pancratio certe Pindari aetate Olympicis Pythiisve ludis pueri non certabant, et pentathlum puerorum cum una Olympiade admissum fuerit, mox rursus abolitum esse supra cognovimus. De Nemeis et Isthmiis ne hac quidem in re quidquam testium fide constat; neque tamen credibile est Corinthios aut Nemeaeos tam longe ante Eleos pancratio certamen puerorum probasse. Chronologicas autem quasdam difficultates, quas ut summoveret Herbigius meus (Comment. philol. Monac. p. 140) contrarium statuere ausus est, alio modo ad I. VIII arg. expediam. Nihil vero inscriptione carminis N. V *παιδὶ παγκρατιαστῇ* commoveor, quippe quae et codicum fide parum fulcita sit et ut omnes inscriptiones auctoritate veteris memoriae careat. Id tamen facile largior, iuvenes (*νέους*) fere vegetae aetatis ad quinquertii longas contentiones subeundas nomina professos esse. Denique singulare erat Heraeorum Olympicorum, quod etiam virgines tribus aetatis gradibus discretas in certamen stadii vocabant (Paus. V 16, 2).

---

1) v. Plat. legg. VIII p. 833. Athen. XV p. 678 C, lapidum testimonia apud Mommsenium Heortol. 141 ss.

2) Nihilominus *Πύθια ἀγενείων παγκράτιον* ex aetate imperatorum Romanorum commemorantur in lapide Neapolitano IGSI. 747 et *Ἴσθμια ἀγενείων παγκράτιον* IGSI. 746.

De ordine certaminum.

Postquam supra iam in transitu pauca de ordine certaminum ludorum Panathenaicorum delibavimus, hic plenius de re difficillima disserere nobis visum est. Quamquam igitur neque omnibus in ludis neque iisdem in ludis omni tempore idem ordo certaminum servatus est, tamen hoc fere semper et ubique obtinuerunt, ut stadio cursoribus primum locum assignarent. Atque iam Odysseae temporibus a cursu Phaeaces initium certandi fecerunt (Od. VIII 120), in catalogis vero Olympionicarum stadio victores primo loco collocati sunt, unde a stadio victoribus singulas Olympiades chronographi notabant.[1]) Eodem modo Pythiorum Sophocles El. 684 *δρόμου πρώτην κρίσιν* fuisse dicit, et Athenis stadio victori plus amphorarum olei quam quinquertio vel lucta pugilatuve victoribus praemio dabatur. Denique etiam philosophus Plato, legg. VIII p. 333 a stadio ut initium ludorum fieret praecepit.[2]) Alterum verisimile est institutum fuisse, ut quae posteriore tempore recepta essent certamina locum post certamina dudum recepta sortirentur. Quamquam hoc non tam anxie observabant, ut nihil opportunitati et variationis studio darent[3]) aut puerorum certamina contra hominum exspectationem ultimum in locum reicerent. Sed id tamen ex chronologico ordine institutionis certaminum supra exposito mansit, ut equestria certamina fere ultima inirentur, quo facto illud quoque consecuti sunt, ut ne hominum studia spectandi remitterent, sed ad ultimum et splendidissimum genus certaminum spectandum erigerentur.

Multum vero in omni hac quaestione referebat, quot dies certaminibus ineundis consumerentur. Minoribus enim in ludis hoc fere institutum erat, ut primo die sacra fierent, altero certamina omnia.[4]) Olympicae autem feriae cum Pindari aetate quinque dierum essent, ad minimum tres dies medii certaminibus explebantur.[5])

1) Conf. Plut. quaest. conv. II 5.

2) Etiam Plut. quaest. conv. II 5, 1 testatur stadio primum certatum esse: *ποῖον οὖν φαίη τις ἂν τῶν ἀγωνισμάτων γεγονέναι πρῶτον ἢ τὸ στάδιον, ὥσπερ Ὀλυμπίασι.* Nihilominus quondam Polites quidam certamen Olympicum ita iniit, ut similiter atque Athenis factum est (v. supra p. LXXII) primum dolicho, deinde stadio et diaulo certaret, qua de re v. Paus. VI 13, 3.

3) De mutatione ordinis Ol. CXXXXII Clitomachi gratia facta, ut pancratium ante pugilatum fieret, v. Paus. VI 15, 4.

4) Hoc de Thebanis ludis Heracleis disertim refert ipse Pindarus I. III 85.

5) Ex loco Pindari O. V 6 *ὑπὸ βουθυσίαις ἀέθλων τε πεμπαμέροις ἁμίλλαις ἵπποις ἡμιόνοις τε μοναμπυκίᾳ τε* equidem concludere non ausim tum temporis, i. e. Ol. LXXXII certamina super quinque dies distributa fuisse. Nam quinque diebus certe equis certatum non est, unde poetam non more mathematico tempus certaminum accurate definivisse, sed quod feriae quinque dierum fuerunt, hoc ad sacrificia et certamina traxisse probabile est.

Atque his quidem in ludis usque ad Ol. LXXVII pancratio ultimum locum post quinquertium et equorum certamina fuisse, sed cum illa Olympiade toto fere die curulibus certaminibus et quinquertii consumpto pancratiastae in noctem pugnam extraxissent, ordine mutato sola certamina equorum et quinquertii ultimo diei relicta, pancratium autem in antecedentem diem reiectum esse Pausanias V 9, 3 memoriae prodidit.[1]) Atque quinquertio post equorum cursum (*ἱπποδρομίαν*) eodem die certatum esse Xenophontis quoque testimonio, Hell. VII 4, 29 constat. Praeterea nuper titulo honorario Tiberii Claudii Rufi Olympiae ecfosso comprobatum est, etiam secundo p. Chr. saeculo pancratii certamen diei ultimum fuisse.[2])

Primo igitur die inde ab initio certamina a stadio virorum auspicabantur, ultimo die usque ad Ol. LXXVII equis quinquertio pancratio, inde ab illa Olympiade ultimo die equis et quinquertio, in paenultimum pancratio reiecto, certabant. Sed quae certamina ante pancratium paenultimo die, quae post stadii cursum primo die, denique quae medio vel mediis diebus certamina Pindari quidem aetate fuerint, coniectando divinare, non argumentis confirmare licet. Neque qui exstat catalogus victorum Olympiadis CLXXVII = a. 72 a. Chr. a Phlegonte chronographo scriptus et infra a me plene exscriptus certum documentum praebet ordinis certaminum Olympici. Is enim cum in victoribus illius Olympiadis enumerandis hunc ordinem ludorum sequatur: **στάδιον, δίαυλον, [ὁπλίτην δρόμον], δόλιχον Ἑλλήνων, δόλιχον Ῥωμαίων, πένταθλον, πάλην, πύξ, παγκράτιον, παίδων στάδιον, παίδων πάλην, παίδων πύξ, παίδων παγκράτιον, ὁπλίτην δρόμον,**[3]) **τέθριππον,**

---

1) Pausaniae locum gravissimum, sed lacerum et multum vexatum exscribere iuvat totum, qualem eum correxit God. Hermannus Opusc. VI 14: *ὁ δὲ κόσμος ὁ περὶ τὸν ἀγῶνα ἐφ᾽ ἡμῶν, ὡς θύεσθαι τῷ θεῷ τὰ ἱερεῖα πεντάθλου μὲν καὶ δρόμου τῶν ἵππων ὕστερα ⟨πρὸ τούτων δὲ γεγενημένων τῶν ἄλλων⟩ ἀγωνισμάτων* (Holwerda, Arch. Zeit. 1880 p. 170 plura intercidisse ratus sic locum supplevit: *τὰ ἱερεῖα, ⟨ἔπειτα δὲ γίγνεσθαι τοὺς ἀγῶνας⟩ πεντάθλου μὲν καὶ δρόμου τ. ἵ. ὑστέρᾳ ⟨ἡμέρᾳ, προτέρᾳ δὲ τῶν λοιπῶν⟩ ἀγωνισμάτων*). *οὗτος κατέστη σφίσιν ὁ κόσμος ὀλυμπιάδι ἑβδόμῃ πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα. τὰ πρὸ τούτων δὲ ἐπὶ ἡμέρας ἦγον τῆς αὐτῆς ὁμοίως καὶ ἀνθρώπων καὶ ἵππων ἀγῶνα. τότε δὲ προήχθησαν ἐς νύκτα οἱ παγκρατιάζοντες, ἅτε οὐ κατὰ καιρὸν ἐσκληθέντες, αἴτιοι δὲ ἐγένοντο οἵ τε ἵπποι καὶ ἐς πλέον ἔτι ἡ τῶν πεντάθλων ἅμιλλα· καὶ ἐκράτει μὲν Ἀθηναῖος Καλλίας τοὺς παγκρατιάσαντας, ἐμπόδιον δ᾽ οὐκ ἔμελλε παγκρατίῳ τοῦ λοιποῦ τὸ πεντάθλιον οὐδὲ οἱ ἵπποι γενήσεσθαι.*

2) Arch. Zeit. 1878 n. 147. 148.

3) *ὁπλίτην δρόμον* aut hic aut supra eiciendum est; facilius explicari potest, quomodo priore loco interpolatio orta sit; quamquam ratione in distribuendis ludis inita alterum commendari videtur, ut omnia genera cursus hominum primo die, omnia equorum ultimo die facta esse putemus. Verum *ὁπλίτην δρόμον* ultimum locum in gymnicis certaminibus obtinuisse constat etiam testimonio Artemidori I 63: *τὸ δὲ ὅπλον λεγόμενον ἐπὶ πάντων πᾶσι παρολκὰς σημαίνει· τελευταῖον γὰρ καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸ ἆθλον.*

κέλητα, συνωρίδα, πωλικὸν τέθριππον, πωλικὴν συνωρίδα, πωλικὸν κέλητα, fere temporum ordinem sequitur, quo quodque certamen Olympiae receptum esse supra p. LXXI vidimus, nisi quod omnia curulia certamina (*τέθριππον .... πωλικὸν κέλητα*) comprehensa extremo loco posuit et *παίδων παγκράτιον* cum reliquis generibus puerorum certaminum coniunxit. Quamquam si licet divinare et ordinem chronologicum recentioribus temporibus magis servatum esse suspicari, ex illa tabula hanc distributionem certaminum expiscari poteris:

primo die: *εἰσιτήρια·*

secundo die: *στάδιον, δίαυλος, Ἑλλήνων δόλιχος, Ῥωμαίων δόλιχος, πένταθλον, πάλη, πύξ, παγκράτιον,*

tertio die[1]): *παίδων στάδιον, παίδων πάλη, παίδων πύξ, παίδων παγκράτιον,*

quarto die: *ὁπλίτης δρόμος, τεθρίππῳ, κέλητι, συνωρίδι, πωλικῷ τεθρίππῳ, πωλικῇ συνωρίδι, πωλικῷ κέλητι·*

quinto die: *πομπεῖα τῶν νικησάντων, κοινὴ πομπή, ἑστίασις.* Quodsi catalogus victorum Ol. CLXXVII non modo temporum ordinem, quo singula certamina recepta sunt, sequitur, sed etiam certaminum ordinem, quo ea tum temporis sese excipiebant, aetate Pindari et Xenophontis et eorum, e quibus Pausanias pendet, mutationem genuini ordinis factam, postea autem rursus abiectam esse nobis statuendum est. Mutationis autem illius summa ea erat, ut certaminum genera composita, quinquertium et pancratium, post simplicia certamina, cursum luctam pugilatum, fierent ultimumque locum sortirentur.[2]) Panathenaeis autem et, si ex uno exemplo de ceteris concludere licet, omnibus in ludis minoribus exemplum et auctoritatem ludorum Olympicorum in ordine certaminum digerendo secuti sunt. Ad postremum brevi refero, quo pacto Holwerda Arch. Zeit. 1880 p. 171, cum locum Paus. v 9, 3 aliter supplevisset et Plutarchum

---

1) Plutarchi aetate puerorum certamina ante virorum fuisse apparet ex Quaest. conv. II 5, 1: *ἐνταῦθα δὲ παρ' ἡμῖν (Ἀθήνησι) καθ' ἕκαστον ἄθλημα τοὺς ἀγωνιζομένους εἰσάγουσιν ἐπὶ παισὶ παλαισταῖς ἄνδρας παλαιστὰς καὶ πύκτας ἐπὶ πύκταις, ὁμοίως καὶ παγκρατιαστάς· ἐκεῖ δὲ (Ὀλυμπίασι) ὅταν οἱ παῖδες διαγωνίσωνται, τότε τοὺς ἄνδρας καλοῦσι.* Atque Plutarchum vera rettulisse nullus equidem dubito, sed potuit ordo puerorum certaminum alius alio tempore fieri.

2) Similiter in certaminibus cursus Ol. CLXXVII ad genuinum et priscum ordinem redierunt vel redierant, ut stadio et diaulo ante dolichum certarent; nam antea quondam Olympiae, ut Athenis (v. supra p. LXXII) primum dolicho, deinde stadio et diaulo certatum esse docet Paus. VI 13, 3: *ἀπὸ γὰρ τοῦ μηκίστου καὶ διαρκεστάτου δι' ὀλιγίστου δὴ καιροῦ μεθηρμόσατο ἐπὶ τὸ βραχύτατον καὶ ὤκιστον, καὶ δολίχου τε ἐν ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ καὶ παραυτίκα σταδίου λαβὼν νίκην προσέθηκε διαύλου σφίσι τὴν τρίτην.*

auctorem secutus omni tempore puerorum certamina virorum certaminibus antecessisse putaret, quinque dies ludorum Olympicorum distribuendos censuerit:

primo die: sacrificia (*βουθυσία*) et recensus certantium hominum et equorum,

secundo die: certamina puerorum,

tertio die: virorum *δόλιχος*, *στάδιον*, *δίαυλος*, *πάλη*, *πυγμή*, *παγκράτιον*, *κῶμος τῶν νικήσαντων*,

quarto die: *ἱπποδρομία*, *πένταθλον*, *ὁπλιτῶν δρόμος*, *κῶμος τῶν νικησάντων*,

quinto die: sacrificia victorum et legatorum epulae.

De numero et sortitione concertantium.

In difficilem iam quaestionem de sortitione et numero certantium delabimur. Primum igitur omnium hoc in propatulo est, non omnium certaminum eandem in hac re conditionem fuisse. Namque ad luctam, pugilatum, pugnam armatam, pancratium non plures quam binos in arenam descendere potuisse patet, sed cursu et equis necnon saltu et iaculo et disco nihil obstabat, quominus plures inter se certarent. Atque in Patrocli funere curru octo, cursu tres certasse Homerus prodit, idemque Phaeaces sedecim, qui nomen professi erant, omnes simul cursus certamen iniisse narrat. Similiter in Peliae ludis funebribus sex bigis, quinque pedum velocitate certasse feruntur. Pindarus vero P. v 49 Pythiade tricesima prima quadraginta, Sophocles El. 708 in fabulosis, sed ad consuetudinem suae aetatis assimilatis ludis Pythiis Orestis decem aurigas inter se collisos esse narrat. Sed in his quoque ludis, in quibus plures simul certamen inire poterant, ubi iusto plures nomina dederant, mos invaluit, ut in duos ordines distribuerentur, et qui in utroque ordine superiores evasissent, denuo inter se de palma certarent. Hoc quidem de cursoribus Olympicis disertim tradit Pausanias VI 13, 4: *τέσσαρας, ὡς ἕκαστοι συνταχθῶσιν ὑπὸ τοῦ κλήρου, καὶ οὐκ ἀθρόους ἀφιᾶσιν ἐς τὸν δρόμον· οἳ δ' ἂν ἐν ἑκάστῃ τάξει κρατήσωσιν, ὑπὲρ αὐτῶν αὖθις θέουσι τῶν ἄθλων, καὶ οὕτω σταδίου δύο ὁ στεφανούμενος ἀναιρήσεται νίκας.*

In pugilatu autem et lucta et pancratio alterum ex duobus non fieri non potuit, ut aut plurum quam duorum nomina omnino non reciperentur, aut si plures admissi essent, ii in plura paria distribuerentur. Itaque quod in cursu rarum fuit neque nisi si iusto maior numerus concertantium exstiterat factum est, id in his generibus certaminum sollemne fuit. Atque disertim Pindarus

O. VIII 68 et P. VIII 81 Aeginetas Alcimedontem et Aristomenem laudat quatuor adversarios lucta devicisse. Iam hoc certe nemo probabit singulos cum quatuor simul luctatos esse; nimis enim esset hoc iniquum et prope prodigiosum. Unus igitur deinceps cum quatuor adversariis pugnavit; sed quonam hoc pacto factum sit aut fieri potuerit, nobis iam aperiendum est.[1])

Omni hac in quaestione plurimum refert, exiguusne an magnus certantium numerus fuerit, parne fuerit an impar, unanę an plures sortitiones factae sint. Proficiscendum autem nobis est de loco classico Luciani Hermot. 40: *ἐγγράφεται δὲ ἐς δύο μὲν* (sc. *κλήρους*) *ἄλφα ἐν ἑκατέρῳ, ἐς δύο δὲ τὸ βῆτα, καὶ ἐς ἄλλους δύο τὸ γάμμα καὶ ἑξῆς κατὰ τὰ αὐτά, ἢν πλείους οἱ ἀθληταὶ ὦσιν, δύο ἀεὶ κλῆροι τὸ αὐτὸ γράμμα ἔχοντες. προσελθὼν δὴ τῶν ἀθλητῶν ἕκαστος προσευξάμενος τῷ Διῒ καθεὶς τὴν χεῖρα ἐς τὴν κάλπιν ἀνασπᾷ τῶν κλήρων ἕνα καὶ μετ' ἐκεῖνον ἕτερος .... τὸν μὲν τὸ ἄλφα ἔχοντα τῷ τὸ ἕτερον ἄλφα ἐσπακότι παλαίειν ἢ παγκρατιάζειν συνάπτει* (*ὁ ἀλυτάρχης*), *τὸν δὲ τὸ βῆτα τῷ τὸ βῆτα, ὁμοίως καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ὁμογράμμους κατὰ ταὐτά· οὕτω μὲν γάρ, ἢν ἄρτιοι ὦσιν οἱ ἀγωνισταί, οἷον ὀκτὼ ἢ τέτταρες ἢ δώδεκα· ἢν δὲ περιττοί, πέντε ἑπτὰ ἐννέα, γράμμα τι περιττὸν ἐνὶ κλήρῳ ἐγγραφὲν συμβάλλεται αὐτοῖς, ἀντίγραφον ἄλλο οὐκ ἔχον· ὃς δ' ἂν τοῦτο ἀνασπάσῃ, ἐφεδρεύει περιμένων, ἔστ' ἂν ἐκεῖνοι ἀγωνίσωνται· οὐ γὰρ ἔχει τὸ ἀντίγραμμα· καί ἐστι τοῦτο οὐ μικρὰ εὐτυχία τοῦ ἀθλητοῦ, τὸ μέλλειν ἀκμῆτα τοῖς κεκμηκόσι συμπεσεῖσθαι*; quo cum teste locupletissimo componere iuvat Iuliani Imp. conviv. p. 317 Sp.: *μετὰ τοῦτο ὁ Ζεὺς ἤρετο τοὺς θεούς, πότερον χρὴ πάντας ἐπὶ τὸν ἀγῶνα καλεῖν ἢ καθάπερ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γίνεται, ὁ τοῦ πολλὰς ἀνελομένου νίκας κρατήσας, ἑνὸς περιγενόμενος οὐδὲν ἔλαττον δοκεῖ κἀκείνων γεγονέναι κρείσσων, οἳ προσεπάλαισαν μὲν οὐδαμῶς αὐτῷ, τοῦ κρατηθέντος δὲ ἥττους ἐγένοντο.* Si igitur ad certamina luctae, pugilatus, pancratii quatuor pluresve nomina professi erant, in duo plurave paria sorte distribuebantur. Atque si par numerus certantium fuit, ut nullus relinqueretur, simplicior ordo certaminis erat. Nam si quatuor nomina dederant, ex iis, quae Pausaniam de cursorum ordinibus rettulisse supra vidimus, colligere nos oportet, primum duo paria certamen iniisse, deinde qui ex utroque pari superiores discessissent, denuo inter se de corona certasse.

---

1) De difficillima hac quaestione multi varias in partes disputaverunt, ex quibus praeter eos, qui de rebus gymnasticis (v. p. LXII) et de pentathlo (v. p. LXXIV) scripserunt, inprimis laudo interpretes Pindari, Boeckh. Expl. 318, et Fennell, Pind. Nem. and Isthm. p. IX ss.

Iam si octo concertatores sive quatuor paria erant, aequitatis ratio postulasse videtur, ut primum duo priora paria et victores horum duorum parium certarent, deinde duo altera paria et victores horum parium, ad extremum qui ex duobus prioribus et duobus alteris paribus victores discesserant inter se de corona confligerent; sic septena certamina exstiterunt, et qui ad ultimum victor decessit, ter in arenam descenderat. Verum si non religiose in re ludicra aequitatis leges observabantur, hoc quoque fieri potuit, ut postquam quinam ex duobus primis paribus dexterior esset exploratum erat, tertium par committeretur et qui in eo vicerat cum victore illo duorum primorum parium certaret, exinde quartum par committeretur et ad extremum victor quarti paris cum victore trium priorum parium de praemio certaret. Sic totidem (septem) atque in superiore certandi modo certamina facta sunt, sed qui ad ultimum victor renuntiabatur, non ter sed quater in arenam descenderat.

Sin impar numerus eorum, qui nomina dederant, erat, unus qui relinquebatur *ἔφεδρος* dictus est ab eo, quod ceteris insidiabatur et quinam exitus priorum certaminum futurus esset exspectabat. Felicem eius sortem fuisse, quod integer cum fesso certamen iniret, non solum Lucianus l. l. dixit, sed etiam auctor tituli Olympici n. 146 (Arch. Zeit. 1878 p. 91), quo P. Cornelius Ariston pancratio victor Ol. CCVII non fortunae vel sortis beneficio, sed suarum virium robore se vicisse iactat:

οὐ γὰρ ἐν εὐτυχίῃ κλήρου στέφος, ἀλλ' ἐφεδρείης
χωρὶς ἀπ' Ἀλφειοῦ καὶ Διὸς ἠσπασάμην.[1])

Atque hic quoque si tres certabant, simplex et facilis erat ratio; nimirum primum qui eandem litteram duxerant inter se certabant, deinde qui ex his duobus vicerat cum ephedro committebatur; atque sane tum felix sors ephedri erat, ut cui integris viribus cum eo, qui antecedentis certaminis contentionibus iam suas vires attriverat, certare contigerit. Sed difficilior erat causa, si quinque septem novem nomina dederant, vel si ex quinque paribus, quae primum commissa erant, quinque victores evaserant. Fac novem nomina professos esse; ex his primum quatuor paria sorte facta sunt, qui-

1) Inde apparet cur, si quis non ephedrus sorte factus, nihilo minus palmam meruerat, se *ἀνέφεδρον* in titulo honorario praedicaret, ut in inscriptionibus Olympicis n. 146. 147. 148 factum videmus. Unus obstare videbatur titulus n. 28 (Arch. Zeit. 1876 p. 223), quo victor se iactabat *νικήσαντα ἀνδρῶν παγκράτ[ιο]ν ἔφεδρον*. Sed felicissimo acumine Dittenberger, Arch. Zeit. 1878 p. 91 hoc obstaculum removit et in argumentum contrariae rei vertit lacunam lapidis sic explens: *παγκράτ[ιον ἀ]νέφεδρον*.

bus unus ephedrus, qui adversarium non duxerat, supererat. Iam plane aequum erat, ut primum quatuor paria luctarentur, deinde altera sortitio fieret quatuor horum victorum et ephedri, tum rursus duo paria committerentur, quo facto horum victores duo cum ephedro alterius sortitionis tertium sortirentur, porro qui eandem litteram duxerant inter se certarent, et qui ex his victor discesserat cum ephedro tertiae sortitionis ultimam pugnam de corona iniret. Sic fieri potuit, ut qui ad extremum victor renuntiabatur, quater adversarium vicerit; verum ne illud quidem, qui sortitionum casus sunt, exclusum erat, ut qui semel tantum luctatus esset, praemio victoriae ornaretur. Quamquam hic quoque, si aequitatem minus severe curabant, institui potuit, ut primum duo prima paria certarent, deinde victores duorum horum parium, tum tertium par et quartum, exin victores tertii paris et quarti, porro victores duorum priorum parium et duorum alterorum, ad extremum victor huius paris cum ephedro. Etiam tertium institui potuit, ut primum quatuor paria committerentur, et deinde ephedrus cum quatuor victoribus quatuor illorum parium deinceps certaret, vel si fortuna et viribus minus adiutus ephedrus in primo vel altero certamine cum victore primi vel secundi paris inferior discesserat, victor primi vel secundi paris cum reliquis victoribus singulorum parium deinceps certamen iniret. Iam si quaeris, quinam ex his duobus vel tribus modis, quorum primum Krausius Olympia 114, tertium Boeckhius Expl. Pind. 318 amplectebatur, probandus mihi esse videatur, primo modo aequitas favet, secundo vel secundo et tertio id, quod Lucianus de pluribus sortitionibus nihil rettulit. Sed non iam ad coniecturas nobis confugiendum est; lites enim compositae sunt duobus titulis ex ruderibus Olympicis protractis n. 146 P. Cornelii Aristonis et n. 147 Tiberii Claudii Rufi (Arch. Zeit. 1878), quos cum iam Dittenbergerus l. l. ad quaestionem istam solvendam adhibuisset, plane expedivit Holwerda, Arch. Zeit. 1880 p. 171. Ti. Claudius Rufus igitur dicitur *πάντας μὲν ἀνέφεδρος ἐπαγκρατίασε, τοὺς κλήρους τοῖς δοκιμωτάτοις λαχὼν ἀνδράσι, ἐπὶ τοσοῦτον δὲ καὶ ἀρετῆς καὶ εὐψυχίας ἦλθεν, ὥστε περὶ τοῦ στεφάνου παγκρατιάζων πρὸς ἄνδρα λελογχότα ἐφεδρείαν, καλλίω λογίσασθαι τῆς ψυχῆς ὑπεριδεῖν ἢ τῆς περὶ τὸν στέφανον ἐλπίδος*, Cornelius vero Ariston *ἐστέφθην ἀνέφεδρος Ὀλύμπια παγκρατίῳ παῖς | τρισσὰ κατ' ἀντιπάλων ἆθλα κονεισάμενος, . . . ἑπτὰ γὰρ ἐκ παίδων παλάμας μόνος οὐκ ἀνέπαυσα, | ζευγνύμενος δ' αἰεὶ πάντας ἀπεστεφάνουν.* Tribus continuis commissionibus septem adversarios Eumenes, ephedrus sorte non factus, vincere non potuit, nisi si post primam sortitionem tria paria committebantur, deinde

sorte inter tres victores horum trium parium et ephedrum ducta duo paria committebantur, demum duo victores duorum horum parium de corona certabant. Reiciendam igitur patet rationem Boeckhianam.

Satis iam ex iis, quae modo exposui, apparet plus uno modo fieri potuisse, ut unus quatuor adversarios luctando vinceret. Et ut duobus exemplis Pindaricis duo ex monumentis accedant, titulo Olympico n. 130 (Arch. Zeit. 1878) Philippus Arcas pugilatator laudatur, quod *τέσσαρας εὐθείᾳ παῖδας ἔκλινε μάχῃ*, et similiter n. 128 Xenocles luctator. Praeterea illud apparuit, multum in vicissitudinibus certaminum sortem valuisse, et cui quisque committeretur et paremne inveniret adversarium an ephedri feliciorem conditionem sortiretur. Sed num hanc ob causam Pindarus N. VI 71 festina sorte (*κλάρῳ προπετεῖ*) suis clientibus coronam ereptam esse questus sit, suo loco examinabimus.

Ad postremum de certantium numero quinquertii nobis disserendum est. Huius enim certaminis peculiaris quaedam natura fuit, quoniam in eo lucta, quae duos adversarios solum admitteret, cum aliis generibus, quae ut cursum et iaculationem plures simul inire possent, coniuncta erat. Atque hic quidem inde nobis proficiscendum est, quod quamvis fieri potuerit, ut quis omnibus in quinque partibus vinceret[1]), tamen usu veniebat, ut qui ad postremum victor corona ornabatur, in una alterave parte aliis inferior (*ὕπακρος*) discessisse iudicaretur. Adeo vero hoc fieri solebat, ut qui summis in generibus artis agonisticae, cursu et lucta, princeps non esset, sed in ceteris generibus aliis antecelleret, *πένταθλος* vulgo diceretur.[2]) Quo cum accedat, quod non omnes ad luctam admissos esse Herodoti IX 33 et Xenophontis Hell. VII 4, 29 narratione constat, certamen quinquertii videri potest ita institutum fuisse, ut numerus certantium deinceps minueretur. Quodsi lucta duo, disco tres certabant, ex tribus qui minimum disco valebat certamine luctaminis excludebatur. Iam si eadem ratio in reliquis partibus quinquertii valuit, ad saltum omnes, ad cursum quinque

1) Accidisse hoc, sed raro testatur Aristides Panath. p. 318 Dind., ubi postquam veterum Atheniensium concordiam et fortitudinem laudavit, addit: *ἐμοὶ μὲν οὖν οὐδὲ πένταθλοι δοκοῦσιν οἱ πάντα νικῶντες τοσοῦτον τοῖς πᾶσι κρατεῖν.* Eodem redit vox Xenophontis Hell. IV 7, 5 *πυνθανόμενος ὁ Ἀγησίπολις τῶν στρατιωτῶν, μέχρι μὲν ποῖ πρὸς τὸ τεῖχος ἤγαγεν ὁ Ἀγησίπολις, μέχρι δὲ ποῖ τὴν χώραν ἐδῄωσεν, ὥσπερ πένταθλος πάντῃ ἐπὶ τὸ πλέον ὑπερβάλλειν ἐπειρᾶτο.* Potuit scilicet pentathlus non solum uno sed pluribus, quin etiam omnibus generibus certaminis excellere.

2) Hoc vocabulum in proverbium abiisse docet locus Ps. Platonis Erast. p. 135 E et cognomen *Ἐρατοσθένους πεντάθλου* ap. Suidam s. v. *Ἐρατοσθένης*, de quo commentatus cum Platon. Stud. p. 56.

superiores, ad iaculationem qui ex his quinque superiores discesserant quatuor, ad discum tres, ad luctam duo[1]) admissos esse et qui in ultima commissione luctae victor discessisset, totius quinquertii victorem iudicatum esse nobis statuendum erit. At huic opinioni obstat non solum scholiastae Aristid. Panath. III 339 Dind. commentum *ἀρκεῖ τοῖς πεντάθλοις τρία τῶν πέντε πρὸς νίκην*, sed etiam, quod plus valet, auctoritas Plutarchi quaest. conv. IX 2, 2 *τοῖς τρισὶν ὥσπερ οἱ πένταθλοι περίεστι καὶ νικᾷ* et testimonium Pollucis onom. III 151 *ἐπὶ δὲ τοῦ πεντάθλου τὸ νικῆσαι ἀποτριάξαι λέγουσιν.*[2]) Quod si recte hi tradunt neque quod usu veniebat, lege sancitum esse temere sumebant, de corona quinquertii ita certatum est, ut non qui in extrema parte certaminis victor discessisset, sed qui in quinque partibus plus victoriarum reportasset, corona ornaretur. Exempli gratia si ex quinque qui nomina dederant iuvenibus unus ter, alius bis, tres nusquam vicerant, ille, qui ter in singulis certaminibus vicerat, victor totius quinquertii renuntiatus est, sive saltu cursu lucta, sive saltu iaculo disco, sive saltu iaculo lucta superior discesserat. Atque haec quidem ratio multa habet, quibus commendetur. Neque tamen prorsus illa incommodis caret. Primum si quis in tribus primis certaminibus vicerat, non erat cur ad duo reliqua certamina descenderent, aut, si hoc lex agonistica postulabat, multum laboris his certaminibus navarent; de palma enim iam actum erat. Alterum saepe non accidere non potuit, ut nullus omnino victor ex quinquertio discederet; namque si singuli in quinque partibus semel, aut bini bis tertius semel, aut denique unus bis terni semel vicerant, nulli tot victoriae erant, quot palma quinquertii postulabat. Sed hoc incommodum nescio an ita removere liceat, ut quam interpretationem verbi *ἀποτριάσαι* grammatici ad certum quendam locum comici poetae aut oratoris adnotavissent, alios ad omnes ludorum casus traxisse ducamus. Nam quamquam usu venit, ut qui ter vicerat victor totius quinquertii renuntiaretur, tamen si quis bis tantum vicerat, eum, si ex reliquis adversariis nemo plus semel vicerat, corona privatum esse neutiquam probabile est.[3]) Prius autem quod fieri potuisse diximus, ut non semper omnibus partibus quin-

1) Atque fieri potuisse, ut qui luctando adversarium vicisset, victor totius certaminis iudicaretur, ii credidisse videntur, qui fabulas de mythicis ludis Argonautarum apud Philostratum, gymn. 3 p. 263 K. commenti sunt.

2) Ceterae explicationes nominis *τριακτῆρος* in scholiis Aesch. Agam. 171 et verbi *ἀποτριάσαι* in Bekkeri anecd. 438 '*ἀποτριάσαι· πληγὰς τρεῖς δοῦναι*' aut non ad quinquertium pertinent aut errore grammaticorum natae sunt.

3) Etiam longius progressus Fr. Mie in ann. cl. phil. 1893 p. 805 speciosis rationibus omnino evertere studet opinionem de tribus victoriis in singulis partibus quinquertii ad victoriam totius quinquertii necessariis.

quertii certaretur, hoc vereor ut probabili interpretatione loci obscuri Pindari N. VII 72 confirmari possit. Namque numerus certantium hoc quoque minui potuit, quod qui contra regulas certaminis peccaverant, a reliquis partibus quinquertii excludebantur.

Indiculus ludorum.

Ut titulo huius capitis indicavimus, indicem ludorum omnium, qui in Pindari carminibus eorumque scholiis veteribus — recentiora nihil curo — commemorantur, hoc loco componere constituimus, quo in indice quidquid de singulis ludis, eorum origine, tempore, praemio comperimus, breviter exponemus. Digerendo autem in indice alphabeticum ordinem civitatium, in quibus singuli ludi agebantur, secutus sum, ita tamen, ut ludos quatuor praecipuos secundum dignitatem et ordinem librorum Pindari digestos praemiserim. Olympici enim Pythii Nemeaei Isthmici ludi mature a ceteris ludis separati et proprio nomine *ἀγώνων ἱερῶν* vel *ἀγώνων Ἑλληνικῶν* distingui coepti sunt. Quorum nominum prius iam Pindari aetate in usu fuisse documento sunt loci Pindari O. VIII 64. XIII 15. N. II 4 et praecipue N. VI 67 '*εὖχος ἀγώνων ἄπο, τοὺς ἐνέποισιν ἱερούς*'. Sacri illi dicebantur, quod cum sacris et feriis deorum coniuncti erant, non tamen quasi ceteri ludi, ut Panathenaici Iolaii Aeacei, profani fuerint, sed quod praeter alios nomine sacrorum ludorum digni existimati sunt.[1]) Eosdem vero quatuor ludos etiam nomine Graecorum ludorum a ceteris ludis iam Pindari aetate distingui solitos esse concludo ex I. III 67. P. X 19. XI 50. XII 6. N. X 25. Hoc autem nomine eos a minoribus et quasi domesticis ludis, quos incolae civitatis, in qua quique habitabant, aut soli aut paene soli obibant, distinctos esse demonstrant vocabula inter se opposita *παναγύρεις ξυναὶ* I. III 46 et *ἀγὼν ἐπιχώριος* P. VIII 79, *τὰ δ' οἴκοι ἄεθλα* N. II 23, quibus cum locis conferas locum Demosthenis Phil. III 32 *τίθησι* (*Φίλιππος*) *τὸν κοινὸν τῶν Ἑλλήνων ἀγῶνα* et originem antiquam nominis *Ἑλλανοδικῶν*, quo rectores et iudices ludorum Olympicorum designabantur.

Ad minores ludos Pindari locos, quibus quique commemorantur, attuli omnes; sacri ludi tam clara luce fulgent, ut nube exemplorum non indigeant. Certaminum autem genera non adnotavi nisi si qua singularia et notatu digna esse videbantur, velut si minorum ludorum equestria certamina praeter gymnica a Pindaro commemorata sunt.

1) Aetate imperatorum Romanorum numerus *ἀγώνων ἱερῶν* valde auctus est; sic in lapide Neapolitano IGSI. 739 undecim sacri agones enumerantur, quorum primus Olympicus est.

Ludi sacri (ἀγῶνες ἱεροί).

Olympia ab Oxylo, rege Aetolorum, primum instituta, ab Iphito rege instaurata (Paus. v 4, 5), a Pheidone rege Argivorum aucta (Strab. VIII p. 358), inde ab anno 776 a. Chr. ordine non interrupto quinto quoque anno (διὰ πενταετηρίδος) agebantur.[1]) Mythicis temporibus ab Hercule post devictum Augeam facta esse feruntur O. III et X. Agebantur in honorem Iovis sub colle Cronio (O. I 114. VIII 17), prope tumulum Pelopis (O. I 96), in Alti sive luco Iovis sacro (O. X 45), in ripa fluminis Alphei (O. IX 18). Tempus statum ludorum erat plenilunium aestivum, inde ab a. 468 quinque dies, anni Olympici mensis octavi (Attici Metageitnionis, Romani Augusti) dies XI—XVI (O. V 6. schol. O. III 35. V 14).[2]) Certamina erant gymnica et equestria, quae quomodo supra tres vel quatuor dies ludorum distributa fuerint vide p. LXXVIII sq. Rectores et iudices ludorum erant Ἑλλανοδίκαι, qui quot aetate Pindari fuerint, duone an decem, diiudicari nequit lectione Paus. V 9, 4 corrupta, nisi quod iam auctor quinti saeculi Hellanicus in scholiis ad O. III 22 decem Hellanodicas fuisse tradidit. Praemio dabatur oleagina corona, quam ab Hercule institutam esse narrat Pindarus O. III.

Pythiorum certamen, cum primum Crisa urbe expugnata Ol. 47, 3 agebatur, mercennarium (ἀγὼν χρηματίτης) erat, Ol. 49, 3 coronarium (ἀγὼν στεφανίτης) factum est; sed unde Pythiades numeratae sint, veterum iam dissensio fuit, cum alii, ut Pausanias (X 7), ab Ol. 48, 3 = 586 a. Chr., alii, ut scholiastae Pindari, ab Ol. 49, 3 = 582 a. Chr. numerarent; nostra memoria priorem rationem Augustus Boeckh et Leopoldus Schmidt, posteriorem Theodorus Bergk et Udalricus Wilamowitz et Otto Schroeder (Philol. 53, 719 ss.) amplexi sunt. In causa dubia, quam in argumentis carminum O. IX. XII. P. I. V. VII attigi et cuius disceptatio inprimis a temporibus carminis P. I pendet, Boeckhianis calculis equidem adstipulatus sum, ita tamen, ut Bergkii calculos uncinis inclusos adderem. Agebantur ludi in honorem Apollinis quinto quoque anno, tertio anno Olympiadis, in campo Crisaeo (P. III 74. VI 18. VII 16. VIII 19. X 15. XI 12. I. II 18), non longe ab urbe Delphorum et fonte Castaliae (O. VI 17. IX 1. N. XI 24. VI 42). Nam in aspera convalle Delphica campus

1) Nomina victorum octavi, septimi, quin etiam sexti saeculi a. Chr. incerta et pleraque postea ex memoria hominum suppleta esse docet Mahaffy, Journ. of Hell. stud. II (1881) 164 ss. Primum Hippiam sophistam catalogum Olympionicarum edidisse testatur Plut. Num. 1.

2) Difficilem hanc quaestionem chronologicam aperuerunt Aug. Mommsen, Ueber die Zeit der Olympien a. 1891, et Georgius Unger, Zeitrechnung der Griechen und Römer [2] p. 773 sq.

non satis patebat ad equestria certamina facienda, atque gymnica quoque certamina in campo Crisaeo acta esse docet Pindarus P. VIII 19. X 15. XI 12, quamquam recentiore tempore prope ipsam urbem Delphos stadium exstructum et ab Herode Attico refectum est (v. Paus. X 32, 1 et Philostr. vit. soph. II 1, 5), cuius rudera etiamnunc exstant; sola musica certamina intra peribolum templi Delphici eo loco, quo postea theatrum exstructum est, acta esse videntur. Tempus statum feriarum erant dies tres medii (v. schol. Pind. p. 13, Köhler CIA. II p. 319, Christ Stzb. d. b. Ak. 1895 p. 11 ss.) mensis Delphici Bucatii (Attici mensis Metageitnionis, Romani Augusti), quorum trium dierum duos, ut videtur, ludi gymnici et equestres explebant (Soph. El. 698). Certamina erant musica, gymnica, equestria; agonothetarum munere Amphictyones fungebantur (Pind. P. IV 66. Demosth. Phil. III 32); praemio dabatur corona laurea.

Nemea annis cuiusque Olympiadis paribus, id est secundo et quarto in honorem Iovis acta, aestate media, ut nunc exploratum est (v. supra p. LXVI), non, ut ante creditum erat, alternis aestivo et hiberno tempore, novilunio (N. IV 35) sive die XVIII (non XII, v. Unger Philol. 34, 64) mensis Argivi Panemi (Attici Scirophorionis, Romani Julii, v. Robert Herm. 21, 175); instaurata ac sollemnia facta sunt Ol. 51, 4 = 573 a. Chr., sed iam mythicis temporibus a septem ducibus Argivis Thebas proficiscentibus instituta esse feruntur (N. X 27. Hygin. fab. 275). Praemio dabatur corona ex viridi apio (ἐκ χλωρῶν σελινῶν) nexa (schol. Pind. p. 424). Certamina erant gymnica et curulia (N. I), sed nulla biga aut celete; musica ex tertio saeculo a. Chr. commemorant Plut. Philop. 11; conf. Paus. VIII 50, 3. Hygin. fab. 273. CIG. 1719. 1720. Cleonaeorum quod Pindarus N. IV 17. X 42 ludos dicit, inde colligas tum temporis Cleonaeos agonothetas fuisse, quamquam mature hoc munus Argivi sibi vindicabant.

Isthmia in honorem Neptuni annis cuiusque Olympiadis paribus, i. e. secundo et quarto acta, semper, ut nunc exploratum est (v. supra p. LXVI), verno tempore, mense Aprili, sive, ut Ungerus Philol. 37, 40 docuit, die VIII Attici mensis Munychionis, in Isthmo (O. XIII 40), prope portas Corinthi urbis (O. IX 86). Instituta esse traduntur ab Eusebio chronographo Ol. 49, 4 = 580 a. Chr.; sed non primum ea tum instituta, sed solum instaurata et dignitate sacrorum omniumque Graecorum communium ludorum instructa esse, inde apparet, quod iam Solon, qui archon anni 594/3 leges tulisse perhibetur, Isthmionicis praemia constituit (Plut. Sol. 23. Diog. Laert. I 55). Certamina gymnica et equestria Pindarus laudat; praeterea musica

imperatoris Neronis aetate fuisse constat, ad quae pertinet theatrum in sede ludorum Romanis temporibus exaedificatum (v. Bursian Geogr. II 21). Agonothetae erant Corinthii (N. II 20. VI 44), sed antiquis temporibus tamquam principes foederis Amphictyonum (N. IV 44. I. VIII 64). Praemio dabant coronam ex apio (O. XIII 33. N. IV 88. I. II 16. VIII 64) sicco plexam (schol. Pind. 514, Apoll. Argon. III 1240); in eius locum postea, ut videtur Corintho a Iulio Caesare restituta, pinus successit.

Minores ludi.

Aeginae ludi commemorantur O. VII 86. P. IX 90. N. V 41. Scholia ad O. XIII 155 duos ludos fuisse tradunt: *ἐν Αἰγίνῃ τὰ Δελφίνια καὶ Αἰάκεια·* contra scholiasta ad N. V 78 unum dicit fuisse agonem neque Delphinia ab Aeaceis differre. *Αἰάκεια* respicere videtur O. XIII 109 (cf. N. V 53); *Δελφίνια* in honorem Apollinis mense Delphinio acta respicit P. VIII 66 (v. schol.), N. V 44; haec *Ὑδροφόρια* appellat schol. N. V 81. *Ἥραια* Aeginae non fuisse videntur, neque quidquam de iis compertum habuisse veteres ipsa verba scholiorum ad P. VIII 113 testantur *ὡς καὶ ἐν Αἰγίνῃ Ἡραίων ἀγομένων κατὰ μίμησιν τοῦ ἐν Ἄργει ἀγῶνος·* cf. notas ad P. VIII 79.

Arcadiae *Λύκαια* in monte Lycaeo in honorem Iovis a Parrhasiis instituta erant (O. VII 83. IX 95. XIII 107. N. X 48. AP. XIII 19). Muneri dabatur opus fabrile (*ἔργα* O. VII 83) sive tripus aeneus (v. Polem. in scholiis O. VII 153); hippodromus nongentorum pedum etiamnunc integer exstat. Alios ludos Arcadiae commemorant scholia O. VII 153: *πολλοὶ δ' ἄγονται ἀγῶνες ἐν Ἀρκαδίᾳ, Λύκαια, Κόρεια, Ἀλεαῖα, Ἕρμαια,* quorum ludorum *Ἀλεαῖα* in honorem Minervae Tegeae (N. X 47 et Paus. VIII 47, 4), *Ἑρμαῖα* Phenei (Paus. VIII 14, 10) agebantur. *Κόρεια* fuisse videntur et Clitore (N. X 67) et Megalopoli et Acacesii prope Megalopolim et Tegeae, quandoquidem harum urbium incolae omnium Proserpinae sacra caste colebant (Paus. VIII 21, 3. 31, 8. 37, 1. 53, 1).

Argorum *Ἥραια ἢ Ἑκατόμβεια* in honorem Iunonis (O. VII 83. IX 88. XIII 107. N. X 23). Instituta esse feruntur a vetere rege Argivo (schol. O. VII 152). Muneri dabatur aeneus clipeus (O. VII 83. N. X 22. Hygin. fab. 273), secundum schol. O. VII 83 praeter aeneum clipeum corona myrtea, unde in lapidibus IGSI. 739. 746. 747. 1102 *ἡ ἐξ Ἄργους ἀσπίς* commemoratur. Pindarus gymnica certamina sola respicit, musica commemorat CIG. 1720.

Athenarum ludos respicit poeta O. VII 82. IX 88. XIII 38. P. IX 98. N. II 23. IV 19. X 34. I. III 43. Complures ludos com-

memorant scholia ad O. VII 151: *εἴη δ' ἂν ἤτοι τὰ Παναθήναια νενικηκὼς ἢ τὰ Ἡράκλεια ἢ τὰ Ὀλύμπια ἢ τὰ Ἐλευσίνια.* Sed *Ἡράκλεια* Marathonis, *Ἐλευσίνια* Eleusinis erant, Olympiorum pompam equestrem commemorat Plut. Phoc. 37, ludos fuisse nemo testatur (cf. Mommsen Heort. 413 sq.); Pindari quidem testimonium N. II 23 meliore interpunctione remotum est. Panathenaici ludi anno 566 a. Chr. a Pisistrato instituti sunt (Euseb. ad Ol. 53, 3. schol. Aristid. 323 Di.); quinto quoque anno redibant; agebantur mense Hecatombaeone ad finem vergente; significati sunt a Pindaro cum aliis locis supra allatis tum P. IX 98; muneri amphoram olei dari testatur N. X 35; certamina erant musica, gymnica, equestria, quibusde supra disserui p. LXXII; *ἀθλοθέται* erant decem, ex decem phylis sorte ducti (Aristot. resp. Athen. c. 60. Poll. III 87). Pindari loco P. IX 101 sq. uti num liceat ad ludos Iovis Olympii aut Telluris deae Athenis vindicandos, suo loco quaeremus.

Boeotorum legitimi ludi laudantur O. VII 85, quem ad locum scholiasta adnotat: *τελοῦνται δὲ ἐν Βοιωτίᾳ διάφοροι ἀγῶνες, ἐν μὲν Θεσπειαῖς τὰ Ἐρωτίδια, ἐν δὲ Πλαταιαῖς τὰ Ἐλευθέρια, ἐν δὲ Λεβαδείᾳ τὰ Τροφώνια, ἐν δὲ Ὀρωπῷ τὰ Ἀμφιαράϊα,* quibus addas Onchesti *Ποσειδώνια* (I. I 33; cf. Hom. hymn. Ap. Pyth. 52 ss.), Orchomeni *Μινύεια* (I. I 56. schol. I. I 11; cf. Reisch de mus. Graec. cert. 66 sq.). De ludis Thebanis vide infra.

Corinthi praeter Isthmia fuisse dicuntur *Ἑλλώτια* Minervae O. XIII 40, ad quem versum scholiasta adnotat: *ἑορτὴ τῆς Ἀθηνᾶς ἐν Κορίνθῳ, ἐν ᾗ καὶ ὁ ἀγὼν τελεῖται ὁ καλούμενος λαμπαδοδρομικός, ἐν ᾧ ἔτρεχον νεανίαι λαμπάδας κρατοῦντες.*

Cyrenarum Olympia et Telluris ludos sunt qui respici putent P. IX 101 sq.; Boeckhius Expl. 328 etiam Palladios Cyrenarum vel potius vicinorum Afrorum fuisse ex P. IX 98 collato Herodoto IV 180 conclusit, sed rectius scholiasta hoc loco Panathenaica Athenarum significari iudicavit. Virginum quoque certamina Cyrenis instituta fuisse docet CIG. 5132.

Eleusinis erant *Ἐλευσίνια* ἢ *Δημήτρια* (O. IX 99. XIII 110. I. I 57), de quibus adnotatum est in scholiis ad O. IX 150: *ἄγεται δὲ αὐτόθι ἀγὼν Κόρης καὶ Δήμητρος, ὃς καλεῖται Ἐλευσίνια, οὗ ἔπαθλον κριθαί·* in scholiis ad. I. I 81: *ἐν Ἐλευσῖνι Δήμητρός ἐστιν ἀγὼν καὶ στέφανος ἦν κριθαί,* unde hordaceam coronam praemio datam esse colligas; conf. Krause, Gymnastik p. 12 sq.; certamina etiam curulia fuisse ex I. I 57 elucet.

Epidauri laudantur *Ἀσκληπίεια* N. III 84. V 52. I. VIII 68, quibusde tradit schol. N. III 145: *τίθεται δὲ ἐν Ἐπιδαύρῳ ἀγὼν*

Ἀσκληπίῳ, τῶν Ἀσκληπιαδῶν πρῶτον θέντων, μετὰ ταῦτα δὲ Ἀργείων διὰ πενταετηρίδος· τίθεται δὲ ἐν τῷ ἄλσει τοῦ Ἀσκληπιοῦ, ἄγεται δὲ μετὰ ἐννέα ἡμέρας τῶν Ἰσθμίων. Praemio data esse videtur corona myrtea (I. VIII 67).

Euboeae ludi laudantur O. XIII 112. I. I 57; schol. ad O. XIII 159 commemorat Geraesti oppidi *Γεραίστια* in honorem Neptuni, Amarynthi oppidi *Ἀμαρύνθια*. Praeterea in scholiis ad I. I 11 Euboeae *Βασίλεια* ex recentioribus temporibus afferuntur.

Marathonis *Ἡράκλεια* commemorantur O. IX 89. XIII 110. P. VIII 79; muneri dabantur phialae argenteae (O. IX 90). *Ἡράκλεια* aeque atque *Ἐλευσίνια* in scholiis ad O. VII 151 inter Athenienses ludos referuntur, nec scio an ibi recentioribus temporibus acta sint; vide schol. Pind. p. 228: *ἄγεται δὲ (τὰ Ἐλευσίνια) ἐν Ἀθήναις.*

Megarae ludi incipiente vere (schol. N. III 145) in Nisi colle (P. IX 91. N. V 46) acti laudantur O. VII 86. XIII 109. N. III 84. V 46. I. VIII 67. AP. XIII 19. Scholiasta ad O. VII 157 disertim nominat *τὰ Διόκλεια καὶ Πύθια καὶ Νέμεα* (similiter ad P. XIII 155); ex his Pythia (CIG. 1058) et Nemea nescio an recentiora fuerint; quae autem in scholiis ad N. V 84 *Ἀλκαθόϊα* dicuntur, ea a ceteris nisi nomine differre non videntur. Praemio coronam myrteam dari poeta significat I. VIII 67.

Opuntis *Αἰάντεια* nescio an falso scholiasta ex Pind. O. IX 112 commentus sit.

Pellanae urbis Achaicae ludi laudantur O. VII 86. IX 98. XIII 109. N. X 44. AP. XIII 19; duo huius urbis sacra *Ἕρμαια* et *Θεοξένια* (schol. O. IX 146), quorum altera *Φιλοξένια* apud schol. O. XIII 155 audiunt, nominibus tantum differre in schol. O. IX 146 dicuntur; *Δίϊα*, quae in uno ex duobus scholiis ad N. X 82 commemorantur, parum fidei habent. Verum cum Pausanias VII 27, 4 in Theoxeniis Apollinis sacris solos viros inquilinos certare et pro mercede argentum accipere tradat, Pindarus autem N. X 44 laneam vestem suis victoribus iisque peregrinis datam esse testetur, Pindari locos omnes ad Hermaea referendos esse censeo.

Phylacae, quae urbs in confinio Boeotiae et Thessaliae sita erat, *Πρωτεσιλάεια* commemorantur I. I 58 et in scholiis ad I. I 11; certamina equestria fuisse apparet ex I. I 58 ss.

Rhodi ludi in honorem Tlepolemi fuisse dicuntur a Pindaro O. VII 80, quem ad locum unus ex scholiastis adnotat: *φασὶν ὅτι ἀγὼν ἐκεῖ ἄγεται Τληπολέμεια, οἱ δὲ Ἡράκλεια*, alter Pindarum mendacii arguit: *ἐψεύσατο δὲ ὁ Πίνδαρος· οὐ γὰρ Τληπολέμῳ ὁ ἀγὼν ἐπιτελεῖται, τῷ δὲ Ἡλίῳ τιθέασι τὸν ἀγῶνα, ὡς Ἴστρος φησὶν*

ἐν τῇ περὶ τῶν Ἡλίου ἀγώνων· Ῥόδιοι τιθέασιν Ἡλίου ἐν Ῥόδῳ γυμνικὸν στεφανίτην ἀγῶνα. Idem adnotat ad v. 147: *ἐγκωμιαστικῶς δὲ ὁ Πίνδαρος τὸν ἀγῶνα Ἡλίῳ τελούμενον εἰς τὸν Τληπόλεμον μετήγαγε· τελεῖται δὲ μηνὸς Γορπιαίου* (August) *εἰκοστῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ, ἀπέχει δὲ τῶν Νεμέων ἡμέραις ἕξ, ἀγωνίζονται δὲ παῖδες καὶ ἄνδρες, ὁ δὲ στέφανος λεύκη δίδοται. Ἡλείων ἀγών* commemoratur titulo Eph. arch. II 221. Boeckhius in hac causa Pindari fidei patrocinatur; equidem hanc permutationem Solis dei et Tlepolemi herois a Pindari more minime abhorrere putaverim.

Siciliae urbium ludi laudantur O. XIII 111; Syracusis Isthmia et Aetnae Nemea agi scholiasta ad h. l. adnotat.

Sicyonis Pythia commemorantur N. IX 53. X 43. I. III 44; agebantur in honorem Apollinis et ab Adrasto instituta esse ferebantur; revera autem a Clisthene tyranno temporibus Crisaei belli instituta sunt (schol. N. IX 2, Herod. V 67); certamina erant musica (Herod. V 67), gymnica, equestria (N. IX. I. III 44); muneri dabantur argenteae phialae (N. IX 52. X 43).

Tenedi vicinarumque civitatium ludi laudantur N. XI 19.

Thebarum ludi respiciuntur O. VII 84. IX 98. XIII 107. P. IX 89. N. IV 20. I. I 55. III 87. Duo sacra una cum ludis Thebis acta esse feruntur, altera in memoriam octo filiorum Herculis a patre vesano interfectorum et ad portas Electrae sepultorum (I. III 81), quibus ludis victores myrtea corona honorabantur (I. III 87), altera *Ἰολάεια* in honorem Iolai (O. IX 98. I. V 32) et patris eius Iphiclis extra Proetidas portas sepultorum (Paus. IX 23, 1. I. I 55 sq. P. IX 88), quibus ludis aenea vasa armave victoribus praemio dari testantur Pindarus O. VII 84 et Polemo in scholiis ad h. l. Verum scholiasta ad I. III 114 et 117 haec duo sacra diversa fuisse negat; quod cum recte statuere videatur (conf. commentationem meam in Stzb. d. b. Ak. 1895 p. 5 ss.), duo quoque genera praemiorum una dari solita esse nobis statuendum est, ut victores et tripode donarentur et corona myrtea cingerentur. Pindarus ipse I. III 85 significat sacra annua fuisse et ex duobus diebus priorem sacrificiis et feralibus, posteriorem certaminibus destinatum fuisse. Certamina erant gymnica et equestria (I. I 55 et schol. I. III 114), unde carmen P. II ad Hieronis victoriam curulem Thebanis Heracleis partam merito referunt. Vere ea acta esse, inde colligo, quod myrtea corona Iolaiis aeque atque Megarensibus ludis praemio dabatur.

Thessaliae agon *Ποσειδῶνος Πετραίου* commemoratur in scholiis ad P. IV 245.

De epiniciis.

Certaminibus finitis rectores ludorum sive agonothetae praemia decernebant et victorum nomina renuntiabant; qua in renuntiatione praeco simul nomina patris victoris et patriae proclamabat, quem morem imitatus Sophocles El. 823 ss. de Oreste dicit

ὠλβίζετ' Ἀργεῖος μὲν ἀνακαλούμενος,
ὄνομα δ' Ὀρέστης τοῦ τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος
Ἀγαμέμνονος στράτευμ' ἀγείραντός ποτε.

Patria quae renuntiaretur, arbitrio victoris permittebatur; nonnumquam enim factum est, ut victor non eam, in qua natus erat, urbem sed aliam, in quam migraverat aut cuius beneficiis ornatus erat, renuntiari vellet. Sic Hiero, rex Syracusarum, in Pythica victoria curuli, quam Pindarus carmine P. I insigniter illustravit, non Syracusanum, sed Aetnaeum in honorem urbis nuper a se conditae renuntiari se iussit. Praeterea nescio an in certaminibus puerorum etiam aliptae sive magistri nomen renuntiatum sit; talibus enim in carminibus laudi pueri victoris laudem magistri tantum non semper Pindarus poeta adiunxit. Renuntiatione facta unus ex agonothetis victoris tempora corona cinxit (O. III 12). Renuntiatum vero et coronatum victorem amici et sodales undique congratulabantur et insignis si victoria fuit, floribus foliisque cumulabant.[1])

Nomina victorum, ut ne memoria eorum oblitteraretur, cippis lapideis vel chartis membranis inscribebantur. Pindarus ipse O. VII 86 lapideae columnae mentionem fecit, quae Megarensium ludorum victorias agonothetarum suffragiis sancitas continebat. Totum vero carmen epinicium O. VII in honorem Diagorae victoris in templo Lindiae Minervae aureis litteris columnae insculptum esse ex scholiis p. 159 comperimus. Praeterea basibus statuarum aliorumque monumentorum ad memoriam victoriae propagandam exactorum epigrammata inscribi solebant, quibus plerumque non una quaedam, sed omnes quae ab illo reportatae erant victoriae enumerabantur. Talia epigrammata multa aetatem tulerunt, velut quod in honorem Hieronis factum ad O. I arg. exscripsimus, et celeberrimum Simonidis AP. XIII 19, quod cum Pindari epiniciorum ei parti, qua victorias omnes victoris recensere solet, simillimum sit, hoc loco apponere iuvat:

---

1) Vide P. IX 124. IV 240. Callimach. Hecal. 12—4. Plut. quaest. conv. VIII 4. Paus. VI 7, 3. Eratosthen. in schol. Eur. Hec. 574.

Ἄνθηκεν τόδ' ἄγαλμα Κορίνθιος ὅσπερ ἐνίκα
ἐν Δελφοῖς ποτε Νικολάδας,
καὶ Παναθηναίοις στεφάνους λάβε πέντ' ἐπ' ἀέθλοις
ἑξῆς ἀμφιφορεῖς ἐλαίου·
Ἰσθμοῦ δ' ἐν ζαθέᾳ τρὶς ἐπισχερὼ ἄλλ' ἐγένοντο
ἀκτῇ Ποντομέδοντος ἆθλα·
καὶ Νεμέᾳ τρὶς ἐνίκησεν καὶ τετράκις ἄλλα
Πελλάνᾳ, δύο δ' ἐν Λυκαίῳ,
καὶ Νεμέᾳ, καὶ ἐν Αἰγίνᾳ, κρατερᾷ δ' Ἐπιδαύρῳ,
καὶ Θήβᾳ, Μεγάρων δὲ δάμῳ·
ἐν δὲ Φλιουντείῳ σταδίῳ τά τε πέντε κρατήσας,
ηὔφρανεν μεγάλαν Κόρινθον.

Ex his titulis atque epigrammatis et ex iudicum commentariis (*ὑπομνήμασι* Plut. Sol. 11) catalogi conficiebantur, quibus qui victores singulis in certaminibus cuiusque anni renuntiati essent perscribebantur. Tales fuere *Ὀλυμπιονῖκαι* Hippiae sophistae, quem primum indicem Olympionicarum (*Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφήν*) edidisse Plut. Num. 1 tradit, et Aristotelis *Ὀλυμπιονῖκαι* et *Πυθιονῖκαι*, quorum librorum prioris memoria plane intercidit (v. Rose Arist. pseudepigr. 547), alterius fragmenta aliquot partim in scholiis Pindari, partim ab aliis scriptoribus servata exstant (Aristot. ed. acad. Berol. t. v p. 1578). Praeterea in usum chronographorum abbreviati catalogi Olympionicarum confecti sunt, qui sola stadio victorum nomina, unde Olympiades singulae notabantur, continebant. Isthmionicarum quoque catalogi in scholiis Pind. I. I 11 (*ἐν ταῖς Ἰσθμιονικῶν ἀναγραφαῖς*) commemorantur, et Nemeonicarum indices a grammaticis Asclepiade et Didymo adhibitos esse scholia ad N. VI inscr. et N. VIII inscr. testantur. Sed mature horum ludorum commentarios intercidisse tradit Pausanias VI 13, 8: *τετράκις γὰρ δὴ ἐν ἀνδράσι κατεμαχέσατο ὁ Τίσανδρος πύκτας ἐν Ὀλυμπίᾳ, τοσαῦται δὲ καὶ Πυθοῖ γεγόνασιν αὐτῷ νῖκαι· Κορινθίοις δὲ οὐκ ἦν πω τηνικαῦτα οὐδὲ Ἀργείοις ἐς ἅπαντας ὑπομνήματα τοὺς Νέμεα νικῶντας.* Unde neque in scholiis Pindari de tempore, quo Isthmica et Nemeaea epinicia composita sint, quidquam certi relatum est, neque O. IX 123 ad lites grammaticorum dirimendas Isthmici catalogi adhibiti sunt. Denique ut quomodo isti catalogi confecti fuerint intellegas, Phlegontis Chronicorum locum a Photio bibl. cod. 97 p. 83 Bekk. servatum apponere expedit[1]): *ἐν τῇ ροζ' Ὀλυμπιάδι ἐνίκα Ἑκατόμνως Μιλήσιος στάδιον καὶ δίαυλον* [*καὶ ὁπλίτην τρίς*], *Ὑψικλῆς Σικυώνιος*

---

1) Confer quae supra p. LXXVII de hoc catalogo disputavimus.

δόλιχον, Γάϊος Ῥωμαῖος δόλιχον, Ἀριστωνυμίδας Κῷος πένταθλον, Ἰσίδωρος Ἀλεξανδρεὺς πάλην, ἄπτωτος[1]) *περίοδον, Ἀτυάνας Ἱπποκράτους Ἀδραμυτίου* [*παῖς*] *πύξ, Σφοδρίας Σικυώνιος παγκράτιον, Σωσιγένης Ἀσιανὸς παίδων στάδιον, Ἀπολλοφάνης Κυπαρισσιεὺς παίδων πάλην, Σωτήριχος Ἠλεῖος παίδων πύξ, Κάλας Ἠλεῖος παίδων παγκράτιον, Ἑκατόμνως Μιλήσιος ὁπλίτην (οὗτος ἐν τῇ αὐτῇ τὰ τρία ἐστεφανώθη, στάδιον δίαυλον ὁπλίτην), Ἀριστόλοχος ὁ Ἠλεῖος τέθριππον, Ἀγήμονος Ἠλείου κέλης, Ἑλλανίκου Ἠλείου συνωρίς, τοῦ αὐτοῦ πωλικὸν τέθριππον, Κλητία Ἠλείου πωλικὴ συνωρίς, Καλλίππου Πηλίου πωλικὸς κέλης.*

Ut ad ludos redeam, renuntiationem victoris epinicia in loco, quo victoria reportata erat, ipso agenda sequebantur. Sodales enim et amici victorem 'eheu victor' clamantes in deversorium suum prosequebantur, sub vesperum eum pompam ad aram Iovis ducentem et deo gratias agentem comitabantur, denique vesperi lautis epulis et canoro convivio ab eo excipiebantur. Atque primum victorem diis pro beneficio accepto sacra fecisse cum pietas Graecorum et analogia ceterarum victoriarum[2]) probabile reddunt, tum disertim scholia Pind. O. V 7 testantur: *οἱ γὰρ νικῶντες ἔθυον ἐν τοῖς ἓξ βωμοῖς.* De tota autem festivitate, pompa vespertina, sacrificiis, epulis, locupletissimus est testis Pindarus ipse O. IX 1—4. X 73—77. N. VI 42 sq., quibus cum locis conferas quae de Alcibiade refert Athenaeus p. 3 *Ἀλκιβιάδης Ὀλύμπια νικήσας ἅρματι . . θύσας Ὀλυμπίῳ Διὶ τὴν πανήγυριν ἅπασαν εἱστίασε.*[3]) De caenaculo vero Olympico exstat locus classicus Pausaniae V 15, 12: *ἔστι δὲ καὶ ἑστιατόριον Ἠλείοις . . . τοὺς δὲ τὰ Ὀλύμπια νικῶντας ἑστιῶσιν ἐν τούτῳ τῷ οἰκήματι.* Denique in pompa, cum carmen in victoriam modo reportatam nondum compositum erat, in vulgaribus acclamationibus fere acquiescebant et in vetere carmine epinicio Archilochi cantando

ὦ καλλίνικε χαῖρ' ἄναξ Ἡράκλεες,
αὐτός τε καὶ Ἰόλαος αἰχμητὰ δύο,
ὦ καλλίνικε χαῖρ' ἄναξ Ἡράκλεες,

quod carmen cum in Herculem eiusque aurigam Iolaum factum esset, etiam ad alias victorias translatum esse Pindarus ipse O. IX 1 tradit. Etiam accuratius scholia ad h. l. et N. III 1 pompam exponunt sub vesperum cum tibicine ad aram Iovis factam esse et

---

1) *Ἄπτωτος* Bekker; ego *ἄπτωτος περίοδον* appositionem esse iudico praecedentis nominis.

2) Cf. Krause Olympia 92 f.

3) Ex Andoc. in Alcib. 29 elucet pompas singulorum victorum (*τὰ πομπεῖα*) ante communem civitatis legatorum (*τὴν πομπὴν τὴν κοινήν*) factam esse.

choro victorem canendo praeivisse. Interdum tamen accidisse videtur, ut poeta iam ad hanc pompam peculiare carmen componeret, quem in numerum carmina O. VIII. P. VI. VII equidem refero, alii etiam O. XI referendum esse censent.

Maiores et splendidiores festivitates factae sunt victore in patriam reduce. Namque non solum pater eius et cognati, sed omnis civitas laeta eum salutabant domumque deducebant. Victoriae enim laudis omnis civitas consors facta est, unde et victor, cum renuntiabatur, patriam simul renuntiatam voluit, et Solon legislator sapientissimus Atheniensium lege sanxit, ut siquis civium Olympia vicisset, quadringentarum, si Isthmia, centum drachmarum praemium ex publico aerario acciperet.[1]) Itaque scholiasta ad P. V 35 victorem suam patriam coronare dicit, et Xenophon memor. III 7, 1 si quis coronarios ludos obiret, non solum suam sed etiam patriae gloriam augere praedicat: *εἴ τις ἱκανὸς ὢν τοὺς στεφανίτας ἀγῶνας νικᾶν καὶ διὰ τοῦτο αὐτός τε τιμᾶσθαι καὶ τὴν πατρίδα ἐν τῇ Ἑλλάδι εὐδοκιμωτέραν ποιεῖν, μὴ θέλοι ἀγωνίζεσθαι, ποῖόν τινα τοῦτον νομίζοις ἂν τὸν ἄνδρα εἶναι;* Qua de causa cum omnes cives tum gentiles et amici victorem redeuntem et si equis vicerat curru patriam urbem intrantem[2]) plausu excipiebant et ovantes ad templum vel aram, ubi coronam partam depositurus erat, comitabantur.[3]) Neque intra plausus et acclamationes illi se continebant, sed carmina concinentes victoris virtutem praedicabant et urbis deam patronam, ut propitia victorialem pompam acciperet, precabantur (O. V. P. XII.). Praeterea partim victor, si opibus afluebat, partim gentiles eius lautum convivium ut in aliis victoriis[4]), sic in his quoque gymnicis apparare solebant (O. I. N. I. IX. P. XI). His autem in conviviis, ubi sacris operati erant, praesentem victoriam et si quas alias ante aut ipse aut gentiles eius reportaverant laudibus efferebant et decora urbis cum historica tum mythica praedicantes publicas ferias agebant. Hoc quoque haud raro factum est, ut sub vesperum amici ad domum victoris convenirent et ante fores eius epinicia carmina ad instar epithalamiorum cantarent (N. I. I. VIII). Adeo autem studium victoriam epiniciis illustrandi percrebuit, ut eandem victoriam plus semel celebrarent (O. II et III. P. IV et V)

---

1) Plut. Sol. 23. Diog. I 55.

2) N. IX 4. Dio Cass. 63, 20.

3) Eodem pertinet quod statuam victoris Olympiae erigendam civitas curavit, cuius rei exemplum praebet titulus Olympicus n. 229, Arch. Zeit. 1879: *ὁ δῆμος ὁ Ἐρυθραίων Ἐπιθέρσῃ Μητροδώρου νικήσαντα ἄνδρας πυγμὴν Ὀλύμπια δὶς καὶ τὴν περίοδον.*

4) Confer sodes Platonis atque Xenophontis symposia et Plutarchi quaest. conv. II 4, 1.

et si tempus reditus victoris epiniciis agendis minus idoneum erat, postea commodam occasionem agendi epinicia quaererent (P. III. N. I), quin etiam redeuntibus ludorum diebus epinicia iterarent (N. III. I. II).

De carminum epiniciorum actu.

Epinicium ad carmen pangendum victor eiusque cognati poetam aut precibus adibant aut, quod usu veniebat, mercede (μισθῷ) conducebant (P. II 67. XI 41. I. II 1—11).[1] Neque hanc ob rem mercennaria opera poetae quaeque despectui esset digna habebatur, quandoquidem poetam non alia lege teneri Graeci volebant quam statuarium, quem ut statua marmore aut aere facta famam rei bene gestae propagaret omnes omnium aetatum homines mercede conduxerunt et conducunt. Inter eos autem poetas, qui quinto saeculo a. Chr. florebant, nemo pulchriora epinicia facere existimabatur quam Pindarus, qui cum et regum optimatiumque rebus faveret et natura ad grande et magnificum dicendi genus natus esse videretur, undique ut festivitatem victorialem sua Musa illustraret adducebatur. Quamquam non deerant aemuli cum alii tum Simonides et Bacchylides, quos Thebanus vates iusto maiore simultate et superbia insectabatur (O. II 96. P. I 45. II 81 ss. N. III 82). Neque tum primum epiniciis carminibus victores ornare coeperunt; namque ut Archilochi carmen in Herculem victorem et veteres modos in curules victorias Castoris et Iolai factos (νόμον ἁρμάτειον καὶ ἵππειον) praetermittam, Pindarus ipse Aeginetas poetas, qui maiores eorum quos ipse laudabat cecinissent, Timocritum et Euphanem commemorat (N. IV 13. 89. I. IV 45).

Iam ut de forma epiniciorum disseram, et rerum natura, quod non unus aliquis sed multi gaudio exultabant, et consuetudo temporis, quod pompis et concentibus tum magis quam rhapsodis et fidicinum solitaria arte delectabantur, secum ferebant, ut epinicia carmina choro cantanda destinarentur. Atque disertim nonnullis in carminibus, ut O. IV 10. VI 18. 98. VIII 10. XIV 14. P. III 73. V 22. 103. VIII 20. 70 N. III 5. 66. IX 50. I. VI 58. VIII 2. 4, chori vel comissationis (κώμου) et cantorum, fortasse etiam chorodidascali (O. VI 88. I. II 47) poeta ipse mentionem fecit, omnia autem epinicia a choro cantata esse grammatici pro certo ac concesso

---

1) Quin etiam de ambitu carminis inter victorem et poetam convenisse recte statuit Drachmann, unde longiora carmina regum et curulium victoriarum sunt quam puerorum et gymnicorum ludorum.

posuerunt.[1]) Nihilominus ita Pindarus sententias in suis epiniciis conformavit, tamquam non chorus, sed poeta ipse verba faceret, quod ut satis excusationis habebat, sicubi poeta choro praeerat vel saltem fidibus ei succinebat, ita mirum non videri non poterat, si poeta festivitati non intererat, sed e longinquo versus choro cantandos miserat. At facta plus valent quam ratiocinationes, atque hanc profecto sibi legem Pindarus scripsit ubivis observandam, ut quidquid forma primae personae eloqueretur, semet ipsum spectaret non chorum, nisi quatenus sua causa eadem atque chori esset. Hoc autem ita instituisse videtur, quod cum Alcaei superiorumque poetarum lyricorum vestigia legeret, chorum non suas ipsius partes tueri, sed inferiore munere interpretis poetae sententiarum esse voluit. Neque ego is sum, qui hoc nomine Pindarum laudem atque defendam, immo prorsus eum mimica arte et qua Attici poetae florebant facultate alienam personam induendi caruisse fateor.

Carminis faciendi copiam fecerunt cum victoriae felicitas atque victoris in certamine ineundo virtus aliptaeque experientia probata institutio, tum gentis et patriae decora, quorum memoria nova victoria resuscitabatur. Hinc factum est, ut plerisque epiniciis poetae fabulam aliquam insererent, quae cum partim ex historia fabulari patriae victoris sumpta esset, partim cum ludis, quibus quaeque victoria reportata erat, cohaereret, carminis quasi umbilicum (*ὀμφαλόν*) efficiebat. His vero fabulis eo magis poetae operam navabant et homines aures praebebant, quod ex antiquis temporibus Graeci adsueti erant, ut in sacris feriisque deorum, quas epinicia imitabantur, post praedicationem divinorum numinum laudes hominum heroumque patriorum (*κλέα ἀνδρῶν*) audirent.[2])

Perfecta oda (*ᾠδὴ τελεία*) cum tribus partibus constet, verbis poetae, musicis modis, motibus chori, iam nobis quaerendum est, quae in Pindari epiniciis musicae et saltationis partes fuerint. Sed brevissimi in hac parte erimus, quoniam de potissima parte musicae artis, de numeris dico et harmoniis, iam in altero libro horum Prolegomenorum disseruimus, de modis autem musicis et chori motibus fere nihil certi et quod rem ante oculos nobis ponat compertum habemus. Nam notas musicas primorum versuum carminis P. I a

---

1) Vide schol. O. VI 148. IX 163. P. II 6. V 24. 96. 138. VI 1. VIII 79. N. IV 14. I. VII 51.

2) Hanc opportunitatem mythos carminibus epinicis inserendi egregie illustravit et contra subtiles rationes Boeckhii recentiorumque interpretum defendit Drachmannus in libro Danice scripto, sed partim latina oratione alienigenis hominibus patefacto De recentiorum interpretatione Pindarica, Kopenhagen 1891.

Kirchero editas a falsario factas esse neque quidquam auxilii praebere ad veterem melodiam Pindaricam restituendam persuasum equidem habeo. Instrumentorum vero musicorum poeta, cum omnia epinicia cantari et accantari vellet et nullum, ne epistolari quidem carmine P. III excepto, ad legendum solum destinaret, saepenumero mentionem iniecit, sed ex iis locis paene nihil didicimus, nisi cantorum vocibus partim tibiis (O. I. 18. V 19. IX 13), partim fidibus (φόρμιγγι O. II 52. P. I 1. 97. II 71. IV 296. N. IV 5. 44. V 24, λύρᾳ O. II 52. P. VIII 31. X 21. XI 7), partim tibiis et fidibus (O. III 8. VII 12. X 93. P. X 39. N. IX 8. I. V 27; cf. Eur. Herc. 683) adcantatum esse. Quid? quod ex his locis ne hoc quidem certe concludi potest, in iis carminibus, in quibus solae tibiae commemorentur, fidibus nullum locum fuisse, quandoquidem in eodem carmine N. III poeta primum solius lyrae (v. 12), deinde solarum tibiarum (v. 79) mentionem fecit similiterque O. X 84 et 94, unde Ernestus Graf in subtilissimo libro de Graecorum veterum re musica p. 40 non singularem, sed sollemnem fuisse instrumentorum coniunctorum usum. Concentus autem tibiarum et citharum, quae συναυλία audiebat, inprimis in prosodiis suum locum habuisse videtur, quoniam, ut Theodorus Reinach, corresp. hell. 1894 p. 604 docte exposuit, et in paeane prosodiaco Delphico nuper in lucem protracto eum usurpatum esse versus 5 sq. docent

λιγὺ δὲ λωτὸς βρέμων αἰόλοις μέλεσιν ᾠδὰν κρέκει,
χρυσέα δ' ἁδύθρους κίθαρις ὕμνοισιν ἀναμέλπεται,

et in zophoro septentrionali aedis Minervae Atheniensis aeque atque in vasculo antiquarii Berolinensis n. 1686 tibicines et fidicines pompales repraesentati sunt.

De motibus chori in epiniciis canendis subtiliora quaedam expiscatus esse sibi videtur Eduardus Boehmer, Pindars sicilische Oden, Bonn 1891, quem librum ut ipsi excutiant qui plura de difficili hac re noscere velint, rogatos velim. Ipse ne hoc quidem certum esse duco chorum in hemichoria semper divisum et ab uno hemichorio stropham, ab altero antistropham, ab universo choro epodum cantatas esse. Multum enim in hac re Pindarus a scenicis poetis Atticis differt, quod illi non solum fine strophae sententiam fere concludebant, sed etiam nonnumquam ut stropha et antistropha similitudine sententiarum, quin adeo verborum sibi responderent curabant, contra Pindarus saepenumero in fine strophae et antistrophae nullam, ne minimam quidem interpunctionem posuit. Quodsi nihilominus Pindaricorum carminum strophae et antistrophae inter

hemichoria distribuebantur, poeta parum hanc partitionem sua arte adiuvit et illustravit. Quod vero Mezgerus in suis commentariis Westphalii specioso invento[1]) confisus Pindarum sua carmina ad amussim Terpandreorum nomorum in septem partes, *ἀρχὰν μεταρχὰν κατατροπὰν ὀμφαλὸν μετακατατροπὰν σφραγῖδα ἐπίλογον*, divisisse credidit, hoc metrica forma carminum adeo non confirmatum est, ut nova pars raro cum initio strophae, plerumque media in stropha, atque etiam non semel medio in versu initium capiat. Qua de causa somnia haec ego esse ratus, neque in argumentis singulorum carminum neque in commentariis quidquam isti invento tribui. Sed illud recte observasse mihi videor, Pindarum provecta aetate carmina sua cum alia, tum dactylo-epitritica ita disposuisse, ut singulas pericopas ex stropha antistropha epodo constantes orbe sententiarum perfecto includeret, quam rem exemplis comprobavi in argumento carminis O. XIII extremo. Utrum autem haec ars cum motibus orchesticis cohaereat, an ex maiore intervallo, quo singulas pericopas inter se distare poeta voluerit, explicandum sit, in medio equidem relinquo.

Denique motus singulorum carminum Pindari ita inter se discrepavisse moneo, ut alia essent carmina embateria, quae chorus, dum in pompa procederet, cantaret, ut O. V. VI. XI. XIV. P. VI. VIII. XII. N. II. IX et prosodiorum fragmenta 87—90. 92—93, alia hyporchematica ita cantata, ut ad vocem cantorum alii tripudiarent, ut O. II. P. V et dithyramborum hyporchematumque fragmenta 75. 105. 107. 108, alia denique stasima a choro stante (P. IV 2) vel accubante cantanda neque cum ullis corporis motibus agenda, quo in numero pleraque epinicia Pindari fuisse equidem persuasum habeo. Nonnihil etiam ad metricam formam et sententiarum verborumque delectum referre cognovi, utrum puerorum (*παίδων*) an virorum (*ἀνδρῶν*) chorus esset. Sed de his et similibus rebus in universum disserere parum fructuosum esse videtur, qua de causa in commentariolis introductoriis, quos singulis carminibus praemisimus, ad has quaestiones passim redibimus.

---

1) Westphal, Die nach terpandrischer Compositionsform gegliederten Chorlieder, in Prolegomenis zu Aeschylus, Leipzig 1869. Libris de hac quaestione a me in hist. lit. graec.[2] 150, allatis adde Le odi di Pindaro dichiarate e tradotte da Fraccaroli, Verona 1894, cap. II.

IV.

DE VITA PINDARI.

A.

Vita ex scholiis Ambrosianis excerpta.

Πίνδαρος ὁ ποιητὴς Θηβαῖος ἦν ἐκ Κυνοκεφάλων (κώμη δέ ἐστι Θηβαϊκή), υἱὸς δὲ Δαϊφάντου, κατὰ δ' ἐνίους Παγώνδα. ἔνιοι δὲ Σκοπελίνου αὐτὸν γενεαλογοῦσι, τινὲς δὲ τὸν Σκοπελῖνον πάτρωον αὐτοῦ γενέσθαι καὶ αὐλητὴν ὄντα τὴν τέχνην διδάξαι. μητρὸς δὲ Κλεοδίκης· οἱ δὲ Κληδίκης γράφουσι· παῖς δὲ ὢν ὁ Πίνδαρος, ὡς Χαμαιλέων καὶ Ἴστρος φασὶ, περὶ τὸν Ἑλικῶνα θηρῶντα αὐτὸν ὑπὸ πολλοῦ καμάτου εἰς ὕπνον κατενεχθῆναι, κοιμωμένου δὲ αὐτοῦ μέλισσαν τῷ στόματι προσκαθίσασαν κηρία ποιῆσαι. οἱ δέ φασιν ὅτι ὄναρ εἶδεν, ὡς μέλιτος καὶ κηροῦ πλῆρες εἶναι αὐτοῦ τὸ στόμα, καὶ ἐπὶ ποιητικὴν ἐτράπη. διδάσκαλον δὲ αὐτοῦ Ἀθήνησιν οἱ μὲν Ἀγαθοκλέα, οἱ δὲ Ἀπολλόδωρον λέγουσιν, ὃν καὶ προϊστάμενον κυκλίων χορῶν ἀποδημοῦντα πιστεῦσαι τὴν διδασκαλίαν τῷ Πινδάρῳ παιδὶ ὄντι, τὸν δὲ εὖ διακοσμήσαντα διαβόητον γενέσθαι. ἔρεισμα δὲ τῆς Ἑλλάδος εἰπὼν Ἀθήνας ἐξημιώθη ὑπὸ Θηβαίων χιλίας δραχμάς, ἃς ἐξέτισαν ὑπὲρ αὐτοῦ Ἀθηναῖοι. ἦν δὲ οὐ μόνον εὐφυὴς ποιητὴς ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος θεοφιλής. ὁ γοῦν Πὰν ὁ θεὸς ὤφθη μεταξὺ τοῦ Κιθαιρῶνος καὶ τοῦ Ἑλικῶνος ᾄδων παιᾶνα Πινδάρου· διὸ καὶ ᾆσμα ἐποίησεν εἰς τὸν θεόν, ἐν ᾧ χάριν ὁμολογεῖ τῆς τιμῆς αὐτῷ, οὗ ἡ ἀρχή· ὦ Πὰν Πὰν Ἀρκαδίας μεδέων καὶ σεμνῶν ἀδύτων φύλαξ. ἀλλὰ καὶ ἡ Δημήτηρ ὄναρ ἐπιστᾶσα αὐτῷ ἐμέμψατο, ὅτι μόνην τῶν θεῶν οὐχ ὕμνησεν· ὁ δὲ εἰς αὐτὴν ἐποίησε ποίημα, οὗ ἡ ἀρχή· Πότνια θεσμοφόρε χρυσάνιον. ἀλλὰ καὶ βωμὸν ἀμφοτέρων τῶν θεῶν πρὸ τῆς οἰκίας τῆς ἰδίας ἱδρύσατο. Παυσανίου δὲ τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως ἐμπιπρῶντος τὰς Θήβας ἐπέγραψέ τις τῇ οἰκίᾳ· Πινδάρου τοῦ μουσοποιοῦ τὴν στέγην μὴ καίετε· καὶ οὕτως μόνη ἀπόρθητος ἔμεινεν· καὶ ἔστι τὸ νῦν ἐν Θήβαις πρυτανεῖον. ἀλλὰ καὶ ἐν Δελφοῖς ὁ προφήτης μέλλων κλείειν τὸν νεὼν κηρύσσει καθ' ἡμέραν. Πίνδαρος ὁ μουσοποιὸς παρίτω πρὸς τὸ δεῖπνον τῷ θεῷ. καὶ γὰρ ἐν τῇ τῶν Πυθίων ἑορτῇ ἐγεννήθη, ὡς αὐτός φησι· Πενταετηρὶς ἑορτὰ βουπομπὸς ἐν ᾇ πρῶτον εὐνάσθην ἀγαπατὸς ὑπὸ σπαργάνοις. λέγεται δὲ θεωροῖς ἀπιοῦσιν εἰς Ἄμμωνος αἰτῆσαι Πίνδαρος τὸ ἐν ἀνθρώποις ἄριστον καὶ

Inscr. *Βίος Πινδάρου* in cod. A, cuius notitiam humanitati Drachmanni debeo. — 4 *μητρὸς ... θηρῶντα* A, om. Vrat. Boeckh. — 15 *Ἀθηναῖοι* ex *Ἀθηναίοις* corr. A — 22. cf. Paus. IX 23, 3. — 28. cf. schol. P. III 137. — 32. *Πινδάρῳ* A

ἀποθανεῖν ἐν ἐκείνῳ τῷ ἐνιαυτῷ. ἐπέβαλε δὲ τοῖς χρόνοις Σιμωνίδου, ἡ νεώτερος πρεσβυτέρῳ· τῶν γοῦν αὐτῶν μέμνηνται ἀμφότεροι πράξεων. καὶ γὰρ Σιμωνίδης τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν γέγραφε, καὶ Πίνδαρος μέμνηται τῆς † Κάδμου βασιλείας. ἀλλὰ καὶ ἀμφότεροι παρὰ Ἱέρωνι τῷ Συρακουσίων τυράννῳ γεγένηνται. γήμας δὲ Μεγάκλειαν τὴν Λυσιθέου καὶ Καλλίνης ἔσχεν υἱὸν Δαΐφαντον, ᾧ καὶ δαφνηφορικὸν ᾆσμα ἔγραψεν, καὶ θυγατέρας δύο Πρωτομάχην καὶ Εὔμητιν. γέγραφε δὲ βιβλία ἑπτακαίδεκα· ὕμνους, παιᾶνας, διθυράμβων β', προσοδίων β', φέρεται δὲ καὶ παρθενίων β', καὶ γ' ὃ ἐπιγράφεται κεχωρισμένων παρθενίων, ὑπορχημάτων β', ἐγκώμια, θρήνους, ἐπινίκων δ'. φέρεται δὲ ἐπίγραμμα ἐπὶ τῇ τελευτῇ αὐτοῦ τόδε·

Ἦ μάλα Πρωτομάχα τε καὶ Εὔμητις λιγύφωνοι
  Πινδάρου ἔκλαυσαν θυγατέρες πινυταί,
Ἄργοθεν ἦμος ἵκοντο κομίζουσ' ἐνδόθι κρωσσοῦ
  λείψαν' ἀπὸ ξείνης ἀθρόα πυρκαΐῆς.

Πινδάρου ἀποφθέγματα.

Πίνδαρος ὁ μελοποιὸς ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, τί πρίονος ὀξύτερον, εἶπε, διαβολή.

Παραγενόμενος δὲ εἰς Δελφοὺς καὶ ἐρωτώμενος, τί πάρεστι θύσων τῷ Ἀπόλλωνι, εἶπε, παιᾶνα.

Ἐπερωτηθεὶς πάλιν, διὰ τί Σιμωνίδης πρὸς τοὺς τυράννους ἀπεδήμησεν εἰς Σικελίαν, αὐτὸς δὲ οὐ θέλει, ὅτι βούλομαι, εἶπεν, ἐμαυτῷ ζῆν, οὐκ ἄλλῳ.

Ἐρωτηθεὶς δὲ διὰ τί τῷ εὖ πράττοντι τὴν θυγατέρα οὐ δίδωσιν, οὐ μόνον δεῖσθαι, φησίν, εὖ πράττοντος, ἀλλὰ καὶ πράξοντος εὖ.

Ἐρωτηθεὶς πάλιν ὑπό τινος, διὰ τί μέλη γράφων ᾄδειν οὐκ ἐπίσταται, εἶπεν· καὶ γὰρ οἱ ναυπηγοὶ πηδάλια κατασκευάζοντες κυβερνᾶν οὐκ ἐπίστανται.

Τοὺς φυσιολογοῦντας ἔφη ἀτελῆ σοφίας δρέπειν καρπόν.

4. *Κάδμου* cod.: *Καμβύσου* coni. Boeckh, *Δαρείου* coni. Schneider, *Ξέρξου* coni. Westermann. — 6. *Διόφαντον* A — 8 ss. cf. Hiller, Herm. 21, 357 ss. — 9. *προσοδίων* ex *προσωδίων* corr. A — 10. *ἐπιγράφεται* coni. Boeckh: *ἐπιγράφει* A; cf. schol. N. IX in. — 14. *ἔκλ. πιν. Πινδ. θυγ.* A, transp. Gerhard. — 20 sq. cf. Philod. de mus. p. 89, 10 ed. Kemke: *ὅτι διὰ τῶν ποιημάτων μᾶλλον γίνεται ἡ τιμή, βραχεῖαν δὲ τὸ μέλος ἔχει πρόσθεσιν· καὶ τὸν Πίνδαρον οὕτω νομίζειν, ὅτ' ἔφη θύσων πο⟨ήσεσ⟩θαι διθύραμβον.* — 22. *ὅτι*: *ὅτι οὐ* A — 24. *τί οὐ* A — 25. *πράξαντος* Eust. vit. Pind. et A corr. m. pr. — 26 sq. cf. schol. ad O. VI 148, Stzb. d. b. Ak. 1895 p. 23 sq. — 29. ultimum apophthegma excerpsit Stob. flor. 80, 4; v. fr. 209. Idem Stobaeus ex pleniore collectione apophthegmatum affert flor. 11, 3 (18 He.): fr. 205, flor. 94, 22: fr. 214, flor. 111, 12: fr. 234, flor. 126, 2: fr. 160, flor. 43, 112.

B.

Vita metrica ex Eustathii vita Pind. excerpta.

Πίνδαρον ὑψαγόρην Καδμηίδος οὔδεϊ Θήβης
Κλειδίκη εὐνηθεῖσα μενεπτολέμῳ Δαϊφάντῳ
γείνατο, ναιετάουσα Κυνὸς κεφαλῆς παρὰ χώρῳ,
οὐκ οἶον· ἅμα τῷ καὶ Ἐρίτιμον εἰδότα θήρης,
εἰδότα πυγμαχίης τε παλαισμοσύνης τ' ἀλεγεινῆς.
τὸν μέν, ὅτε κνώσσοντα ποτὶ χθόνα κάτθετο μήτηρ
εἰσέτι παιδνὸν ἐόντα, μέλισσά τις ὡς ἐπὶ σίμβλῳ
χείλεσι νηπιάχοισι τιθαιβώσσουσα ποτᾶτο.
τῷ δὲ λιγυφθόγγων ἐπέων μελέων θ' ὑποθήμων
ἔπλετο δῖα Κόριννα, θεμείλια δ' ὤπασε μύθων
τοπρῶτον· μετὰ τὴν δ' Ἀγαθοκλέος ἔμμορεν αὐδῆς,
ὅς ῥά ⟨τέ⟩ οἱ κατέδειξεν ὁδὸν καὶ μέτρον ἀοιδῆς.
εὖτε δ' Ἀλεξάνδροιο Φιλιππιάδαο μενοινῇ
Καδμείων ἀφίκοντο Μακηδόνες ἄστεα πέρσαι,
Πινδαρέων μεγάρων οὐχ ἥψατο θεσπιδαὲς πῦρ.
ἀλλὰ τὸ μὲν μετόπισθεν. ἔτι ζώοντι δ' ἀοιδῷ
Φοῖβος ἄναξ ἐκέλευσε πολυχρύσου παρὰ Πυθοῦς
ἤια καὶ μέθυ λαρὸν ἀεὶ Θήβηνδε κομίζειν.
καὶ μέλος, ὡς ἐνέπουσιν, ἐν οὔρεσιν ἠύκερως Πὰν
Πινδάρου αἰὲν ἄειδε καὶ οὐκ ἐμέγηρεν ἀείδων.
ἦμος δ' ἐν Μαραθῶνι καὶ ἐν Σαλαμῖνι παρέσταν
αἰναρέται Πέρσαι μετὰ Δάτιδος ἀγριοφώνου,
τῆμος ἔτι ζώεσκεν, ὅτ' Αἰσχύλος ἦν ἐν Ἀθήναις.
τῷ δὲ Τιμοξείνη παρελέξατο, δῖα γυναικῶν,
ἣ τέκεν Εὔμητιν μεγαλήτορα καὶ Δαΐφαντον,
Πρωτομάχην δ' ἐπὶ τοῖσιν. ἔμελψε δὲ κῦδος ἀγώνων
τῶν πισύρων, μακάρων παιήονας, ἐν δέ τε θρήνους,
καὶ μέλος ὀρχηθμοῖο, θεῶν τ' ἐρικυδέας ὕμνους,
ἠδὲ μελιφθόγγων μελεδήματα παρθενικάων.
τοῖος ἐὼν καὶ τόσσα παθὼν καὶ τόσσα τελέσσας
κάτθανεν, ὀγδώκοντα τελειομένων ἐνιαυτῶν.

1. Var. lect. huius metricae vitae ex cod. Med. 32, 35 (*Q*) exscripsit Abel Rh. M. 34, 369; cf. Ludwich ibid. p. 357 ss. — 12. *κατέλεξεν* codd. — 27. *ἐν δε τε θρήνους* em. Schneidewin, *ἐν δὲ θρονισμούς* coni. Bergk, *ἐν δεδαγμένος* et *ἀναδεδεγμένος* codd.; de metrico vitio quo emendationes propositas laborare dicit Ludwich v. Rh. M. 34, 366.

C.

Vita ex Eustathii commentariis Pindaricis (*ἐκ Πινδαρικῶν παρεκβολῶν*) excerpta.

Τοιοῦτος δὲ ὢν τὴν ποίησιν, ὡς ἀμυδρότατα ὑπογράψαι τὸν ἄνδρα (χρῶσαι γὰρ τὸ σκιαγράφημα τοῦτο εἰς ἐντελὲς εἴη ἂν πάνυ ἐργῶδες), ἐπιμεμέληται ὑπὸ τῶν παλαιῶν καὶ εἰς γένους ἀναγραφὴν τὴν κατά τε Πλούταρχον καὶ ἑτέρους, παρ' οἷς φέρεται ὅτι κώμη Θηβαίων οἱ Κυνοκέφαλοι. ἐκ ταύτης οἱ τοῦ σοφοῦ τοῦδε γενέτορες, πατὴρ μὲν Παγώνδας ὀνοματικῷ τύπῳ Βοιωτίῳ κατὰ τὸ Ἐπαμεινώνδας, Κρεώνδας· κατὰ δέ τινας Δαϊφάντου ἢ Σκοπελίνου αὐλητοῦ καὶ Μυρτοῦς. ὃς δὴ Σκοπελῖνος τὴν αὐλητικὴν διδάξας τὸν παῖδα, ἐπεί φασιν εἶδεν αὐτὸν μείζονος ἕξεως φύντα ἤπερ ὑπ' αὐτῷ τελειωθῆναι, παρέδωκεν εἰς μάθησιν μελοποιῷ, τῷ περιᾳδομένῳ Λάσῳ τῷ Ἑρμιονεῖ, παρ' ᾧ ἐπαιδεύθη τὴν λυρικήν. ἔνιοι δὲ τὸν αὐτὸν ἔφασαν διωνυμίας λόγῳ Σκοπελῖνον καὶ Δαΐφαντον λέγεσθαι. ἄλλοι δὲ πάτρων Πινδάρου εἴτε πατρωὸν τὸν Σκοπελῖνον εἶπον γενέσθαι. εἰσὶ δ' οἳ καὶ οὐ Μυρτώ, ἀλλὰ Κλεοδίκην, ἢ κατὰ συναίρεσιν Κλειδίκην μητέρα τῷ Πινδάρῳ ἀναγράφουσι, γενομένῳ ἐπὶ ἄρχοντος Βίωνος κατὰ τοὺς χρόνους Αἰσχύλου, ᾧ καὶ συγγεγένηται, ὁμιλήσας καὶ ἀπονάμενός τι καὶ τῆς ἐκείνου μεγαλοφωνίας. τέθνηκε δὲ ὅτε τὰ Περσικὰ ἤκμαζε, κατὰ τὴν ἕκτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, ζήσας ἔτη ἓξ καὶ ἑξήκοντα, κατὰ δὲ ἐνίους ὀγδοήκοντα. ἔσχε δέ φασι θυγατέρας δύο, Πρωτομάχην καὶ Εὔμητιν, καὶ υἱὸν δὲ Δαΐφαντον, γήμας Μεγάκλειαν· ὧν δὴ θυγατέρων μέμνηται καὶ ἐπίγραμμα παλαιὸν ἐκεῖνο·

Ἦ μάλα Πρωτομάχη τε καὶ Εὔμητις λιγύφωνοι
Πινδάρου ἔκλαυσαν θυγατέρες πινυταί,
Ἀργόθεν ἦμος ἵκοντο κομίζουσ' ἔνδοθι κρωσσοῦ
λείψαν' ἀπὸ ξείνης ἀθρόα πυρκαϊῆς.

ἐν ᾧ δὴ ἐπιγράμματι οὐ δηλουμένου τοῦ πῶς ἐν Ἄργει θανὼν ὁ Πίνδαρος εἶτα εἰς τὴν πατρίδα ἐκεῖθεν ἐκομίσθη, ὅμως ἐστὶν ὑπονοῆσαι, ὅτι ἀπελθὼν εἴς τινα Πελοποννήσιον ἀγῶνα καὶ θανὼν κατ' αὐτὸ τὸ Ἄργος ἀπεδόθη ἐκεῖθεν πατρίδι νεκρός. τῷ δὲ ῥηθέντι υἱῷ Δαϊφάντῳ καὶ δαφνηφορικὸν ᾆσμα γράψαι λέγεται ὁ πατήρ, ὃς

1. Eustathii prolegomenorum quae antecedunt exhibet Abel, Scholia recentia in Pindari epinicia vol. I p. 3—17. — 16. *Ἀβίωνος* cod., *Βίωνος* corr. Heyne, *Ἄβρωνος* coni. Wilamowitz, Aristot. u. Athen II 302. — 17 sq. *ὅτε τὰ Περσικὰ ἤκμαζεν* transponenda sunt post *συγγεγένηται*. Diod. XI 26 ad Ol. 75, 2: *τῶν δὲ μελοποιῶν Πίνδαρος ἦν ἀκμάζων κατὰ τούτους τοὺς χρόνους*. — 20. *Διόφαντον* cod. — 24. *ἐκλ. πιν. Πινδ. θυγ.* cod.; transp. Gerhard; *Πινδαρίου θύγατρες* vel *Πινδάριαι* coni. Unger. — 31. *Διοφάντῳ* cod.

φασι καὶ Σιμωνίδου ἤκουσε, νεώτερος μὲν ἐκείνου ὤν, πρεσβύτερος δὲ Βακχυλίδου. εἰπεῖν δὲ τοῦτο καὶ ἄλλως κατὰ τοὺς παλαιούς, ἐπέβαλε Πίνδαρος τοῖς χρόνοις Σιμωνίδου, ἢ νεώτερος πρεσβυτέρου. τῶν αὐτῶν γοῦν μέμνηνται ἀμφότεροι πράξεων. ἀλλὰ καὶ παρὰ Ἱέρωνι τῷ Συρακουσίων τυράννῳ ἄμφω ἐγένοντο, ἀποδημήσαντες δηλαδὴ καθ᾽ ἑτέρους καὶ αὐτοὶ σοφοὺς εἰς τὴν Σικελίαν. καὶ μὴν πρὸς τὸ ἱστορηθὲν τοῦτο διαφέρεσθαι δοκεῖ τὸ περιφερόμενον· λέγεται γὰρ ὅτι Πίνδαρος ἐρωτηθείς, διὰ τί Σιμωνίδης μὲν πρὸς τοὺς τυράννους ἀπεδήμησεν εἰς Σικελίαν, αὐτὸς δὲ οὐκ ἐθέλει, ἔφη· διότι βούλομαι ἐμαυτῷ ζῆν, οὐκ ἄλλῳ.

ᾄδεται δὲ καὶ ὡς εὐσεβὴς ἦν, τιμῶν Πᾶνα καὶ Ῥέαν καὶ Ἀπόλλωνα, καὶ ὅτι κατὰ τὴν τοῦ Ξέρξου διάβασιν ἤκμαζε τὴν ἡλικίαν. διὰ δὲ τὸ θεοφιλὴς δόξαι καὶ τιμῆς πολλὴν περιουσίαν ἔσχεν ἐν Ἕλλησιν. Ἀπόλλων γοῦν οὕτω φασὶν αὐτὸν ἐφίλει, ὡς καὶ μερίδα λαμβάνειν ἐκ τῶν θυομένων ἐκείνῳ, καὶ τὸν ἱερέα δὲ βοᾶν ἐν ταῖς θυσίαις· Πίνδαρος ἐπὶ τὸ δεῖπνον τῷ θεῷ· ἢ καὶ ἄλλως· Πίνδαρος ἴτω ἐπὶ τὸ δεῖπνον τοῦ θεοῦ. κατὰ δὲ ἄλλους ἐν Δελφοῖς κλείειν ὁ νεωκόρος μέλλων τὸν νεὼν κηρύσσει καθ᾽ ἡμέραν· Πίνδαρος ὁ μουσοποιὸς παρίτω πρὸς τὸ δεῖπνον τῷ θεῷ. καὶ γὰρ ἐν τῇ τῶν Πυθίων ἑορτῇ ἐγεννήθη, ὡς δηλοῖ καὶ αὐτὸς εἰπών· Πενταετηρὶς ἑορτὰ βουπομπός, ἐν ᾗ πρῶτον εὐνάσθην ἀγαπατὸς ἐν σπαργάνοις. [ὅ ἐστιν ἐλέχθην, ὡς ἀπὸ τοῦ βάζω, ἢ καὶ ἄλλως· εὐάσθην, εὐφημήθην, ὡς ἀπὸ τοῦ εὐάζω.]

λέγεται δὲ καὶ ὅτι ὁ Πὰν μεταξὺ Κιθαιρῶνος καὶ Ἑλικῶνος ὤφθη ᾄδων παιᾶνα Πινδάρου. διὸ καὶ αὐτὸς ᾆσμα ἐποίησεν, ἐν ᾧ χάριν αὐτῷ τῆς τιμῆς ἀνθομολογεῖται, οὗ ἀρχή· Ὦ Πὰν Πάν, Ἀρκαδίας μεδέων καὶ σεμνῶν ἀδύτων φύλαξ. τῇ ἱστορίᾳ δὲ ταύτῃ μαρτυρεῖ καὶ ἐπίγραμμα παλαιὸν ἐκεῖνο·

Νεβρείων ὁπόσον σάλπιγξ ὑπερίαχεν αὐλῶν,
  τόσσον ὑπὲρ πάσας ἔκραγε σεῖο χέλυς,
οὐδὲ μάτην ἁπαλοῖς περὶ χείλεσιν ἑσμὸς ἐκεῖνος
  ἔπλασε κηρόδετον, Πίνδαρε, σεῖο μέλι.
μάρτυς ὁ Μαινάλιος κερόεις θεὸς ὕμνον ἀείσας
  τὸν σέο καὶ νομίων λησάμενος δονάκων.

λέγει δὲ τὸ ἐπίγραμμα τοῦτο νεβρείους μὲν αὐλοὺς τοὺς ὡς εἰκὸς ἐξ ὀστέων ἐλάφου νεογνῆς. δῆλον γάρ, ὡς νεβρὸς τὸ νεογιλὸν τῆς ἐλάφου· ὡς δὲ ἀπὸ ὀνείων ὀστῶν, οὕτω καὶ ἀπὸ νεβρείων αὐλοὶ

21. ἐβάσθην cod. — 22 sq. ὅ ἐστιν . . . εὐάζω scholium est ad ἐβάσθην et v. l. εὐάσθην. — 31. ἁπαλὸς cod. ἐκεῖνος ad tabulam vel signum aliquod refero.

ἐγίνοντο. ἡ δὲ χέλυς, ὅ ἐστιν ἡ κιθάρα, ἐξ ἀρχαιοτάτης κλήσεως κεκληρονόμηται εἰς φράσιν. ἦν γάρ ὅτε ὄστρακον χέλυος, ἤγουν χελώνης, εἰς κοίλωμα κιθάρας τῷ Ἑρμῇ ἐχρησίμευσεν, ὡς καὶ μετ' ὀλίγα γεγράψεται, καθ' οὗ ἐνταθεῖσαι χορδαὶ τὴν κιθάραν ἀπετέλεσαν. ὁ δὲ ἑσμὸς δηλοῖ μὲν τὴν βοτρυδὸν συνίζησιν τῶν μελισσῶν, ὧν ἐν τοῖς κατωτέρω πλατεῖα μνήμη ἔσται. δασύνεται γὰρ ἀπὸ τοῦ ἕζω· κάθισμα γὰρ μελισσῶν ἡ λέξις δηλοῖ, καὶ συνιστᾷ τὸ δασὺ ἐνταῦθα πνεῦμα ὁ παρὰ Ἀριστοτέλει ἐν τῷ περὶ ζώων ἱστορίας ἀφεσμός. τὸ δὲ κηρόδετον μέλι ἀφομοιοῦταί πως τῷ παρ' Αἰσχύλῳ κηροπλάστῳ δόνακι, ὃς δηλοῖ τὸ σύριγγα. Μαινάλιος δὲ θεὸς ὁ Πὰν ὡς Ἀρκαδικός. ἐν Μαινάλῳ γὰρ ἐτιμᾶτο, Ἀρκαδίας ὄρει. κερόεις δὲ ὁ αὐτός, ἐπεὶ κερασφόρος ἐπλάττετο, διὰ τὰς τῶν ὀρῶν ἐξοχὰς τὰς ὑψηλοτάτας, αἳ αὐταὶ μέρος εἰσὶ τοῦ παντός, εἰς ὃ μεταλαμβάνεται καὶ ὁ Πάν. ὅτι δὲ κέρατα ἐλέγοντο καὶ αἱ ὀρειναὶ ὑπεροχαί, δηλοῖ ὁ γράψας ὑψικέρατα πέτραν, τὴν καὶ ὑψηλὴν καὶ εἰς ὀξὺ λήγουσαν. ὕμνον δὲ ἀείσας ταὐτόν ἐστι τῷ ᾄσας παιᾶνα, τὸν, ὡς δεδήλωται, Πινδαρικόν, εἰ καὶ ἄλλως ἑτεροῖόν τι παρὰ τὸν ὕμνον ὁ παιάν. δόνακες δὲ νόμιοι, τουτέστι φίλοι τοῖς νέμουσι· καὶ ὅλη σύριγξ ἡ τῷ Πανὶ φίλη διὰ τὰς πνοὰς τῶν κατακόσμων ἀνέμων καὶ τοὺς ἐκεῖθεν συριγμούς, ἃ τῷ Πανὶ [παντὶ] φίλα εἰσί. καὶ οὕτω μὲν τὸ εἰρημένον ἐπίγραμμα θεοφιλῆ ἐμφαίνει γενέσθαι τὸν Πίνδαρον.

λέγεται δὲ καὶ ὡς Δημήτηρ ὄναρ ποτὲ αὐτῷ ἐπιφανεῖσα ἐμέμψατο, εἰ μόνην θεῶν αὐτὴν οὐχ ὕμνησεν. ὁ δὲ καὶ εἰς αὐτὴν ἐποίησεν, ἀρξάμενος οὕτω. Πότνια θεσμοφόρε. καὶ βωμὸν δὲ ἀμφοῖν πρὸ τῆς οἰκίας ἱδρύσατο.

Χαμαιλέων δέ φασι καὶ Ἴστρος ἱστοροῦσιν, ὡς περὶ Ἑλικῶνα θηρῶντος αὐτοῦ καὶ καμάτῳ κατενεχθέντος εἰς ὕπνον, μέλισσα τῷ στόματι προσκαθίσασα κηρία ἐνέθετο· οἱ δὲ ὄναρ φασὶν ἰδεῖν αὐτόν, ὡς μέλιτος καὶ κηροῦ πλῆρες αὐτῷ γεγόνοι τὸ στόμα. καὶ οὕτως οἰωνισάμενος ἔπειτα εἰς ποιητικὴν ἐτράπη, καθηγησαμένων αὐτῷ τοῦ μαθεῖν ἢ τοῦ Λάσου, ὡς εἴρηται, ἢ τοῦ Ἀθηναίου Ἀγαθοκλέους ἢ Ἀπολλοδώρου, ὅν φασι καὶ προϊστάμενον κυκλίων χορῶν [καὶ] ἀποδημοῦντα πιστεῦσαι τὴν διδασκαλίαν Πινδάρῳ παιδὶ ὄντι· τὸν δὲ εὖ τὸ πιστωθὲν διακοσμήσαντα περιβοηθῆναι. τινὲς δέ γε, ὡς κατωτέρω ῥηθήσεται, τὸ σημεῖον τῆς μελίσσης παιδὶ νεωτάτῳ ἔτι ὄντι Πινδάρῳ ἐπιγενέσθαι ἱστοροῦσιν. ὅτι δὲ ἐν παλαιῷ ἐπιγράμματι κεῖται γοργῶς μνῆμα τοῦ μελισσείου τοῦδε κηρίου, δεδήλωται ἀνωτέρω.

8. Arist. hist. anim. x 40 p. 624a, 28. — 9. Aesch. Prom. 574. — 10. θεὸς coni. Schneidewin: θετὸς cod. — 19. fort. τῶν κατὰ κόσμον ἀνέμων. — 20. Πανὶ παντὶ cod. — 24. fabellam hanc de Cerere exornavit Paus. IX 23, 3. — 27. θεριοῦντος coni. Unger collato Paus. IX 23, 2. — 34. πιστευθὲν coni. Westermann.

ἐχθρὰ δέ φασι φρονούντων ἀλλήλοις Ἀθηναίων καὶ Θηβαίων, ἐπεὶ ἔγραψέ που· Ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ μεγαλοπόλιες Ἀθῆναι, κατὰ δέ τινας, ἐπεὶ ἔρεισμα Ἑλλάδος ἔφη τὰς Ἀθήνας, ἐζημίωσαν αὐτὸν Θηβαῖοι χιλίαις δραχμαῖς, ἃς ἐξέτισαν ὑπὲρ αὐτοῦ Ἀθηναῖοι ὡς φιλαττικοῦ.

λέγεται δὲ καὶ ὡς Λάκωνες ἐμπρήσαντές ποτε Θήβας κατὰ μάχην, ἧς ἦρχε Παυσανίας ὁ σφῶν βασιλεύς, ἀπέσχοντο μόνης τῆς οἰκίας τοῦ ποιητοῦ, ἰδόντες ἐπιγεγραμμένον τό·

Πινδάρου τοῦ μουσοποιοῦ τὴν στέγην μὴ καίετε.

τοῦτο δέ φασι καὶ Ἀλέξανδρος μετὰ ταῦτα πεποίηκε. καὶ αὐτὸς γὰρ ἐμπρήσας Θήβας ἐφύλαξε τὴν οἰκίαν, ἣ καὶ εἰς πρυτανεῖον ὕστερον ἀπετελέσθη.

φέρεται δὲ λόγος, καὶ θεωρούς ποτε ἀπιόντας εἰς Ἄμμωνος αἰτῆσαι Πινδάρῳ οἷα φίλῳ τὸ ἐν ἀνθρώποις ἄριστον· καὶ θανεῖν αὐτὸν ἐν ἐκείνῳ τῷ ἐνιαυτῷ. τοῦτο δὲ πάντως καὶ θανάτου ἐστὶ σέμνωμα, ὡς κολούοντος τὴν ἐν κακοῖς μακροτέραν βιοτήν. ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τῶν κτισάντων τὸν Πυθοῖ ναὸν ἱστόρηται, οἳ τὸ ἔργον συντετελεκότες θαύματος ἄξιον ὂν καὶ ἀγαθὸν μέγα ἑαυτοῖς θεόθεν αἰτησάμενοι, εἶτα ἕωθεν οὐκέτ' ἦσαν ὡς θανάτῳ ἀπεληλυθότες. καὶ Κλέοβις δὲ καὶ Βίτων ὅμοια τῆς ὑπὲρ ἀγαθοῦ εὐχῆς ἀπώναντο. ἡνίκα ἐκεῖνοι τὴν μητέρα ἐπὶ ἁμάξης ἑλκύσαντες διὰ μέσης ἀγορᾶς ἐς νενομισμένην δημοτελῆ θυσίαν (οἱ γὰρ ἱεροὶ βόες οὐ παρῆσαν) ἔτυχον μὲν εὐχῆς μητρόθεν ὡς ἐπὶ κρείττοσιν, αὐτοὶ δὲ προὐκαλέσαντο θάνατον, ὃς αὐτίκα ἐκείνων ἐλάβετο. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω παρερρίφθω οὐδ' αὐτὰ εἰς κενόν.

τοῦ δὲ κατὰ Πίνδαρον γένους οὕτω πεζολογικῶς προενηνεγμένου φέρεται εἰς αὐτὸ καὶ δι' ἐπῶν παλαιῶν ταῦτα, οἷς ἐμφέρονταί καί τινα ἐπέκεινα τῶν προειρημένων·

Πίνδαρον ὑψαγόρην Καδμηίδος οὔδεϊ Θήβης κ.τ.λ. (p. CII)

οὕτω δὲ καὶ τούτων ἠσμένων εἰς τὸ τοῦ ποιητοῦ γένος οὐκ ἀγλαφύρως, οἱ παλαιοὶ ἔξω τῶν ἐν τῇ Πινδαρικῇ βίβλῳ κειμένων γνωμικῶν ἀποφθεγμάτων προσιστοροῦσι καὶ τάδε. Πίνδαρος ἐρωτηθείς, τί πρίονος ὀξύτερον, εἶπε· διαβολή. Δελφόσε δὲ ἐρωτηθεὶς τί πάρεστι θύσων, παιᾶνα εἶπε· μονονουχὶ λέγων, ἐκ τῶν ἐλλογίμων ἀνδρῶν θυσίαν εἶναι λόγους τῷ κρείττονι. πρὸς ὃ συλλαλεῖ καὶ ὁ γράψας, ὡς ἄκαπνα θύουσιν ἀοιδοί. πρὸς δὲ τὸν ἐρωτήσαντα, διὰ τί οὐ τῷ εὖ πράττοντι τὴν θυγατέρα δίδωσιν, οὐ μόνον εὖ πράττοντος ἔφη δεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ εὖ πράξαντος. τῷ δὲ

27. fort. αὐτὸν — 36. ἄκαπνα . . . ἀοιδοί· cf. Athen. I p. 8e.

πυθομένῳ, διὰ τί μέλη γράφων ᾄδειν οὐκ ἐπίσταται, καὶ γὰρ οἱ ναυπηγοὶ ἔφη πηδάλια ποιοῦντες κυβερνᾶν οὐκ οἴδασι. τοῦτο δέ πως παρέοικε πρὸς τὸ ἐρωτηθῆναι μέν τινα σοφιστήν, διὰ τί δημηγορεῖν ἄλλους πρὸς ὄχλον διδάσκων αὐτὸς οὐ δύναται οὕτω ποιεῖν; ἐκεῖνον δὲ εὐστόχως εἰπεῖν, ὡς καὶ ἡ ἀκόνη ὀξύνουσα εἰς τομὴν τὰ σιδήρια, ὅμως αὐτὴ τέμνειν οὐ δύναται. ὅτι δὲ οὐ δεξιὸς ἦν αὐτὸς ᾄδειν ὁ Πίνδαρος, ἀλλ' ὑποβολέα οἷον εἶχεν ἕτερον τοῦ τοιούτου ἔργου, δηλώσει ἐν οἷς μνήσεταί τινος Αἰνείου χοροστάτου, ὃν καὶ δοκεῖ φιλεῖν οἷα ἐπικοσμοῦντα οἰκείᾳ τέχνῃ τὰς Πινδαρικὰς ᾠδὰς ὡς κορυφαῖον χοροῦ ἄριστον.

εἰ δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς Πίνδαρος ἔφη τοὺς φιλοσοφοῦντας ἀτελῆ σοφίας δρέπειν καρπόν, ἀλλὰ τοῦτό γε εἰς ψόγον ἂν ἐμπίπτοι, ὁποῖος καὶ τῷ κωμικῷ προστέτριπται, ὅς που τοὺς φιλοσόφους διὰ τὸ ἀπράγμονας εἶναι σκώπτει ὡς ἀργούς.

ποιήματα δὲ πολλὰ γράψαι Πίνδαρος λέγεται, ὧν καὶ φέρονται οὐκ ὀλίγα, οὐ μὴν τὰ πάντα ὑπεμνηματισμένα. εἰσὶ δὲ παιᾶνες, διθύραμβοι, προσόδια, παρθένια, τὰ καὶ αὐτὰ μνημονευθέντα πρὸ βραχέων, ὑπορχήματα, ἐγκώμια, θρῆνοι καὶ ἐπινίκιοι, κατὰ τὴν ἱστορίαν ὡσεὶ τετρακισχίλιοι, οὓς καὶ ἐπινίκους τετρασυλλάβως φασίν, οἳ καὶ περιάγονται μάλιστα διὰ τὸ ἀνθρωπικότεροι εἶναι καὶ ὀλιγόμυθοι καὶ μηδὲ πάνυ ἔχειν ἀσαφῶς κατά γε τὰ ἄλλα. εἰ δὲ καὶ ὕμνοι λέγονται οἱ αὐτοί, ἄλλο αὐτὸ παραχρήσεως εἶδος ἐστί, καθ' ἣν καὶ τὸ ὑμνεῖσθαι ἀντιφραστικῶς που ἐπὶ ψόγου ἐτέθη, ὡς δηλοῖ καὶ τό· Ὑμνεῖθ' ὑπ' ἀστῶν φροιμίοις πολυρρόθοις.

δῆλον δὲ ὡς αἱ ἐπινίκιοι ᾠδαὶ τοῦ Πινδάρου καὶ εἴδη, τουτέστιν ἰδέαι, χάριν σεμνότητος ὀνομάζονται, ὅπερ ὑποκορισθὲν εἰς εἰδύλλια ἐπιγραφὴ γέγονε τοῖς Θεοκρίτου ποιήμασι. μελοποιὸς δὲ ὢν ἐς τὸ καθόλου ὁ Πίνδαρος παρωνυμεῖται πρὸς μέρος μουσικοῦ ὀργάνου λυρικὸς καλούμενος, καθά τις ἕτερος κιθαρῳδὸς καὶ ἄλλος ἀπὸ ψάλτρου ψαλτῳδός. οὐκ ἐξ ἀνάγκης δέ γε πρὸς λύραν μόνην ἐμελῴδει, ἀλλ' αὐτὸ μὲν ἐπελέγη πρός τι ἐξαίρετον εἰς κλῆσιν τῷ ποιητῇ. σεμνύνεται γὰρ πολλοῖς καὶ πολλαχῶς ἡ λύρα. ὁ δὲ καὶ ἑτέροις ὀργάνοις ᾄδων ἐχρᾶτο, καθὰ δηλοῖ καὶ τὸ ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι καὶ ἑξῆς. εἰ δ' ἴσως ταὐτόν τι φόρμιγξ καὶ λύρα, οὐδ' οὕτως αὐτῷ μόνον τὸ τῆς λύρας χρῆμα πρὸς ἴδιόν τι ἀποκεκλήρωται. ὡς δὲ λύρα εἴρηται ἢ παρὰ τὸ λύειν ἀράς, οἷς πρὸς ἡδονὴν γλυκέως ἁρμόττεται, ἢ παρὰ τὸ μυθικῶς εἰς λύτρον καταλλακτήριον εὑρεθῆναι

3. σοφιστήν i. e. Isocratem; cf. Plut. vit. x or. p. 838c — 8 sq. O. vi 88. τις cod. — 13. Aristoph. Nub. 334. — 18. ἱστορίαν cod.: στιχομετρίαν corr. Birt; cf. supra p. XV; μετὰ τῶν ἱστοριῶν coni. Vitelli. — 22. ἀλλ' αὐτὸ cod. — 24. Aesch. Sept. 6. — 33. O. ii 1.

ὑπὸ Ἑρμοῦ, ὃς χέλυν, ὅ ἐστι λύραν, ἐξ ὀστράκου συντεθεῖσαν χελώνης δοὺς τῷ Φοίβῳ ἀντὶ βοῶν κλοπῆς, οὕτως ἐλύσατο ἑαυτῷ τὸν ὑπὲρ τοῦ κλέμματος χόλον, λέγουσι καὶ αὐτὰ οἱ παλαιοί.

D.

Vita a Thoma Magistro ex vetere vita concinnata.

Πίνδαρος τὸ μὲν γένος Θηβαῖος υἱὸς Δαϊφάντου κατὰ τοὺς ἀληθεστέρους, οἱ δὲ Σκοπελίνου φασίν, οἱ δὲ τὸν αὐτὸν Παγωνίδα καὶ Μυρτοῦς, ἀπὸ κώμης Κυνοσκεφαλῆς καλουμένης. ἡ δὲ Μυρτὼ ἐγαμήθη Σκοπελίνῳ τῷ αὐλητῇ, ὃς τὴν αὐλητικὴν διδάσκων τὸν Πίνδαρον, ἐπεὶ εἶδε μείζονος ἕξεως ὄντα, παραδέδωκε Λάσῳ τῷ Ἑρμιονεῖ μελοποιῷ, παρ' ᾧ τὴν λυρικὴν ἐπαιδεύθη. γέγονε δὲ κατὰ τοὺς χρόνους Αἰσχύλου καὶ συγγεγένηται αὐτῷ καὶ τέθνηκεν ὅτε καὶ τὰ Περσικὰ ἤκμαζεν. ἔσχε δὲ θυγατέρας δύο, Πολύμητιν καὶ Πρωτομάχην· κατῴκει δὲ τὰς Θήβας, πλησίον τοῦ ἱεροῦ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν τὴν οἰκίαν ἔχων [τῆς Ῥέας]. ἐτίμα δὲ τὴν θεὸν σφόδρα ὢν εὐσεβέστατος, καὶ τὸν Πᾶνα καὶ τὸν Ἀπόλλωνα, εἰς ὃν καὶ πλεῖστα γέγραφεν. νεώτερος δὲ ἦν Σιμωνίδου, πρεσβύτερος δὲ Βακχυλίδου· κατὰ δὲ τὴν Ξέρξου κατάβασιν ἤκμαζε τῇ ἡλικίᾳ· ἐτιμήθη δὲ σφόδρα ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων διὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος οὕτω φιλεῖσθαι, ὡς καὶ μερίδα λαμβάνειν ἀπὸ τῶν προσφερομένων τῷ θεῷ καὶ τὸν ἱερέα βοᾶν ἐν ταῖς θυσίαις· Πίνδαρον ἐπὶ τὸ δεῖπνον τοῦ θεοῦ. λόγος καὶ τὸν Πᾶνα ὀρχήσασθαί ποτε τὸν αὐτοῦ παιᾶνα περὶ τοῦ Πέλοπος καὶ χαίρειν ᾄδοντα τοῦτον ἀεὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν. φασὶ δὲ καὶ ὅτι ποτὲ Λακεδαιμόνιοι Βοιωτοὺς ἐμπρήσαντες καὶ Θήβας ἀπέσχοντο μόνης τῆς οἰκίας αὐτοῦ, θεασάμενοι ἐπιγεγραμμένον τὸν στίχον τόνδε· Πινδάρου τοῦ μουσοποιοῦ τὰν στέγαν μὴ καίετε. ὅπερ καὶ τὸν Ἀλέξανδρον μετὰ ταῦτά φασι πεποιηκέναι. καὶ γὰρ οὗτος ἐμπρήσας τὰς Θήβας μόνης τῆς ἐκείνου οἰκίας ἐφείσατο. ἐχθρῶς δὲ διακειμένων τῶν Ἀθηναίων πρὸς τοὺς Θηβαίους, ἐπεὶ εἶπεν ἐν τοῖς αὐτοῦ ποιήμασιν· Ὦ ταλαίπωροι Θῆβαι, καὶ Μεγαλοπόλιες Ἀθᾶναι, ἐζημίωσαν αὐτὸν χρήμασιν οἱ Θηβαῖοι, ἅπερ ὑπὲρ ἐκείνου ἔτισαν Ἀθηναῖοι. γέγραπται δὲ αὐτῷ ἑπτακαίδεκα βιβλία, ὧν τέσσαρα ἡ λεγομένη περίοδος· λέγει τάδε, Ὀλυμπιονῖκαι Πυθιονῖκαι Ἰσθμιονῖκαι Νεμεονῖκαι. [ἀπὸ δὲ τῶν ιζ' βιβλίων εἰσὶ καὶ τὰ λεγόμενα προσόδια καὶ παρθένια, παιᾶνες, ὕμνοι, διθυραμβικά, σκολιά καὶ ἄλλα.]

11. Cf. ad. Eustathii vit. p. CIII. — 28. fr. 196 — P. VII 1. — 32 ss. *ἀπὸ . . . ἄλλα* add. Germanus.

[Ἔστι δὲ τὰ Ὀλύμπια ἀγὼν εἰς τὸν Δία, τὰ Πύθια ἀγὼν εἰς τὸν Ἀπόλλωνα, τὰ Νέμεα ἀγὼν καὶ αὐτὸς εἰς τὸν Δία, τὰ δὲ Ἴσθμια ἀγὼν εἰς τὸν Ποσειδῶνα· τὰ δ᾽ ἔπαθλα τούτων ἐλαία, δάφνη, σέλινον ξηρόν τε καὶ χλωρόν.] ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἄλλων οὐ χρεία νῦν ἐστι λέγειν καὶ τὰ ἐπιβάλλοντα τούτοις ὕστερον ἐροῦμεν, νῦν δὲ περὶ τῆς θέσεως τῶν Ὀλυμπίων λεκτέον. τινὲς μὲν ταῦτα εἰς τοὺς Οἰνομάου καὶ Πέλοπος ἀναφέρουσι χρόνους. [ἄλλοι δέ φασιν ὡς οὕτως αἰσχρὰν οὖσαν τὴν θέσιν οὐκ ἂν διεφύλαξαν.] ἕτεροι δὲ Ἡρακλεῖ ἀνατιθέασιν, ὃ καὶ Πίνδαρος λέγει, ἐνδοξότερον ποιῶν τὸν ἀγῶνα. ἐπεὶ γὰρ τὴν Αὐγείου κόπρον ἐκάθηρε καὶ τῶν ἐπηγγελμένων οὐκ ἔτυχε, συναγαγὼν πολὺν στρατὸν τόν τε Αὐγείαν φονεύει καὶ τὴν Ἦλιν παρεστήσατο καὶ πολλὰ λάφυρα συναγαγὼν ἀγῶνα τίθησι τοῖς μετ᾽ αὐτοῦ πολεμήσασιν, ὅθεν καὶ τὸ ἔθος διέμεινεν. [ἀλλ᾽ οὐδὲ αὕτη ἔμεινεν ἡ θέσις, ἐπεὶ τῆς συμβάσης αὐτοῖς δυσχερείας ὑπόμνησις ἦν.] ἄλλοι δέ φασιν, ὡς Ἴφιτός τις καὶ Εὐρύλοχος τοὺς Κιρραίους πολεμήσαντες (οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ τὴν παράλιον τῆς Φωκίδος λησταὶ κατέχοντες), καὶ πολλὰ λάφυρα συναγαγόντες ὁ μὲν Ἴφιτος τὰ Ὀλύμπια συνεστήσατο, ὁ δὲ Εὐρύλοχος τὰ Πύθια. καὶ ἐκ τούτου ἐπιμεῖναι τὸ ἔθος συνέβη.

τέθνηκε δὲ ὁ Πίνδαρος ἓξ καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν γεγονώς, ἢ ὥς τινες, ὀγδοήκοντα, ἐπὶ Βίωνος ἄρχοντος κατὰ τὴν ἕκτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. ἀκροατὴς δὲ γέγονε Σιμωνίδου. ὁ δὲ ἐπινίκιος, οὗ ἡ ἀρχή· Ἄριστον μὲν ὕδωρ, προτέτακται ὑπὸ Ἀριστοφάνους τοῦ συντάξαντος τὰ Πινδαρικὰ διὰ τὸ περιέχειν τοῦ ἀγῶνος ἐγκώμιον καὶ τὰ περὶ τοῦ Πέλοπος, ὃς πρῶτος ἐν Ἤλιδι ἠγωνίσατο· γέγραπται δὲ Ἱέρωνι βασιλεῖ Συρακουσίων (αἱ δὲ Συράκουσαι πόλις τῆς Σικελίας), ὃς καὶ κτίστης Αἴτνης ἐγένετο πόλεως, ἀπὸ τοῦ ὄρους αὐτὴν οὕτως ὀνομάσας· ἀποστείλας γὰρ οὗτος ἵππους εἰς Ὀλυμπίαν ἐνίκησε κέλητι.

E.

Vita ex Suidae lexico excerpta.

Πίνδαρος Θηβῶν, Σκοπελίνου υἱός, κατὰ δέ τινας Δαϊφάντου, ὃ καὶ μᾶλλον ἀληθές· ὁ γὰρ Σκοπελίνου ἐστὶν ἀφανέστερος καὶ προσγενὴς Πινδάρου· τινὲς δὲ καὶ Παγωνίδου ἱστόρησαν αὐτόν. μαθητὴς

1. ἔστι . . . 4. χλωρόν add. cod. Γ — 7 sq. ἄλλοι . . . διεφύλαξαν om. codd. plerique Abelii. — 13. διαμεῖναι codd. Abelii. — ἀλλ᾽ . . . ἦν om. codd. Abelii. — 18. τὰ Πυθ. Εὐρ. codd., corr. Westermann. — 20. Πίνδαρος ὀλ. ξϛʹ ἔτει γʹ γεγονώς coni. Mommsen, Pindaros p. 27. — 21. Ἀβίωνος et Βίαντος codd., corr. Heyne, Ἅβρωνος coni. Wilamowitz. — 23. Ἀριστοφάντου συντ. codd. — 31. προσγενής: προγενέστερος coni. Bernhardy. — 32. Παγώνδου coni. Gaisford.

δὲ Μυρτίδος γυναικός· γεγονὼς κατὰ τὴν ξε′ ὀλυμπιάδα, κατὰ τὴν Ξέρξου στρατείαν ὢν ἐτῶν μ′. καὶ ἀδελφὸς μὲν ἦν αὐτῷ ὄνομα Ἐρωτίων καὶ υἱὸς Δαΐφαντος, θυγατέρες δὲ Εὔμητις καὶ Πρωτομάχη. καὶ συνέβη αὐτῷ τοῦ βίου τελευτὴ κατ' εὐχάς· αἰτήσαντι γὰρ τὸ κάλλιστον αὐτῷ δοθῆναι τῶν ἐν τῷ βίῳ, ἀθρόον αὐτὸν ἀποθανεῖν ἐν θεάτρῳ ἀνακεκλιμένον εἰς τὰ τοῦ ἐρωμένου Θεοξένου αὐτοῦ γόνατα, ἐτῶν νε′. ἔγραψε δὲ ἐν βιβλίοις ιζ′ Δωρίδι διαλέκτῳ ταῦτα· Ὀλυμπιονίκας, Πυθιονίκας, προσόδια, παρθένια, ἐνθρονισμούς, βακχικά, δαφνηφορικά, παιᾶνας, ὑπορχήματα, ὕμνους, διθυράμβους, σκόλια, ἐγκώμια, θρήνους, δράματα τραγικὰ [ιζ′], ἐπιγράμματα ἐπικά, καὶ καταλογάδην παραινέσεις τοῖς Ἕλλησι καὶ ἄλλα πλεῖστα.

ὅτι τὰς Θήβας τὴν πόλιν Ἀλέξανδρόν φασιν εἰς ἔδαφος κατασκάψαι καὶ πλὴν ἱερέων τε καὶ ἱερειῶν τοὺς ἄλλους ἀνδραποδίσαι· καὶ τὴν Πινδάρου δὲ τοῦ ποιητοῦ οἰκίαν καὶ τοὺς ἀπογόνους τοῦ Πινδάρου λέγουσιν ὅτι ἀπαθεῖς ἐφύλαξεν αἰδοῖ τῇ Πινδάρου, ὥς φησιν Ἀρριανὸς ὁ ἱστορικὸς ἐν τῇ ἀναβάσει Ἀλεξάνδρου [I 9].

Πίνδαρος Σκοπελίνου Θηβαῖος, καὶ αὐτὸς λυρικός, ἀνεψιὸς τοῦ προτέρου.

F.

Fasti Pindarici.

522 a. Chr., Ol. 64, 3 Pindarum natum esse Boeckhius II 2, 13 comprobavit ex eo, quod Persicis poeta quadragesimum annum aetatis egisse a Suida traditur; tertio autem anno Olympiadis se natum poeta ipse dicit fr. 193.

518 a. Chr., Ol. 65, 3 *κατὰ Ὀλυμπιάδα ξε′* natum Pindarum perhibet Suidas, quod cum alii tum Wilamowitzius, Arist. u. Athen II 302, comprobant. Ego errorem Suidae ex falsa computatione grammatici, qui Pythiade 17 poetam natum esse in scholiis ad fr. 193 adnotatum invenerit, profectum esse suspicor.

502 (498)[1]) a. Chr., Pyth. 22 Hippocli Thessalo diaulo victori misit P. X.

494 (490) a. Chr., Pyth. 24 Thrasybulo Agrigentino victoriam Xenocratis Delphis partam gratulatur P. VI.

3. *Διόφαντος* codd. — 7. *νε′* codd., *π′ ὀλ. πε′* coni. Wilamowitz, Aristot. u. Athen. II 302; *ν* ex duplicatione ortum, *Ε* ex *Γ* depravatum esse videtur. — 8. post *Πυθιονίκας* add. Kuester *Νεμεονίκας καὶ Ἰσθμιονίκας*. — 10. *ιζ′* secl. Bergk.

1) anni uncinis inclusi sunt computationis Bergkianae Pythiadum, de quibus vide p. LXXXVI.

494 (490) a. Chr., Pyth. 24 Midae Agrigentino tibiis victori misit P. XII.

486 a. Chr., Pyth. 25 vel 26 Megacli Atheniensi scripsit P. VII.

484 a. Chr., Ol. 74, 1 aut potius 476 a. Chr., Ol. 76, 1 Agesidamo Locro Epizephyrio pugili scripsit O. XI et paulo post O. X.

481 a. Chr., Ol. 74, 4 vel 483 a. Chr. Pytheae Aeginetae pancratio victori scripsisse videtur N. V.

480 a. Chr. Phylacidae Aeginetae vere Isthmiis pancratio victori scripsisse videtur I. VI.

480 a. Chr. mense Boedromione pugna Salaminia commissa est, paulo ante Carthaginienses ad Himeram a Gelone et Therone victi sunt.

479 a. Chr., Ol. 75, 2 mense Septembri post pugnam Plataeensem Lacedaemonii et Athenienses duce Pausania Thebas oppugnant.

480/79 a. Chr. Pindarus *ἀκμάσαι κατὰ τὴν Ξέρξου στρατείαν ἐτῶν μ´* a Suida, Thoma Magistro, Diodoro XI 26 dicitur.

478 a. Chr., Ol. 75, 2 Cleandro Aeginetae verno tempore Isthmiis victori misit I. VIII.

478 a. Chr., Ol. 75, 2 montis Aetnae eruptionem factam esse marmor Parium tradit, quam eandem eruptionem anno 475 a. Chr. (Ol. 76, 1) assignavit Thucydides III 116, minus, opinor, accurate.

478 (474) a. Chr., Pyth. 28 Thrasydaeo Thebano stadio victori scriptum esse P. XI Boeckhius Wilamowitzius alii probabiliter statuunt.

478 (474) a. Chr., Pyth. 28 Telisicrati Cyrenaeo armato cursu victori scripsit P. IX.

478/7 a. Chr., Ol. 75, 3 Hiero Geloni rex successit.

476 aut 474 a. Chr. vere Isthmia Melissus Thebanus vicisse eique Pindarus scripsisse videtur I. IV.

476 a. Chr., Ol. 76, 1 Asopicho Orchomenio stadio victori scripsit O. XIV.

476 a. Chr., Ol. 76, 1 Theronem Agrigentinum curru Olympia vicisse et Pindarum O. II et III scripsisse pars melior scholiastarum et plerique interpretes statuunt.

476/5 a. Chr. Locris Epizephyriis ab infestis armis Anaxilai tyranni ope Hieronis liberatis Pindarus scripsisse videtur P. II et O. X sq.

475 a. Chr. Hieroni aegrotanti ad victorias a. 482 et 486 reportatas celebrandas misisse videtur P. III.

474 aut 476 a. Chr. verno tempore Phylacida Isthmia pancratio vicisse et Pindarus carmen I. V scripsisse videtur.

474 a. Chr., Ol. 76, 2 post Eionem captam et Persas devictos Pindarum dithyrambum in laudem Athenarum panxisse vulgo statuunt.

474 a. Chr. in confinio, ut videtur, aestatis et auctumni Hiero Tuscos apud Cumam devicit.

474 (470) a. Chr., Pyth. 29 Hiero Aetnaeus Delphis curru vicit, quam victoriam poeta aliquot mensibus post in Sicilia praedicat P. I.

474/3—471/70 a. Chr. Pindarus in aula Hieronis commoratus esse videtur.

474/3 a. Chr. Chromio Aetnaeo Sicyone curru victori scripsisse videtur N. IX.

473 a. Chr., Ol. 76, 4 aut 471 a. Chr., Ol. 77, 2 Chromio Nemeis curru victori scripsit N. I.

472 a. Chr., Ol. 77, 1 Hieroni Syracusano celete victori scripsit O. I.

472 a. Chr., Ol. 77, 1 Theronem Agrigentinum curru vicisse eique Pindarum O. II et III scripsisse pars scholiorum refert.

472 a. Chr., Ol. 77, 1 Ergoteli Himeraeo dolicho victori scripsit O. XII.

472/1 a. Chr., Ol. 77, 1 Theroni mortuo Thrasydaeus filius rex successit, sed brevi post ab Hierone fusus est.

470/69 a. Chr. vel paulo post Pindarus Syracusis redux Thrasybulo Xenocratis filio misisse videtur I. II.

469 a. Chr. Aristoclidae Aeginetae Nemeis victori scripsisse videtur N. III.

468 a. Chr., Ol. 78, 1 Agesiae Syracusano mulari rheda victori misit O. VI.

468 a. Chr., Ol. 78, 1 Hiero Olympia curru vicit, quam victoriam Bacchylides epinicio illustravit.

467/6 a. Chr., Ol. 78, 2 Hiero mortem obiit.

467 a. Chr., Ol. 78, 2 Sogeni Aeginetae Nemeis quinquertio victori misit N. VII.

466 (462) a. Chr., Pyth. 31 Arcesilaus Cyrenaeus Pythia curru vicit, quam ad victoriam illustrandam misit P. IV, praesens agendum curavit P. V.

465 a. Chr., Ol. 78, 4, vel Ol. 78, 2 vel Ol. 79, 2 Timasarcho Aeginetae lucta victori scripsisse videtur N. IV.

464 a. Chr., Ol. 79, 1 Xenophontem Corinthium stadio et pentathlo victorem praesens celebrandum curavit O. XIII; paulo post scolium (fr. 122) composuit.

464 a. Chr., Ol. 79, 1 Diagorae Rhodio pugilatu victori misit O. VII.

465 vel 461 a. Chr. Theaeo Argivo Hecatombeis victori scripsisse videtur N. X.

463 vel 465 a. Chr., Ol. 79, 2 vel 78, 4 Alcimidae Aeginetae lucta victori scripsisse videtur N. VI.

463 a. Chr., Ol. 79, 2 solem defecisse Eusebius tradit, quem ad defectum solis hyporchema Pindari (fr. 75) spectat; id ad solis defectionem anno 478 mense Februario factam Hofmannus, progr. gymn. Tergest. 1889 refert.

461 vel 459 a. Chr., Ol. 79, 4 vel 80, 2 Dinidi Aeginetae cursu victori scripsisse videtur N. VIII.

460 a. Chr., Ol. 80, 1 Alcimedonti Aeginetae lucta victori scripsit O. VIII.

459/8 a. Chr., Ol. 80, 2 Athenienses Aeginetas eorumque socios ad Cecryphalas vincunt et Aeginam oppugnare parant.

458 a. Chr. scriptum esse videtur I. I.

457 a. Chr., Ol. 80, 4 auctumno Lacedaemonii et Boeoti Athenienses eorumque socios ad Tanagram vincunt.

457 a. Chr. exeunte, vel 456 ineunte, Ol. 80, 4 sexagesimo secundo die post pugnam ad Tanagram Thebani ad Oenophyta ab Atheniensibus devicti sunt.

456 a. Chr., Ol. 81, 1 Epharmosto Locro Opuntio lucta victori scripsit O. IX.

454 vel 456 a. Chr. Strepsiadae Thebano scripsisse videtur I. VII.

452 a. Chr., Ol. 82, 1 Psaumidi Camarinensi rheda mulari victori scripta sunt epinicia O. IV et V.

450 (446) a. Chr., Pyth. 35, si codicibus fides tribuenda est, Aristomenum Aeginetam lucta victorem Pindarus praedicavit P. VIII.

442 (438) a. Chr., Ol. 84, 3 mortem Pindarus obiit, si optimo testi, biographo metrico, poetam octogenarium decessisse testanti fidem habemus. Eustathio et Thomae Magistro Pindarum Ol. 86 i. e. 440/36 vel 436/2 a. Chr. mortuum esse tradentibus Tycho Mommsenius, Pindaros p. 28 suum calculum adiecit.

V.

HEROUM GENEALOGIA PINDARICA.

Fastis Pindaricis genealogicam heroum tabulam carminum Pindaricorum subicere visum est. Iam veteres grammatici duo officia praecipua interpretis esse docebant, unum quod circa orationis metrorumque interpretationem versaretur, alterum quod fabularum explicationem (*ἱστοριῶν πρόχειρον ἀπόδοσιν*) subornaret. Hoc alterum munus cum omnium scriptorum sit, tum maxime Pindari est, cuius carminum maior et potior pars in fabulis civitatium atque sacrorum narrandis illustrandisque consumitur. Praeterea Pindari carmina hac parte exegesis magis quam aliorum poetarum indigent,

quoniam ille non Homeri more fabulas fuse narrare solet, ut ipsae per se sine ullo alieno adminiculo intellegi possint, sed plerasque summis lineamentis adumbrat aut tantum attingit, utpote quae iam ab aliis expositae auditoribus satis notae et familiares sint. Neque fabulas a poeta significatas enarrandi munus veteres scholiastae praetermiserunt; tamen ab eorum ratione ideo nos recedere oportet, quod illi fabularum orbem, qualem docti grammatici ex variis scriptoribus, veteribus et recentibus, composuerant et unum in corpus redegerant, iam Pindaro notum fuisse sumebant, nos religiose distinguere oportet, quae Pindarus iam noverit et quae post Pindarum a recentioribus poetis et mythographis, ut lacunas veterum traditionum explerent et civitatium regumque ambitionibus satisfacerent, additae sint. Permulta enim cum poetas tragicos tum Alexandrinos grammaticos, partim patribus ab antiquitate traditis matres addentes, partim socios priscis heroibus in bellis gerendis adfingentes, novasse et interpolasse, vel ex varia rerum memoria et nominum discordia satis apparet. Novisse autem iam Pindarum et in suum usum convertisse sumere nobis licet quidquid Homerus et Hesiodus, quorum poetarum carmina diligentissime eum lectitasse et firma memoria tenuisse constat[1]), non solum de genealogia stirpium regiarum, ut Pelopidarum Dardanidarum, Sarpedonis Aeneae data opera exposuerant, sed etiam quae de ducibus Graecis Troianisque quasi praetereuntes notaverant. Praeterea Pindaro pleraque nota fuisse verisimile est, quae scriptores aequales et etiam qui aetate suppares erant, velut Aeschylus Pherecydes Herodotus, memoriae prodiderunt. Nonnumquam etiam earum rerum notitia Pindaro vindicanda est, quas ex recentioribus scriptoribus solis, Apollonio Diodoro Apollodoro Pausania, comperimus, quandoquidem vetustiores libri, quibus illi usi erant, inprimis poetarum cyclicorum Pherecydis Acusilai, multi interim deperditi sunt. Accedit altera res, qua et Pindari ipsius et nostra interpretum causa multo difficilior facta est. Ille enim cum multas multarum civitatium gentiumque fabulas in suis carminibus simul attigisset, quae necessitudo inter eas intercederet et quo quaeque tempore gesta esse perhiberentur, diligenter quaerere et religiose observare debebat. Nam ut rerum in historiae luce gestarum tempora accurate distingui debent, sic fabularum quoque, quarum involucris res antiquissimas expressas esse constat, chronologia quaedam partim inde ab initio fuit, partim fabulis va-

1) Luebbert, De Pindari studiis Hesiodeis et Homericis, Bonnae 1882, quo libro Pindarum plura ex Hesiodo et carminibus epici cycli quam ex Iliade et Odyssea mutuatum esse docemur.

riarum gentium compositis et coniunctis paulatim facta est. Inde stemmata et heroum tabulae ortae sunt, quae ieiuna et exili arte collectae et dispositae quasi ossa corporis essent, quibus illecebris fabularum tori et sucus adderentur et tamquam anima inflaretur. Pindarum quoque verisimile esse duco eadem qua Sicyoniae anagraphae auctores et suppares scriptores mythographos arte usum genealogias heroum veterumque regum collegisse et secundum tempora suo privato usui digessisse. Hanc tabulam nosse cum iis, qui Pindari carmina recte intellegere velint, multum expediat, lineamenta eius ex iis, quos supra significavi, fontibus restituere et veterem famam a noviciorum scriptorum commentis separare iam conabor.

Thessalicae stirpes.

Lapitha pater et auctor Lapitharum — Lapithae filii Periphas et Phorbas, quorum prior Astyagyiam Hypsei f. uxorem duxit, alter Hyrminam Epei f. (Paus. v 1, 11) — Phorbantis, qui Alectori, veteri regi Elidis, contra Pelopem auxilium tulerat (Diod. iv 69), filius Actor; Actoris filii gemini Molionidae Eurytus et Cteatus (O. x 28) — Periphantis nepos Ixion (Diod. iv 69), vetus rex Phlegyarum (Eur. fr. 4) vel Lapitharum (schol. Eur. Phoen. 1185); perfidiae crimine notatus (P. ii 21) poenas scelerum apud inferos luit (O. i 62. P. ii 30) — Ixionis et Diae Deionei f. filius, qui tamen a Iove satus ferebatur, Pirithous (Il. xiv 317) — Pirithoi et Hippodamiae filius Polypoeta (Il. ii 740) — Ixionis et Nephelae filius Centaurus, dux Magnetum (P. ii 44. iii 45) — Chiron Centaurus Philyrae filius (P. iii 1. iv 103. vi 22. ix 30), educator Asclepii (P. iii 5. 45) Iasonis (P. iv 115) Achillis (N. iii 43. I. viii 43).

Hypseus Penei fluvii et Creusae nymphae filius, rex Lapitharum (P. ix 15) — Hypsei filia Cyrena, quam Apollo amavit (P. ix 13); alteram eius filiam Astyagyiam Periphas uxorem duxit (Diod. iv 69), tertiam Themisto Athamas (Apollod. i 84) — Cyrenae et Apollinis filius Aristaeus (P. ix 65); Aristaei cuiusdam uxorem Autonoen Cadmi f. fuisse narrat Hesiod. theog. 977.

Phlegyantis, veteris regis Orchomenei agri (Paus. ix 36, 1. Apollod. iii 41), filia Coronis (P. iii 8); Coronidis et Apollinis filius Asclepius (P. iii 18), a Chirone educatus (P. iii 5) — Asclepii filii Podalirius et Machaon, reges Triccae Thessalicae, medici Achaeorum ante Troiam (Il. ii 732).

Otus et Iphialtes, filii Iovis et Iphimedeae, uxoris Aloei (Od. xi 305. P. iv 89), in insula Naxo telis Dianae occiduntur (Od. xi 318. P. iv 90) — Aloeum filium Canacae Aeoli f. fuisse tradit Apollod. i 53.

Phylacus Deionis f. (Apollod. I 86), Phylacae Phthioticae rex — Phylaci filius Iphiclus (Il. II 705) — Iphicli filii Protesilaus (Il. II 708. I. I 58) et Podarces (Il. II 704).

Poeas, in Magnesia sub Ossa monte regnans, qui Herculis rogum accendit (Apollod. II 160) — Poeantis filius Philocteta, in expeditione Troiana Lemni aeger relictus et Herculis arcu Achaeis in expugnanda Troia opitulatus (P. I 50).

Ad Thessalicas stirpes insuper Peleus et Hellen pertinent, quos infra recensebo.

Locrica stirps.

Iapeti et Clymenae filii Atlas Menoetius Prometheus Epimetheus (Hes. theog. 507) — Promethei filius Deucalio, quam originationem Pindarus O. IX 55 (Apollod. I 46) sequi videtur — Deucalionis et Pyrrhae filia Protogenia (O. IX 55. Pherecyd. et Hellan. in schol. ad O. IX 64. 86), filius apud recentiores, ut Paus. X 38, 1, Orestheus — Protogeniae filium Apollodorus I 49 et Pausanias V 1, 3 Aethlium, primum regem Elidis, dicunt — Locri, ultimi regum domesticorum, filius adoptativus Opus, a Iove ortus ex Protogenia iuniore (schol. O. IX 85) — Opuntis Locri hospes Menoetius, Patroclis pater (O. IX 69) — Oilei filius Aiax, dux Locrorum ante Troiam (O. IX 112).

Hellenica stirps.

Hellenis filii Dorus Xuthus Aeolus (Hes. fr. 32).

Aeoli filii Cretheus Salmoneus Athamas Sisyphus Perieres (Hes. fr. 32; cf. O. XIII 67. P. IV 71) — Plures filios filiasque Aeoli recentiores mythographi commenti sunt, ut Mimanta Hippotae patrem Diodorus IV 67, Deiantem et Magnetem filios, *Κανάκην Ἀλκυόνην Πεισιδίκην Καλύκην Περιμήδην* filias Apollodorus I 51, Tritogeniam Minyae matrem, Orchomeni aviam schol. Pind. P. IV 120. Apoll. Arg. I 230. Paus. IX 36, 6 — Enaretam uxorem Aeoli fuisse apud Apollod. I 51 et schol. P. IV 142 legimus.

Crethei filii Aeson Pheres Amythaon (Od. XI 259. P. IV 126) Hippolyta (N. V 26) — Aesonis filius Iason (P. IV 118) — Pheretis filius Admetus P. IV 126), nepos Eumelus (Il. II 714) — Amythaonis filii Bias (Diod. IV 68. Apollod. I 96. Paus. IV 34, 4) et Melampus (P. IV 126. Herod. II 49).

Salmonei filia Tyro (Od. XI 236. P. IV 136) — Tyronis et Neptuni filii Pelias et Neleus (Od. XI 254. P. IV 136) — Peliae filius Acastus, coniux Hippolytae Crethei f. (N. IV 57. V 30), qui Peliae patri celeberrimos ludos funebres instituit, quorum Pindarus tamen nusquam mentionem fecit — Nelei de progenie vide Achaicas stirpes.

Athamantis et Nephelae filii Phrixus et Helle (P. IV 160) — Athamantis et Inus Cadmi f. filii Learchus et Melicertes (fr. 5) — Praeterea Athamantis et Themistus filios Leuconem, Erythraeum Schoeneum Ptoum commemorat Apollod. I 84.

Sisyphi et Perieris de filiis vide Achaicas stirpes Peloponnesi.

Hellenem Deucalionis filium dixit Thucydides I 3 et credidisse videtur Herodotus I 56, num Pindarus iam dixerit vel crediderit incertum est — Athamantemne an Sisyphum Inoen Cadmi f. in matrimonium duxisse Pindarus putarit, ab explicatione fr. 5 pendet — Xuthum Creusam Erechthei f. uxorem duxisse et ex ea Ionem et Achaeum procreasse post Pindarum Attici scriptores commenti esse videntur. Nam Pindarus N. XI 35 Aeolos ab Achaeis nondum distinxit.

Hellenica stirps maximam partem in gentibus Achaeorum Peloponnesi continuatur, quas hanc ipsam ob causam iam hoc loco ante Boeoticas et Aegineticas stirpes recensebimus. Stirpis autem Hellenicae in Peloponneso continuatae causa repetenda est ex migrationibus Achaeorum Thessalicorum in Peloponnesum factis, ubi inter veteres reges domesticos et Pelopidas Heraclidasque medium locum tenuerunt.

Achaicae stirpes Peloponnesi.

Sisyphus Aeoli f. rex Corinthi seu Ephyrae (Il. VI 153. O. XIII 53. 67. fr. 5), apud inferos poenas avaritiae luit (Od. XI 593. O. I 62) — Sisyphi filius Glaucus (Il. VI 154), qui in ludis funebribus Peliae periisse ferebatur (Paus. VI 20, 19. Et. m. Ἄκτωρ) — Glauci filius Bellerophonta (Il. VI 156. O. XIII 67), a Proeto, rege potentissimo Argorum, patria eiectus (Il. VI 157. I. VII 46); de Neptuno patre Bellerophontae v. nott. ad O. XIII 69 — Bellerophontae filii Isander Hippolochus Laodamia (Il. VI 197) — Laodamiae filius Sarpedon, rex Lyciorum (Il. VI 199 et schol. P. III 112) — Hippolochi filius Glaucus (Il. VI 206. O. XIII 60).

Perieres Aeoli f. Messeniae rex (Paus. IV 2, 2) — Perieris filii Aphareus Leucippus (Paus. IV 2, 4) Tyndareus Icarius (Apollod. I 87) — Apharei et Eueninae filii Idas et Lynceus (N. X 61. Paus. IV 2, 4) — Idae et Marpessae filia Cleopatra, quae Meleagro nupsit (Il. IX 556) — Tyndarei regis Lacedaemonii et Ledae filii Castor et Pollux (Od. XI 298. O. III 35. P. IV 172), filiae Helena (O. III 1) Clytaemnestra (O. XI 439. XXIV 199) — Icarii filia Penelopa, uxor Ulixis (Od. I 329 al.) — Idam Lynceumque et Castorem Pollucemque patrueles fuisse Pindarus non significat.

Neleus Tyronis et Neptuni f., Aeoli pronep., rex Pyliorum — Nelei filii Nestor Periclymenus (P. IV 175. N. IX 26) Chromius alii (Il. XI 692. Od. XI 286) — Nestoris filius Antilochus patri contra Hectorem propugnans (P. VI 28).

Bias Amythaonis f. cum fratre Melampode regnum Argivum partitur (Diod. IV 68), unde stirps Biantidarum profecta est — Biantis filius Talaus (N. X 12. Apoll. Arg. I 118. Apollod. I 103. Paus. IV 34, 4. schol. Od. XI 289) — Talai filii Pronax, qui in bello contra Amphiaraum occisus est (schol. N. IX 30), Adrastus (N. IX 14. X 12), qui Argis ab Amphiarao eiectus ad avum maternum Polybum confugit eiusque regno Sicyonio potitus (Il. II 572. Herod. V 67) Sicyonios ludos instituit (N. IX 9), postea autem in gratiam cum Amphiarao rediit (N. IX 17), Parthenopaeus (Apollod. I 103. Paus. IX 18, 6), qui unus ex septem ducibus adversus Thebas fuit, denique Mecisteus Aristomachus (Apollod. I 103) Eriphyla (N. IX 16) — Adrasti filius Aegialeus (P. VIII 53).

De origine Talai et Parthenopaei non omnes consentiunt: Talaum filium Abantis Lyncei f. dixit schol. P. VIII 73, Parthenopaeum Atalantae Schoenei f. Eur. Suppl. 888 et Diod. IV 65, Atalantae et Melanionis filium fuisse Apollod. III 63. 109 tradunt.

Melampus Aeoli nep., vates Pyliorum (Od. XV 225. P. IV 126), qui cum lymphaticas mulieres Argivas sanasset, cum Proeto vetere rege et fratre Biante regnum Argivum partitus est (Herod. IX 34. Diod. IV 68), unde Pausanias II 18, 4 tres familias Proetidarum Melampodidarum Biantidarum in Argolide olim regnasse dicit — Melampodis filii Antiphates et Mantius (Od. XV 242) — Antiphatis filius Oicles (Od. XV 243) — Oiclis filius Amphiaraus (O. VI 13. P. VIII 39) — Amphiarai et Eriphylae filii Alcmaeon (P. VIII 46) et Amphilochus (Od. XV 248) — Mantii filii Polyphides (Polyvides?) et Clitus, Polyphidis filius Theoclymenus (Od. XV 256).

Polyphidem ne cum Polyide vate celeberrimo confundamus, obstare videtur non tam quod Polyidis filius ab Homero Il. XIII 663 Euchenor fuisse dicitur, quam quod ipse a Pindaro O. XIII 75 a Coerano originem duxisse fertur.

Elei reges Oenomaus et Augeas, Arcades Lycurgus (Il. VII 142) et eius filius Iasius Atalantae pater reges inquilini neque ulla cum stirpibus Achaicis necessitudine coniuncti fuisse videntur.

Achaicas gentes, quas ex Thessalia in Peloponnesum immigrasse supra iam monui, cum cognatis, qui in Thessalia relicti erant, arcta necessitudine coniunctos mansisse Pindarus narratione de ducibus Argonauticae expeditionis optime expressit. Similiter fabulae belli

septem ducum adversus Thebas cum migratione Achaeorum et vetere regno Thebano ab Achaeis everso cohaerere videntur.

Thebanae et Boeticae stirpes.

Agenoris, quem ab Inacho originem duxisse Apollodorus III 1 narrat, filius Cadmus, rex Thebarum — Cadmi et Harmoniae (P. III 91. fr. 25, 6) filiae Semela et Ino seu Ino-Leucothea a Pindaro O. II 25. P. XI 1 commemorantur. Praeter eas iam Hesiodus theog. 976 novit filias Agaven et Autonoen et filium Polydorum — Polydorus pater Labdaci fuisse perhibetur ab Herodoto V 59 et Sophocle OR. 261, et iam Pindarum hoc modo Cadmi gentem cum Labdacidarum gente coniunxisse ex carmine O. II effici videtur.

Labdaci filius Laius (I. III 17) — Lai et Epicastae (Iocastae) filius Oedipus (Od. IX 271. O. II 42) — Oedipi et Iocastae filii Eteocles et Polynices (O. II 47), Antigona et Ismena (poet. trag. secundum vetus carmen Thebaidis) — Polynicis et Argiae Adrasti f. filius Thersander (Ol. II 47) — Thersandri filius Tisamenus (Her. IV 147) — Tisameni filius Autesion (Her. IV 147. schol. O. II 82) — Autesionis filius Theras, quem Callimachus hymn. II 74 *ἕκτον γένος Οἰδιπόδαο* dixit (cf. schol. O. II 82), quo eodem computo usus Herodotus IV 148 inter Cadmum et Theram *γενεὰς ὀκτὼ ἀνδρῶν* interfluxisse tradidit — Therae, qui colonos in insulam Theram deduxit, filius Samus (schol. O. II 82; contra Therae socius in schol. ad P. IV 88 perhibetur) — Sami filii Clytius et Telemachus, quorum alter Rhodum migravit (schol. O. II 82) — Telemachi de stirpe (O. II 9. fr. 119) originem duxerunt reges Agrigenti Telemachus Chalciopeus Emmenida Aenesidamus Theron (schol. O. II 82 et O. III 68).

Quod recens scholiasta, homo dubiae fidei, ad O. II 14 tradit *ἄρχοντες δὲ τῶν ἀποικίαν Γέλαν ἐν Σικελίᾳ στειλαμένων Ἀντίφημος καὶ Ἔντιμος ἦσαν, ὧν μετὰ εἰκοστὴν ἑβδόμην γενεὰν Θήρων οὗτος γέγονεν*, Boeckhius in edit. schol. et Luebbertus De Pindari studiis chronologicis, Bonnae p. 19 probabiliter ita interpretati sunt, ut a Cadmo ad Theronem viginti septem aetates i. e. annos 900 computatos esse dicerent.

Melia Oceani filia, mater Ismeni vatis (P. XI 4).

Antiopae et Asopi fluvii filii Amphion et Zethus, conditores moenium Thebanorum (Od. XI 260. Apoll. Arg. I 738); nusquam eos Pindarus respicit.

Spartorum a Cadmo satorum de sanguine populus Thebanus descendit (P. IX 82. I. I 30. VII 10. fr. 29) — De Spartis originem

duxit Menoeceus — Menoecei filius Creon — Creontis filia Megara, quam Hercules uxorem duxit (I. III 82. Eur. Herc. 8).

Tityus rex Panopei (Strab. IX p. 422. P. IV 90) apud inferos poenas libidinis luit (Od. XI 580. P. IV 90. O. I 62) — Tityi filia Europa — Europae et Neptuni filius Euphemus Argonauta (P. IV 45).

Minyas, veteres incolas Orchomeni et Iolci, Pindarus novit O. XIV 4. P. IV 69; idem tamen ignorat recentiorum scriptorum heroas Minyam (schol. Apoll. Arg. III 1094), Orchomenum (Paus. IX 36, 6. Apollod. I 23), Atalantam Clymenae Minyae f. filiam (Apollod. III 105).

Aeginetica stirps.

Aegina et Theba filiae Asopi fluvii (I. VIII 17. Herod. V 80) — Aeginae et Iovis filius Aeacus, heros iustissimus (N. VII 84. VIII 8. I. VIII 23. Isocr. 9, 14), auctor gentis Teucridarum (Isocr. 9, 14); iudicia apud inferos exercere credebatur (Plato Apol. 41[a], Gorg. 523[e]. cf. Pind. I. VIII 24) — Aeaci et Endaidis filii Peleus et Telamon (N. V 12. I. VI 35. Isocr. 9, 15), quorum prior Phthiam Thessaliae, alter insulam Salamina petiit (N. V 15. Apoll. Arg. I 93 sq.). Endais filia Scironis perhibetur ab Apollodoro III 158 et Pausania II 29, 9, contra Chironis a Philostephano in schol. ad Hom. *Π* 14 et a Pindaro N. V 7 et schol. ad h. l., quamquam alias Pindarus Chironem, ut qui Achillis praeceptor fuerit, post Aeacum vixisse putabat, Scironem et Chironem commutavit Plutarchus vit. Thes. 10 — Aeaci et Psamatheae nymphae filius Phocus (N. V 13) — Pelei et Thetidis deae marinae filius Achilles (O. II 87. IX 76. P. III 92. 101. N. III 35. V 25. I. VIII 27); Achillis filius Neoptolemus (N. IV 51. VII 35) — Telamonis filii Aiax (I. VI 52) et Teucer (N. IV 46).

Tempora huius stirpis Pindarus eo definivit, quod Peleo Hippolytam Crethei f. uxorem Acasti insidiatam esse (N. IV 57. V 26), Telamonem Herculis in bellicis expeditionibus contra Troiam et Meropes socium fuisse (N. III 37. IV 25. I. VI 40. Hesiod. in scholiis I. VI 53), denique Achillem Aiacem Teucrum Agamemnoni in bello Troiano gerendo adfuisse narravit (O. IX 71. N. II 14. VI 58. VII 26. VIII 27. I. III 53. VIII 55) — Notabile praeterea est, quod Pindarus ubique Telamonem Aeacidam et Pelei fratrem esse voluit, contra Pherecydes ap. Apollod. III 158 Telamonem amicum, non fratrem Pelei, sed filium Glaucae et Cychrei fuisse statuit, et quod Homerus de cognationis vinculo inter Peleum et Telamonem nihil significavit. Hoc autem eo memorabilius est, quod Pherecydes fere cum Pindaro consentit neque ante, sed post Pindarum scripsisse

perhibetur — De sepulcrali monumento Aeaci et fabulis variis, quae ex interpretatione eius figurarum ortae sint, vide ad N. v 10.

Attica stirps.

Vetustissimi reges Athenarum fuisse dicuntur Cecrops, a quo Athenienses olim *Κεκροπίδας* appellatos esse Herodotus VIII 44 tradit; Erechtheus sive Erichthonius (Il. II 547. Thuc. II 15), unde Athenienses Homerus Il. II 547 *δῆμον Ἐρεχθῆος*, Pindarus P. VII 10 *Ἐρεχθέος ἀστοὺς*, I. II 19 *Ἐρεχθείδας* appellavit; Pandion, qui Erichthonio in regno successisse (Apollod. III 191) et filiam Procnen Tereo regi Thracum in matrimonium dedisse dicitur (Thuc. II 29); Ion Xuthi f. (Herod. VIII 44), quem supra iam commemoravi.

Pandionis filii Aegeus Lycus (Her. I 173) Pallas Nisus (Apollod. III 206) — Aegei et Aethrae filius Theseus — Thesei et Antiopae Amazonis filius Hippolytus, quem Pindarus fr. 176 Demophontem dixit; eundem Theseum Minois Cretensis filias Phaedram et Ariadnam in Atticam terram traduxisse Homerus Od. XI 321 narrat.

Aetolica stirps.

Portheus vetus rex Aetoliae (Il. XIV 115) non diversus a Porthaone Apollodori I 59 et Pausaniae IV 35, 1 — Porthei filius Oeneus — Oenei et Althaeae filius Meleager (Il. II 642); Oenei et Periboeae filius Tydeus, qui patria eiectus Argos ad Adrastum venit (Il. XIV 119) — Oeneidae heroum honore apud Aetolos frui dicuntur (I. V 31) — Tydei et Deipylae Adrasti f. filius Diomedes (N. X 7. fr. 262).

Aetolorum gentem ab Aetolo, qui armis Salmonei Elide pulsus esset, denominatam esse, et ab Aetylo Oxylum, qui una cum Heraclidis Peloponnesum invasit, originem duxisse rettulit Ephorus ap. Strab. VIII p. 357.

Argivae stirpes.

Inachus vetus rex Argorum — Inachi filii Phoroneus (Acusilaus fr. 14) et Aegialeus (Apollodor. II 1 ex interpolatione Sicyonia) et Argus (Pherecyd. ap. Apollodor. II 2), filia Io (Aesch. Prom. 705) — Ius filius Epaphus (N. X 5. Aesch. Prom. 851; cf. Herod. VI 53) — Epaphi filia Libya (P. IV 14) — Libyae et Neptuni filii Agenor et Belus (Apollod. II 10) — Beli filii Aegyptus et Danaus (N. X 1. P. IX 112), unde populus nomen Danaorum traxit — Danai quinquaginta filiae (N. X 1), e quibus Hypermnestra Lynceo nupsit (N. X 6); horum filius Abas, unde *Ἄβαντος ἀγυιάς* Argos intellegi voluit Pind. P. VIII 55.

Acrisius Abantis f. (Apollod. II 24. Ovid. metam. V 236), vetus rex Argorum — Acrisii filia Danaa (Il. XIV 319. Herod. VI 53) — Danaae et Iovis filius Perseus, qui matre a Polydecte, Seriphi insulae rege, in servitutem redacta capite Medusae insulam eiusque incolas in saxa vertit (Hes. theog. 280. P. XII 17. X 45. N. X 11), Tirynthis regno, cum Argivum Megapenthi Proeti f. tradidisset, potitus est (Apollod. II 48), Mycenas urbem condidit (Paus. II 16, 3), unde Persidarum regnum florere coepit — Persei filii Alcaeus (O. VI 68) Sthenelus (Il. XIX 116) Electryon (Hes. scut. 82) — Alcaei filius Amphitryo Herculis pater (N. X 13), qui patria pulsus Thebas fugit — Stheneli filius Eurystheus, qui Amphitryonem domo exegit, sed ab Heraclidis in Attica interemtus vitam amisit, unde eius regnum ad Atreum, cuius sororem Sthenelus uxorem duxerat, eiusque posteros transiit (Thucyd. I 9) — Electryonis filia Alcmena, quae Amphitryoni nupsit et una cum eo Thebas confugit; Electryonis nothus filius Licymnius, quem Tlepolemus Heraclida baculo percussit (O. VII 27).

Proetus, unde gens Proetidarum orta est, frater erat Acrisii, qui cum fratre regnum Argivum partitus est; mendaciis uxoris Anteae commotus Bellerophontem in exilium exegit (Il. VI 158) — Proeti filius Megapenthes, cui Perseus regnum urbis Argorum concessit — Megapenthis filii Hipponous et Alector; Hipponoi filius Capaneus, Alectoris filius Iphis, qui uterque e septem ducibus adversus Thebas fuerunt (schol. N. IX 30. Paus. II 18, 5) — Proeti filiae lymphaticae a Melampode vate curatae esse dicuntur (Hes. fr. 42 ex pleniore narratione catalogi).

Posteriores scriptores, ut Acrisii et Proeti stirpes exaequarent, inter Megapenthem et Hipponoum inculcaverunt Argeum et Anaxagoram (schol. Eur. Phoen. 181) et Anaxagora regnante vesaniam mulierum Argivarum Melampodem sanasse commenti sunt (Diod. IV 68. Paus. II 18, 4; v. Luebbert, De Adrasti regno Sicyonio 1884 p. 10; neque Proetum neque Anaxagoram immiscet Herod. IX 34).

Inter Argivas stirpes praeterea referendae sunt Achaicarum quas supra recensui pars et quas iam recensiturus sum stirpes Pelopis et Herculis.

Pelopidarum stirps.

Tantalus Lydius ad Sipylum conviva deorum (O. I 40), apud inferos poenas luit (O. I 61) — Tantali filius Pelops, qui Oenomao, rege Elidis, in certamine curuli superato eius filiam uxorem Hippodamiam duxit regnoque Elidis potitus est (O. I) — Pelopi successit in regno Atreus, Atreo Thyestes, Thyesti Agamemnon (Il. II 104) —

Atreus consobrino Eurystheo ab Heraclidis interfecto regnum Mycenaeum accepit (Thuc. I 9) — Atrei frater a Pelope ex Astyocha genitus Chrysippus (Thuc. I 9), puer amatus Laii (Eur. in trag. Chrysipp.) — Thyestis filius Aegisthus (Od. IV 118) adulter Clytaemnestrae (P. XI 37) — Agamemnonis frater Menelaus, qui Tyndarei filiam Helenam uxorem duxit et ex ea Hermionam procreavit; Hermionam plerique (ut Euripides) Neoptolemo, alii Oresti (Paus. II 18, 6), alii utrique deinceps nupsisse ferebant.

Agamemnonis et Clytaemnestrae filii Orestes Iphigenia Electra (P. XI 16 ss.) — Orestis et Hermionae Menelai f. filii Tisamenus et Penthilus. Orestem iam colonias in Asiam Aeolicam et Tenedum deducentem facit Pind. N. XI 34.

Inimicitias inter Atreum et Thyestem, a tragicis poetis decantatas, Homerum ignorasse iam Aristarchus adnotavit ad Il. II 107; sed ne illud quidem, num fratres Atreus et Thyestes fuerint, ex clarissimo stemmate Homeri (B. 104—8) apparet. Pindarus quid de maioribus Agamemnonis tradiderit non liquet, nisi ex eo, quod O. I 44 Ganymedem Pelope iuniorem dixit, arbitratus esse videtur Tantalum et Pelopem longiore quam vulgo putant temporis intervallo ab Agamemnone distare.

Herculea stirps.

Amphitryo Alcaei fil. (O. VI 68) Argis pulsus una cum uxore Alcmena Thebas concessit et novos cives in bello contra Teleboas gerendo adiuvit (N. X 15) — Amphitryonis et Alcmenae filius Iphicles (P. IX 88. I. I 12) — Iphiclis filius Iolaus (P. XI 60. I. I 30), auriga Herculis (I. I 16. V 32. fr. 114) et Telamonis (N. III 37); ad tumulum eius Iolaia agebantur (O. IX 99. P. IX 79).

Alcmenae et Iovis filius Hercules (P. IV 172. IX 84. XI 3. N. I 33. X 11. I. I 12. III 73. VI 30), Eurysthei patruelis imperia exsequi coactus est (O. III 28. P. IX 80), socios armorum sibi adscivit Telamonem (N. III 37. IV 25. I. VI 40. fr. 172) et Oiclem (Diod. IV 32), pugnae contra Gigantas consors fuit (N. VII 90) — E Megara Creontis f. octo genuit filios, quorum ad sepulcrum ludi agebantur (I. III 82). Praeterea ex filiis Herculis a Pindaro commemorantur Hyllus, ex Deianira genitus, qui una cum Aegimio, rege Dorum (P. I 63. V 72), Dorica castra Aeginae admovit (fr. 1. cf. Paus. II 29, 5), Tlepolemus ex Astyocha (Il. II 658) seu Astydamia (O. VII 24) genitus, qui Licymnio avunculo occiso Rhodum fugit (O. VII 70), Thessalus, qui auctor regiae domus Larissaeae putabatur (P. X 3. Apollod. II 166). Heraclidae tribus aetatibus interiectis una cum

Aegimii filiis Pamphylo et Dymane in Peloponnesum redeunt (P. I 62. IV 47. Apollod. II 176. Paus. II 28, 6).

Herculis stirps his gradibus continuata est: 1. Hercules, 2. Hyllus, 3. Cleodaeus, 4. Aristomachus, 5. Aristodemus, qui una cum fratribus Temeno et Cresphonta, ab Oxylo rege Aetoliae adiutus, nova regna in Peloponneso condidit (P. I 63. V 72), 6. Procles et Eurystheus, quorum tutor Theras fuit, quem quinto gradu a Polynice descendisse supra monuimus — Decimus ab Temeno Phidon, rex Argivorum, qui Olympicis ludis per aliquot annos praefuisse traditur (Ephorus ap. Strab. VIII p. 358) — Inter Heraclidas fuit etiam Alatas conditor Corinthi (O. XIII 14).

Cephallenica stirps.

Arcisii filius Laertes (Od. XVI 118), rex Ithacensis — Laertae et Anticleae filius Ulixes (N. VII 21. VIII 26) — Ulixis et Penelopae filius Telemachus — Diversa a Penelopa Icarii filia et Ulixis uxore altera Penelopa esse videtur, ex qua et Apolline Panem in Lycaeo monte editum scripsit Pindarus fr. 100.

Pindarus Ulixem fraudis et mendaciorum patronum esse duxit (N. VII 21. VIII 26).

Cretica stirps.

Iovis et Europae, Phoenicis f., filius Minos (Il. XIV 322) — Minois frater Radamanthus (Il. XIV 322), iudex apud inferos (O. II 83. P. II 73) — Minois et Pasiphaae filii Deucalion (Il. XIII 451) Phaedra Ariadna (Od. XI 321) — Deucalionis filius Idomeneus (Il. XIII 452. Od. XIX 181).

Plato Apol. p. 41[a] et Gorg. p. 523[e] tres iudices apud inferos novit Minoem Radamanthum Aeacum, Pindarus Saturnum ipsum iudicia exercentem et, ut Homerus Od. IV 564, uno assessore Radamantho utentem (O. II 83) facit.

Troica stirps.

Dardanus Iovis f. auctor stirpis ap. Hom. Il. XX 219; eum Bateam filiam Teucri, unde gens nomen Teucrorum nancta sit, uxorem duxisse Diod. IV 75 et Apollod. III 139 tradunt — Dardani filius Erichthonius — Erichthonii filius Tros — Trois filii tres Ilus Assaracus Ganymedes (O. I 45. X 104. fr. 282) — Ili filius Laomedon; Laomedontis filii Tithonus Priamus Lampus Clytius Hicetaon — Priami filius Hector — Assaraci filius Capys, nepos Anchises, pronepos Aeneas (Il. XX 219—240) — Tithoni et Aurorae filius Memnon (Od IV 188), qui *ἀνεψιὸς Ἑλένοιο* N. III 63 audit.

Ganymedem non Trois filium, ut Homerus et auctor hymn. Ven. 207, sed Laomedontis, ut Lesches Il. parv. fr. 6 et Euripides Troad. 822 et Cic. Tusc. I 26, 65, Pindarus habuisse videtur. v. not. ad O. I 45 et Roscher Lex. mythol. 1595.

Argonautae.

Iason Aesonis f. (P. IV 118) — Admetus Pheretis f. (P. IV 126. Apoll. I 49) — Melampus Amythaonis f. (P. IV 126) — Hercules Alcmenae f. (P. IV 172. Apoll. I 122) — Castor et Pollux Ledae f. (P. IV 172. Her. IV 145. Apoll. I 146) — Euphemus Neptuni et Europae f. (P. IV 45) vel Mesionicae f. (Hes. fr. 79. P. IV 175. Apoll. I 181. Paus. V 17, 9) — Periclymenus Nelei f. (P. IV 175. Apoll. I 156) — Orpheus Apollinis f. (P. IV 177. Apoll. I 21) — Echion Mercurii f. (P. IV 189. Apoll. I 52) — Erytus sive Eurytus Mercurii f. (P. IV 189. Apoll. I 52) — Zetes et Calais Boreae f. (P. IV 180. Apoll. I 211) — Mopsus vates (P. IV 191. Apoll. I 65) — Telamon Aeaci f. (fr. 172. Apoll. I 90) — Erginus Clymeni f. (O. IV 21) — Medea Aetae filia (O. XIII 53. P. IV 9. 57. 218. 250. fr. 172).

Pindarus in carmine Argonautico P. IV principes heroas, non omnes recensuit, cuius rei documentum non tam ex eo peto, quod Apollonius multo plures Argonautas enumeravit, quam ex eo, quod ipse O. IV 21 et fr. 172 Erginum et Telamonem, de quibus in carmine P. IV altum silentium, inter Argonautas fuisse narrat. Herculem vero Pindarus primus expeditionis Argonauticae participem fecisse videtur, quandoquidem alii mythographi eum aut omnino non inter Argonautas fuisse aut mox relictum fuisse narrabant, de qua re confer Apollod. I 117.

Argonauticam expeditionem una aetate (γενεᾷ) ante bellum Troianum factam, Epigonorum autem bellum adversus Thebas medium inter expeditionem Argonauticam et bellum Troianum interiectum esse Pindarus tenebat. Periclymenum quidem et expeditionis Argonauticae (P. IV 175) et belli Thebani (N. IX 26) consortem fecit, similiter atque Homerus Sthenelum Capanei filium Thebas cum Epigonis expugnasse eundemque ante Troiam Diomedi adfuisse narravit (Il. IV 406), et cyclici poetae Thersandrum Polynicis filium, Adrasti generum inter Epigonos fuisse eundemque contra Troiam arma gessisse fabulabantur (v. ad O. II 47).

Hinc iam profectis si veterum heroum tempora digerere licet, Herculis aequales fuisse ferebantur Eurystheus (O. III 28. P. IX 80. fr. 169) Telamon (N. IV 24. VII 86. I. VI 36) Oicles Laomedon Eurytus Teiresias (N. I 61) Augeas (O. X 36) Molionidae (O. X 30)

Neleus Melampus Oileus Theseus. Una fere aetate antiquiores esse credebantur Aeacus Oenomaus Sisyphus Oedipus Perseus Aegeus. Auctores vero principalium stirpium ferebantur Hellenicae vel Achaicae Deucalion, Thebanae Cadmus, Atticae Cecrops, Argivae Inachus, Troicae Dardanus, Pelopideae Tantalus.

Coloni Theram et Cyrenas ab Aegidis deducti.

Pindarus P. IV 65 Arcesilaum, quem a. 466 (462) a. Chr. quadrigis Pythia vicisse constat, a Batto, conditore Cyrenarum, octavo gradu descendere (*ὄγδοον θάλλει μέρος Ἀρκεσίλας*) dixit. Hoc spatium bene expletur aetatibus octo regum Cyrenaicorum, quos Herodotus IV 159 ss. et Heraclides Pont. polit. 4, 3 recenset: Batti *τοῦ οἰκιστοῦ*, Arcesilai I., Batti II. *τοῦ εὐδαίμονος*, Arcesilai II. *τοῦ χαλεποῦ*, Batti III. *τοῦ χωλοῦ*, Arcesilai III., Batti IV *τοῦ καλοῦ*, Arcesilai IV (cf. Boeckh Expl. 265 sq.). Iam idem Pindarus P. IV 10 sacerdotem Delphicam Battum I cohortantem induxit, ut vocem Medeae decima septima aetate (*ἑβδόμᾳ καὶ σὺν δεκάτᾳ γενεᾷ*) ratam faceret. Septendecim has aetates efficere non licet e numero regum vel heroum proficiscentibus. Primum enim, si expeditionem Argonauticam temporibus Polynicis et Creontis factam esse statuimus, a Polynice usque ad Theram, qui colonos in insulam Theram deduxisse fertur, quinque hominum aetates sunt, Polynicis Thersandri Tisameni Autesionis Therae. Restarent igitur duodecim aetates, quibus ut coloniam Theraeam ad remotiora, quam probabile est, reicere tempora cogeremur. Multo vero plus id valet, quod omni probabilitate caret in parva insula hominum mediocrium sucessiones eodem modo atque heroum et principum virorum accurate notatas et memoriae mandatas esse. Veri simile igitur esse merito cum alii viri docti tum Luebbertus, De Pindari studiis chronologicis, Bonnae 1887 p. 26 statuerunt, septendecim illas aetates computo inventas esse et a temporibus pendere, quibus sacerdotes Delphici Cyrenas conditas esse cognovissent et expeditionem Argonauticam factam esse statuissent. Itaque si Cyrenas a. 631 vel paulo post conditas esse optimis auctoribus credimus et Pindari Herodotique temporibus (v. Her. II 142) aetates chronologorum $33^1/_3$ annos explesse statuimus, Argonauticam expeditionem circa a. 1200 a. Chr., una fere aetate ante bellum Troianum susceptam esse Pindarus et chronologi aequales statuerunt.

Ad postremum ut uni oculorum conspectui genealogias Graecorum heroum subiceremus, exemplum Heynianae editionis Apollo-

dori imitatus tres tabulas genealogicas delineandas curavimus, quarum prima stemma gentis Achaicae per Thessaliam et Peloponnesum radices agentis exhibet, secunda et tertia synopticae sunt ita adornatae, ut prior quinque regna Argiva Biantidarum Melampodidarum Persidarum Proetidarum Pelopidarum amplectatur, altera tempora antiquissimarum stirpium Graecarum et Troicarum adumbret omnium.

Tabula I.


Deucalion
Hellen
Dorus
Xuthus
Aeolus
Ion
Achaeus
Cretheus
Salmoneus
Athamas
Sisyphus
Perieres
Aeson
Pheres
Amythaon
Tyro
Phrixus
Helle
Glaucus
Aphareus
Tyndareus
Icarius
Jason
Admetus
Bias
Melampus
Pelias
Neleus
Bellerophon
Idas
Lynceus
Castor
Pollux
Helena
Penelope
Eumelus
Nestor
Laodamia
Hippolochus
Telemachus
Antilochus
Sarpedon
Glaucus

Tabula II.



Deucalion
Hellen
Aeolus
Cretheus
Amythaon
Bias
Melampus
Talaus
Antiphates
Mantius
Pronax
Adrastus
Oicles
Polyphides
Aegialeus
Amphiaraus
Theoclymenus
Alcmaeon
Deucalion
Hellen
Aeolus
Sisyphus
Glaucus
Bellerophon
Abas
Acrisius
Proetus
Danaa
Megapenthes
Proetides
Perseus
Hipponous
Alector
Alcaeus
Sthenelus
Electryon
Capaneus
Iphis
Amphitryo
Eurystheus
Alcmena
Hercules
Iphicles
Hyllus
Iolaus
Tantalus
Pelops
Atreus
Thyestes
Agamemnon
Aegisthus
Orestes

Tabula III.


Inachus
Io
Epaphus
Libya
Agenor
Belus
Cadmus
Polydorus
Labdacus
Laius
Oedipus
Eteocles
Polynices
Aegyptus
Danaus
Lynceus
Hypermnestra
Abas
Acrisius
Proetus
Danae
Megapenthes
Perseus
Hipponous
Alcaeus
Capaneus
Amphitryo
Hercules
Deucalion
Hellen
Aeolus
Cretheus
Salmoneus
Sisyphus
Amythaon
Tyro
Glaucus
Bias
Melampus
Pelias
Neleus
Bellerophon
Talaus
Antiphathes
Nestor
Laodamia
Adrastus
Oicles
Antilochus
Sarpedon
Amphiaraus
Dardanus
Erichthonius
Tros
Ilus
Laomedon
Priamus
Hector
Tantalus
Pelops
Atreus
Thyestes
Agamemnon
Orestes

ΕΠΙΝΙΚΟΙ

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙΣ.

Α'.

ΙΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΣΙῼ

ΚΕΛΗΤΙ.

Strophae.



Epodi.



Argumentum.

Hiero Dinomenis filius Syracusanus, qui Ol. 75, 3 = 478/7 a. Chr. Geloni fratri in regno Syracusano successit et Ol. 78, 2 = 467/6 a. Chr. undecimo anno imperii vita decessit, ter Olympiae vicit, bis (Ol. 73 et 77) equo desultorio (*κέλητι*), semel (Ol. 78) quadrigis. Trium harum victoriarum insigne monumentum, ab Onata et Calamide statuariis factum et a Dino-

mene, filio Hieronis, post mortem patris dedicatum, Olympiae vidit Pausanias VIII 42, 9, qui hoc epigramma anathematis memoriae prodidit

Σόν ποτε νικήσας, Ζεῦ Ὀλύμπιε, σεμνὸν ἀγῶνα,
τεθρίππῳ μὲν ἅπαξ, μουνοκέλητι δὲ δίς,
δῶρ' Ἱέρων τάδε σοι ἐχαρίσσατο, παῖς δ' ἀνέθηκεν
Δεινομένης πατρὸς μνῆμα Συρακοσίου.

Iam si quaeras, quam ex tribus victoriis haec oda, quam non solum primam, sed etiam principem et pulcherrimam veteres laudabant (Lucian Gall. 7), spectaverit, curulis victoria Olympiadis 78 in censum non venit, quoniam victoriam hoc carmine illustratam celete partam esse poeta ipse v. 18 declarat. Neque victoriam celete Ol. 73 reportatam huc trahere licet, quamvis scholiastae plerique hoc fecerint et victoriae ante partae mentio in hac oda non fiat. Etenim Ol. 73 nondum rex Hiero factus erat neque Pindarus poeta in aula regis commorabatur. Relinquitur igitur victoria Ol. 77 = 472 a. Chr., quam eo magis cum Boeckhio amplexi tenemus, quod et summae, qua perfusum est hoc carmen, serenitati felicitas huius temporis, Poenis Tyrrhenisque devictis et internis dissidiis compositis, optime convenit, et maiorem curulis certaminis gloriam Hieronem iam tum mente agitasse versu 112 a poeta indicatum est.

In prooemio poeta Olympicae victoriae splendore illustrato Iovem, cuius ludi isti sacri erant, et Hieronem regem, qui modo coronam in colonia Pelopis Lydii celete meruerat, carmine phormingeque sibi praedicandos dicit (1—24). Deinde in principali parte carminis a mentione Pelopis profectus, fabulam veterem de Tantalo deorum familiaritate abutente atque filio eius Pelope Oenomaum, regem Elidis, curuli certamine vincente Hippodamiamque praemium victoriae nanciscente refert (25—92). Quae fabula cum ipsa rei praesenti et Olympicae victoriae praedicandae aptissima esset, inventione et ingenio Pindari etiam aptior facta est, quod Pelopem a Neptuno, fautore equestrium studiorum (cf. P. VI 50), puerum raptum et iuvenem in certamine equestri adiutum esse commentus est. Sub finem odae a Pelopis sepulcro, prope quod certamina Olympica fiebant, ad victoriam Hieronis equestrem redit et etiam splendidiorem victoriam mox ei obventuram esse auguratur (93—114). Ad postremum altius assurgens regia dignitate nihil praeclarius esse profitetur deosque precatur, ut et Hieroni regni maiestas et sibi gloria poeticae artis perennis maneat (114—120). — Pindarus poeta in fronte suorum carminum epiniciorum Oenomai et Pelopis de Hippodamia pugnam Musae munere illustratam posuit, ut aliquot annis post summus artifex Phidias Iovis templi Olympici tympanum principale statuis eandem illam pugnam repraesentantibus exornandum curavit.

Praeter hoc carmen Pindarus Hieroni misit epinicia P. I. II. III atque hyporchema et scolion, quorum fragm. 105. 106 et 125. 126 exstant; insuper amicis Hieronis scripsit Agesiae O. VI, Chromio N. I. IX. Inde apparet poetam Hieronis regis familiaritate inde ab Ol. 76, 1 usque ad Ol. 78, 1 usum esse.

De metris.

Oda praeclarissima in regia domo Hieronis victoris inter convivium, ad celebrandam equestrem victoriam adornatum (vv. 17. 106), a choro,

cuius voci phorminx succinebat (v. 17), cantata est. Namque non unum aliquem, sed plures consociatos hymnum cecinisse verbis *πολύφατος ὕμνος* (v. 8; cf. N. VII 81, I. VIII 58) significatum esse videtur. Pompae gradientisve chori nihil indicii exstat, immo concitatis motibus saltasse chorum et hyporchematicum modum carminis fuisse ex natura numerorum concluserim. Inde ne gravate tuleris quod tripodias tetrapodicis membris commixtas aequo animo tuli. Tripodiae enim catalecticae non solum in fine versuum (str. 6, ep. 1. 5. 6), qui legitimus locus tripodiarum est, sed etiam in mediis et initialibus versibus (str. 10, ep. 1. 3. 5. 8), occurrunt, quamquam epodi versus 1 et 5 cum ex solis tripodiis constent, minus offensionis habent et versus str. 10. et ep. 3., si inquietem ex concursu tripodiarum et tetrapodiarum natam minuere velis, alio modo percuti possunt. Plurimis versibus anacruses praefixae sunt, non solum unius syllabae brevis vel duarum brevium (ep. 5), sed etiam tribrachis vel iambi (str. 2. 9. 10. 11, ep. 1. 2. 4. 7. 8), quod genus anacrusis cum paeonicorum carminum proprium sit, ne ab hoc quidem carmine, quod a logaoedico tenore ad paeonicum inclinat, abhorret. Pedes ordinum fere trochaei et cyclici dactyli sunt; in locum trochaeorum sub finem strophae et epodi (str. 9. 10, ep. 8) aucta modorum alacritate cretici et paeones et dochmii succedunt. Fines versuum indiciis hiatus et syllabae ancipitis fere omnium a poeta indicati sunt; de versiculis strophae 3 et 4 in unum versum asynartetum coniungendis vide Prol. p. XXII. Epodi versus sextum et septimum unum in versum Boeckhius coniunxit; nos cur Bergkii rationem praeferendam existimaverimus, in not. crit. ad v. 88 exposuimus. Item cur in principio versuum secundi et ultimi strophae ancipitem syllabam improbemus, confer not. crit. ad vv. 82. 92. Denique modos musicos Aeolicos fuisse poeta ipse vv. 17 et 105 indicavit. — De notis metrici schematis et de lineis rectis colometriam codicum indicantibus vide Proleg. p. LX s.

Στρ. α΄.

Ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δὲ
χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ
ἅτε διαπρέπει
νυκτὶ μεγάνορος ἔξοχα πλούτου·

VARIAS LECTIONES exhibemus codd. *ABCD*, de quibus vide Proleg. p. VII — Inscr. deest in *AD*, una cum vv. 1—22. 47—68 intercidit in *B* — Schol.: *ἐπιγέγραπται ὁ ἐπινίκιος Ἱέρωνι τῷ Γέλωνος ἀδελφῷ νικήσαντι ἵππῳ κέλητι τὴν ογ΄ Ὀλυμπιάδα, ἢ ὥς ἔνιοι ἅρματι· ὁ δ᾽ αὐτὸς καὶ τὴν οζ΄ νικᾷ κέλητι, τὴν δὲ οη΄ τεθρίππῳ.*

COMMENTARII. v. 1—7 simili atque O. III 42 gradatione usus poeta dicit optimum quidem esse aquam, aurum autem ex opibus divitis domus eminere ut igneas faces ex tenebris noctis, ludos vero Olympicos soli interdiu fugatis ceteris sideribus lucenti comparandos esse. — 1. *ἄριστον ὕδωρ* a Pindaro dictum esse Thaletem philosophum secuto, qui aquam elementorum rerumque omnium principium esse docuerit, et Homerum, qui versu *Ὠκεανοῦ, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται* (Il. XIV 246) philosopho praeiverit, doctius quam verius scholiastae argumentantur; utilitatem potissimum respici bene iudicat Arist. rhet. I 7: *τὸ ἄφθονον τοῦ σπανίου μεῖζον, ὅτι ἡ χρῆσις ὑπερέχει, ὅθεν λέγεται Ἄριστον μὲν ὕδωρ.*

εἰ δ' ἄεθλα γαρύειν
ἔλδεαι, φίλον ἦτορ,
μηκέτ' ἀελίου σκόπει
ἄλλο θαλπνότερον ἐν ἀμέ-
ρᾳ φαεννὸν ἄστρον ἐρή-μας δι' αἰθέρος,
μηδ' Ὀλυμπίας ἀγῶνα φέρτερον αὐ- δάσομεν·
ὅθεν ὁ πολύφατος ὕμνος ἀμφιβάλλεται
σοφῶν μητίεσσι, κελαδεῖν
Κρόνου παῖδ' ἐς ἀφνεὰν ἱκομένους
μάκαιραν Ἱέρωνος ἑστίαν,

Ἀντ. α'.

θεμιστεῖον ὃς ἀμφέπει
σκᾶπτον ἐν πολυμήλῳ
Σικελίᾳ, δρέπων
μὲν κορυφὰς ἀρετᾶν ἄπο πασᾶν,
ἀγλαΐζεται δὲ καὶ
μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ,
οἷα παίζομεν φίλαν

---

3. *γαρύεν ACD*, v. Prol. XI — 6. *φαεννὸν E*: *φαενὸν AC*, *φαεινὸν D*. — 7. *αὐδάσομαι* vel *αὔδα σύ μοι* coni. Naber. — 10. *ἱκομένους AD* et schol.: *ἱκόμενοι C*, *ἱκομένοις* Byz. — 12. *πολυμήλῳ* Thom.: *πολυμάλῳ ACD* —

6. *ἐν ἀμέρᾳ* augendae rei gratia additum est oppositum *νυκτί* v. 2 — *ἐρήμας δι' αἰθέρος* similiter a Pindaro dictum est atque ab Horatio C. I 3, 34 *vacuum aera*. Vacuum autem aethera dixisse poeta videtur, non quod semper corporibus terrenis gravibusque vacaret, sed quod tum cetera sidera fulgore solis fugata essent — 7. *σκόπει . . μηδ' αὐδάσομεν· αὐδάσομεν* ex Homerico usu vim coniunctivi habet, ut *βάσομεν* pro *βάσωμεν* O. VI 26, *δέξεται* pro *δέξηται* fr. 133; similiter vero imperativum cum coniunctivo coniunxit I. VIII 7 *θεράπευε . . δαμωσόμεθα* — 8. *ἀμφιβάλλεται·* cf. Hom. K 535 *ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει* — 9. *σοφοί·* poetae potissimum hoc nomine a Pindaro ornantur (cf. P. III 113. I. I 45), ut a Catullo poetae docti dicuntur — 10. *ἱκομένους·* acc. c. inf. post praecedentem dativum similiter usurpavit P. II 24, Xen. an. III 2, 1 *ἔδοξεν αὐτοῖς καταστήσαντας συγκαλεῖν·* cf. Krüger Gramm. 55, 2 An. 7 — 12. *θεμιστεῖον*, sceptrum regis ius (*θέμιστας*) dicentis — 12. *πολυμήλῳ Σικελίᾳ* quam *πολυμάλῳ Σικ.* vel invitis optimis codicibus scribere malui, quod poeta P. XII 1 *μηλοβότον Ἀκράγαντος* dixit, et Siciliam magis pecoribus (*μήλοις*) quam pomis (*μάλοις*) abundare iam vetus fama Polyphemi pastoris et pastoriciae poesis origo prodebant. Neque ab hac sententia me depulit epitheton Siculae deae *Δάματρος μαλοφόρου* ap. Paus. I 40, 3 et in titulo Selinuntio ap. Kaibel IGSI. 268; ut enim bene dea pomum manu tenens *μαλοφόρος* nuncupatur, ita ager, in quo arbores pomiferae nascuntur, minus apte *πολύμαλος* diceretur. Eodem epitheto Pindarus usus est P. IX 6 *πολυμήλου καὶ πολυκαρποτάτας χθονὸς* scil. *Λιβύας* — 13. *δρέπων μὲν . . . ἀγλαΐζεται δέ·* suo more Pindarus dicendi formulam variat indicativo post participium usus — 15. Hieronem *μουσικώτατον ἀνθρώπων* etiam Xen. Hier. IV 15 laudat; praeterea confer Pindarum ipsum O. VI 97 — 16. *παίζομεν . . . ἄνδρες·* amabiliter poeta ludit, verbis contrariis usus, cum viros ritu puerorum in convivio ludere dicat —

ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ τράπεζαν.
ἀλλὰ Δωρίαν ἀπὸ φόρ-μιγγα πασσάλου
λάμβαν', εἴ τί τοι Πίσας τε καὶ Φερενί- κου χάρις
νόον ὑπὸ γλυκυτάταις ἔθηκε φροντίσιν,
ὅτε παρ' Ἀλφεῷ σύτο δέμας
ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων,
κράτει δὲ προσέμιξε δεσπόταν,

Ἐπ. α'.

Συρακόσιον ἱπποχάρ-
μαν βασιλῆα. λάμ-πει δέ ϝοι κλέος
ἐν εὐάνορι Λυ-
δοῦ Πέλοπος ἀποικίᾳ·
τοῦ μεγασθενὴς ἐράσσατο γαι- άοχος
Ποσειδᾶν, ἐπεί
νιν καθαροῦ λέβητος ἔξελε Κλωθὼ
ἐλέφαντι φαίδιμον ὦ-μον κεκαδμένον.
ἦ θαυματὰ πολλὰ καὶ-πού τι καὶ βροτῶν
φάτις ὑπὲρ τὸν ἀλα-θῆ λόγον·

---

19. *νόον ὕπο A* — 23. *συρακόσιον Y* et v. l. schol.: *συρακουσίων ABC*, *συρακοσίων D* et v. l. schol. — *ἱπποχ.* lemma *B*: *ἱππιοχ. ABCD* — 24. *ἐν AB*, om. *CD*, *παρ' Byz.* — *εὐάνορος D A^s C^s* — *ἐποικίᾳ* v. l. schol. — 26. *ποσειδᾶν AD*: *ποσειδῶν BC* — *ἔξελε* Mosch.: *ἐξεῖλε ABCD* — 28. *τι καί*: *καὶ* (omisso *τι*) *B* — 29. *φάτις ABCD*: *φρένας Byz.*, *φάτιν* Boeckh.; ipse Mezgero duce post *λόγον* interpunxi — *ἀληθῆ ABCD* —

17. *ἀλλὰ . . . λάμβανε*· semet ipsum vel animum suum (v. 4) cohortatur, ut lyram de clavo sumat, imitatus locum Odysseae VIII 67. Boeckhius et Dissenius argutantur, cum ex hoc loco concludant antea tibiis, exhinc tibiis et fidibus choro canenti accantatum esse. *Δωρίαν φόρμιγγα* dicit phormingem in Doricis civitatibus et carminibus usurpatam, ut *Δωρίῳ πεδίλῳ* O. III 5 et *Δωριεῖ κώμῳ* P. VIII 20; de reconditiore quadam interpretatione nominis confer ad v. 105 — 18. *εἴ τι . . . νόον· τι* adverbii vice fungitur ut v. 28. 77. N. VI 5. Thuc. II 87; mentem autem suam quasi fecundari et impleri dicit dulcissimis sententiis — *Φερενίκου*· nomen equo Hieronis a ferenda victoria, ut Homericis *ἀθλοφόροις ἵπποις* (*Λ* 699), inditum est; idem nomen occurrit P. III 74 et ap. Bacchyl. fr. 6 — 23. *Συρακόσιον*· genuina et lapidibus confirmata forma nominis, pro qua a Ionicis et Atticis scriptoribus *Συρακούσιος* circumferebatur. — 24. *Πέλοπος ἀποικίᾳ*· Olympiae, quam in urbem Pelops non solum tamquam accola (*ἐποικίαν*) venit, sed cuius quasi alter conditor exstitit. — 25 ss. sensim poeta a nomine Pelopis profectus ad principalem partem carminis transit (25—92), qua fabulam de Pelope, Tantali filio, Oenomaum, regem Elidis, curru vincente et ludos Olympicos quasi inaugurante narrat — 26. *ἐπεὶ . . . κεκαδμένον*· Pelopem iam nascentem ebore candidos humeros ornatum i. e. humeris eburnei coloris insignem fuisse dicit, ut statim ab initio falsam famam hominum respuat. Isti enim, quos Bacchylidem, aemulum Pindari, secutum esse scholia tradunt, Mercurium vel Rheam, cum restituerent Pelopem puerum coctum et dissectum, humerum a Cerere iam devoratum ebore supplevisse fabulabantur — 26. *καθαροῦ*· nitido, non sceleris puro —

δεδαιδαλμένοι - ψεύδεσι ποικίλοις
ἐξαπατῶντι μῦθοι.

Στρ. β'.

Χάρις δ', ἅπερ ἅπαντα τεύ-
χει τὰ μείλιχα θνατοῖς,
ἐπιφέροισα τι-
μὰν καὶ ἄπιστον ἐμήσατο πιστὸν
ἔμμεναι τὸ πολλάκις.
ἁμέραι δ' ἐπίλοιποι
μάρτυρες σοφώτατοι.
ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμεν ἐοικὸς
ἀμφὶ δαιμόνων καλά· μεί-ων γὰρ αἰτία.
υἱὲ Ταντάλου, σὲ δ' ἀντία προτέρων - φθέγξομαι,
ὁπότ' ἐκάλεσε πατὴρ τὸν εὐνομώτατον
ἐς ἔρανον φίλαν τε Σίπυλον,
ἀμοιβαῖα θεοῖσι δεῖπνα παρέχων,
τότ' Ἀγλαοτρίαιναν ἁρπάσαι

Ἀντ. β'.

δαμέντα φρένας ἱμέρῳ,
χρυσέαισιν ἀν' ἵπποις
ὕπατον εὐρυτί-
μον ποτὶ δῶμα Διὸς μεταβᾶσαι·
ἔνθα δευτέρῳ χρόνῳ
ἦλθε καὶ Γανυμήδης

---

30. *δεδαιδαλωμένοις* *B* — 31. *ἅτεπερ* *D* — 35. *μάρτυροι* *D* — *σαφέστατοι* coni. Hecker coll. *O* vi 20 — 38. *ἐκάλεσσε* *AB* — 42. *χρυσέαις* *C* — *ἀν'* *AB*: *κἀν* *CD*, *τ' ἀν'* coni. Schmid —

30. *ἀσυνδέτως* ut saepe a Pindaro duae sententiae, quarum altera (*δεδαιλμένοι . . . μῦθοι*) priorem (*φάτις . . . λόγον*) explicat atque confirmat, iuxta ponuntur — 31. lepide hanc sententiam Goethius noster titulo balladibus suis praemisso expressit: *Märchen noch so wunderbar* | *Dichterkünste machen's wahr* — 34. *ἁμέραι . . . σοφώταται·* amat Pindarus generales sententias narrationibus intexere, quamvis cum re proposita tenui filo coniunctae sint; cf. P. iii 20 — 42 s. infinitivus *μεταβᾶσαι* ut saepe apud Pindarum finem, quem quis assequatur vel sectetur, significat: rapuit Pelopem puerum Neptunus amore incensus, ut in sedem Iovis eum transferret — 44. *δευτέρῳ χρόνῳ* offensionem veterum grammaticorum movit, quam sic scholia exponunt: *προτέρῳ ἐχρῆν εἰπεῖν. πρεσβύτερος γὰρ Γανυμήδης Πέλοπος, ὡς ἔστιν ἐκ τῶν ἐπιγόνων τεκμήρασθαι. Ἕκτωρ γὰρ καὶ Ἀγαμέμνων, Ἀτρεὺς καὶ Πρίαμος, Πέλοψ καὶ Λαομέδων.* Atque iusta haec offensio fuit, si Pindarus Homerum (Il. v 265. xx 232) auctorem secutus Ganymedem Trois filium habuit; sed magnopere ea minuitur et paene diffluit, si Leschem, poetam cyclicum, secutus Ganymedem filium Laomedontis fuisse duxit; non minorem autem Pindarus cyclicis carminibus fidem tribuit quam Iliadi; cf. Prol. cxxv.

Ζηνὶ τωὔτ' ἐπὶ χρέος.
ὡς δ' ἄφαντος ἔπελες, οὐδὲ
  ματρὶ πολλὰ μαιόμενοι-φῶτες ἄγαγον,
ἔννεπε κρυφᾷ τις αὐτίκα φθονερῶν-γειτόνων,
ὕδατος ὅτι σε πυρὶ ζέοισαν εἰς ἀκμὰν
μαχαίρᾳ τάμον κατὰ μέλη,
τραπέζαισί τ' ἀμφιδεύματα κρεῶν
σέθεν διεδάσαντο καὶ φάγον.

Ἐπ. β'.

ἐμοὶ δ' ἄπορα γαστρίμαρ-
  γον μακάρων τιν' εἰπεῖν. ἀφίσταμαι.
ἀκέρδεια λέλογ-
  χεν θαμινὰ κακαγόρους.
εἰ δὲ δή τιν' ἄνδρα θνατὸν Ὀλύμ-που σκοποὶ
ἐτίμασαν, ἦν
  Τάνταλος οὗτος· ἀλλὰ γὰρ καταπέψαι
μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσ-θη, κόρῳ δ' ἕλεν
ἄταν ὑπέροπλον, ἅν-ϝοι πατὴρ ὕπερ
κρέμασε καρτερὸν αὐ-τῷ λίθον,

---

48. *φθονερῶν τε C* — 49. *σε*: *τε* codd. fort. recte — *εἰς* ex schol. Mommsen: *ἐπ' ACD ἀμφ'* Mosch. — 51. *τραπέζαισι* . . . 53 *εἰπεῖν Ath.* XIV p. 641 c — 51. *τ'*: om. *D*, *δ' Ath.* — *ἀμφιδεύματα* V^{ac} ex scholiis ut videtur restitutum: *ἀμφιδεύτατα ACDE ἀμφίδευρα A Athenaei*, *ἢ τὰ ἔσχατα* (i. e. *δεύτατα*) *ἢ τὰ βεβρεγμένα τῷ αἵματι* (i. e. *ἀμφίδευτα* vel *ἀμφιδεύματα*) schol., *ἀμφὶ δάσματα* Herwerden, *ἀμφίδευτα τὰ κρέα* ipse tentavi, *δεύματα* offas interpretatur Luebbert Ind. lect Bonn. 1888 p. XI collato Hesychio *δευάσθαι· γεύσασθαι* — 53. *ἄπορα Byz.*: *ἄπορον ACD* et A^{ac} *Athenaei* — 54. *κακαγόρους* C^1D: *κακαγόρος* AC^2 — 58. *ἅν* Hermann: *τάν ACD* — 59. *καρτερόνωτον λίθον* coni. Hecker —

46. *τωὔτ' ἐπὶ χρέος*, officium pincernae, quo munere eum etiam in conviviis Tantali patris fungentem facit Philostrat. imagg. I 17, quamquam eundem Neptuni puerum dilectum fuisse poeta v. 77 significat. De crasi *τωὐτό* pro *τὸ αὐτό* confer *ταὐτὰ* N. VII 104, *τωὐτοῦ* O. XIII 38 — 47. *ματρί*· suaviter matris sollicitam curam significat — 49. *ὕδατος . . . ἀκμάν*, aquae fervorem, quo aequor sursum fertur — 51. *ἀμφὶ δεύτατα* qui collato Homerico *ὕστατα καὶ πύματα νῦν ἐνθάδε δειπνήσειαν* (δ 685) defendunt, operam perdunt; neque enim cur Tantalus praeter consuetudinem carnem ultimam apposuerit, neque cur extrema carnium convivae comedisse ferantur, intellegitur; qua de causa *ἀμφίδευτα τὰ κρέα* emendandi tibi auctor sum, vel si hoc audacius tibi videtur, *ἀμφιδεύματα κρεῶν* scribendi et cum parte scholiorum frusta carnis intellegendi iusculo imbuta (*τὰ βεβρεγμένα τῷ αἵματι*), ut cuia essent lateret — 53. similiter Euripides Iph. Taur. 386 ss. fabulas detestatur, quae deos gulosos humanamque carnem gestientes faciant — 57. *μέγαν ὄλβον*· cf. P. II 26. Tantalum vulgo credebant apud inferos puniri ob nefarias epulas diis appositas, quod cum Tantalum fecisse Pindarus negasset, alia causa poenae ei excogitanda fuit; hanc igitur fuisse dicit impudentiam, qua ut nectar et ambrosiam cum sodalibus communicaret commotus sit — 58. *πατήρ*· pater deorum, Jupiter — 59. Pindarus hic et I. VIII 10, ab Homero λ 582 recedens, Tantalum puniri dicit saxo super caput eius suspenso, cuius periculum frustra

τὸν αἰεὶ μενοι-νῶν κεφαλᾶς βαλεῖν
εὐφροσύνας ἀλᾶται.

Στρ. γ'.

ἔχει δ' ἀπάλαμον βίον
τοῦτον ἐμπεδόμοχθον,
μετὰ τριῶν τέταρ-
τον πόνον, ἀθανάτων ὅτι κλέψαις
ἁλίκεσσι συμπόταις
νέκταρ ἀμβροσίαν τε
δῶκεν, οἷς νιν ἄφθιτον
θέσσαν. εἰ δὲ θεὸν ἀνήρ τις
ἔλπεται λελαθέμεν ἔρ- δων, ἁμαρτάνει.
τοὔνεκα προῆκαν υἱὸν ἀθάνατοί-ϝοι πάλιν
μετὰ τὸ ταχύποτμον αὖτις ἀνέρων ἔθνος.
πρὸς εὐάνθεμον δ' ὅτε φυὰν
λάχναι νιν μέλαν γένειον ἔρεφον,
ἑτοῖμον ἀνεφρόντισεν γάμον,

Ἀντ. γ'.

Πισάτα παρὰ πατρὸς εὔ-
δοξον Ἱπποδάμειαν
σχεθέμεν. ἐγγὺς ἐλ-
θὼν πολιᾶς ἁλὸς οἷος ἐν ὄρφνᾳ

---

60. ἀεὶ *ACD*, et sic passim codd., quod non iam enotabo — 61. ἀπάλαμον *Byz.*: ἀπάλαμνον *ACD* — 63. οἷς νιν coni. M. Schmidt: οἷσιν *AD*, οἷς *C* — 66. θέσσαν *Byz.*: θέσαν αὐτὸν *ACD*, θέν νιν Mommsen; cf. N. v 10 θέσσαντο — λελαθέμεν Mommsen: λαθέμεν *AC*, ληθέμεναι *D*, τι λασέμεν *Byz.*; fort. τι ϝέλπ. λελαθέμεν — 67. οἱ quod in vett. codd. post τοὔνεκα legitur, post ἀθάνατοι transpos. Tricl. — 68. αὖθις *C* — 69. δ' om C^1 — 70. λάχναι νιν: λάχνιν *D* — 73. ἐγγὺς Bergk: ἐγγὺς δ' *ABCD* et schol., ἄγχι δ' *RByz.* —

amovere (βαλεῖν = ἀποβαλεῖν, cf. O. viii 40) moliatur; Pindari vestigia legit Euripides Orest. 5. — 62. schol.: ἢ ὅτι ἐν ᾅδου μετὰ τριῶν τέταρτος κολάζεται, Σισύφου Τιτυοῦ Ἰξίονος, ἢ ὅτι μετὰ τριῶν, τοῦ πεινῆν διψῆν ἑστάναι, τέταρτον πόνον τοῦτον ἔχει τὸ τῷ λίθῳ κολάζεσθαι. Alteram explicationem qui probant, obscuritatis vitio locum premunt; nam cum poeta qui tres illi labores fuerint, non dixerit, ipsi in diversissima discedunt. Contra aperta est via prioris explicationis, quam qui ingrediuntur, non est cur cum Pauwio τέταρτος pro τέταρτον interpolent — 63. ἁλίκεσσι συμπόταις, qui contrarii erant diis convivis — 66. θέσσαν, immortales; forma verbi ex falsa analogia verbi ἔσσαν ficta est; de ambrosia et nectare immortalitatem impertientibus confer Theocr. 15, 108. Ovid. met. 14, 607 — 67 s. ἀθάνατοι et ταχύποτμον ἀνέρων ἔθνος contrariam vim habent — 70. μέλαν proleptice de mento lanugine nigro facto — 71. ἕτοιμον, in quo vocabulo explicando mire veteres et recentes interpretes laborant, ad pubertatem spectat, quam Pelopi assecuto paratas esse nuptias dixit, quibus sibi Hippodamiam iungeret — 72 ss. similem fabulam de virgine filia ab Antaeo patre praemio certaminis proposita poeta refert P. ix 105 ss.; conferre quoque iuvat fabulam Atalantae, quae cum multos procos cursu superatos necasset, Melanionis dolo victa est. — 73. similia de Iamo Neptuni

ἄπυεν βαρύκτυπον
Εὐτρίαιναν· ὁ δ' αὐτῷ
πὰρ ποδὶ σχεδὸν φάνη.
τῷ μὲν εἶπε· Φίλια δῶρα
Κυπρίας ἄγ' εἴ τι, Ποσεί-δαον, ἐς χάριν
τέλλεται, πέδασον ἔγχος Οἰνομάου - χάλκεον,
ἐμὲ δ' ἐπὶ ταχυτάτων πόρευσον ἁρμάτων
ἐς Ἆλιν, κράτει δὲ πέλασον.
ἐπεὶ τρεῖς τε καὶ δέκ' ἄνδρας ὀλέσαις
ματῆρας ἀναβάλλεται γάμον

Ἐπ. γ΄.

θυγατρός. ὁ μέγας δὲ κίν-
δυνος ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει.
θανεῖν δ' οἷσιν ἀνάγ-
κα, τί κέ τις ἀνώνυμον
γῆρας ἐν σκότῳ καθήμενος ἕ-ψοι μάταν,
ἁπάντων καλῶν
ἄμμορος; ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὗτος ἄεθλος
ὑποκείσεται· τὺ δὲ πρᾶ-ξιν φίλαν δίδοι.

75. *εὐτρίαιναν* *Byz.*: *εὐρυτρίαιναν* *ABCD* — 76. *ἐφάνη* *A* — 77. *ἔειπε* *CD* — *εἴ τοι* *C* — 78. *ἔγχος*: *ἔντος* Ammonium legisse ex scholiis collegit Lehrs Pindarschol. 10 — 80. *εἰς* *D* — *αὖλιν* *C* — 81. *ὀλέσσας* *A* — 82. *ματῆρας* coni. Bergk collato Hom. IX 394: *μναστῆρας* (*μνηστ.* *D*) *ABCD*, *ἐρῶντας* *Byz.* et Philostr. imag. I 30 — 84. *οἷσιν* D^2: *οἷς* $ABCD^1$ — *τί* B^2C^2D et schol.: *τὰ* AB^1C^1 et Greg. Cor. p. 212. 236 — 86. *ἄμοιρος* *D* —

auxilium in medio flumine implorante narrat O. VI 58. Grato vero colore orationem fabulosae narratiunculae poeta tinxit, quod solum, quod tenebricosa in nocte, quod nigricans ad mare Pelopem accedentem finxit, deum autem nomine non addito pulchro tridente et fremitu aequoris adumbravit. Contra portentosum in modum similem fabulam exaggeravit Nonnus Dionys. XXXIV 185 ss. — 78. *ἔγχος χάλκεον·* hasta Oenomaum instructum fecit, ut non de ludicra corona, sed de vita certamen futurum significaret, aenea autem hasta, quod heroes hominesque prisci aevi aeneis, non ferreis armis uti ferebantur. Notatu vero dignum est, quod etiam in tympano principali aedis Jovis Olympici Oenomaum et Pelopem hastam manu tenentes artifex finxit, Pindari, opinor, hunc locum secutus — 79. celeritatem currus bene numeris iambicis et solutis longis syllabis poeta imitatur, ut infra v. 98. — 81. Tredecim procos ab Oenomao interemtos hic et in threno fr. 135 Pindarus narrat eumque secutus Philostratus, imagg. I 17. In tota hac fabula et fortasse etiam in numero procorum Pindaro praeivisse Hesiodum in magnis Eoeis Pausanias VI 21, 10 testatur — 82. *ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει·* quominus *ἄναλκιν, οὐ φῶτα* distinguas interpretans periculo magno inertem, non strenuum virum percelli, impedit vis vocabuli *φωτός*, quod hominem, non hominem virtute horoas aequantem apud Pindarum significat; quare *λαμβάνει* simile quiddam atque *λαγχάνει* valere ratus interpretor: magnum periculum inertem hominem non admittit i. e. respuit — 85. *ἐν σκότῳ καθήμενος ἕψοι·* cf. I. 8, 70 *ἥβαν οὐκ ἄπειρον ὑπὸ χειᾶ καλῶν δάμασεν*, P. IV 186 *αἰῶνα πέσσοντα* — *πρᾶξιν*, eventum, quae eadem vis verbi est ap. Hom. *Ω* 524 —

ὣς ἔννεπεν· οὐδ' ἀκράν-τοις ἐφάψατο
ἔπεσι. τὸν μὲν ἀγάλ-λων θεὸς
ἔδωκεν δίφρον-τε χρύσεον πτεροῖ-
σίν τ' ἀκάμαντας ἵππους.

Στρ. δ'.

ἕλεν δ' Οἰνομάου βίαν
παρθένον τε σύνευνον·
ἃ τέκε λαγέτας
ἓξ ἀρεταῖσι μεμαότας υἱούς.
νῦν δ' ἐν αἱμακουρίαις
ἀγλααῖσι μέμικται,
Ἀλφεοῦ πόρῳ κλιθείς,
τύμβον ἀμφίπολον ἔχων πο-
λυξενωτάτῳ παρὰ βω-μῷ. τὸ δὲ κλέος
τηλόθεν δέδορκε τᾶν Ὀλυμπιάδων- ἐν δρόμοις
Πέλοπος, ἵνα ταχυτὰς ποδῶν ἐρίζεται
ἀκμαί τ' ἰσχύος θρασύπονοι·
ὁ νικῶν δὲ λοιπὸν ἀμφὶ βίοτον
ἔχει μελιτόεσσαν εὐδίαν

---

88. *ἔνεπ.* *BC*, cf. Prol. XI — *ἐφάψατο* *ABCD*: *ἐφάψατ' ὦν* *Byz.*, quae interpolatio ex falsa colometria orta est — 90. *τε* om. *C* — 91. *ξυν.* *A* — 92. *ἃ τέκε* *ABCD*: *τέκε τε* vel *τέκε δὲ* *Byz.*, probabiliter — *μεμαότας* *ABCD* et schol.: *μεμαλότας* *RByz.* — 95. *Ἀλφαιοῦ* A^{ac} — 96. *πολυξενοτ.* *BCD* — 99. *ἀκμαί τ'*: *ἀκμάτ'* *A* — 100. *ἀμφιβόητον* *A* — 101. *μελιττο.* *AB*, *μελιτω.* *D* —

88. *ἐφάψατο* c. dat. cf. P. X 28. I. III 30. N. IV 35 — 90. alatos quod poeta equos a Neptuno donatos dicit, veterem famam in cista Cypseli expressam (Paus. V 17, 7) secutus est; idem Pherecydes, qui fere cum Pindaro consentit, in scholiis Soph. El. 104 et Euripides Orest. 988 tradiderunt — 91. *ἕλεν δ' Οἰνομάου βίαν*· de clandestino amore Hippodamiae et fraude Myrtili, aurigae Pelopis, Pindarus aut nihildum scivit aut consulto silentium fecit — 92. *ἃ τέκε* si recte in codicibus traditum est, Pindarus more Atticorum poetarum dactylum pro iambo in primo pede dochmii admisisse putandus est; sin Byzantini felici coniectura *τέκε τε* manum poetae restituerunt, verbum *τεκεῖν* ad patrem a Pindaro relatum est similiter hic atque O. VII 71 et saepe ab Homero et Atticis poetis — *ἓξ . . υἱούς*· *Ἀτρέα, Θυέστην, Πιτθέα, Ἀκάθουν, Πλεισθένη, Χρύσιππον* schol. — *μεμαότας* pro *μεμᾰῶτας*, qua forma usus est N. I 43; in commutanda quantitate vocalium *α* et *ο*, quae olim digammo disiunctae erant, Pindarus Homeri auctoritatem secutus est; dativo autem hoc verbum iunxit ad analogiam verborum *ἅπτεσθαι* et *θιγγάνειν*. Ceterum Nonnum, cum Dionys. 37, 135 *παντοίαις ἀρετῇσι μεμηλότας* scriberet, *μεμαλότας*, non *μεμαότας* apud Pindarum quoque legisse verisimile est

93 ss. sensim poeta ut supra ex prooemio ad umbilicum carminis transierat, sic hic a fabula Tantalea ad causam Hieronis redit neque temere eodem splendido vocabulo *κλέος* ante narrationem (v. 24) et post narrationem (v. 97) usus esse videtur — 93. *αἱμακουρίαις*· schol.: *Βοιωτικὴ ἡ φωνή*. Rem illustrat Paus. V 13, 2 *θύουσι δὲ αὐτῷ (Πέλοπι) καὶ νῦν ἔτι οἱ κατὰ ἔτος τὰς ἀρχὰς ἔχοντες· τὸ δὲ ἱερεῖόν ἐστι κριὸς μέλας* — 95. *κλιθείς*, acclinatus; dativo iunctum est ut apud Homerum E 709. O 740 et Soph. Trach. 100 — 96. *βωμῷ* sc. *Διός*· fuit enim *Πελόπιον* seu tumulus Pelopis in Alti prope Iovis aram; cf. Paus. V 13, 8 — 97. gloria Pelopis in Olympicorum ludorum curriculis eminus splendet;

'Αντ. δ'.

ἀέθλων γ' ἕνεκεν. τὸ δ' αἰ-
εὶ παράμερον ἐσλὸν
ὕπατον ἔρχεται
παντὶ βροτῷ. ἐμὲ δὲ στεφανῶσαι
κεῖνον ἱππείῳ νόμῳ
Αἰοληΐδι μολπᾷ
χρή· πέποιθα δὲ ξένον
μή τιν' ἀμφότερα καλῶν τε
ϝίδριν, ἀλλὰ καὶ δύναμιν- κυριώτερον
τῶν γε νῦν κλυταῖσι δαιδαλωσέμεν ὕμ-νων πτυχαῖς.
θεὸς ἐπίτροπος ἐὼν τεαῖσι μήδεται
ἔχων τοῦτο κᾶδος, Ἱέρων,
μερίμναισιν· εἰ δὲ μὴ ταχὺ λίποι,
ἔτι γλυκυτέραν κεν ἔλπομαι 'Επ. δ'.

σὺν ἅρματι θοῷ κλεΐ-
ξειν, ἐπίκουρον εὑ- ρὼν ὁδὸν λόγων,
παρ' εὐδείελον ἐλ-
θὼν Κρόνιον. ἐμοὶ μὲν ὦν
Μοῖσα καρτερώτατον βέλος ἀλ-κᾷ τρέφει.

---

102. *γ'* om. *CD* — *ἕνεκα B* — 103. *βροτῷ* D^2: *βροτῶν* $ABCD^1$; de hiatu in thesi dactyli confer O. VI 82. P. X 57. N. VI 24. 25. I. I 61. VIII 58; **παντὶ** c. gen. defendunt simili usu Plat. legg. VI p. 774 c — **στεφανῶται** *B* et glossa in *A* — 104. *ἱππίῳ C* et sic passim, quod non iam enotabo — 107. *μή τιν'*: *μήτι γ' D* — *ἀλλὰ καὶ* Hermann (cf. P. IV 79 ss.): *ἅμα καὶ ABCD*, *ἄλλον ἢ* Mosch., *ἄμμε καὶ* Mommsen, *ἀμάκι καὶ* Boehmer — *καιριώτερον A* — *δαιδαλωσαίμεν A* — 110. **τωὐτὸ** Goram Philol. 14, 485 — *κῆδος ABD*, *κῦδος C*; cf. O. VII 5. P. IV 112. N. I 54. I. VIII 7 — 112. *γλυκερωτέραν D* — 113. *κλεΐξειν A*(?)*C*: *κλεΐζειν BD* — 115. *ἀλκὰν D* —

Πέλοπος nomen cum emphasi positum est in principio novi versus. De metaphora verbi **δέδορκε** conf. N. III 84, de *Ὀλυμπιάδων ἐν δρόμοις* conf. P. I 32 *Πυθιάδος ἐν δρόμῳ* — 104. *ἱππείῳ νόμῳ*, melodia in honorem equestris victoriae facta, qualis erat Olympi *ἁρμάτειος νόμος* (v. Plut. de mus. 7. Pind. I. I 54) et anonymi melodi **Καστόρειον** (v. P. II 69, I. I 16) — 105. **Αἰοληΐδι μολπῇ**, Aeolicis modis sive *Αἰολικῇ ἁρμονίᾳ·* hoc autem cum Dorica phorminge (v. 17) componere licet, quod Aeolica harmonia etiam *ὑποδώριος ἁρμονία* audiebat; cf. fr. 191 — 107. *ἴδριν·* ex subsequente comparativo *κυριώτερον* hic quoque suppleas *μᾶλλον·* cf. Tacit. ann. 1, 57: *quanto quis audacia promptus, tanto magis fidus rebusque motis potior habetur* — 108. *ὕμνων πτυχαῖς* ad artificiosos flexus numerorum et harmoniae bene rettulit Boeckhius; alio sensu Aeschylus Suppl. 946 dixit *οὐδ' ἐν πτυχαῖς βίβλων κατεσφραγισμένα* — *δαιδαλωσέμεν·* ornaturum esse vel ornare posse — 111. *λίποι*, scil. *θεός*, qui paulo ante dictus est; euphemistice autem Pindarus res adversas, sive vitae finem sive tumultum civilem, adumbrat, ut Latini simili in re utuntur formula *siquid acciderit.* De curuli certamine Olympico, quod iam tum Hiero mente agitabat (*γλυκυτέραν* sc. *μερίμναν*), vide argum. — 113. *ὁδὸν λόγων* ad similitudinem Homerici *οἶμον ἀοιδῆς* dixit; orationis autem via poeta victoriam praedicans adiuvari bene dicitur — 115. *βέλος ἀλκᾷ τρέφει·* locutio bellicas pugnas vi armorum

ἐπ᾽ ἄλλοισι δ᾽ ἄλ-
λοι μεγάλοι· τὸ δ᾽ ἔσχατον κορυφοῦται
βασιλεῦσι. μηκέτι πάπ-ταινε πόρσιον.
εἴη σέ τε τοῦτον ὑ-ψοῦ χρόνον πατεῖν,
ἐμέ τε τοσσάδε νι-καφόροις
ὁμιλεῖν, πρόφαν-τον σοφίᾳ καθ᾽ Ἕλ-
λανας ἐόντα παντᾷ.

---

116. ἐπ᾽ ex schol. *Byz.*: ἐπ᾽ om. *ABCD* — fort. ἄλλοισιν ἄλλοι sine δέ — 118. τοῦτον: λοιπὸν coni. Herwerden — ὑψοῖς *D* — 119. τοσάδε *D*.

gestas, non certamina ludicra spectat. Illud telum poeticum proximis versibus exponitur, qua de causa particulam δὲ in codicibus post ἄλλοισι insertam abesse malim — 118. τοῦτον si recte se habet neque cum Herwerdeno in λοιπὸν emendandum est, non tempus hic in terra mortalibus peragendum sed praesens quo Hiero regnabat tempus (cf. τῶν γε νῦν v. 108) significat.

ΟΛΥΜΠ. Β

ΘΗΡΩΝΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩι

ΑΡΜΑΤΙ.

Strophae.



Epodi.



Argumentum.

Thero Aenesidemi filius Agrigentinus, cuius victoriam curulem Olympicam Pindarus duabus odis O. II et III praedicat, tyrannus Agrigentinorum fuit. Atque prioris odae argumentum cum stirpe et fato victoris adeo cohaeret, ut de iis etiam post succinctam stemmatis Emmenidarum enarrationem, quam in Prol. p. CXIX proposuimus, hoc loco mihi enucleatius praefandum sit. Oriundus igitur erat Thero ex nobilissima gente Emmenidarum (O. III 38. P. VI 4), qui magis fabularum ambitione quam historica fide ducti originem suam a regia stirpe Thebana repetiverunt, unde Cadmus Laius Oedipus Polynices Thersander inter maiores Theronis referuntur (vv. 25. 42—50). Iam attritis regum Thebanorum et Argivorum opibus cum Polynicis progenies Lacedaemonem concessisset, Eteoclis nepos Athenas exul venisset, una cum iis, qui Lacedaemone Argis Athenis trans mare migraverunt et in insulas Theram Rhodumque colonias deduxerunt, maiores Emmenidarum quoque

fuisse et ex Rhodo, unde primum Gelam Ol. 22, 3 et centum octo annis interiectis Agrigentum urbem Ol. 49, 3 conditam esse testimonio Thucydidis VI 4 constat, in Siciliam venisse credebantur. Telemachi vero ducis, qui Phalaridis tyrannidem Agrigentinam sustulit, filius aut nepos Emmenida fuit, a quo phratria Emmenidarum Agrigentina nomen traxit. Ab Emmenida Aenesidemus, clarissimus satelles Gelonis, descendit, cuius ex duobus filiis, Therone et Xenocrate, prior imperio Agrigentinorum potitus est et una cum Gelone, cui filiam Demaretam in matrimonium collocavit, Carthaginienses ad Himeram terra marique fudit. Inde clarissimus factus aequo regimine rebus Agrigentinis moderabatur, sed nihilo minus intestinis bellis et necessariorum dissensionibus vehementer lacessebatur. Inprimis in Hieronis regis Syracusani inimicitias incurrit, qui cum Polyzelo fratri, cuius praesidio Gelo Demaretam uxorem cum filiolo suo mandaverat et cuius filiam Thero ipse uxorem duxerat, vehementer invideret, Theroni, quod illum hospitio exceptum tueretur, arma intulit et Himeraeos, qui Agrigentinorum imperium aversabantur, socios sibi iungere coepit. Cum iam in eo res esset, ut copiae utrimque ad flumen Gelam in aciem educerentur, Simonides poeta Theronem patefactis Himeraeorum proditionis consiliis cum Hierone reconciliavit (v. schol. O. II 80. 173, ex Timaeo petita). His cum dissidiis, quae Diodorus XI 48 initio anni Ol. 76, 1 facta esse narrat, insidiae Capyis et Hippocratis, cognatorum Theronis (v. schol O. II 173) arcte cohaerere videntur. Nam eos duces Himeraeorum et auctores proditionis fuisse Boeckhius acute perspexit. Aliquot annis post Thero vita decessit Ol. 77, 1, si Diodorum XI 53 sequimur, Ol. 76, 4, si rationes Boeckhii Expl. p. 209 probamus; de bona eius existimatione haec Diodorus l. l. refert: *τὴν ἀρχὴν ἐπιεικῶς διῳκηκὼς καὶ ζῶν μεγάλης ἀποδοχῆς ἐτύγχανε παρὰ τοῖς πολίταις καὶ τελευτήσας ἡρωικῶν ἔτυχε τιμῶν.*

Iam nobis quaerendum est, quo anno Thero victoriam Olympicam, quam hac oda Pindarus illustrat, reportasse videatur. Vacillat enim, ut ex critico apparatu cognoscere licet, huius rei memoria, cum alii hanc victoriam Ol. 76 = 476 a. Chr., alii Ol. 77 = 472 a. Chr. partam esse referant. Atque mihi quidem Boeckhii ratio priorem sententiam amplectentis unice probatur. Nam et recenti indignatione Theronem ob Hieronis perfidiam et proditionem patruelium flagrasse ex oda ipsa apparet (v. 18. 62. 106), et anno 472 tam insigni familiaritate Hieronis Pindarus utebatur, ut tum temporis minime ei liceret perfidiam et iniuriam Hieronis oblique carpere. Neque quod Diodorus dissidia Theronis et Hieronis Ol. 76, 1 facta esse narrat, id a recta via te deicere par est. Saepe enim ille res, quae iam initio solaris anni gestae erant, in Olympiadis proximum annum transtulit, unde non audacis est putare, iam ante mensem Augustum, quo ludi Olympici agebantur, lites istas Theronis et Hieronis motas et compositas esse. Neque tamen silentio praetereo non omnes viros doctos Boeckhii rationibus adstipulari et Bergkium, cum odam O. III post O. I scriptam esse sibi persuasisset et O. I contra fidem Olympicorum indicum Ol. 76 factam esse perhibuisset, Theronis victoriam ad Ol. 77, 1 rettulisse.

Summum carminis in Theronis virtutibus illustrandis eiusque animo de iniuriis ab impiis hominibus acceptis consolando versatur, cuius solatii

argumenta poeta inprimis petivit ab iusto regimine divini numinis, quod et in hac terra rebus humanis aeque consuleret et de mortuis severa iudicia exerceret. In prooemio ex tribus laudationibus, Iovis praesidis Pisae, Herculis conditoris ludorum, Theronis victoris, tertiam persequendam sibi proponit (1–8). Iam a Theronis maioribus, qui post multos labores Agrigentum urbem condiderint, orsus (9–12), pro futura felicitate eius pias preces fundit, ut iniuriarum acerba memoria oblitteretur (13–20); aerumnas enim praeteritas praesenti felicitate vinci et adversas res secundis in vita humana mixtas esse, eius rei documento esse casus filiarum Cadmi et fata Labdacidarum (21–49). Sic Theronis quoque animum praesenti felicitate victoriarum Olympicarum Pythicarum Isthmicarum ab tristitia refici, qua felicitate unice eum dignum esse, ut qui divitiis cum pietate fruatur et de rebus divinis sapienter sentiat (50–62). Inde veterum sapientium Pythagoreorumque dogmata de animae immortalitate atque palingenesia exponit: severa de mortuis apud inferos iudicia fieri, unde boni beata vita fruantur, impii diris poenis affligantur, qui autem ter sine scelere vitam peregerint, ad insulas beatorum, ubi Peleus Cadmus Achilles degant, deducantur (62–91). Iam cum in eo poeta esset, ut talem sortem etiam Theroni, homini iustissimo, obventuram esse auguraretur, ab arcanis rebus longius persequendis se revocat atque in eo acquiescit, ut iuratus Theronis virtutes innumeras instar harenarum esse pronuntiet (92–110).

Theronis in honorem Pindarus praeter epinicia O. II et III etiam encomium misit, cuius frustula collecta habes fr. 118 et 119. Praeterea iam anno 494 Thrasybulo eiusque patri Xenocrati, quem fratrem Theronis fuisse supra diximus, victoriam Delphicam carmine P. VI gratulatus erat. Iam ante Theronem ex optimatibus Siciliae Olympia vicerant et monumenta consecraverant Pantares Menecratis fil. Gelous, Cleandri et Hippocratis tyrannorum pater (v. Herod. VII 154), cuius titulus nuper Olympiae inventus est (Arch. Zeit. 1882 n. 424), et Gelon Gelous, qui cum Ol. 73 = 488 a. Chr. vicisset, aeneum currum a Glaucia factum (Arch. Zeit. 1878 n. 186) Olympiae dedicavit (Paus. VI 9, 4). Denique idem Gelon, Hieronis frater maior, thesaurum Olympiae aedificavit, quem, quod manubias Carthaginiensibus ad Himeran detractas continebat, Carthaginiensem appellabant (Paus. VI 19, 7; cf. Die Ausgrabungen zu Olympia IV 35 ss.), quo thesauro etiam antiquiorem fuisse Gelae urbis thesaurum (Paus. VI 19, 15) ex architectonicis indiciis colligunt (v. Bötticher, Olympia p. 202).

De metris.

Carminis huius numeri sunt paeonici, quibus similibus in carminibus O. x. P. v. Pindarus usus est. Colorum in hoc genere carminum nulla fere vis est, unde ea ne dividere quidem operae pretium esse duximus. Pedes principales sunt cretici et paeones primus et quartus, qui ita inter se similes sunt, ut saepe in hoc carmine (str. 3. 6. ep. 1. 4) alter alterius vicem obtineat. Bacchios et antibacchios num creticis et paeonibus poeta admiscuerit, dubitare possis. Atque bacchios, quorum prior aut posterior longa in duas breves soluta sit, eo magis spernendos putavi, quod hanc licentiam in cognatis pedibus ionicis etiam post Pindarum raro Attici

poetae admiserunt. Qua de causa in strophae quidem versu septimo bacchios recipere non dubitavi, contra in versibus str. 3. 5. ep. 1. 4, ne antibacchios, quorum prima longa soluta esset, admittere cogerer, primam versus syllabam longam anacrusis vim obtinere et paeonicis ordinibus versuum str. 2. 6 iambicam anacrusim praemissam esse significavi. Praeterea in tertio versu, cum aut longae finali prioris membri versus ambitus quinque temporum tribuendus aut transitus a creticis ad bacchios statuendus fuerit, priorem sententiam amplecti malui, quamvis Aristides de mus. I 33 rhythmicum tempus quinque morarum esse neget. Denique ditrochaeus in locum cretici pedis nisi sub finem strophae (v. 8) et epodi (v. 6) non successit. Magnas vero difficultates parant tripodiae trochaicae catalecticae paeonibus in epodi versibus secundo et tertio interpositae. Atque in secundo versu facilius eae ferri possunt, quod totus versus ex tripodiis constat; sed in tertio versu cum unam tripodiam tribus creticis admiscere dubitarem neque transitum a creticis pedibus ad bacchios probarem, ad remedium quintuplae longae confugiendum duxi. Ceterum audaciores rationes, quas in rhythmis huius carminis adornandis Schmidtii, Henricus et Mauricius (Pindars olympische Siegesgesänge p. LIII ss. et Stzb. d. b. Ak. a. 1872 p. 420 ss.) inierunt, refellere ab angustiis huius commentarioli alienum fuit. Ad postremum moneo versus strophae sextum et septimum in unum versum a Boeckhio secundis curis copulatos esse, mihi priorem rationem magis placuisse, ita tamen, ut alterius editionis numeros uncinis inclusos in sinistra margine adderem. Cantatum esse hoc carmen puto inter convivium (v. 52) a choro tripudiante fidibus accinentibus (v. 1. 52). Saltasse autem chorum inde colligo, quod et paeanes, quorum praecipuus rhythmus paeon vel creticus fuit, saltari solebant, et rhythmorum tanta aequalitas in hac oda servata est, ut etiam pausarum intervalla facile definiri possint (conf. Prol. p. LVI). Perbene autem speciem paeanis hoc epinicium induit, quo victoria Olympica ita praedicatur, ut simul piae preces pro salute regiae domus fundantur et mysteriorum sancta dogmata revelentur.

Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι, *Στρ. α'.*
τίνα θεόν, τίν' ἥρωα, τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν;

VARIA LECTIO. Inscr. *Θήρωνι Ἀκραγαντίνῳ ἅρματι B* — Schol. ad inscr.: *γέγραπται ὁ ἐπίνικος Θήρωνι Ἀκραγαντίνῳ ἅρματι νικήσαντι* (*νενικηκότι B*) *τὴν οζ' ὀλ.* (numerum Olympiadis om. *A*), ad v. 166: *Θήρων οϛ' ἢ οζ' ἐνίκησε*, ad v. 168 *ἐνίκα οὖν οϛ'*. — 2. *τίνα δ' ἡρ A* — *τίν' ἄνδρα CD* —

COMMENTARII. v. 1. *ἀναξιφόρμιγγες*· phormingi hymnum imperare Pindarus voluit, artis antiquae leges secutus; postea ordine inverso tibias hymno imperare conqueritur Pratinas ap. Athen. XIV 617 — 2. imitatus est Pindarum ordine male inverso Horatius C. I 12: *quem virum aut heroa lyra vel acri | tibia sumis celebrare Clio, | quem deum?* Adeo autem Horatius Pindari exemplar expressit, ut quas ille quinque pericopas fecerat, eas ipse quindecim strophis, quarum trinae in triadicam periodum cogerentur, redderet. Inter Graecos triplicem istam distinctionem imitati sunt Antiph. I 27 *οὔτε θεοὺς οὔθ' ἥρωας οὔτ' ἀνθρώπους αἰσχυνθεῖσα*, Isocrat. 9, 39 *οὐδεὶς οὔτε θνητὸς οὔθ' ἡμίθεος οὔτ' ἀθάνατος εὑρεθήσεται κάλλιον λαβὼν ἐκείνου τὴν βασιλείαν* —

ἦτοι Πίσα μὲν Διός· Ὀλυμπιάδα δ' ἔσ-
τασεν Ἡρακλέης
ἀκρόθινα πολέμου·
Θήρωνα δὲ τετρα͜ορίας ἕνεκα νικαφόρου
γεγωνητέον, ὄπιν δίκαιον ξένων,
ἔρεισμ' Ἀκράγαντος,
εὐωνύμων τε πατέρων ἄωτον ὀρθόπολιν·

καμόντες οἳ πολλὰ θυμῷ Ἀντ. α'.
ἱερὸν ἔσχον οἴκημα ποταμοῦ, Σικελίας τ' ἔσαν
ὀφθαλμός, αἰὼν δ' ἔφεπε μόρσιμος, πλοῦ-
τόν τε καὶ χάριν ἄγων
γνησίαις ἐπ' ἀρεταῖς.
ἀλλ' ὦ Κρόνιε παῖ Ῥέας, ἕδος Ὀλύμπου νέμων
ἀέθλων τε κορυφὰν πόρον τ' Ἀλφεοῦ,
ἰανθεὶς ἀοιδαῖς
εὔφρων ἄρουραν ἔτι πατρίαν σφίσιν κόμισον

λοιπῷ γένει. τῶν δὲ πεπραγμένων Ἐπ. α'.
ἐν δίκᾳ τε καὶ
παρὰ δίκαν ἀποί- ητον οὐδ' ἂν
χρόνος ὁ πάντων πατὴρ δύναι-
το θέμεν ἔργων τέλος·

4. ἀκροθίνια *C*, quod Zenodotum legisse testantur schol. — 5. δὲ om. *A* — νικαφόροις C^1 — 6. ὄπιν δικ. ξένων Hermann opusc. I 248: ὀπὶ δικ. ξένον codd. — 8. ὀρθόπτολιν *AD* — 11. δ' ἔφ. *ACD*: τ' ἔφ. *B* — μόρσιμος ἐπ' ὄλβον coni. Heyne, μοιρίδιος ὄλβον Schwickert, Unters. zu Pind. Ol. II. 1891 p. IV — 18. τε om. *C* — ἂν om. *A* —

4. ἀκρόθινα πολέμου, ludos ex primitiis belli institutos; rem poeta ipse O. X 62 illustrat; Pindarum imitatus est auctor epigrammatis ap. Paus. V 27, 12: Ζηνὶ θεῶν βασιλεῖ μ' ἀκροθίνιον ἐνθάδ' ἔθηκαν. cf. Thuc. I 132 τρίποδα . . . ὃν ἀνέθεσαν οἱ Ἕλληνες ἀπὸ τῶν Μήδων ἀκροθίνιον — 6. ὄπιν, quod ingeniosa coniectura Hermannus reposuit, cum P. VIII 71. I. V 58 notionem curae habeat, hoc loco eum significat, qui cum iura hospitum iusto regimine tueatur, ipse hospitum sollicita cura est, sive quem hospites verecunda cum cura suspiciunt. Hoc enim etiam regis dignitati magis convenit quam si hospitum causam iuste curare dicatur — 7. ἔρεισμ' Ἀκράγαντος Theronem Pindarus dicit, ut Homerus Aiacem ἕρκος Ἀχαίων (H 211), et ipse fr. 76 Athenas Ἑλλάδος ἔρεισμα, P. III 56 Arcesilaum πύργον ἄστεος — 8. εὐωνύμων· eadem versus sede poeta posuit nomina cum εὖ composita εὔφρων v. 16, εὐθυμιᾶν v. 38, εὐεργέταν v. 104, ut et imagine vocis repercussae luderet et vim adverbii gravitate modorum musicorum augeret; v. Prol. p. XIX — 10. schol.: ἱερὸν δὲ εἶπεν οἴκημα τὴν Ἀκράγαντα διὰ τὸ Ἀθηνᾶς αὐτόθι νεὼν εἶναι περιττῶς ἁγιστευόμενον, ἢ διὰ τὸ τὴν Ἀκράγαντα τῇ Περσεφόνῃ εἰς τὰ ἀνακαλυπτήρια ὑπὸ Διὸς δοθῆναι — 11. ὀφθαλμός· cf. O. VI 16 et Aristot. rhet. III 10, 7, quo posteriore loco Athenae et Sparta oculi Graeciae dicuntur — 16. σφίσιν addito λοιπῷ γένει explicatur, ut O. VIII 83 κόσμον ὃν σφιν Ζεὺς γένει ὤπασεν — 18. παρὰ δίκαν· iniurias Hieronis et proditionem Capyis et Hippocratis respici supra exposuimus scholiorum auctoritatem secuti — ἀποίητον· cf. Simonid. 69 τὸ γὰρ γεγενημένον οὐκέτ' ἄρεκτον ἔσται — 19. χρόνος ὁ πάντων πατήρ· hunc locum respicit Longus II 5 τοῦ Κρόνου

λάθα δὲ πότμῳ σὺν εὐδαίμονι γένοιτ᾽ ἄν.
ἐσλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων πῆμα θνάσκει
παλίγκοτον δαμασθέν,

ὅταν θεοῦ Μοῖρα πέμπῃ Στρ. β΄.
ἀνεκὰς ὄλβον ὑψηλόν. ἕπεται δὲ λόγος εὐθρόνοις
Κάδμοιο κούραις, ἔπαθον αἳ μεγάλα, πέν-
θος δ᾽ ἔπιτνεν βαρὺ
κρεσσόνων πρὸς ἀγαθῶν.
ζώει μὲν ἐν Ὀλυμπίοις ἀποθανοῖσα βρόμῳ
κεραυνοῦ τανυέθειρα Σεμέλα, φιλεῖ
δέ νιν Παλλὰς αἰεὶ
καὶ Ζεὺς πατὴρ μάλα, φιλεῖ δὲ παῖς ὁ κισσοφόρος.

λέγοντι δ᾽ ἐν καὶ θαλάσσᾳ Ἀντ. β΄.
μετὰ κόραισι Νηρῆος ἁλίαις βίοτον ἄφθιτον
Ἰνοῖ τετάχθαι τὸν ὅλον ἀμφὶ χρόνον. ἤ-
τοι βροτῶν γε κέκριται
πεῖρας οὔ τι θανάτου,
οὐδ᾽ ἡσύχιμον ἁμέραν πότερα, παῖδ᾽ ἀελίου,
ἀτειρεῖ σὺν ἀγαθῷ τελευτάσομεν·

---

23. *πέμπῃ BCD*: *πέμψῃ A* — 24. *δ᾽ ὁ λόγος* Hartung — 25. *πάθον A* — *δ᾽ ἔπιτνεν* Hermann: *δὲ πιτνεῖ* codd., *δὲ πίτνει* Mingarelli — 28. *τανέθειρα* A^s — *φιλέοντι δὲ μοῖσαι* (*μοῦσαι A*) post *ἀεὶ* addunt *ABCD*, eiec. Tricl., iam Aristophanem grammaticum deleri iussisse testantur scholia — 30. ante *μάλα* interpunxit Bergk — 33. *βροτῷ* coni. Naber — *γε* om. *B* — 34. *πεῖρας Byz.*: *πέρας ABCD* — *θανάτου* codd. et schol.: *καμάτου* coni. M. Schmidt in Philol. I 643 — 35. *ἡσ.*: *ἁσ. ABCD*; cf. Prol. X — *πότερα* coni. Herwerden: *ὁπότε* codd. et schol. —

πρεσβύτερος καὶ αὐτοῦ τοῦ πάντων πατρὸς χρόνου. — 20. similem sententiam habes P. I 46. N. X 24 — 23. *θεοῦ μοῖρα*· Parcam imperio Iovis subditam significat; cf. O. XII 2 — 24. *λόγος* ratio congrua, cf. ad P. I 35. Post tristes casus secundas res fieri, hoc cum ratione fati filiarum Cadmi congruere dicitur —

24—49 fata maiorum Theronis adumbrat — 25. *Κάδμοιο κούραις*· Cadmi filiae cum quatuor fuissent, Semele Ino Autonoe Agave, duas poeta nominat, Semelam et Ino, quae insigni fortunae beneficio in deorum coetum evectae erant — 29. Semelam cur Iupiter et Bacchus benigne excipiant, ex ipsa fabula de Iove ex Semela Bacchum procreante apparet; Pallas cur eam diligere dicatur, minus in aperto est, unde iam veteres grammatici varias sententias protulerunt, quarum maxime probatur, quod Minerva Agrigentinis dea tutelaris fuit (cf. ad v. 10), nisi forte poetam in hac re fabulam de Hercule a Iove et Minerva in caelum recepto secutum esse putas — 31. *λέγοντι δ᾽ ἐν καὶ θαλάσσᾳ* pro *καὶ ἐν θαλάσσᾳ*· particulae *καὶ* inter praepositionem et casum nominis collocatae exempla congessit Haupt opusc. I 131 — 33. *Ἰνοῖ*· Inus fabulam iam Homerus Od. V 333 commemorat — *ἄφθιτον . . τὸν ὅλον ἀμφὶ χρόνον*· his ambagibus redditur Homericum *ἄφθιτον ἀεί* — 35. schol.: *οὐδὲ τοῦτο διακεκριμένον ἐστὶν οὐδὲ ἀναμφισβητήσιμον καὶ ἑστηκός, ποίαν ἡμέραν εἰρηναίαν καὶ ἀγαθὴν διάξομεν*· quae sententia ut huic loco unice convenit, ita ex vulgata scriptura

ῥοαὶ δ' ἄλλοτ' ἄλλαι
εὐθυμιᾶν τε μέτα καὶ πόνων ἐς ἄνδρας ἔβαν.

οὕτω δὲ Μοῖρ', ἅ τε πατρώιον Ἐπ. β'.
τῶνδ' ἔχει τὸν εὔ-
φρονα πότμον, θεόρ-τῳ σὺν ὄλβῳ
ἐπί τι καὶ πῆμ' ἄγει παλιν-
τράπελον ἄλλῳ χρόνῳ·
ἐξ οὗπερ ἔκτεινε Λᾷον μόριμος υἱὸς
συναντόμενος, ἐν δὲ Πυθῶνι χρησθὲν
παλαίφατον τέλεσσεν.

ἰδοῖσα δ' ὀξεῖ' Ἐριννὺς Στρ. γ'.
ἔπεφνέ ϝοι σὺν ἀλλαλοφονίᾳ γένος ἀρήιον·
λείφθη δὲ Θέρσανδρος ἐριπέντι Πολυνεί-
κει, νέοις ἐν ἀέθλοις
ἐν μάχαις τε πολέμου
τιμώμενος, Ἀδραστιδᾶν θάλος ἀρωγὸν δόμοις·
ὅθεν σπέρματος ἔχοντα ῥίζαν πρέπει
τὸν Αἰνησιδάμου
ἐγκωμίων τε μελέων λυρᾶν τε τυγχανέμεν.

---

37. δ' *BCD*: τ' *A* — 40. τόνδ' C^1 — 41. ἄλλος χρόνος A^i — 42. μόριμος Tricl.: μόρσιμος *ABCD*, utrumque agnoscunt schol. — 43. συναντώμ. *CD* — 44. τέλεσσεν *B*: τέλεσεν *ACD* — 45. ἐριννὺς *ABCD*: ἐρινὺς *E* — 46. ἔπεφνε Tricl.: πέφνε (πέφνεν *A*) *ABCD* — 47. νέων coni. Herwerden probabiliter — 49. Ἀδραστιδ. Tricl.: Ἀδραστειδ. *ABCD* — δόμοιο *A* — 50. ἔχοντα Aristarchus (? v. schol.) et $E^2 N^s P^s Q^s$: ἔχοντι $ABCDE^1$, quam lectionem Didymus probavit puncto post ῥίζαν posito — 52. λυρᾶν τυγχ. omisso τε *D* —

ὁπότε elici nequit, quare ingeniosam et facilem coniecturam Herwerdeni πότερα recipiendam duximus — 38. ἄνδρας hoc loco idem quod ἀνθρώπους significare patet, quae significatio non solum apud poetas frequens, sed ne a prosa quidem oratione aliena est — 41. ἄγει· ne tu ἄγεν corrigendum esse ducas, Parca gentis Emmenidarum ut praeteritis temporibus, sic etiam nunc secundis rebus adversas admiscet; cf. O. XIII 105 δαίμων γενέθλιος — 42. μόριμος υἱός, Oedipus, qui ut oraculum, quod olim Laio patri Delphis editum erat, ratum faceret, fatali vi vel invitus adactus est — 45. ἰδοῖσα δ' ὀξεῖ' metri causa pro ἰδοῖσα ὀξὺ dictum est; Iurenka contulit ὀξεῖα χρέμισαν ἵπποι Hes. scut 348; illud ὀξὺ ἰδών ex prisco ὀξὺ ϝιδὼν natum est. Conf. Soph. Ai. 836 ἀεὶ δ' ὁρώσας πάντα τὰν βροτοῖς πάθη σεμνὰς Ἐρινῦς. Furiae filios Oedipi Eteoclem et Polynicem, ut se invicem interficerent, compulisse dicuntur, quod Furiarum erat impium animum filiorum erga patrem Oedipum ulcisci — 47 ss. Thersandrum, filium Polynicis et filiae Adrasti, a quo genus Adrasti denuo pullulavit (Ἀδραστιδᾶν θάλος), et Epigonorum et Troiani belli participem fuisse ferebant (v. Paus. VII 3, 1. IX 5, 7), sed quo tempore vel loco idem ludorum certamina subierit, nihil relatum est; neque scio an ne Pindarus quidem hoc traditum invenerit, sed ipse finxerit, ut auctorem gentis bellica et ludicra laude Theronis similem faceret.

50. ad res praesentes redit, virtutes Theronis victoris illustrans. —

Ἀντ. γ'.

Ὀλυμπίᾳ μὲν γὰρ αὐτὸς
γέρας ἔδεκτο, Πυθῶνι δ' ὁμόκλαρον ἐς ἀδελφεὸν
Ἰσθμοῖ τε κοιναὶ Χάριτες ἄνθεα τεθρίπ-
πων δυωδεκαδρόμων
ἄγαγον. τὸ δὲ τυχεῖν
πειρώμενον ἀγωνίας παραλύει δυσφρονᾶν.
ὁ μὰν πλοῦτος ἀρεταῖς δεδαιδαλμένος
φέρει τῶν τε καὶ τῶν
καιρόν, βαθεῖαν ὑπέχων μέριμναν ἀγροτέραν,

Ἐπ. γ'.

ἀστὴρ ἀρίζηλος, ἐτυμώτατον
ἀνδρὶ φέγγος· εἴ
γέ νιν ἔχων τις οἶ-δεν τὸ μέλλον,
ὅτι θανόντων μὲν ἐνθάδ' αὔ-
τις ἀπάλαμνοι φρένες

---

55. δυόδεκα δρόμων *B* — 57. παραλ. δυσφρ. Tricl.: δυσφρ. παραλ. *ABCDE* — δυσφρονᾶν coni. Dindorf: δυσφρυσύναν *ABCD*, δυσφρόνων Tricl., ἀφροσυνᾶν schol. — 58. δαιδαλμένος *D* — 59. τε: δε *A* — 62. εἴ γε Boeckh; εἰ δὲ codd., εὖτε Hermann, εὖ δέ νιν ἔχων τις οἴσει Herwerden — 63. αὖτις coni. Rauchenstein: αὐτίκ' codd. et schol. —

54. victoriis Pythicae et Isthmicae, quarum fratrem Xenocratem consortem Thero habuit, carmina P. VI et I. II consecrata sunt — 55. δωδεκαδρόμων· schol.: ὅτι δώδεκα δρόμους ἔτρεχον τὰ τέλεια ἅρματα, τουτέστι ιβ' καμπτῆρας· cf. O. III 33. VI 75. P V 33; de ambigua quaestione, utrum duodecim curricula simplicia an dupla fuerint, vel utrum duodecies an sexies circa metam cucurrerint, vide Pollack, Hippodromica, Lips. 1890 p. 104 — 57. δυσφρονᾶν, quod Dindorfius restituit, ad analogiam vocabulorum εὐφρόνη, δυσφρόνη, ἀφρόνη formatum est — 60. ἀγροτέραν· θηρευτικὴν scholia interpretantur, et analogia Ἀρτέμιδος ἀγροτέρας interpretes confirmant; aliis locis, ut P. III 4. N. III 46, fortasse etiam P. IX 6 vulgaris significatio 'ferae, agrestis' huic nomini est.

62. Theronis epinicio aptissime Pindarus inserit placita Orphicorum de poenis et praemiis defunctorum et Pythagoreorum somnia de palingenesia; haec enim cum in Italia et Sicilia pervulgata essent (cf. Erw. Rohde, Psyche p. 508 ss.), Theroni et genti Emmenidarum, qua pietate erga deos erant, apprime grata et accepta erant. Similia de his rebus exponunt Pindarus fr. 129—133. Plato de rep. X 617 ss., Phaedr. 249. Ps. Plat. Axioch. 371. Vergilius Aen. VI 748 ss. Totam hanc doctrinam uberrime nuper pertractavit Dieterich, Nekyia 119 ss. — 62. ἀνδρὶ φέγγος· cf. Aristoph. Plut. 640 μέγα βροτοῖσι φέγγος Ἀσκληπιόν — εἴ γέ νιν· loci, qualem Boeckhius restituit, sententia haec est: divitiae virtutibus ornatae lux quaedam homini sunt, si quidem, cum dives sit (πλοῦτον ἔχων, non πλοῦτον ἀρεταῖς δεδαιδαλμένον ἔχων) res post mortem futuras non ignorat; hi enim, cum quae poenae impiis post mortem constitutae sint reputent, a scelere et superbia deterrentur; ceteris autem, cum ad impia consilia administranda divitiis abutantur, decus ex divitiis paratur nullum — 63 ss. etiam recepta Rauchensteinii praeclara emendatione αὖτις pro αὐτίκ' restat obscuritas quaedam loci, quoniam quae secundo loco dicta sunt τὰ δ' . . . ἀνάγκᾳ, priore loco dicenda fuerunt. Neque tamen inversio ordinis adeo offensioni est, ut aut adverbium ἐνθάδε a suo verbo ἔτισαν divellamus et cum adiectivo ἀπάλαμνοι (v. schol. τῷ δὲ ἀπάλαμνοι φρένες συναπτέον τὸ ἐνθάδε), vel cum participio θανόντων (Rohde Psyche p. 501) coniungamus, aut animas in terram remissas facinorum in Orco commissorum poenas luere credamus, aut denique ἀπαλάμνους φρένας animas non flagitiis pollutas, sed perversitatis

ποινὰς ἔτισαν, τὰ δ' ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχᾷ
ἀλιτρὰ κατὰ γᾶς δικάζει τις ἐχθρᾷ
λόγον φράσαις ἀνάγκᾳ.

ἴσ' ἐν δὲ νύκτεσσιν αἰεί, Στρ. δ'.
ἴσα δ' ἐν ἁμέραις ἀέλιον ἔχοντες ἀπονέστερον
ἐσλοὶ δέκονται βίοτον, οὐ χθόνα ταράσ-
σοντες ἐν χερὸς ἀκμᾷ
οὐδὲ πόντιον ὕδωρ
κεινὰν παρὰ δίαιταν· ἀλλὰ παρὰ μὲν τιμίοις
θεῶν οἵτινες ἔχαιρον εὐορκίαις
ἄδακρυν νέμονται
αἰῶνα· τοὶ δ' ἀπροσόρατον ὀκχέοντι πόνον.

64. τᾷ διὸς *C* — 66. ἐχθρὰ A^{ac} — ἀνάγκα *A* et schol. — 67. ἴσαις δὲ νύκτ. (ἴσαις δὲ ἐν νυκτ *B*) . . . ἴσαις δ' ἐν ἁμ. codd. vett. et schol., ἴσον δὲ νυκτ . . . ἴσα δ' ἐν Tricl., ἴσ' ἐν δὲ . . . ἴσα δ' ἐν ἁμ coni. Schwickert, ἴσον δὲ . . . ἴσον ἐν ἁμ. Boeckh, ἴσαις δὲ . . . ἴσαις δ' ἁμ. Mommsen. — 68. ἅλιον codd. — 69. δέκονται *A*: δέρκονται *BCD*, νέμονται *Byz.*, δρέπονται coni. Geel. — χαράσσοντες coni. Naber — ἐν χερὸς ἀκμᾷ *ACD* et schol.: ἐν χερὸς ἀλκᾷ *B*, ἀλκᾷ χερῶν Mosch. — 71. κεινὰν Mosch.: κενεὰν *ABCD*, κείναν Madvig Adv. crit. I 186 — ταμίοις *B*, τίμιοι coni. Thiersch; παρὰ τιμαόροις Hartung — 72. εὐορκίαισιν *D* — 74. τοῖς δ' scholia cum lemmate cod. *A* —

et pertinacitatis levibus vitiis maculatas intellegamus (Luebbert, de Pindaro dogmatis de migratione animarum cultore p. XIX). Haec igitur duo ait poeta homini sapienti persuasum esse, et scelera, quae hac in terra latuerint, infra a severis et quos nemo fallat iudicibus castigari, et animas mortuorum (θανόντων) maleficiis pollutas denuo in terram remitti, ut turpi corporis formae inclusae poenas impietatis malignitatisve luant — ἔτισαν· aor. gnom., de quo iuxta praes. usurpato cf. N. III 40 — 67 . . . 74 quo modo iudicia apud inferos exerceantur et debitam quisque sortem nanciscatur poeta exponit, alteram sententiam, praecedentis strophae, τὰ δ' ἐν τᾷδε . . . ἀνάγκᾳ, longius persequens. Haec enim poeta obscura, utpote mystica, dogmata Orphicorum secutus docere voluisse videtur: primum mortuorum de factis a iudicibus Orci iudicium fieri, deinde probos in sedem piorum, improbos in sedem impiorum mitti, tum postquam illis in sedibus per aliquot annos animae commoratae fuerint, rursus eas in terram remitti et corpori iungi, ut aliae reges et heroes fiant, aliae sues et ferae (fr. 133), porro illos mortuos iterum severa iudicia subire, quo orbe ter percurso tandem qui infra et supra ter probati fuerint ad insulas beatas Elysii pervenire — 67. ἴσα . . . ἴσα, pariter noctu atque interdiu, ut perpetua serenitas significetur; cf. epigr. coll. Kaibeli n. 228b: Λητογενές, σὺ δὲ παῖδας ἐν ἡρώεσσι φυλάσσοις, εὐσεβέων αἰεὶ χῶρον ἐπερχόμενος. Contra schol.: ἴσον ἡμῖν τοῖς ζῶσι χρόνον ἐπιβάλλει ὁ ἥλιος καὶ τοῖς ἐν ᾅδου δικαίοις, quae interpretatio parum splendoris vitae beatorum afferret — 68. ἀπονέστερον, minus molestam vitam quam quae iis, dum in hac terra degunt, obtigit. Agriculturae et navigationis laboribus, quos alii ob rerum penuriam (κεινὰν παρὰ δίαιταν v. 71) suscipere cogantur, iustos in Orco vacare Pindarus ad exemplum Hesiodi opp. 231 exponit. Pindari versus ante oculos habuit Gregorius Naz., de spiritibus coelestibus t. II p. 43 a Tafelio laudatus: οὐ πλοῦτος κείνοισιν ἐράσμιος οὐδ' ὅσα θνητοῖς | Γαῖα φέρει κακίης μελεδήματα· οὐκ ἀρόουσιν, | οὐ πελάγη πλώουσιν ἀτειρέος οὕνεκα γαστρός. — 71. τιμίοις θεῶν· schol.: τῷ Πλούτωνι καὶ τῇ Περσεφόνῃ. τίμιοι illi non tam quod honorati inter deos sunt appellantur, sed peculiari usu quod τιμὰς ἀπονέμουσι τοῖς θανοῦσιν — 72. οἵτινες ἔχαιρον εὐορκίαις vicem subiecti verbi νέμονται obtinent. Quominus ea cum Rauchensteinio ad τιμίοις θεῶν referas, ipsa vis pronominis οἵτινες obstat — 74. impiorum in Orco vitam quod uno versu ab-

ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ἐστρὶς 'Αντ. δ'.
ἑκατέρωθι μείναντες ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν
ψυχάν, ἔτειλαν Διὸς ὁδὸν παρὰ Κρόνου
τύρσιν· ἔνθα μακάρων
νάσος ὠκεανίδες
αὖραι περιπνέοισιν, ἄνθεμα δὲ χρυσοῦ φλέγει,
τὰ μὲν χερσόθεν ἀπ' ἀγλαῶν δενδρέων,
ὕδωρ δ' ἄλλα φέρβει,
ὅρμοισι τῶν χέρας ἀναπλέκοντι καὶ κροτάφους

βουλαῖς ἐν ὀρθαῖσι Ῥαδαμάνθυος, 'Επ. δ'.
ὃν πατὴρ ἔχει
μέγας ἑτοῖμον αὐ-τῷ πάρεδρον,
πόσις ὁ πάντων Ῥέας ὑπέρ-τατον ἐχοίσας θρόνον.
Πηλεύς τε καὶ Κάδμος ἐν τοῖσιν ἀλέγονται·
'Αχιλλέα τ' ἔνεικ', ἐπεὶ Ζηνὸς ἦτορ
λιταῖς ἔπεισε, μάτηρ·

74. *ἀπροσόρατον ABD*: *ἀπροσούρατον C*, *ἀπροόρατον O*[1] — *ἐκχέοντι A* — 76. *ἑκάτερθε C*[1] — *ἐχέμεν C* — 77. *ἔτειλαν* Tricl. et schol.: *ἔστειλαν ABCD* et paraphr. — 78. *νᾶσος* Tricl. et paraphr.: *νᾶσον ABCD* — 79. *περιπνείουσιν A*, *περιπνέοισαν B* — 82. *κροτάφους* coni. Karsten: *στεφάνους ABC*[1]*D*, *στεφάνοις C*[2]*Byz.*, *κεφαλάς* coni. Pauw — 83. *βουλαῖς ἐν ὀρθαῖσι AB*: *βουλαῖσιν ὀρθαῖσι C*, *βουλαῖς ὀρθαῖσι D* — 84. *μέγας* Mommsen[2]: *γᾶς* (*γῆς AC*[2]) *ABCD*, *Κρόνος* Tricl., *χθονὸς* Mommsen, *Διὸς* post Pauwium Kaibel, Herm. 19, 246 *γᾶς* ex glossa *παῖς* proximi versus ortum esse ratus, *ὅν τε Γᾶς ἔχει πάϊς* ipse in proecdosi tentaveram — 85. *πόσιος* Aristarchum probasse scholia narrant. — *ὑπέρτατον* Tricl.: *ὕπατον ABCD* — *ἐχοίσας παῖς θρόνον ABCD*, *παῖς* eiec. Tricl. — 87. *ἀχιλέα AB* —

solvit, piorum septem versibus persecutus est, hoc poeta consolandi Theronis causa fecit, cui nimirum laeta sors piorum, non tristis improborum exspectanda fuit — 75. palingenesiam non perpetuam esse credebant, ut deinceps semper animae in terram remitterentur, sed ter probatas, cum tertium remissae sceleris purae mansissent, inter beatarum numerum recipi et in Elysii campos mitti — 77. *Διὸς ὁδόν* Orphicam poesin sapere Dissenio et Bergkio opusc. II 708 videtur, qua de sententia confer sobrium iudicium Erwini Rohde Psyche p. 505. Ceterum Saturnum iam Hesiodus opp. 169 ss. aurea aetate deperdita in extremis terrae terminis insularum beatorum sceptrum tenere tradidit — *Κρόνου τύρσιν·* Saturni arcem, a qua non differre credo Homeri *Λευκάδα πέτραν* (ω 11) et promontorium Zephyri poetae mystici Avieni or. mar. 226 — 78. *νάσος*, cuius in locum iam in optimis codicibus interpolata lectio *νᾶσον* successit, acc. pl. est diphthongo *ους* Aeolico more correpta, quae eadem correptio invenitur in *ἐσλὸς* N. III 29; tertium exemplum *ἡμένος* N. X 62 dubiae fidei est — 83. Rhadamanthum solum Saturno iudici assidentem Pindarus facit, auctoritatem Homeri δ 563 secutus: *ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης | ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς.* cf. Prol. p. CXXIV — 84. restitutio loci corrupti incerta est, verum tamen lectionem *Κρόνος* ex interpolatis codicibus recipere eo magis dubitavimus, quod nomen dei iam supra v. 77 allatum est; Saturnus coniectura Bergkii probata apte praedicatur magnus pater, Rheae maritus, quae ipsa, cum Magna dea esset, omnium summam tenebat sellam — 86. Peleum Cadmum Achillem cum in insulis fortunatorum com-

ὅς Ἕκτορ' ἔσφαλε, Τροίας *Στρ. ε'.*
ἄμαχον ἀστραβῆ κίονα, Κύκνον τε θανάτῳ πόρεν,
Ἀοῦς τε παῖδ' Αἰθίοπα. πολλά μοι ὑπ' ἀγ-
κῶνος ὠκέα βέλη
ἔνδον ἐντὶ φαρέτρας
(85) φωνάεντα συνετοῖσιν· ἐς δὲ τὸ πὰν ἑρμηνέων
χατίζει. σοφὸς ὁ πολλὰ ϝειδὼς φυᾷ·
μαθόντες δὲ λάβροι
παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὥς, ἄκραντα γαρύετον

Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον. *Ἀντ. ε'.*
ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον, ἄγε θυμέ, τίνα βάλλομεν
(90) ἐκ μαλθακᾶς αὖτε φρενὸς εὐκλέας ὀισ-
τοὺς ἱέντες; ἐπί τοι
Ἀκράγαντι τανύσαις
αὐδάσομαι ἐνόρκιον λόγον ἀλαθεῖ νόῳ,
τεκεῖν μή τιν' ἑκατόν γε ϝετέων πόλιν
φίλοις ἄνδρα μᾶλλον
εὐεργέταν πραπίσιν ἀφθονέστερον τε χέρα

Θήρωνος. ἀλλ' αἶνον ἐπέβα κόρος *Ἐπ. ε'.*
(96) οὐ δίκᾳ συναν-
τόμενος, ἀλλὰ μάρ-γων ὑπ' ἀνδρῶν,

89. ἕκτορα σφάλε *A* — 90. εὔμαχον *A* — 93. ἐς δ' ἄπορον coni. Schwickert — 94. σοφὸς . . . θεῖον affert Aristid. or. XLV t. II p. 34 Dind. — 96. γαρύετον codd. et schol. et Aristid.: γαρύεται coni. Mommsen, γαρυέτων coni. Bergk.; ὡς . . . γαρυέμεν coni. Dawes — 97. ὄρνιθα $A^1 C^2$ — 100. τανύσσαις *ABCD* — 101. αὐδάσομεν B^1 — ὅρκιον *C* — 102. γ' *ABCD*: τ' C^{ac} — 104. τε πραπ. *A* — 106. συναντώμ. *C* —

morantes faciat, Theronem quoque iustitiae et virtutis idem praemium consecuturum esse significat. De Achille illic commemorante confer scolium 11 ap. Athen. XV 695 et Plat. symp. 179 e et 180 b — 90. Cycnum Neptuni filium ab Achille occisum esse in Cypriis, Memnonem Aurorae filium in Aethiopide narratum erat; cf. I. V 39.

91. Orci et Elysii descriptionem poeta abrumpit, ut ad Theronis victoriam redeat. Illa cum ex arcanis placitis Orphicorum et Pythagoreorum sumpta essent, dicit *φωνάεντα συνετοῖσιν* i. e. initiatis philosophia et mysteriis — *ἐς δὲ τὸ πάν*, in vulgus; vocalem nominis *πᾶν* in adverbiali formula corripuit ex analogia nominum compositorum *πάμπᾶν* et *σύμπᾶν* — 96. *γαρύετον·* schol.: *εἰ δέ πως πρὸς Βακχυλίδην καὶ Σιμωνίδην αἰνίττεται, καλῶς ἄρ' ἐξείληπται τὸ γαρύετον δυϊκῶς.* Atque rectius certe poeta carpere existimatur aemulos poetas in aula Hieronis commorantes quam rhetoricae artis magistros Coracem et Tisiam, de quibus Verall, Journ. of philol. IX 197 cogitavit. — 97. *Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον·* clamore vano certant adversus Iovis aquilam; simili fastu se aequilae, aemulos corvis et graculis comparat N III 80. V 21; Pindarum imitatus est Theocr. VII 45 — 98. in comparatione sententiarum poesis cum sagittis arcus, quam v. 91 inchoavit, perseverans Agrigentum eiusque regem Theronem scopum sibi proponit; simili comparatione usus est O. I 115. IX 5. — 102. *ἑκατόν γε ἐτέων·* ab

τὸ λαλαγῆσαι θέλων κρύφον
  τιθέμεν ἐσλῶν καλοῖς
ἔργοις· ἐπεὶ ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευγεν,
καὶ κεῖνος ὅσα χάρματ' ἄλλοις ἔθηκεν,
τίς ἂν φράσαι δύναιτο;

---

107. *θέλων*: *φιλῶν* et deinde *κρύφον τε θέμεν* Naber — *κρύφον* Aristarchus: *κρύφιον ABCD*; *τιθέμεν* coni. Hermann: *τε θέμεν ABCD* — *ἐσλῶν καλοῖς* Aristarchus: *ἐσλὸν* (*ἐσθλὸν CD*) *κακοῖς ABCD* — 108. *ἐπεὶ*: *ἔπ'· εἰ* coni. Kaibel Herm. 19, 249 — *περιπέφευγε BCD*: *περιφεύγει A* — 109. *καὶ κεῖνος* Mommsen: *κἀκεῖνος ABCD*

Agrigento Ol. 49, 3 condito usque ad victoriam Theronis Ol. 76, 1 partam anni 106 sunt, quos, ut poetam decet, rotundo numero adumbrat — 105. *Θήρωνος*· de hoc nomine magna cum vi in principium novae strophae tracto confer P. XII 17; praeivit in hoc artificio Pindaro Homerus Il. A 52 — 107. *τὸ λαλαγῆσαι . . . κρύφον τιθέμεν*· garriendo homines petulantes, quominus carmina encomia exaudirentur, impedivisse dicit — *κρύφον*, quod accusativi praedicativi vim obtinet, a nominativo utrum nominis masculini *κρύφος*, an participii neutrius *κρύφον* descendat, incertum est.

ΟΛΥΜΠ. Γ΄.

ΘΗΡΩΝΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩι

ΕΙΣ ΘΕΟΞΕΝΙΑ.

Strophae.

: ⏖ – ⏖ – – ⁝ ⏑ – | – ⁝ ⏖ – ⏖ – |

– ⁝ ⏖ – ⏖ – – ⁝ ⏑ ⏓ |

– ⁝ ⏖ – ⏖ – –, : ⏑ – – ⁝ ⏖ – ⏖ ⏓ ||

– ⁝ ⏑ – –, | ∸ ⏑ – – ∸ ⏑ – – | ⁝ ⏖ – ⏖ – – ∸ ⏑ ⏓

⁝ ⏑ – – ∸ ⏑ – – ∸ ⏑ – ⏓ ||

Epodi.

: ⏑ – ⏓ ∸ ⏑ – – | ⁝ ⏖ – ⏖ –

: ⏑ – – : ⏖ – ⏖ – || – ⁝ ⏑ – – ∸ ⏑ ⏓ ||

: ⏖ – ⏖ –, – | ⁝ ⏖ – ⏖ – – ⁝ ⏑ ⏓

: ⏖ – ⏖ –, – ⁝ ⏑ – ⏓, | ⁝ ⏖ – ⏖ ⏓

: ⏑ – – ∸ ⏑ – – ∸ ⏑ – – ||

Argumentum.

Pindarus cum ex tribus, quibus laudes epinicii carminis deberentur, deo heroe viro, ultimum, Theronem victorem, superiore oda illustrasset, hanc odam heroum, Herculis et Dioscurorum, laudibus consecravit. In prooemio igitur a sacris Tyndaridarum, quibus Thero eiusque amici coronati intererant, proficiscitur (1—13). Corona vero oleagina, qua Thero victor redimitus erat, ansam ei praebet narrandi fabulam de oleastro ab Hercule ex agro Hyperboreorum in nemus Olympicum translato (13—34). Sub finem redit ad Dioscuros heroes, quibus Hercules vita decedens curam ludorum mandaverit, et Theronem regem, qui curuli victoria Olympica reportata summum fastigium humanae felicitatis attigerit (35—45) — De tempore carminis ex eo, quod poeta in ultimis versibus 42 ss. simili gradatione atque in praeclaro prooemio primi carminis Olympici usus est, Bergkius, Hermanni opusc. v 67 opinionem secutus, hoc carmen post O. i scriptum esse conclusit, equidem nihil colligere ausim. Ut enim in promptu est suspicari poetam versibus exilibus huius carminis splendiorem illum locum auditoribus in mentem revocare voluisse, ita contrarium quoque defendi potest, ut primum poetam gradationem istam

in carmine O. III summis lineamentis adumbrasse, postea in carmine O. I splendidius exornasse et perpolivisse dicamus. Cantatum hoc carmen est sacris Theoxeniis Dioscurorum, quorum favori Thero victoriam Olympicam debere ferebatur (v. schol. ad inscr.). Horum igitur sacrorum opportunitate Thero similiter atque Carneorum Arcesilaus (P. v) usus esse videtur, ut victoriam Olympicam Musa Pindari, fortasse tum iam in Sicilia commorantis, denuo et publice celebrandam curaret. Namque hoc carmen non solum in codicibus post O. II collocatum est, sed etiam auctor carminis ipse et versu quarto (*νεοσίγαλον εὑρόντι τρόπον·* cf. I. v 63) et toto argumento carminis, quo prooemium carminis superioris, O. II 2, respicit, hoc tertium carmen post secundum scriptum esse significavit. Nolo tamen silentio praetermittere Boeckhium Bergkium alios in contrariam sententiam inclinare, ut primum poetam hoc carmine publice victoriam Theronis, deinde carmine secundo inter privatos parietes praedicasse ducant. Denique fabulam de Hercule conditore Olympicorum ludorum iam antea a poeta carmine O. x fuse tractatam esse moneo.

De metris.

Carmen gravissimum ad antiquam et severam normam carminum dactylo-epitriticorum compositum est, unde quod poeta *νεοσίγαλον τρόπον* se invenisse dicit (v. 4), non novum quendam et antea non auditum modum se promere, sed dactylo-epitritos huius carminis a paeonibus, quibus in antecedenti carmine usus esset, diversos esse significat. In metris enim conformandis adeo nihil poeta novavit, ut formas epitritorum et dactylicarum tripodiarum solas adhibuerit et secundum veterem morem carminum *σχοινοτενῶν* (cf. fr. 79) strophae versus quatuor continuitate numerorum coniunxerit. Epodi rhythmorum cursus paulo concitatior est, sed ne hic quidem in mediis versibus umquam rectum ordinem numerorum interrupit. Dorici vero modi, quibus carmen compositum est (v. 5), egregie gravitati et austeritati numerorum dactylo-epitriticorum conveniunt — Cantatum est carmen a choro (v. 6) fidibus et tibiis accinentibus (v. 8) in Theoxeniis Dioscurorum (v. 1). Utrum autem in pompa ad aedem Dioscurorum cantatum sit, quae scholiastarum opinio est (ad v. 10), an inter epulas publicas, quibus in sacris Theoxeniorum populum excipi solitum esse exemplo Euphorionis apud Herod. VI 127 docemur, non praefracte diiudicare ausim; sed tamen priorem sententiam frequenti anacrusi et metro *κατ' ἐνόπλιον* commendari existimo.

Στρ. α΄.

Τυνδαρίδαις τε φιλοξείνοις ἁδεῖν καλλιπλοκάμῳ θ' Ἑλένᾳ
κλεινὰν Ἀκράγαντα γεραίρων εὔχομαι,

VARIA LECTIO. Inscr. *τῳ αὐτῷ ἅρματι. Θεοξένια AC, τῷ αὐτῷ εἰς Θεοξένια BD* — 1. *φιλοξέν. BC* —

COMMENTARII. v. 1. Tyndaridis poeta placere vult, quod carmen in sacris Tyndaridarum cantabatur, id quod et vetere inscriptione *εἰς Θεοξένια* indicatur et adnotatione Aristarchi confirmatur in scholiis: *Ἀρίσταρχός φησι παρὰ τοῖς Ἀκραγαντίνοις διὰ τιμῆς εἶναι τοὺς Διοσκούρους καὶ πατρίῳ ἔθει καὶ νῦν αὐτοὺς*

Θήρωνος Ὀλυμπιονίκαν ὕμνον ὀρθώσαις, ἀκαμαντοπόδων
ἵππων ἄωτον. Μοῖσα δ' οὕτω μοι παρεσταίη νεοσίγαλον
εὑρόντι τρόπον
Δωρίῳ φωνὰν ἐναρμόξαι πεδίλῳ

Ἀντ. α'.

ἀγλαόκωμον. ἐπεὶ χαίταισι μὲν ζευχθέντες ἔπι στέφανοι
πράσσοντί με τοῦτο θεόδμητον χρέος,
φόρμιγγά τε ποικιλόγαρυν καὶ βοὰν αὐλῶν ἐπέων τε θέσιν
Αἰνησιδάμου παιδὶ συμμῖξαι πρεπόντως, ἅ τε Πίσα με
γεγωνεῖν, τᾶς ἄπο
θεόμοροι νίσσοντ' ἐπ' ἀνθρώπους ἀοιδαί,

Ἐπ. α'.

ᾧ τινι κραίνων ἐφετμὰς Ἡρακλέος προτέρας,
ἀτρεκὴς Ἑλλανοδίκας γλεφάρων Αἰτωλὸς ἀνὴρ ὑψόθεν

---

4. *μοῖσαι C* — 4. *μοι παρεσταίη* coni. Naber: *ποι* (*πον* C^{II} cum *C* vv. 4—11 bis habeat, *τοι D*) *παρέστα* (*παρέσται D*) *μοι ABCD*, *τοι παρίστα* (*παρέστα* op. v 381) *μοι* Boeckh — 7. *θεόδμητον BC*: *θεόδματον AD* — 9. *παιδὶ*: *πὰρ παιδὶ* B^1 — *πρεπόντως*: *Θήρωνος B* — 9. *με γεγωνεῖν* codd. et schol., *ἃ γεγωνεῖν* coni. Hartung, *με γεγωνεῖ* coni. Pauw — 10. *θεόμοροι P*: *θεόμοιροι ABCD* —

χρῆσθαι. Theoxenia autem ista sacra audiebant, quod in iis mensa et lectus sternebantur (lectisternia), ut dii, quos hominum coetum et hospitalitatem haud spernere credebant, epularum et convivii consortes fierent. Hanc consuetudinem et Pindarus O. III 39. N. X 49 respicit et similes loci Herod. VI 127 et Athen. IV p. 137 e necnon inscriptiones artisque monumenta confirmant, quibusde conferre iuvat Furtwänglerum in Roscheri Lex. mythol. I 1167 s., et Crusium, Philol. 53, 68. 132. Ceterum ficta esse videntur, quae scholiastae, cur Theoxeniis potissimum victoriam Thero celebrandam curaverit, memoriae produnt; isti enim quo tempore Thero Dioscuris sacra faceret eosque ad Theoxenia invitaret, nuntium victoriae allatum esse hariolantur. — 3. schol.: *τὸ δὲ ὀρθώσαις εἶπε μετενεγκὼν ἀπὸ τιθεμένων ἀνδριάντων ἢ ἀγαλμάτων·* cf. I. I 46; hac autem metaphora ut uteretur, eo magis Pindaro in promptu erat, quod etiam alias (N. V in.) carmen epinicium statuae in honorem victoris positae comparavit — 4. *οὕτω·* sic, si Agrigentum atque Theronem praedicando Tyndaridis grata facturus sum, ut saepe optantes particulis *οὕτω* et *sic* utuntur — 5. *Δωρίῳ . . . πεδίλῳ* Doricam harmoniam musicorum modorum (*μέλους*) poeta indicat; idem gressusne choreutarum (*βάσιν* schol.) an calceum pedi accommodatum eumque commode recipientem adsignificarit quaeritur; alteri explicationi favet similis locus O. VI 8, cf. I. I 16 — 6 et 9. particulae *μὲν* et *τε* sibi respondent usu Pindaro familiari; cf. O. V 10. VI 4. VII 88. P. II 31. 58. XI 46. N. II 9. V 44. I. I 14. — 7. *θεόδμητον χρέος·* munus poetae a diis conditum praedicat — 8. de lyra et tibiis coniunctim (*συναυλίᾳ*) verbis carminis accinentibus confer I. V 27 et Proleg. p. XCVIII. Fidibus autem canoris, quae lyricis carminibus omnibus et inprimis hymnis factae erant, alacres tibiae adiungebantur, quibus choreutae ad procedendum incenderentur et in servandis vicibus arsis et thesis adiuvarentur. Pindari hunc locum imitatus est Horatius ep. 9, 5 *sonante mixtum tibiis carmen lyra.* — 9. *ἃ δὲ Πίσα με γεγωνεῖν·* si recte tradita sunt, aspera verborum structura ita poeta usus est, ut ex praecedenti *πράσσοντι* hic suppleret *πράσσει* — 12. *Ἑλλανοδίκας . . . Αἰτωλός.* schol.: *Αἰτωλοὶ πρῶτοι ἐγένοντο Ἑλλανοδίκαι ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ ὅτι ὁ κτίστης τῆς Ἤλιδος Ὀξύλος Αἰτωλὸς ἦν.* Conf. Herod. VIII 73 *Αἰτωλῶν δὲ Ἦλις.* Cum autem diu Elei et Pisatae inter se certarent, utris ius

ἀμφὶ κόμαισι βάλῃ γλαυκόχροα κόσμον ἐλαίας· τάν ποτε
Ἴστρου ἀπὸ σκιαρᾶν παγᾶν ἔνεικεν Ἀμφιτρυωνιάδας,
μνᾶμα τῶν Οὐλυμπίᾳ κάλλιστον ἀέθλων,

Στρ. β'.

δᾶμον Ὑπερβορέων πείσαις Ἀπόλλωνος θεράποντα λόγῳ·
πιστὰ φρονέων Διὸς αἴτει πανδόκῳ
ἄλσει σκιαρόν τε φύτευμα ξυνὸν ἀνθρώποις στεφανόν τ' ἀρετᾶν.
ἤδη γὰρ αὐτῷ πατρὶ μὲν βωμῶν ἁγισθέντων διχόμηνις ὅλον χρυσάρματος
ἑσπέρας ὀφθαλμὸν ἀντέφλεξε Μήνα·

Ἀντ. β'.

καὶ μεγάλων ἀέθλων ἁγνὰν κρίσιν καὶ πενταετηρίδ' ἁμᾶ
θῆκε ζαθέοις ἐπὶ κρημνοῖς Ἀλφεοῦ·
ἀλλ' οὐ καλὰ δένδρε' ἔθαλλεν χῶρος ἐν βάσσαις Κρονίου Πέλοπος.
τούτων ἔδοξεν γυμνὸς αὐτῷ κᾶπος ὀξείαις ὑπακουέμεν αὐγαῖς ἀελίου.
δὴ τότ' ἐς γαῖαν πόρευεν θυμὸς ὁρμᾷ

---

13. *βάλλῃ D* — 14. *σκιερᾶν A* — *Ἀμφιτρυωνιάδας Byz.*: *Ἀμφιτρυωνίδας ABCD* — 15. *ὀλυμπ. ABCD*, *οὐλυμπ.* Mosch. — 17. *αἴτει* $B^{pc}CD^{s}$: *αἰτεῖ* AB^{1}, *ἔτει D* — 18. *ἄλσει*: *Ἄλτει* coni. Koene — *σκιερόν CD* — 19. *αὐτῷ B*: *αὐτῶ ACD*, *αὐτοῦ πατρὸς* C^{s}, utrumque schol. — 21. *μεγάλαν A* — 23. *δένδρ' D* — *βάσαις AC* — 25. *πορεύεν A*: *πορεύειν BCD*, *περαίνειν* coni. Naber — *ὁρμᾶ*: *ὥρμα A*, *ὥρμαιν' BCD*, *πόρευ' ἔνθυμος ὁρμά* coni. M. Schmidt Ind. lect. Ien. 1879 p. 8 —

Olympios ludos instituendi suppeteret (cf. Strab. p. 355. Paus. VI 22, 2; Bursian Geogr. II 274), Pindarus hoc loco aperte ius Eleorum, ut qui tum re vera Olympicos ludos administarent, tuitus est. De nomine et numero *Ἑλλανοδικῶν* v. Proleg. LXXV s.

13 ss. ad fabulam Herculis oleam ab Istro Olympiam transplantante transit — 14. *σκιαρᾶν*, quod Pindarus Istrum flumen in tenebricosis regionibus septentrionum oriri putavit; conf. O. VIII 47. I. VI 23. et Soph. OC. 1248 *νυχιᾶν ἀπὸ Ῥιπᾶν*. Originem fabulae oleastri ex Istro Olympiam translati ab similitudine foliorum oleastri et salicis in ripis Istri frequentis repetenda esse videtur. Ab hoc loco Pindari profectus Simmias poeta Alexandrinus Apoll. fr. 1 oleas in insulis Hyperboreorum nasci dixit — 16. *Ἀπόλλωνος θεράποντα·* conf. P. X 35 ss. — 17. *αἴτει* non *αἰτεῖ* scribendum censui, quod imperfecto *αἴτει* post aoristum *ἔνεικεν* in narratione non pergente, sed ad actionem adiunctam deflectente (*παρατατικήν*) suus locus est — 18. *ἄλσει·* respicit poeta *Ἄλτιν*, quae ab eadem stirpe atque *ἄλσος* denominata est et tum temporis arboribus consita erat — 19. *αὐτῷ* et *ὑπ' αὐτοῦ* scil. *ἁγισθέντων* significare et a verbo *ἀντέφλεξε* pendere potest; alterum ethicam dulcedinem orationi addit — *πατρί·* Iovi — 20. *Μήνα·* schol.: *ἐπεὶ ἐν τῇ πανσελήνῳ ὁ Ὀλυμπιακὸς ἀγὼν ἄγεται·* cf. O. X 81 et Prol. LXXXVI — 23. Iam veteres grammatici ambigebant, utrum *Κρονίου* sc. *ὄρους* suo talo stet, an cum *Πέλοπος* coniungendum sit, ut O. VI 29 dictum est *Ποσειδάωνι Κρονίῳ*. Alteram interpretationem qui probabant, Tantalum, patrem Pelopis, a Plutoe, filia Saturni, partum esse dicebant, quam genealogiam, cuius vestigia in Pindari carminibus frustra quaeras, Pausanias II 22, 3 novit — 25 ss. Apollodorus II 139 Herculem post labores omnes

Ἐπ. β'.

Ἰστρίαν νιν· ἔνθα Λατοῦς ἱπποσόα θυγάτηρ
δέξατ' ἐλθόντ' Ἀρκαδίας ἀπὸ δειρᾶν καὶ πολυγνάμπτων
μυχῶν,
εὖτέ μιν ἀγγελίαις Εὐρυσθέος ἔντυ' ἀνάγκα πατρόθεν
χρυσόκερων ἔλαφον θήλειαν ἄξονθ', ἅν ποτε Ταΰγέτα
ἀντιθεῖσ' Ὀρθωσίᾳ ἔγραψεν ἱεράν.

Στρ. γ'.

τὰν μεθέπων ἴδε καὶ κείναν χθόνα πνοιαῖς ὄπιθεν Βορέα
ψυχροῦ. τόθι δένδρεα θάμβαινε σταθείς.
τῶν νιν γλυκὺς ἵμερος ἔσχεν δωδεκάγναμπτον περὶ τέρμα
δρόμου
ἵππων φυτεῦσαι. καί νυν ἐς ταύταν ἑορτὰν ἵλαος ἀντι-
θέοισιν νίσσεται
σὺν βαθυζώνου διδύμνοις παισὶ Λήδας.

---

26. *Ἰστρίαν νιν ABCD*: *Ἰστρία νιν* Aristarchus interpunctione in fine antistrophae posita — 29. *χρυσεόκερων A* — fort. *ἄξειν* — 30. *Ὀρθωσίας* coni. Ahrens bene — 31. *ἴδε* C^{ac} *D*: *εἶδε AB* C^{pc} — *κἀκείν. ABCD* — *πνοιαῖς ABCD*: *πνοιᾶς* ed. Rom. — 33. *περὶ* om. C^{ac} — 34. *εἰς A* — *νίσεται ABCD* — 35. *διδύμνοις* coni. Hermann: *διδύμοις A*, *διδύμοισι BCD* —

exantlatos expeditionem contra Augeam suscepisse narrat, cuius auctoritatem secutus Dissenius bis Herculem ad Hyperboreos profectum esse statuit, primum iussu Eurysthei (*ἀνάγκα* v. 28), ut cervam cornutam Taygetae ex illis regionibus reduceret, alterum sua sponte (*θυμός* v. 25), ut oleastrum, quem in ripis Istri tum vidisset, Olympiam transferret, quae res nescio an a poeta ipso olim particula *αὖτις*, quam postea glossa *ὦρμα* summotam puto, expressa fuerit; tu quidem verte *δέξατο*, acceperat — 26. *ἱπποσόα*· Diana, quae una cum Apolline ab Hyperboreis colebatur, *Ἀρτέμιδι ταυροπόλῳ* cognata erat et in nummis Phenei, oppidi Arcadiae, et Pherarum Thessalicarum cum equo adstante repraesentabatur; cf. Homericum epitheton *χρυσήνιος Ἄρτεμις* Il. VI 205; v. Schreiber in Roscheri lex. myth. I 569 — 28. *ἀγγελίαις*· respicit Hom. O 639 *Εὐρυσθῆος ἄνακτος ἀγγελίης οἴχνεσκε βίῃ Ἡρακληείῃ* sc. *Μυκηναῖος Περιφήτης* — *πατρόθεν*· necessitatem a patre Iove ei irrogatam Pindarus significat narrationem Homeri *T* 95 ss. secutus — *ἔντυ' ἀνάγκα*· cf. Theognid. 193 *κρατερή μιν ἀνάγκη ἐντύει* — 29. *χρυσοκέρων ἔλαφον θήλειαν*· fabulosam et portentosam bestiam significat; fabulam eandem refert Apollod. II 82 — 29. *Ταΰγέτα*· Taygetam, Atlantis filiam pulcherrimam, a Diana, ut amatorias insidias Iovis fugeret, in cervam transmutatam esse eamque postea deae Dianae Orthosiae ut gratiam referret, cervam istam miraculosam consecrasse scholia narrant; cuius fabulae eadem atque Iphigeniae Tauricae origo fuit, ut abolitis victimis humanis bestiae in locum hominum substitutae esse significarentur — 30. *ἔγραψεν ἱράν* bene Dissenius scholia et Theocritum id. 18, 48 secutus de lamella interpretatur collo cervae alligata, cui inscriptum fuerit: *Ἀρτέμιδός εἰμι* — 31. *πνοαῖς ὄπιθεν Βορέα*· nomen Hyperboreorum adsignificat; dativus *πνοιαῖς* defenditur simili structura *πέλας ἐμβόλῳ* O. VII 18 — 33. redit narratio ad v. 25 — *δωδεκάγναμπτον*· cf. O. II 55 — 34. *φυτεῦσαι*· schol.: *τὸ Πάνθειον, ἐν ᾧ πεφύτευται ἡ ἐλαία, ἣν δρέπει ἀμφιθαλὴς παῖς χρυσῷ δρεπάνῳ, κλάδους. ιζ'* (fort. *ιή*) *τέμνων, ὅσα καὶ τὰ ἀγωνίσματα* — *καί νυν* pro vulgari *καὶ νῦν*, cf. P. III 66 — 35. *βαθυζώνου*· poetis idem hoc vocabulum valet quod *βαθύκολπος*, unde P. IX 2 *Χάριτες βαθύζωνοι*, P. I 12 *Μοῖσαι βαθύκολποι* dicuntur; ampli enim sinus vestis

Ἀντ. γ.

τοῖς γὰρ ἐπέτραπεν Οὐλυμπόνδ' ἰὼν θαητὸν ἀγῶνα νέμειν
ἀνδρῶν τ' ἀρετᾶς πέρι καὶ ῥιμφαρμάτου
διφρηλασίας. ἐμὲ δ' ὦν πὰρ θυμὸς ὀτρύνει φάμεν Ἐμμε-
νίδαις
Θήρωνί τ' ἐλθεῖν κῦδος, εὐίππων διδόντων Τυνδαριδᾶν,
ὅτι πλείσταισι βροτῶν
ξεινίαις αὐτοὺς ἐποίχονται τραπέζαις,

Ἐπ. γ'.

εὐσεβεῖ γνώμᾳ φυλάσσοντες μακάρων τελετάς.
εἰ δ' ἀριστεύει μὲν ὕδωρ, κτεάνων δὲ χρυσὸς αἰδοιέστατον,
νῦν γε πρὸς ἐσχατιὰν Θήρων ἀρεταῖσιν ἱκάνων ἅπτεται
οἴκοθεν Ἡρακλέος σταλᾶν. τὸ πόρσω δ' ἐστὶ σοφοῖς ἄβατον
κἀσόφοις. οὔ νιν διώξω· κεινὸς εἴην.

---

36. *ἐπέτρεπεν CD* — 37. *ῥιψαρμάτου* antiquam lectionem fuisse ex scholiis collegit Lehrs, Pindarschol. 41 — 38. *πὰρ* coni. Boeckh: *πᾷ* (*πα* $A^{pc}D$) *ABCD* et schol., *καὶ* coni. Schröder — 39. *κῦδος γ' A* — 40. *ξεν. ABCD* — 42. *αἰδοιέστατος A* — 43. *γε BC*: *δὲ AD* — 45. *μιν* (*νιν* C^1) C^1D: *μὴν A* (c. glossa *δή*) BC^2, *μὴ* C^3 Mingarelli — *κεῖνος* D^{ac} et v. l. schol., *κεινὸν οἶμον* coni. Herwerden. —

lato pectore et corpore non sub mammis, sed supra femora cincto olim efficiebantur, quamquam postea more mutato Musae alte cinctae ab artificibus ponebantur.

38 ss. a fabulis ad praesentes res redit — 38. *Ἐμμενίδαις*· de Therone ex stirpe Emmenidarum prognato confer O. II arg. — 41. *τελετάς*· schol.: *τελετὰς νῦν τὰς ἑορτάς· οὐ γὰρ τὰ ὄργια.* Similis vocabuli notio est O. 51. P. IX 97. N. X 34 — 42 ss. simili gradatione poeta O. I in. usus est, ita tamen, ut hoc loco accuratius utilitatem (*ἀριστεύει*) et opes (*κτεάνων*) et virtutem (*ἀρεταῖσιν*) distingueret. Columnas Herculis terminos orbis terrarum et consiliorum hominum esse similiter exponit N. III 21. I. III 30 — 43. *νῦν γε*· cf. O. I 108 *τῶν γε νῦν*, quo homines quales nunc sunt heroibus opponuntur — 44. *οἴκοθεν* addidit ad longitudinem itineris significandam — 45. *κεινὸς εἴην*· *κενεὸς ἂν εἴην, εἴ νιν* (i. e. *τὸ πόρσω*) *διώκοιμι* Boeckhius interpretatur. At alterum exemplum omissae particulae *ἂν* O. XI 21 Lehrsii felici coniectura remotum est, et tertium P. IV 118 Hermanni (de particula *ἄν*, in Opusc. IV 162) coniectura, non librorum fide nititur; quae autem praeterea afferuntur exempla O. IX 80 et P. XI 50 non similia sunt. Rectius igitur Gildersleevius comparato Lys. or. 21, 22 *μαινοίμην γὰρ εἰ ἀναλίσκοιμι* optativum explicat: mente cassum me dicant, si impossibilia vener.

ΟΛΥΜΠ. Δ.

ΨΑΥΜΙΔΙ ΚΑΜΑΡΙΝΑΙΩι

ΑΠΗΝΗι.

Strophae.

⏑⏑ –́ ⏑ –⏑ ⏑ –́ –| ⏑ –́⏑ ⏑ –, –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏓
⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –́ –⏑ ⏑ –́ –| ⏑ –́⏑ ⏑ – ⏑ –́ ⏓
–́ –⏑ ⏑ –́ –⏑ ⏑ –́ –|
–́ – –́ – –́ –
⏑ –́ ⏑ | – ⏑ –́⏑ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏓|
–́ – ⏑ –́⏑ ⏑ – –́ ⏑ –|
–́ ⏑ –⏑ ⏑ – ⏑⏑ ⏑ –| ⏑ ⏑ –
–́ – ⏑ –́ ⏑ ⏓|
–́ –⏑ ⏑ –́ –|
⏒ –́, ⏑ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏓|

Epodi.

– –́⏑ ⏑ – ⏑ –́ ⏓|
–́⏑ ⏑ – ⏑ –́ –
⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –
–́ –⏑ ⏑ –́⏑ ⏑ – –́| ⏑ ⏓
⏑ –́ ⏑ –⏑ ⏑ –́ – ⏑ –́ ⏑ ⏑⏑ ⏑ –
–́⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –́ ⏓|
–́ –⏑ ⏑ –́⏑ ⏑ ⏓|
⏑ –́ – ⏑ –́ ⏑ –| ⏑ –́ ⏑ ⏓
⏑⏑ –́| ⏑ ⏑ – –́⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –́| ⏑ – ⏑ –́ ⏑ ⏓

Argumentum.

Psaumis, cuius studia curulia duobus carminibus O. IV et V praedicantur, civis urbis Camarinae fuit, quae cum a Gelone eversa esset, a Gelois Ol. 79, 4 restituta est, unde *νέοικος* ea audit O. V 8; cf. Thuc. VI 5, Herod. VII 156, Diod. XI 76, schol. ad O. V 16. Eum Olympiade 82 = 452 a. Chr. victoriam Olympicam reportasse scholiorum testimonio ad O. IV inscr. constat, quo cum testimonio scholium ad O. V 6 conferre iuvat. Sed quo certaminum genere ista victoria reportata sit, minus exploratum est. Etenim O. V 3 (cf. O. IV 12) rheda mulari Psaumis vicisse disertim dicitur; idem tamen O. V 7 equis et mulis et equo desultorio certasse fertur, unde veteres scholiastae, cum eum Ol. 82 equis vicisse sumsissent, vocabulo *ἵπποις* O. V 7 primo loco posito in

errorem inducti, ceteras victorias alio anno reportatas esse arbitrati mularem eius victoriam Ol. 81 coniectura futtili assignabant. Sed cum neque pluribus Olympiadibus victoriam Psaumidem reportasse testimoniorum fide constet et triplex victoria equestris eodem anno reportata plane inaudita sit, Boeckhius rem ita expedivit, ut Psaumidem Ol. 82 rheda mulari sola vicisse, eodem autem anno etiam quadrigis et equo desultorio certasse, sed non vicisse statueret. Locus quoque, quo quarta haec oda cantata esse videretur, in disceptationem venit. Una enim ex parte particula *αὐτίκα* v. 5 indicio esse videtur, odam continuo post palmam partam Olympiae cantatam esse; altera autem ex parte invocationem Iovis Aetnaei (v. 6) magis carmini in Sicilia cantando convenire patet. De urbe Camerina ipsa eiusque situ et historia uberrime disputavit Schubring Philol. 32 (a. 1873) 490 ss.

In prima parte carminis Iovem poeta invocat, ut comissationem Psaumidis victoris propitius accipiat et futuris eius consiliis bene provideat. In epoda exigui carminis, ut ne fabulosa narratione plane careret, Psaumidem, qui praecanus victoriam reportasse videtur, cum Ergino Clymeni filio Argonauta comparat, qui in ludis funebribus Thoantis, cum in arenam descendens ob canitiem capillorum mulierum cachinnos movisset, palmam cursu meruit.

De metris.

Carminis huius in pompa (v. 12) fidibus succinentibus (v. 3) cantati numeri sunt logaoedici et trochaici, communi tractu Ionico consociati. In pompa cum aequis vicibus dextro et sinistro pede terra pulsanda fuerit, omnes versus in dipodias ita dividere conatus sum, ut in ea, quam ictu significavi, sede dexter pes poni posset. Etiam inania tempora ad intervalla pausarum explenda necessaria haud aegre definiri possunt. Versum quartum et prius colon quinti versus in unam periodum coniungentem Boeckhium neque Bergkius neque ego secuti sumus; item sub finem strophae codicum fidem sequi malui quam Boeckhium duas primas syllabas ultimi versus praecedenti versui adicientem. Longae autem initiali versuum strophae tertii sexti octavi noni, epodi quarti septimi vim *μακρᾶς τρισήμου* tribuendam esse duco, qua de re confer Prol. XIX et L. Difficillimus vero ad scandendum est versus quartus strophae, ut qui ex solis syllabis longis constet; equidem eum ex tribus spondeis duplicibus constare indicavi; etenim pedes orthii vel trochaei semanti, in quos et ipsos sex syllabas longas cogi posse largior

⊔ ⊔̇ ⊔̇ ⊔ ⊔̇ ⊔̇   ⊔̇ ⊔̇ ⊔ ⊔̇ ⊔̇ ⊔

carmini choro gradienti cantando minus conveniunt.

Στρ.

'Ελατὴρ ὑπέρτατε βροντᾶς ἀκαμαντόποδος
Ζεῦ· τεαὶ γὰρ ὧραι

VARIA LECTIO. Inscr. *Ψάμμιδι Καμαριναίῳ ἅρματι A, Ψαύμ. Καμ. ἵπποις C, Ψαύμιδι Καμαριναίῳ (Καμαρίνῳ B) ἵπποις νικήσαντι τὴν ὀγδοηκοστὴν δευτέραν*

COMMENTARII. v. 1. vocabulum *ἀκαμαντόποδος*, quod proprium equorum (O. III 3) est, ad fulmen Iovis velocibus equis vehentis transfertur, unde Horatius

ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς
ἑλισσόμεναί μ' ἔπεμψαν
ὑψηλοτάτων μάρτυρ' ἀέθλων.
ξείνων δ' εὖ πρασσόντων,
ἔσαναν αὐτίκ' ἀγγελίαν
ποτὶ γλυκεῖαν ἐσλοί.
ἀλλ', ὦ Κρόνου παῖ, ὃς Αἴτναν ἔχεις,
ἶπον ἀνεμόεσσαν ἑκατογκεφάλα
Τυφῶνος ὀβρίμου,
Οὐλυμπιονίκαν
δέξαι Χαρίτων ἕκατι τόνδε κῶμον,

Αντ.

χρονιώτατον φάος εὐρυσθενέων ἀρετᾶν.
Ψαύμιος γὰρ ἵκει
ὀχέων, ὃς ἐλαίᾳ στεφανωθεὶς
Πισάτιδι κῦδος ὄρσαι

ὀλυμπιάδα τεθρίππῳ παιδὶ Ἄκρωνος *BD*; ἵπποις et τεθρίππῳ a recentioribus grammaticis veteri inscriptioni νικήσαντι τὴν πβ' ὀλ. addita esse videntur, quamquam ἵπποις scholiasta ad O. v 19 iam invenit — Schol. ad O. v 19: ὅτι δὲ περὶ τὴν π' ἐνίκησεν Ὀλυμπιάδα ὁ Ψαῦμις τῇ ἀπήνῃ, οὕτω συνορᾶται· καταλύεται γὰρ αὐτῇ τὸ ἀγώνισμα περὶ πε ὀλυμπιάδα, τῷ δὲ ἅρματι ἐνίκησε τὴν πβ' ὀλυμπιάδα, ὥστε τὴν πα' ἐνίκησεν τῇ ἀπήνῃ ὁ Ψαῦμις, ad O. v 6: χρόνος δὲ οὐ μακρὸς (τοῦ ἡμιόνοις ἀγωνίζεσθαι), ἀλλὰ δεκατεὴς (fort. τρισκαιδεκαετὲς) τοῦτο διέλυσε (corr. διελύθη) — 4. πραττόντων *A* — 6. ὦ om. *ABCD*, add. N Tricl. — 7. ἵππον *A*C^{m} — ὀβρ. *ABD*: ὀμβρ. *C*; cf. P. IX 27 — 9. οὐλ. *Byz.*: ὀλ. *ABCD* — 10. δέξαι *ABCD*: δέκευ Tricl. bene — χάριτων ἕκατι Tricl.: χαρίτων γ' ἕκατι *A*, χαρίτων θ' ἕκατι *BCD* et schol. — κῶμον *AB*C^{pc}*D*: καὶ ὦμον C^{ac} — 11. ὕμνον χρονιώτατον *A* — Ψαύμιδος Tricl. et schol. — ante ὀχέων interpunxit Wiskemann — ἵκει *BC*: ἥκει *AD* —

C. I 34, 8 *tonantes egit equos volucremque currum Iupiter* — τεαὶ γὰρ ὧραι· causam cur Iovem invocarit, particula γὰρ poeta reddit. Ὧραι, Iovis et Themidis filiae, praesides tempestatum anni erant, quae redeuntibus Olympicis ludis poetam, ut certaminum testis esset, Olympiam deducebant. Similiter Simonides epigr. 205: πολλάκι δὴ φυλῆς Ἀκαμαντίδος ἐν χοροῖσιν ὧραι | ἀνωλόλυξαν κισσοφόροις ἐπὶ διθυράμβοις | αἱ Διονυσιάδες. Ceterum Pindari hic versus nescio an Phidiae menti obversatus sit, cum in summa sella Iovis Olympici tres Horas poneret, v. Paus. v 11, 7 — 2. ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς iunge cum ἔπεμψαν μάρτυρα, non cum ἑλισσόμεναι· nam fidibus canendi munus non Horarum est, sed Pindari victores suis carminibus illustrantis. De usu praepositionis ὑπό in hac re sollemnis conf. O. VII 13 ὑπ' ἀμφοτέρων (φόρμιγγος καὶ αὐλῶν) κατέβαν, Hes. scut. 280 αἱ δ' ὑπὸ φορμιγγῶν ἄναγον χορὸν ἱμερόεντα | ἔνθεν, αὖθ' ἑτέρωθε νέοι κώμαζον ὑπ' αὐλοῦ· cf. Archil. 166, Hom. Σ 492 — 4. ξείνων· hospitem Psaumidem poeta dicit, quod aut Olympiae aut cum in Sicilia commorabatur, hospitalis eius mensae consors fuit — 5. ἔσαναν· blandientes accipiunt; de translata hac vi verbi cf. P. I 52. II 82. Soph. OC. 320 — 6 ss. commentarii instar est P. I 15–20 — 10. Χαρίτων ἕκατι· Gratiarum gratia, ut quarum ope pompa et carmina fiant; cf. O. VII 11. P. IX 3. N. IV 7. VI 42. IX 54. I. V 21. VI 63. VIII 16. Adde quod Gratiae tres in sella Iovis Olympii iuxta Horas positae erant, de quibus vide Paus. v 11, 7 — 12. ὀχέων· genetivus pendens a κῶμος causam comissationis significat; proprie autem ὄχος et ὄχεα de rheda mulari usurpabantur; cf. Eur. Iph. Aul. 613 πωλικοὺς ὄχους· Pind. fr. 106, 6; schol. ad O. VI 39; Hesych. s. v. ὄχος Ἀκεσταῖος — 12. κῦδος ὄρσαι dictum est ad similitudinem Hom. *O* 596 Ἕκτωρ

σπεύδει Καμαρίνᾳ. θεὸς εὔφρων
εἴη λοιπαῖς εὐχαῖς·
ἐπεί νιν αἰνέω μάλα μὲν
τροφαῖς ἑτοῖμον ἵππων,
χαίροντά τε ξενίαις πανδόκοις
καὶ πρὸς ἡσυχίαν φιλόπολιν καθαρᾷ
γνώμᾳ τετραμμένον.
οὐ ψεύδεϊ τέγξω
λόγον· διάπειρά τοι βροτῶν ἔλεγχος·

ἅπερ Κλυμένοιο παῖδα Ἐπ.
Λαμνιάδων γυναικῶν
ἔλυσεν ἐξ ἀτιμίας.
χαλκέοισι δ' ἐν ἔντεσι νικῶν δρόμον
ἔειπεν Ὑψιπυλείᾳ
μετὰ στέφανον ἰών·
Οὗτος ἐγὼ ταχυτᾶτι·
χεῖρες δὲ καὶ ἦτορ ἴσον.
φύονται δὲ καὶ νέοις ἐν ἀνδράσιν
πολιαὶ θαμὰ καὶ
παρὰ τὸν ἁλικίας ἐοικότα χρόνον.

---

17. *φιλόπτολιν A* — 21. *ἅπερ AD*[ac]: *ἅτε C, ἅπερ καὶ BD*[pc] — 26. *οὗτος μὲν ἐγὼ A* — *οὗτος ἐγώ· ταχυτᾶτι χεῖρες* Gurlitt Kayser alii interpungendum esse censuerunt — 27. *χερ. C* — 29. *θαμὰ καὶ BCD* et schol.: *θαμάκι A* — *ἁλικίαις A* —

γὰρ οἱ θυμὸς ἐβούλετο κῦδος ὀρέξαι — 19. *οὐ ψεύδεϊ τέγξω λόγον·* non mentiri videbor, si dixero; re enim ipsa oratio mea confirmabitur, quo pacto olim Erginus, Clymeni filius, victoria cursu parta vegetem vim corporis quamvis praecanus comprobavit; de hac re scholia: *Ὑψιπύλης ἀγῶνα ἐπιτελούσης ἐπιτάφιον Θόαντι τῷ πατρὶ Λημνίων βασιλεῖ, συμβέβηκεν ἀπιόντας ἐπὶ τὸ χρυσοῦν δέρας τοὺς Ἀργοναύτας ἐκεῖσε γενέσθαι καὶ προτραπέντας εἰς τὸν ἀγῶνα ἀγωνίσασθαι. εἷς ὧν οὖν αὐτῶν ὁ Ἐργῖνος, νεώτερος μὲν τῷ χρόνῳ, προπόλιος δὲ τὴν κόμην, ὡς μὴ ἱκανὸς ἀγωνίσασθαι διὰ τὴν ὄψιν τῶν πολιῶν ἐγελᾶτο ὑπὸ τῶν γυναικῶν καὶ ἐπεκερτομεῖτο. ὡς δὲ διὰ τῶν ἔργων ἐδείχθη ὑπερβαλλόμενος τοὺς ἀγωνιστάς· ἦσαν δὲ οἱ τοῦ Βορέου παῖδες Ζήτης καὶ Κάλαϊς· ἐπαύσατο ἡ κατ' αὐτοῦ γενομένη χλεύη καὶ τοὐναντίον ἐθαυμάσθη. διὰ τοῦτο οὖν λέγει τὴν πεῖραν πεπαυκέναι τῆς ὕβρεως τῆς κατ' αὐτοῦ τὰς Λημνιάδας γυναῖκας.* Fabula commemorata iam erat a Simonide (v. schol. P. IV 450), retractata deinde est a Callimacho (v. schol. O. IV 32), denique significata a Philostr. Gymn. 3 — 24. *χαλκέοισι δ' ἐν ἔντεσι* cursus armatus significatur, quo in cursu etiam Pindari aetate aeneam galeam gestabant — 25. *στέφανον·* vestem victori mercedem datam esse dicere videtur P. IV 253; qui haec inter se conciliant, coronam praeter vestem datam esse comminiscuntur. — 26. utut interpungis, haec certe loci sententia est: pedum pernicitatem vidisti, in manibus autem et animo par pernicitati virtus — 28 sq. Erginine verba sint an poetae ambigunt; pulchrior certe species Ergini est risus feminarum cum ironia redarguentis.

ΟΛΥΜΠ. Ε′.

ΨΑΥΜΙΔΙ ΚΑΜΑΡΙΝΑΙΩι

ΑΠΗΝΗι.

Strophae.

–̈ – –⏑ ⏑ –́ –|⏑ ⏑ –́ ⏑ – –̈ ⏑ ⏓|
⁚ – –́⏑ ⏑|–⏑ ⏑ –́⏑ ⏑ – | –̈ ⏑ – ⏑ –́ ⏓|
⏖ –⏑ ⏑ –́ ⏑ – –̈ ⏑ – | –̈ ⏑ – ⏑ –́ ⏓

Epodi.

–̈ – –́⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –́⏑ ⏑| – ⏑, –̈ ⏑ – ⏑| –́ ⏓
–̈ – –́⏑ ⏑ –⏑ ⏑|–́⏑ ⏑ – –̈ ⏑ – –́ ⏑ –| –̈ ⏑ – ⏑ –́ ⏓|

Argumentum.

Carmen Olympicum quintum, quod scholia a priscis exemplaribus Pindari poetae afuisse, sed a Didymo tamquam Pindaricum commentariis instructum esse tradunt, in eundem victorem Psaumidem eandemque victoriam Ol. 82 reportatam panctum est. Camarinae ut caneretur destinatum fuisse ex argumento carminis affatim apparet. Auctor quoque carminis civis Camarinaeus vel saltem Siculus fuisse videtur, utpote qui situm urbis non ex sermonibus hominum sed suis ipsius oculis cognitum habuerit. Alterum autem hoc carmen in honorem victoriae Psaumidis factum est, sive quod Pindari carmen O. IV Olympiae cantatum erat et pro victore in patriam urbem redeunte novum carmen poscebatur, sive quod sua sponte Siculus quidam poeta Pindari artem aemulandi periculum fecit. Namque hoc carmen cum carminibus Pindari, inprimis O. IV (*ἀκαμαντόποδος ἀπήνας* O. V 3, *βροντᾶς ἀκαμαντόποδος* O. IV 1; *ἄωτον γλυκὺν* O. V 1, *ἀγγελίαν γλυκεῖαν* O. IV 4; *δέκευ δῶρα* O. V 3, *δέκευ κῶμον* O. IV 10) et I. V et VI (*ὑψηλᾶν ἀρετᾶν* O. V 1. I. V 45; *στεφάνων ἄωτον δέκευ* O. V 1. I. VI 4; *μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι* O. V 24, I. V 14; *ἄγων ἐς φάος* O. V 14, *ἀνὰ δ' ἄγαγον ἐς φάος* I. VI 62; *σωτὴρ ὑψινεφὲς Ζεῦ* O. V 17, *σωτῆρι Ὀλυμπίῳ* I. VI 8) tam multis in rebus et locutionibus conspirat, ut eius auctor Pindari carmina imitando expressisse et solis in metris conformandis suas a Pindari arte longe distantes rationes secutus esse ducendus sit, ut post alios nuper demonstravit Iurenka, Wien. Stud. XVII (1895) 9 ss. Quamquam God. Hermannus opusc. VIII 99 ss. falso hoc carmen a Pindaro abiudicari argumentis iusto subtilioribus demonstrabat — Incipit hoc carmen similiter atque P. XII

ab invocatione deae Camarinae, patronae lacus et urbis cognominis, in media et principali parte laudem virtutum victoris amplectitur, in epilogo pro salute eius pia vota facit; fabula prorsus caret. Tripartita divisio argumenti carminis cum tribus metricis pericopis concinit, qua de arte etiam a Pindaro in posterioribus carminibus observata in argumento carminis O. XIII disputavi. Praeclaro vero acumine Boeckhius expiscatus est tres has partes singillatim apud tria deorum delubra, quae non magno spatio distarent, cantatas esse huc illuc accedente choro.

De metris.

Metra huius carminis multa habent peculiaria et a Pindari arte aliena. Imprimis versus ithyphallicus, qui ipse lyricae Musae minus convenit et quater in tam brevi carmine recurrit, ab ingeniosa numerositate vatis Thebani abhorret. Carmen a choro in pompa tibiis Lydiis succinentibus, cum Psaumis victor in patriam rediret, ut coronam in templo Minervae deponeret, cantatum esse poeta ipse monuit vv. 3. 10. 19. Inde totum carmen ex dipodiis constare et pedum dactylicorum idem quod trochaeorum spatium esse veri simillimum est. Atque epodi versus, si a fine versus initium scandendi facias, tam facile in dipodias dividuntur, ut qui relinquitur spondeus initialis, vim *σπονδείου μείζονος* habere coarguatur. Inde strophae quoque versus secundus et tertius quo pacto scandendi sint patet. Ambigua solius primi versus scansio est; nam duae, quae, si neque tripodias dipodiis immiscere neque uni longae sex temporum ambitum tribuere audes, proponi possunt mensurae

earum neutra dubitatione caret. Pausarum quoque intervalla inter singulos versus intercedentia in Proleg. LVI definire ausus sum.

Στρ. α΄.

Ὑψηλᾶν ἀρετᾶν
καὶ στεφάνων ἄωτον γλυκὺν
τῶν Οὐλυμπίᾳ, Ὠκεανοῦ θύγατερ,
καρδίᾳ γελανεῖ
ἀκαμαντόποδός τ᾽ ἀπήνας δέκευ
Ψαύμιός τε δῶρα·

VARIA LECTIO. Inscr. *τῷ αὐτῷ ἀπήνῃ καὶ κέλητι καὶ τεθρίππῳ AC, τῷ αὐτῷ ἀπήνῃ καὶ κέλητι BD* — Schol.: *γέγραπται ἡ ᾠδὴ τῷ αὐτῷ Ψαύμιδι τεθρίππῳ καὶ ἀπήνῃ καὶ κέλητι νενικηκότι τὴν ὀγδοηκοστὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα. περὶ δὲ τῆς ἀπήνης Πολέμων φησίν· ἤγετο δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀπήνης ἀγών, καί εἰσιν οἱ ἀγωνισάμενοι ἡμίονοι· καταλυθῆναι δὲ τοῦτο τὸ ἀγώνισμα κατὰ τὴν οδ΄* (corr. *πδ΄*) *Ὀλυμπιάδα καὶ εἶναι ιγ΄ νίκας* (cf. Paus. v 9, 1, Prol. LXXI) — 2. *οὐλ. Byz.*: *ὀλ. ABCD* —

COMMENTARII. v. 2. *Ὠκεανοῦ θύγατερ·* schol.: *Ἀρίσταρχος ἀκούει Ὠκεανοῦ θυγατέρα Καμάριναν τὴν λίμνην* (v. 4. 11), *ἀφ᾽ ἧς καὶ τὴν πόλιν ὠνομάσθαι* — 3. *δῶρα·* coronam, fortasse etiam rhedam; plurali ad rem augendam usus est, quamvis Psaumis unam coronam meruerit neque pluribus in generibus certaminum vicerit; cf. *ἅρμασι* pro *ἅρματι* P. I 33 —

Ἀντ. α΄.

ὅς τὰν σὰν πόλιν αὔ-
ξων, Καμάρινα, λαοτρόφον
βωμοὺς ἓξ διδύμους ἐγέραρεν ἑορ-
ταῖς θεῶν μεγίσταις,
ὑπὸ βουθυσίαις ἀέθλων τε πεμ-
παμέροις ἁμίλλαις,

Ἐπ. α΄.

ἵπποις ἡμιόνοις τε μοναμπυκίᾳ τε.
τὶν δὲ κῦδος ἁβρὸν
νικάσαις ἀνέθηκε, καὶ ὃν πατέρ᾽ Ἄ-
κρων᾽ ἐκάρυξε καὶ
τὰν νέοικον ἕδραν.

Στρ. β΄.

ἵκων δ᾽ Οἰνομάου
καὶ Πέλοπος παρ᾽ εὐηράτων
σταθμῶν, ὦ πολιάοχε Παλλάς, ἀεί-
δει μὲν ἄλσος ἁγνὸν

---

4. *καμάρινα* Tricl. et fortasse iam Aristarchus: *καμάριναν ABCD* — 5. *ἐγέραρεν C*: *γέραρεν BD*, *ἐγέραιρεν A* — 6. *πεμπαμέροις* Tricl.: *πεμπταμέροις ABCD*, *πενθαμέροις E*, *πεμπαμέρους ἁμίλλας* Bergk et Aug. Mommsen, Zeit der Olympien p. 2 — 9—24. om. *B* — 9. *ἥκων A* — *εὐηλάτων CD* — 10. *ἀείδει*: *ἀέξει* coni. Hecker —

5. *βωμοὺς ἓξ διδύμους*· schol.: *ἱστορεῖ περὶ τῶν ἓξ βωμῶν Ἡρόδωρος γραμματικός· ἐλθὼν δὲ (Ἡρακλῆς) εἰς τὴν Ἦλιν τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ ἱερὸν ἱδρύσατο Διὸς Ὀλυμπίου, καὶ Ὀλυμπίαν τοῦ θεοῦ ὁμώνυμον τὴν χώραν ἔθετο· ἔθυσε δὲ αὐτῷ αὐτόθι καὶ ἄλλοις θεοῖς, βωμοὺς (ἱδρυσάμενος) ἓξ τῷ ἀριθμῷ, συμβώμων τῶν ιβ΄ θεῶν, καὶ πρῶτον τὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, ᾧ σύμβωμον ἐποίησε τὸν Ποσειδῶνα, δεύτερον Ἥρας καὶ Ἀθηνᾶς, τρίτον Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος, τέταρτον Χαρίτων καὶ Διονύσου, πέμπτον Ἀρτέμιδος καὶ Ἀλφειοῦ, ἕκτον Κρόνου καὶ Ῥέας.* Apollod. II 141: *ἔθηκε (Ἡρακλῆς) δὲ καὶ τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα, Πέλοπός τε βωμὸν ἱδρύσατο καὶ θεῶν δώδεκα βωμοὺς ἓξ ἐδείματο.* cf. E. Curtius, Altäre von Olympia, Abhdl. d. Berl. Ak. 1881 — 5 sq. *ἑορταῖς θεῶν*· duplici modo diis honores fieri putabant, et hostiis mactandis et certaminibus obeundis; cf. Prol. LXIV — 6. *πεμπαμέροις ἁμίλλαις*· schol.: *ἐπειδὴ ἐπὶ πέντε ἡμέρας ἤγετο αὐτὰ τὰ ἀγωνίσματα ἀπὸ ἑνδεκάτης μέχρι ἑκκαιδεκάτης*, unde *πεμπαμέροις*, non *πεμπταμέροις*, quod cum optimi codices praebeant, Hermannus opusc. VI 11 tueri conabatur, veteres grammaticos legisse apparet. Verum negotia facessunt sequentia verba *ἵπποις ἡμιόνοις τε μοναμπυκίᾳ τε*, quoniam uno die, quarto vel quinto, equis mulisque, non omnibus quinque diebus certatum esse perquam verisimile est; sed haec neglegentia poetae imitatori nescio an condonanda sit — 7. *ἵπποις ἡμιόνοις τε μοναμπυκίᾳ τε* dat. instrum., quo quibus rebus certamina fiant explicatur — *μονάμπυκες* sunt equi singulares sive *κέλητες*· cf. Eur. Alc. 428. Suppl. 586 — 8. urbem patriam victoris et patrem eius a praecone renuntiari exposui Prol. XCII — *νέοικος* Camarina urbs dicitur, quippe nuper Ol. 79, 4 restituta, ut in arg. O. IV exposui.

10. *Παλλάς*· schol.: *Καμαριναίων θεὸς ἡ Ἀθηνᾶ καὶ διὰ πλείστης τιμῆς παρ᾽ αὐτοῖς οὖσα ἡ θεός, καὶ Ἀθήναιον ἐπίσημον ἐν Καμαρίνῃ· τούτῳ δὲ εἰώθει ὁ κῶμος ἄγεσθαι ἐπὶ τῇ νίκῃ καὶ ὕμνος ᾄδεσθαι.* Cultum huius deae a Minerva

τὸ τεόν, ποταμόν τε Ὤανον, ἐγ-
χωρίαν τε λίμναν,

'Αντ. β'.

καὶ σεμνοὺς ὀχετούς,
Ἵππαρις οἷσιν ἄρδει στρατόν,
κολλᾷ τε σταδίων θαλάμων ταχέως
ὑψίγυιον ἄλσος,
ὑπ' ἀμαχανίας ἄγων ἐς φάος
τόνδε δᾶμον ἀστῶν.

'Επ. β'.

αἰεὶ δ' ἀμφ' ἀρεταῖσι πόνος δαπάνα τε
μάρναται πρὸς ἔργον
κινδύνῳ κεκαλυμμένον· ἠὺ δ' ἔχον-
τες σοφοὶ καὶ πολί-
ταις ἔδοξαν ἔμμεν.

Στρ. γ'.

Σωτὴρ ὑψινεφὲς
Ζεῦ, Κρόνιόν τε ναίων λόφον
τιμῶν τ' Ἀλφεὸν εὐρὺ ῥέοντα Ἰδαῖ-
όν τε σεμνὸν ἄντρον,

---

11. *Ὤανον* A^{ac} et *Byz.*: *ὄανον* $A^{pc}D$, *ὄανιν C*, *Ἴανον* coni. Pais — 13. *κολλᾷ δὲ* Bergk — *ὑψίγυον AD* — 14. *ὑπ' ACD*: *ἀπ'* Tricl. — *ἀμαχανίαις* C^{ac} — 16. *ἠὺ* Hermann: *εὖ ACD*, *εὖ δὲ τυχόντες* Boeckh — *ἔμμεναι A* — 18. *εὐρυρρέοντα A* —

Lindia originem traxisse et inde Gelam et Camarinam translatum esse Boeckhius exposuit — 11. Camarina urbs in colle sita erat inter fluvios Oanon (Rifriscolaro, vel, ut Holm et Schubring statuunt, Dianae fontem prope S. Croce) et Hipparin (Camarina), qui prope urbem in lacum dilatatur; is et limum secum ferebat et, cum navigia ferret, materiem ex silvis deportabat, quibus contignationes aedium surgerent. Hipparis enim, non Psaumis, ut Hermannus Bergkius alii volunt, subiectum verbi *κολλᾷ* esse videtur — 12. *ὀχετούς*· rivulos, in quos fluvius scindebatur, v. Schubring Philol. 32, 514; cf. Eur. Or. 809 *Σιμούντιοι ὀχετοί* — *στρατόν*· populum, ut O. IX 95. P. I 86. II 58. N. VIII 11. I. I 86, unde apud Romanos quoque populus ad suffragia ferenda convocatus exercitus dicebatur; nihil huc attinet nostra locutio *das Volk in Waffen*, plus prima notio stratae in tentoriis catervae — 14. *ὑπὸ* c. gen. locum, unde quid ad sublime tendat, luculentius significat quam Byzantinorum *ἀπό*· simili structura Pindarus usus est O. VI 43. P. IX 61. N. I 35 — 16. *ἠύ* prior syllaba particulae in hac formula et in *ἠυκόμοιο* O. VI 16. P. VI 45, *ἠύπυργος* N. IV 12, ad normam Homericorum *ἠυγένειος*, *ἠυκόμοι* producta est; causa autem huius licentiae ea fuit, quod aures Graecorum quatuor syllabas breves deinceps sese excipientes aegre ferebant — *ἠὺ δ' ἔχοντες σοφοί*· cf. Eur. fr. 1006 *τὸν εὐτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν*· Hippol. 700 s. Hoc autem loco communi auctor carminis invidiam civium, qui sumptus inutiliter a Psaumide rei equestri erogatos reprehendebant, oblique carpere videtur.

16 ss. bene poeta tertiam partem carminis a Iove Sospitatore, cui tertia libatio fieri solebat, auspicatus est — 18. *Ἰδαῖον ἄντρον*, non Cretense, sed

ἱκέτας σέθεν ἔρχομαι Λυδίοις
ἀπύων ἐν αὐλοῖς,

’Αντ. γ'.

αἰτήσων πόλιν εὐ-
ανορίαισι τάνδε κλυταῖς
δαιδάλλειν, σέ τ’, ’Ολυμπιόνικε, Ποσει-
δανίαισιν ἵπποις
ἐπιτερπόμενον φέρειν γῆρας εὔ-
θυμον ἐς τελευτάν,

’Επ. γ'.

υἱῶν, Ψαῦμι, παρισταμένων. ὑγίεντα
δ’ εἴ τις ὄλβον ἄρδει,
ἐξαρκέων κτεάτεσσι καὶ εὐλογίαν
προστιθείς, μὴ ματεύ-
σῃ θεὸς γενέσθαι.

---

20. *εὐανορίαις A* — 21. *δαιδάλειν C* — *οὐλ. D* — *ποσειδανίαισιν* Boeckh cum parte scholiorum: *ποσειδανίοισιν* (*ποσειδων. A*) *ACD* — 24. *κτεάνεσι A* — *προτιθ. C.*

Olympicum; nam Demetrii Scepsis testimonium (schol. O. v 42) in Elide *’Ιδαῖον ἄντρον* Iovis sacrum fuisse tradentis spernere eo magis iniquum esse ducimus, quod sacerdotes Elei etiam ludos Olympicos ab Hercule Cretensi institutos esse tradebant (Paus. v 7, 6) et templum Magnae matris (*μητρῷον*) Olympicum, quamvis recentius et diadochorum aetate aedificatum, tamen in locum veteris sacelli eius deae successisse constat; v. Bötticher Olympia 372, Lübbert de Pind. carm. O. x p. 10 ss. — 19. *Λυδίοις ἐν αὐλοῖς·* tibiis non in Lydia factis, sed *λυδιστὶ ἡρμοσμένοις* — 21. *σέ·* parum venuste, cum paulo ante Iovem appellasset (v. 19), nunc Psaumidem appellat — 21. *Ποσειδανίαισι·* de Neptuno rei equestris fautore conf. P. vi 50; feminis autem potius quam maribus Graecos in certaminibus usos esse notum est; cf. O. vi 14. viii 51. P. iv 17. I. i 42. v 5 — 22. *εὔθυμον* utrum ad *γῆρας* an ad *τελευτάν* referas possis dubitare — 23. *ὄλβον ἄρδει* audacius poeta agrestis dixit ad exemplum Pind. I. vi 64 *πάτραν Χαρίτων ἄρδοντι καλλίστᾳ δρόσῳ·* conf. Plat. rep. viii p. 550 a *τοῦ μὲν πατρὸς αὐτοῦ τὸ λογιστικὸν ἐν τῇ ψυχῇ ἄρδοντος καὶ αὔξοντος* — 24. *μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι·* illepide Pindarum I. v 14 *μὴ μάτευε Ζεὺς γενέσθαι* imitatus est. Proverbialem vim sententententiae illustrant Isocr. epist. 3, 5 *οὐδὲν γὰρ ἔσται λοιπὸν ἔτι πλὴν θεὸν γενέσθαι* et Laconis nota vox ad Diagoram olympionicam ap. Cic. Tusc. i 46, 111: *cum Rhodius Diagoras, Olympionices nobilis, uno die duo suos filios victores Olympiae vidisset, accessit (Laco) ad senem et gratulatus, morere, Diagora, inquit, non enim in caelum ascensurus es.*

ΟΛΥΜΠ. ϛ′.

ΑΓΗΣΙΑι ΣΥΡΑΚΟΣΙΩι

ΑΠΗΝΗι.

Strophae.

– –́ ⏑ – – –̇ ⏑ – | – –́ ⏖ – ⏖ ⏓ |
–́ ⏖ – ⏖ – – –́ ⏖ ⏓ |
–́ ⏖ – ⏖ – ' – –́ ⏑ – ⏓ |
–́ ⏑ – – –̇ ⏑ – | – –́ ⏖ – ⏖ – ⏓ |
– –́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ – | ⏑ ⏓
⏑ – – –́ ⏑ – – –̇ ⏑ – | – –́ ⏖ – ⏖ – ⏓ |
–́ ⏖ – ⏖ – – –́ ⏑ – | – –̇ ⏑ – – –̇ ⏑ – ⏓ |

Epodi.

–́ ⏖ – ⏖ – – –́ ⏑ – | – –́ ⏖ – ⏖ ⏓ |
–́ ⏑ – – –̇ ⏑ – – –́ ⏖ – | ⏖ –̇ ⏖ – | – –́ ⏖ ⏓
–́ ⏖ – | – –́ ⏖ – | – –́ ⏑ – – –̇ ⏑ ⏓ |
–́ ⏑ – – –̇ ⏑ – | ⏓ –́ ⏖ – ⏖ ⏓ |
–́ ⏖ – ⏖ – | – –́ ⏖ – ⏖ – |
–́ ⏖ – ⏖ – – | –́ ⏖ – ⏖ ⏓
–́ ⏑ – | –́ ⏑ – – –̇ ⏑ – – –̇ ⏑ – ⏓ |

Argumentum.

Agesias Sostrati filius Syracusanus ex nobilissima gente Iamidarum, cuius ex maioribus unus cum Archia Corinthio Syracusas condidisse fertur (v. 6), rheda mulari Ol. 78 vicit. Quamquam enim memoria victoriae iam scholiorum temporibus oblitterata fuit, tamen Boeckhius Olympiadi 78 eam certo acumine adsignavit, quod tum temporis Aetna urbs iam condita (v. 96) et Pindarus ex Sicilia Thebas redux factus erat (v. 86), nequedum Hiero rex vita defunctus erat. Iamidae, cuius gentis auctor Iamus ab Apolline patre vaticinandi arte auctus esse ferebatur, cum in aliis urbibus tum Olympiae in ara Iovis ex victimis (*δι' ἐμπύρων*, v. schol. ad 7 et 111) vaticinia edebant. Agesias ipse, cum Hieronis,

regis Syracusarum, intima familiaritate uteretur, multa bella cum eo gessisse et auguriis eum adiuvisse dicitur (v. schol. ad v. 30). Paulo post hanc victoriam in civili tumultu, qui Hieronis mortem sequebatur, interiit (v. schol. ad v. 165).

In exordio odae poeta splendorem prooemii cum magnifica porticu aedium comparati a praestantia Agesiae victoris repetit, qui ad exemplar Amphiarai bellicam virtutem cum arte vaticinii coniunxerit (1—21). Imagine a Phintis aurigae dexteritate sumpta cum ad originem gentis Agesiae ascendisset, fabulam de Euadna, filia Pitanae et Neptuni, quae cum Apolline Iamum, conditorem gentis, pepererit, succincte exponit et munus in ara Iovis ex victimis vaticinandi hereditario iure Iamidis ab Apolline iniunctum esse refert (22—70), unde Iamidarum vatum auctoritatem non solum per valles Eurotae atque Alphei, sed etiam per totam Peloponnesum et Siciliam dispersam (conf. Boeckh. Expl. 152 sq.) egregie illustrat. Fama gentis Iamidarum ex remotissimis temporibus usque ad praesentem memoriam pertractata ad Agesiae palmam nuper Olympiae partam redit, ut victorem Stymphaliae in avita sede Arcadiae sollemni comissatione praedicet; hoc autem sibi eo magis cordi esse ait, quod Stymphalis Metopa mater Thebae nymphae fuisse dicatur (71—91). Sub finem sodales victoris, ut Hieronis regis memores sint, adhortatur et Agesiae Syracusas redituro felicem navigationem sibique artis poeticae perennem florem optat.

Summam carminis Pausanias VI 2, 5 sic adumbravit: *οἱ Ἰαμίδαι καλούμενοι μάντεις γεγόνασιν ἀπὸ Ἰάμου, τὸν δὲ εἶναι παῖδα Ἀπόλλωνος καὶ λαβεῖν μαντικήν φησιν ἐν ᾄσματι Πίνδαρος.* Origines gentis Iamidarum unde Pindarus hauserit, nihil scholia tradunt, Wilamowitzius (Phil. Unt. IX 162 ss.) in doctis commentariis, quibus hoc carmen illustravit, Eleum carmen epicum *περὶ Ἰάμου γάμων* potissimum fontem Pindari fuisse suspicatur.

De metris.

Metra praeclarissimi carminis sunt dactylo-epitritica, a vetere norma plus uno nomine declinata, primum quod praeter dactylicas tripodias dipodiae (str. 2. ep. 2. 3) et tetrapodiae (ep. 2) admissae sunt (cf. ad P. IV 4), deinde quod quinti versus strophae alterum membrum speciem logaoedici versiculi habet, denique quod strophae sextus versus aut suo capite caret aut cum antecedente versu numeris cohaeret. Anacrusi primi et quinti versus totam stropham in duas partes dirimendam poeta significavit, ita tamen, ut non omnibus in strophis sententiarum conformatione metricam divisionem adiuvaret — Cantatum carmen est a choro (vv. 18. 98) Stymphaliae in vetere patria gentis Iamidarum (v. 99). Pindarus carmine Thebis misso Aeneae Arcadi, sive chorodidascalus ille fuit sive amicus Agesiae, provinciam suas partes tuendi demandaverat. In pompane an in convivio carmen cantatum sit, certa indicia desunt; comparatio enim carminum cum cratere vini (v. 91) ad convivium trahere, anacrusis autem primi et quinti versus alacritati pompalis carminis aptior esse videtur. Denique ex vv. 88 ss. apparet epinicia Agesiae feriis Iunonis acta esse, quo simili modo carmina epinicia O. III et P. V in sacris deorum cantata esse constat.

Στρ. α'.

Χρυσέας ὑποστάσαντες εὐτειχεῖ προθύρῳ θαλάμου
κίονας, ὡς ὅτε θαητὸν μέγαρον
πάξομεν· ἀρχομένου δ' ἔργου πρόσωπον
χρὴ θέμεν τηλαυγές. εἰ δ' εἴη μὲν Ὀλυμπιονίκας,
βωμῷ τε μαντείῳ ταμίας Διὸς ἐν Πίσᾳ,
συνοικιστήρ τε τᾶν κλεινᾶν Συρακοσσᾶν, τίνα κεν φύγοι ὕμνον
κεῖνος ἀνήρ, ἐπικύρσαις ἀφθόνων ἀστῶν ἐν ἱμερταῖς ἀοιδαῖς;

Ἀντ. α'.

ἴστω γὰρ ἐν τούτῳ πεδίλῳ δαιμόνιον πόδ' ἔχων
Σωστράτου υἱός. ἀκίνδυνοι δ' ἀρεταὶ
οὔτε παρ' ἀνδράσιν οὔτ' ἐν ναυσὶ κοίλαις
τίμιαι· πολλοὶ δὲ μέμνανται, καλὸν εἴ τι πονηθῇ.
Ἁγησία, τὶν δ' αἶνος ἑτοῖμος, ὃν ἐν δίκᾳ
ἀπὸ γλώσσας Ἄδραστος μάντιν Οἰκλείδαν ποτ' ἐς Ἀμφιάρηον
φθέγξατ', ἐπεὶ κατὰ γαῖ' αὐτόν τέ νιν καὶ φαιδίμας ἵππους ἔμαρψεν.

VARIA LECTIO. Inscr. *Ἁγησίᾳ Συρακουσίῳ ἀπήνῃ* AC, *Ἁγ. Συρ. υἱῷ Σωστράτου ἀπήνῃ* B, *Ἁγ. Συρ. υἱῷ Σωστράτου ἀπήνῃ, ὡς δὲ ἔνιοι Στυμφηλίῳ υἱῷ* D, *Ἁγ. Συρ. ἀπήνῃ υἱῷ σωστράτου νικήσαντι τὴν πε* (πε m. rec. in ras.) *ὀλυμπιάδα* F m. rec. — Schol.: *γέγραπται ἡ ᾠδὴ ὡς μὲν ἔνιοι Ἁγησίᾳ Συρακουσίῳ, ὡς δὲ ἔνιοι Στυμφηλίῳ, υἱῷ Σωστράτου, ἀπήνῃ· κατελύθη δὲ ἡ ἀπήνη, ὥς τινές φασιν, ὀγδοηκοστῇ πέμπτῃ Ὀλυμπιάδι, κατ' ἐνίους δὲ ὀγδοηκοστῇ ἕκτῃ. ἄπορον δὲ τὴν ποστὴν Ὀλυμπιάδα ἐνίκησεν* — 1. *εὐτυχεῖ* C; primum versum laudat Greg. Naz. ep. 9 in. — 2. *ὥς τε* C — 3. *ἀρχομένου* codd. et schol.: *ἀρχομένους* v. l. in Luciani Hipp. 7, unde recepit Schmid — 5. *βωμῶ* (*ου* supra *ω* scripto) A — 6. *συρακουσᾶν* A — *κεν*: *καὶ* A — 7. *ἱμερτᾶι ἀοιδᾶι* (vel -ᾶς -ᾶς) C^{ac} — 10. *οὔτ' ἐν ἀνδρ.* A — *οὔτε ναυσὶ* (omisso *ἐν*) C — 11. *ποναθῇ* ABD, cf. P. IX 93 — 12. *ἐνδίκου* coni. Herwerden — 13. *γνώμας* coni. Hecker — *ἀμφιάραον* AC^{pc} — 14. *ἐφθέγξατ'* A — *φαιδίμους* E —

COMMENTARII. v. 1—4. carmen totum magnificae aedi, carminis prooemium vestibulo (*προθύρῳ*) aedis auratis columnis suffulto comparat — *εὐτειχεῖ προθύρῳ*. vestibulum bene exstructum dicit, non bonis parietibus ornatum; cf. I. VI 75 *εὐτειχεῖς πύλας* — *θάλαμος* et *μέγαρον* ita differunt, ut priori nomini angustior vis atrii, alteri latior totius aedificii sit — 2. *ὡς ὅτε*, tamquam, ut P. XI 40 *ὡς ὅτ' ἄκατον*, N. VIII 40 *ὡς ὅτε δένδρεον*, unde comma post *μέγαρον* sustuli, Jurenkam (Z. f. östr. Gymn. 12, 7) ducem secutus — 4. 5. *μὲν . . . τε* sibi respondent; v. ad O. III 6 — 7. *ἴστω*· eadem locutione usus est N. IX 45, simili Homerus *O* 217 — *ἐν τούτῳ πεδίλῳ*· in hoc calceo seu statu; metaphora a calceo pedi adcommodato tracta est; cf. Theophr. char. 4 *περὶ πόδα εἶναι*, Hegem. ap. Ath. 698 d *τίς σ' ἀνέπεισεν ἐς καλὴν κρηπῖδα ποσὶν τοιοῖσδ' ἀναβῆναι*, Hor. S. I 3, 31 — 9. *ἀκίνδυνοι*· adversum casum victori inter currendum accidisse poeta significat — 10. *οὔτε παρ' ἀνδράσιν οὔτ' ἐν ναυσί*· simile oppositum habes hymn. Apoll. Del. 142 *νήσους τε καὶ ἀνέρας* — 13. *ἀπὸ γλώσσας*· sic *φθέγγετ' ἀπὸ στόματος* Theogn. 266 et epigr. AP IX 571. — 13 ss. scenam exhibet belli septem ducum adversus Thebas, qua Adrastus, Talai filius, mortem Amphiarai, Oiclei filii, hiatu terrae absumpti deplorat; fontem historiae aperiunt scholia: *ὁ Ἀσκληπιάδης φησὶ ταῦτα εἰληφέναι ἐκ τῆς κυκλικῆς Θηβαΐδος* — 14. *φαιδίμας ἵππους*·

'Επ. α'.

ἑπτὰ δ' ἔπειτα πυρᾶν νεκρῶν τελεσθέντων Ταλαϊονίδας
εἶπεν ἐν Θήβαισι τοιοῦτόν τι ἔπος· Ποθέω στρατιᾶς ὀφ-
θαλμὸν ἐμᾶς,
ἀμφότερον μάντιν τ' ἀγαθὸν καὶ δουρὶ μάρνασθαι. τὸ καὶ
ἀνδρὶ κώμου δεσπότᾳ πάρεστι Συρακοσίῳ.
οὔτε δύσηρις ἐὼν οὔτ' ὦν φιλόνεικος ἄγαν,
καὶ μέγαν ὅρκον ὀμόσσαις τοῦτό γέ ϝοι σαφέως
μαρτυρή- σω· μελίφθογγοι δ' ἐπιτρέψοντι Μοῖσαι.

Στρ. β'.

Ὦ Φίντις, ἀλλὰ ζεῦξον ἤδη μοι σθένος ἡμιόνων,
ᾇ τάχος, ὄφρα κελεύθῳ τ' ἐν καθαρᾷ
βάσομεν ὄκχον, ἵκωμαί τε πρὸς ἀνδρῶν

---

15. τελεσθέντων] τε νησθέντων coni. Bergk, τε δαισθέντων coni. Herwerden Stud. Pind. 13, τελεσθεισᾶν coni. Wilamowitz Phil. Unt. IX 163 — ταλαον. *A* — 16. θήβαισι *C*: θήβησι *A* θήβαις *BD* — 17. τ' om. *A* — δορὶ *A* — 18. συρακουσίῳ *AC* — 19. δύσηρις Ald.: δύσερις *ABCD* — φιλόνικος coni. Bergk — 21. ἐπιτέρψ. *A* — 23. αἳ εἰς τάχος *B* — 24. βάσωμεν A^{ac} — ἀνδρὸς coni. Hartung bene —

candidi equi Amphiarai sunt in tabula Philostr. imag. I 27; cf. P. IV 117 — 15. ἑπτά· criticam notam huic versui grammatici veteres appinxerunt, de qua schol.: τὸ σημεῖον χ, ὅτι ἑπτὰ πυράς φησι τῶν ἑπτὰ μὴ ἀποθανόντων· Ἀμφιάραος γὰρ κατεπόθη σὺν ταῖς ἵπποις ἐν Ὠρωπῷ πόλει τῆς Βοιωτίας, quem scrupulum alius scholiasta hoc modo exemit: ἑπτὰ τάξεις στρατευμάτων περὶ τὰς ἑπτὰ πύλας τῶν Θηβῶν μάχην συνεστήσαντο καὶ οὕτω τῶν ἐν ἑκάστῃ πύλῃ τεθνηκότων στρατιωτῶν φησι γενέσθαι τὰς ἑπτὰ πυρκαϊάς Atque septem rogos Pindarus etiam N. IX 24 commemorat; cf. Bethe, Thebanische Heldenlieder 94 ff. — 15. ἔπειτα ad ultima verba ἐπεὶ . . . ἔμαρψε, non ad principale verbum ἐφθέγξατο referendum est; cf. N. X 61 — 17. Thebaidis versus, quos Pindarus refinxerit, hexametros fuisse, ὤμοι ἐγὼ ποθέω θεοείκελον Ἀμφιάρηον, | ἀμφότερον μάντιν τ' ἀγαθὸν καὶ δουρὶ μαχέσθαι, suspicatus est Leutsch, Thebaid. cycl. rell. 63 — 17. variata structura poeta in altero membro infinitivum a nomine ἀγαθόν regi voluit, ut Xenophan. eleg. II 15: οὔτ' εἰ πύκτης ἀγαθὸς λαοῖσι μετείη, οὔτ' εἰ πενταθλεῖν οὔτε παλαιμοσύνην — 19. Pindari versum expressit Isocrat. I 31: ὁμιλητικὸς δ' ἔσει μὴ δύσερις ὢν μηδὲ δυσάρεστος μηδὲ πρὸς πάντας φιλόνικος (sic. cod. Urb., φιλόνεικος v. l.) — δύσηρις· vocabuli δύσερις mediam vocalem brevem ad analogiam nominis Δυσήριδος et comparativorum in — ωτερος poeta produxit — οὔτε δύσηρις οὔτε φιλόνεικος· vocabula synonyma particulis οὔτε . . . οὔτε praeter consuetudinem poeta disiunxit, ut τά τε τερπνὰ καὶ τὰ γλυκέα O. XIV 4 — μαρτυρήσω non longe abest a praesenti μαρτυρῶ· Pindarus enim primae personae futuri non solum futurae rei significationem, sed etiam adhortandi vim (*ich will bezeugen*) tribuit; cf. τέγξω O. IV 19, πάξομεν O. VI 3, ἐθελήσω O. VII 20, ἐρέω O. VIII 57. κελαδήσω O. XI 14, μαρτυρήσει O. XIII 108, ἀρνήσομαι Aesch. Ag. 1380, αἰτήσομαι Eur. Alc. 164 — μελίφθογγοι, Musae mellitae et suavis, non amarae et rixosae vocis fautrices.

22. ad fabularem partem carminis poeta transit — Φίντις auriga Agesiae fuit, cuius dexteritatem laudari eo magis par fuit, quod ei victoriam Agesias debuit; sic aurigae Pindarus memor fuit etiam P. V 26 et I. II 22. Ut autem Musae poeta currum tribuit O. IX 81. I. II 2. VIII 62, sic se quoque in fabula usque ab origine repetenda aurigae ope utentem facit — σθένος ἡμιόνων· cf. P. II 12 σθένος ἵππειον — 24. ὄκχον· de hoc vocabulo proprie de rheda mulari usurpato v. O. IV 12 —

καὶ γένος· κεῖναι γὰρ ἐξ ἀλλᾶν ὁδὸν ἁγεμονεῦσαι
ταύταν ἐπίστανται, στεφάνους ἐν Ὀλυμπίᾳ
ἐπεὶ δέξαντο· χρὴ τοίνυν πύλας ὕμνων ἀναπιτνάμεν αὐταῖς·
πρὸς Πιτάναν δὲ παρ᾽ Εὐρώτα πόρον δεῖ σάμερον ἐλθεῖν
ἐν ὥρᾳ·

Ἀντ. β'.

ἅ τοι Ποσειδάωνι μιχθεῖσα Κρονίῳ λέγεται
παῖδα ϝιόπλοκον Εὐάδναν τεκέμεν.
κρύψε δὲ παρθενίαν ὠδῖνα κόλποις·
κυρίῳ δ᾽ ἐν μηνὶ πέμποισ᾽ ἀμφιπόλους ἐκέλευσεν
ἥρωι πορσαίνειν δόμεν Εἰλατίδᾳ βρέφος,
ὃς ἀνδρῶν Ἀρκάδων ἄνασσε Φαισάνᾳ λάχε τ᾽ Ἀλφεὸν οἰκεῖν·
ἔνθα τραφεῖσ᾽ ὑπ᾽ Ἀπόλλωνι γλυκείας πρῶτον ἔψαυσ᾽ Ἀφρο-
δίτας.

Ἐπ. β'.

οὐδ᾽ ἔλαθ᾽ Αἴπυτον ἐν παντὶ χρόνῳ κλέπτοισα θεοῖο γόνον·
ἀλλ᾽ ὁ μὲν Πυθῶνάδ᾽, ἐν θυμῷ πιέσαις χόλον οὐ φατόν,
ὀξείᾳ μελέτᾳ
ᾤχετ᾽ ἰὼν μαντευσόμενος ταύτας περ᾽ ἀτλάτου πάθας.
ἁ δὲ φοινικόκροκον ζώναν καταθηκαμένα

---

27. ὕμνον *D* — ἀναπεπτάμεν᾽ *A* — 28. σάμερον γ᾽ Tricl., σάμερον μ᾽ Boeckh; de syllaba in arsi ante caesuram producta vide P. III 6, IV 184, IX 114, XI 38, N. I 69, I. I 25, O. VI 103, VII 86, N. VI 22. 56. — 29. ποσειδάονι *C* — 30. παῖδα ἰόπλοκον Bergk.: παῖδ᾽ ἰοπλόκαμον *ABCD*, παῖδ᾽ ἰοβόστρυχον Tricl.; cf. I. VII 23 — τεκέσθαι A^{1} — 31. κρύψε: κρύψαι A^{1}, κρῦψαι *C*, κρύψας? $C^{\text{in ras.}}$ — 34. ἔλαχέ τ᾽ *B*, ἔλαχέν τ᾽ *D* — 37. Πυθῶνάδ᾽: πυθῶν᾽ *D* in lit. — πιέσσας *A*, πιέσσαις *C* — 38. πάθους *B* —

27. πύλας ὕμνων ἀναπιτνάμεν· aperiri iubet portas seu carceres hymnorum, ut cito mularum vehiculo poetico Pitanam, patriam et matrem Iamidarum, pervehatur — 31. κόλποις· sinu vestis cingulo superiectae uterum gravem oculis hominum subtraxit; similem vim nomini κόλπου assignavit Hom. Il. VI 483: ἡ δ᾽ ἄρα μιν κηώδεϊ δέξατο κόλπῳ — 33. Εἰλατίδα· poeta ipse v. 36 proprio nomine eum Αἴπυτον dixit. Eius sepulcrum sub monte Cyllene fuisse Hom. Il. II 604 et Paus. VIII 16, 3 memoriae tradunt; contra Pindarus Phaesanae eum prope Alpheum habitasse dicit, quocum illud quoque conspirat, quod infra v. 58 Iamus in medium Alpheum descendisse narratur. De situ Phaesanae iam veteres grammaticos dissedisse testantur scholia: Δίδυμός φησιν ὅτι πάντες οἱ ὑπομνηματισάμενοι Φαισάναν φασὶν εἶναι τῆς Ἀρκαδίας πόλιν, αὐτὸς δέ φησιν εἶναι τῆς Ἠλιαίας καὶ παρατίθεται Ἴστρον ἱστοροῦντα ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν Ἠλιακῶν. Didymo nuper adstipulatus est Wilamowitz, Phil. Unt. IX 176, Phaesanam non differre ratus ab Arcadico oppido Phrixa non longe ab Olympia ad Alpheum sito. Denique quod Pindarus Pitanam suum infantem Arcadi Aepyto misisse dicit, hoc maiores Iami ab Eurota ad Alpheum aut versa vice ab Arcadia in Laconicam migrasse significantur — 37. πιέσαις χόλον· iram pectore includens nihilque profatus abiit concitato animo — 38. περ᾽ pro περὶ ut P. IV 265 et περόδοις pro περιόδοις N. XI 40 —

κάλπιδά τ' ἀργυρέαν, λόχμας ὑπὸ κυανέας
τίκτε θεόφρονα κοῦρον. τᾷ μὲν ὁ Χρυσοκόμας
πραΰμη- τίν τ' Ἐλείθυιαν παρέστασέν τε Μοίρας·

Στρ. γ'.

ἦλθεν δ' ὑπὸ σπλάγχνων ὑπ' ὠδῖνός τ' ἐρατᾶς Ἴαμος
ἐς φάος αὐτίκα. τὸν μὲν κνιζομένα
λεῖπε χαμαί· δύο δὲ γλαυκῶπες αὐτὸν
δαιμόνων βουλαῖσιν ἐθρέψαντο δράκοντες ἀμεμφεῖ
ἰῷ μελισσᾶν καδόμενοι. βασιλεὺς δ' ἐπεὶ
πετραέσσας ἐλαύνων ἵκετ' ἐκ Πυθῶνος, ἅπαντας ἐν οἴκῳ
εἴρετο παῖδα, τὸν Εὐάδνα τέκοι· Φοίβου γὰρ αὐτὸν φᾶ γεγάκειν

Ἀντ. γ'.

πατρός, περὶ θνατῶν δ' ἔσεσθαι μάντιν ἐπιχθονίοις
ἔξοχον, οὐδέ ποτ' ἐκλείψειν γενεάν.
ὣς ἄρα μάνυε. τοὶ δ' οὔτ' ὦν ἀκοῦσαι
οὔτ' ἰδεῖν εὔχοντο πεμπταῖον γεγενημένον. ἀλλ' ἐν
κέκρυπτο γὰρ σχοίνῳ βατείᾳ τ' ἐν ἀπειράτῳ,
ἴων ξανθαῖσι καὶ παμπορφύροις ἀκτῖσι βεβρεγμένος ἁβρὸν
σῶμα· τὸ καὶ κατεφάμιξεν καλεῖσθαί νιν χρόνῳ σύμπαντι
μάτηρ

40. *λόχμας ὑπὸ κυανέας BCD* et schol.: *λόχμαις ὑπὸ κυανέαις A* — 42. *ἐλείθ. PQ*: *εἰλείθ. ABCD* — 43. *τ'* om. *A* — 45. *δὲ* om. C^{ac} — *αὐτὸν* om. *C* — 47. *μελισσᾶν* (ω supra α scripto) *A* — 50. *πατρός*: *πατρός γε. A* — 51. *οὐδέπω τέκεν λείψειν A* — 53. *γεγεναμένον* (*γεγενν. A*) *ABCD* — *ἀλλ' ἐγκέκρυπτο BCD, ἀλλ' ἐκρύπτετο A* — 54. *σχίνῳ B* — *ἀπειράτῳ D* post corr.: *ἀπειράντῳ ABC, ἀκηράτῳ* Schmidt, *ἀπειρίτῳ* Bergk — *βατιᾷ* pro *βατείᾳ* probat Wilamowitz — 55. *ξανθαῖσί τε καὶ A* — *βεβρεγμένος*| schol.: *Ζηνόδοτος γράφει . . . ἀντὶ τοῦ βεβρεγμένος*, quo in scholio *πεφραγμένος* excidisse putat Rauchenstein —

40. *κάλπιδα*· Euadnam aquam urna ex fonte campestri domum ferentem parturivisse significat; cf. Od. VII 20 — 41. *τίκτε* suam vim hoc loco imperfectum tuetur, verum propriam significationem, ut saepe apud Homerum, exuit infra v. 85 et P. IX 16 — 42. *Ἐλείθυιάν τε Μοίρας* consociavit poeta etiam N. VII 1 — 43. *ὠδῖνός τ' ἐρατᾶς*· *ὠδὶς* cum proprie dolorem parturientis, deinde fetum significet, hic et N. I 36 in significationem loci, ubi fetus cubat, abiit; sic enim solum praepositio *ὑπὸ* et adiectivum *ἐρατᾶς* explicatum habent; similis autem vis epexegetica particulae *τε* est O. I 38. X 59. N. VIII 46. I. VIII 1 — 46. *δράκοντες*. serpentibus aliquid divini inesse vulgo credebant; cf. Eur. Ion 23 — 47. *ἰῷ*· media significatio suci hoc loco nomini est, ut cognato nomini latino *viro*, unde epitheto *ἀμεμφεῖ* innoxius sucus a veneno sive mortifero suco distinguitur — 48. *πετραέσσας Πυθῶνος*· urbis Delphorum in saxosa regione sitae — 54. *ἀπειράτῳ*· non tam aculeos sentium, qui aditum prohiberent, quam densitatem virgulti inaccessam spectasse poeta videtur — 55. duas species violarum indicat; cf. Theophr. hist. pl. VI 82: *διαμένει καὶ τὸ λευκὸν ἴον καὶ ἔτι πλείω τὸ φλόγινον, τὸ δὲ δὴ μέλαν ἴον δι' ἐνιαυτοῦ θεραπείας τυγχάνον* — 56. *τὸ*, idcirco, quamquam haec vis vocabuli dubia est neque satis defenditur similibus locis P. V 39. Hom. *Γ* 176. *Τ* 213. *Ψ* 547. *ϑ* 332 —

Ἐπ. γ'.

τοῦτ' ὄνυμ' ἀθάνατον. τερπνᾶς δ' ἐπεὶ χρυσοστεφάνοιο λάβεν
καρπὸν Ἥβας, Ἀλφεῷ μέσσῳ καταβὰς ἐκάλεσσε Ποσειδᾶν' εὐρυβίαν,
ὃν πρόγονον, καὶ τοξοφόρον Δάλου θεοδμάτας σκοπόν,
αἰτέων λαοτρόφον τιμάν τιν' ἑᾷ κεφαλᾷ,
νυκτὸς ὑπαίθριος. ἀντεφθέγξατο δ' ἀρτιεπὴς
πατρία ὄσσα, μετάλλασσέν τέ νιν· Ὄρσο, τέκνον,
δεῦρο πάγ- κοινον ἐς χώραν ἴμεν φάμας ὄπισθεν.

Στρ. δ'.

ἵκοντο δ' ὑψηλοῖο πέτραν ἀλίβατον Κρονίου.
ἔνθα ϝοι ὤπασε θησαυρὸν δίδυμον
μαντοσύνας, τόκα μὲν φωνὰν ἀκούειν
ψευδέων ἄγνωτον, εὖτ' ἂν δὲ θρασυμάχανος ἐλθὼν
Ἡρακλέης, σεμνὸν θάλος Ἀλκαΐδᾶν, πατρὶ
ἑορτάν τε κτίσῃ πλειστόμβροτον τεθμόν τε μέγιστον ἀέθλων,
Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ τότ' αὖ χρηστήριον θέσθαι κέλευσεν.

Ἀντ. δ'.

ἐξ οὗ πολύκλειτον καθ' Ἕλλανας γένος Ἰαμιδᾶν.
ὄλβος ἅμ' ἕσπετο· τιμῶντες δ' ἀρετὰς

---

58. *μέσῳ ACD*; *μέσσῳ 'γκαταβὰς* Herwerden — *ἐκάλεσε ACD* — *ποσειδῶν' A* — 59. *θεοδμάτου A* — 62. *μετάλλασσε A*: *μετάλλασεν* (*-σε B*) *BCD*, *μετάνστασεν* coni. Bergk, *μεταλλάσσαντί ἰν* Hermann — *τέκνον ABCD*: *τέκος* lemma *B* — 63. *χώραν A*: *χῶρον BCD* — 67. *ἄγνωτον A*: *ἄγνωστον BCD* et schol. — 68. *πατρὶ* Hermann: *πατρί δ' A*, *πατρί θ' BCD* — 69. *κτίσει B* — *πλειστόβρ. B* — *τε μέγιστόν τε B* — 70. *αὖ A*: *αὐτῷ BCD* — *κέλευσέ νιν A* — 72. *ὄλβος ἅμ' ACD*ac: *ὄλβος δ' ἅμ' BD*pc man. rec.; punctum post *Ἰαμιδᾶν* delebat Mommsen collato N. x 37 —

57 ss. similia de Pelope narravit O. I 73 ss.; vocabulum autem *μέσσῳ* noli cum parte scholiastarum de medii Alphei regione interpretari, multo enim luculentiorem speciem praebet iuvenis in medium flumen descendens — 60. *λαοτρόφον*· vatis munus similiter atque regum, *ποιμένων λαοῦ*, populum augere et alere dicitur — 61. *ἀρτιεπής*· vera verba faciens ut deus et veracium oraculorum antistes; cf. Aesch. Prom. 1032 *ψευδηγορεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταται στόμα τὸ δῖον* — *πατρία ὄσσα*· Apollinis — 62. *μετάλλασσε*, in aliam sedem transferebat, quo sensu dixit Plato Tim. 19 a *ἀναξίους εἰς τὴν τῶν ἐπανιόντων χώραν μεταλλάττειν*· notionem interrogandi (*μετάλλασε*) ab hoc loco alienam esse neminem latet; facilius notionem respondendi ferrem, si dicendi usu magis eam confirmatam viderem — 66. *φωνάν*· vocem dei clamore et volatu avium aliisque signis declaratam — 68. *θάλος Ἀλκαΐδᾶν*· Hercules Amphitryonis filius, Alcaei nepos erat; cf. Prol. CXXII — 64. *Κρονίου*· de monte Cronio campo Olympico imminente omnia nota cf. O. I 114. III 23. N. VI 61 — 70. *χρηστήριον*· schol.: *τὸ διὰ τῶν ἐμπύρων μαντεύεσθαι· οὕτω δὲ μέχρι νῦν οἱ Ἰαμίδαι μαντεύονται, ἔμπυρα θύματα τιθέντες ἐν τῷ βωμῷ*· cf. Paus. VI 2, 4.

71. ad posteriora et praesentia fata Iamidarum transit —

ἐς φανερὰν ὁδὸν ἔρχονται· τεκμαίρει
χρῆμ' ἕκαστον. μῶμος ἐξ ἄλλων κρέμαται φθονεόντων
τοῖς, οἷς ποτε πρώτοις περὶ δωδέκατον δρόμον
ἐλαυνόντεσσιν αἰδοία ποτιστάξῃ Χάρις εὐκλέα μορφάν.
εἰ δ' ἐτύμως ὑπὸ Κυλλάνας ὄρους, Ἁγησία, μάτρωες ἄνδρες

Ἐπ. δ'.

ναιετάοντες ἐδώρησαν θεῶν κάρυκα λιταῖς θυσίαις
πολλὰ δὴ πολλαῖσιν Ἑρμᾶν εὐσεβέως, ὃς ἀγῶνας ἔχει μοῖράν
τ' ἀέθλων
Ἀρκαδίαν τ' εὐάνορα τιμᾷ· κεῖνος, ὦ παῖ Σωστράτου,
σὺν βαρυγδούπῳ πατρὶ κραίνει σέθεν εὐτυχίαν.
δόξαν ἔχω τιν' ἐπὶ γλώσσᾳ ἀκόνας λιγυρᾶς,
ἅ μ' ἐθέλοντα προσέλκει καλλιρόοισι πνοαῖς·
ματρομά- τωρ ἐμὰ Στυμφαλίς, εὐανθὴς Μετώπα,

Στρ. ε'.

πλάξιππον ἃ Θήβαν ἔτικτεν, τᾶς ἐρατεινὸν ὕδωρ
πίομαι, ἀνδράσιν αἰχματαῖσι πλέκων
ποικίλον ὕμνον. ὄτρυνον νῦν ἑταίρους,
Αἰνέα, πρῶτον μὲν Ἥραν Παρθενίαν κελαδῆσαι,

---

74. μῶμος δ' ἐξ codd., δ' eiec. Boeckh, μῶμος ἐκ δ' coni. Schmid — 75. τοῖς, οἷς] τοῖσιν coni. Hermann — πρώτοις *A* C^{pc} *D*: πρῶτον *B* C^{ac} — 76. ἐλανόντ. *C* — ποτιστάξῃ coni. Bergk: ποτιστάξει *CD*, ποτιστάζει *AB* — μορφά *C*, μοῖραν coni. Hecker — 77. ὄρους Mosch: ὄροις *ABCD*, ὄρος legisse videntur schol. — 78. δώρησαν B^2*CD*; ἐδωρήσαντο θέ͜ων coni. Herwerden — 80. τιμὰν *A* — 82. ἀκονᾶς λιγυρᾶς codd.: λιγυρᾶς ἀκόνας transposuit Hartung probabiliter; ante λιγυρᾶς ἀκόνας interpungendum censet Wilamowitz — 83. προσέλκει *Byz.*, quod scholia προσάγει interpretantur: προσέρπει *ABC*, προσέρποι *D* — καλλιρρ. *AC* — 86. πίνομαι coni. Meineke; πίνομεν . . . πλέκειν coni. Naber — 88. Ἥραν: Ἑρμᾶν coni. Bornemann Phil. 47, 597, acute —

74. χρῆμ' ἕκαστον· hic et O. IX 104 varia studia hominum, bellicam virtutem, artis sollertiam, sapientiae acumen significat — 75. τοῖς, οἷς· cf. P. III 89 et fr. 220 τῶνδε . . . ὅσσα — δωδέκατον· victoriae Agesiae decus auget; nam duodecies equos, octies mulas circa metam cucurrisse schol. O. III 59 tradunt — 79. ἀγῶνας ἔχει· unde dicitur ἐναγώνιος Ἑρμᾶς P. II 12. I. I 60 — 82. ἀκόνας λιγυρᾶς· acutae cotis esse dicit, quod sibi primo in mentem venerit Metopam, filiam Arcadici fluvii Ladonis, cum Metopa, nympha Boeotici fluvii Asopi et matre Thebae, coniungere; de Theba filia Asopi v. I. VIII 17 — 85. πλάξιππον· quod studia equestria Thebis in summo honore erant, unde Καδμεῖοι κέντορες ἵππων dicuntur ab Hom. Il. IV 391 et Βοιωτοὶ πλήξιπποι ab Hes. scut. 24 — 86. πίομαι si genuinum est, vim praesentis habet; conf. Ibyc. 17 πυκινὰς πέμφιγγας πιόμενοι — 88. Αἰνέα· schol.: Αἰνέας οὗτος χοροδιδάσκαλος, ᾧτινι ὁ Πίνδαρος ἐχρήσατο διὰ τὸ αὐτὸν ἰσχνόφωνον εἶναι καὶ μὴ δύνασθαι ἐν τῷ δημοσίῳ δι' ἑαυτοῦ καταλέγειν τοῖς χοροῖς, ὅπερ οἱ πλεῖστοι καὶ μεγαλόφωνοι τῶν ποιητῶν ἀγωνιζόμενοι ἐποίουν, δι' ἑαυτῶν διδάσκοντες τοὺς χορούς. Scholiasta igitur Aeneam chorodidascalum fuisse credidit, quod licet ille ineptis commentis involverit (cf. Stzb. d. b. Ak. 1895 p. 23 sq.), verum tamen esse videtur, modo

γνῶναί τ' ἔπειτ', ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλαθέσιν
λόγοις εἰ φεύγομεν, Βοιωτίαν ὗν. ἐσσὶ γὰρ ἄγγελος ὀρθός,
ἠυκόμων σκυτάλα Μοισᾶν, γλυκὺς κρατὴρ ἀγαφθέγκτων
ἀοιδᾶν·

Ἀντ. ε'.

εἰπὸν δὲ μεμνᾶσθαι Συρακοσσᾶν τε καὶ Ὀρτυγίας·
τὰν Ἱέρων καθαρῷ σκάπτῳ διέπων,
ἄρτια μηδόμενος, φοινικόπεζαν
ἀμφέπει Δάματρα, λευκίππου τε θυγατρὸς ἑορτάν,
καὶ Ζηνὸς Αἰτναίου κράτος. ἁδύλογοι δέ νιν
λύραι μολπαί τε γινώσκοντι. μὴ θράσσοι χρόνος ὄλβον
ἐφέρπων.
σὺν δὲ φιλοφροσύναις εὐηράτοις Ἀγησία δέξαιτο κῶμον

—

90. *ἐσσὶ*: *ἔστι* coni. Wilamowitz — 91. *ἀγαφθέγκτων B*: *ἀφθόγγων A*, *ἀγαφθέκτων CD* — 92. *εἰπὸν* Boeckh: *εἶπον* codd. — *δ' ἐμὲ μνᾶσθαι* coni. Iurenka — *συρακουσᾶν A* — 93. *σκάπτρῳ BD* — 95. *ἑορτὰς A* — 97. *λύραι* codd.: *πνοαί* schol., quod interpretamentum depravatae scripturae *ΑΥΡΑΙ* esse divinavit Bury in edit. Pind. Nem. LIII — *μολπαὶ ABD*: *πολλαί C*, *λύραι πνοιαί* veterem lectionem fuisse coni. Lehrs, Pindarscholien 10 — *θράσσοι* Boeckh: *θραύσοι ABCD*, *θραύσαι* Hermann — 98. *εὐκράτοις* (*η* scripto supra *κ*) *A* —

Aeneam non semper, sed hoc solo loco chorodidascali munere functum esse statuas. Nomen enim Aeneae in Arcadia frequens erat, unde hunc Aeneam Arcadem et cognatum vel hospitem Agesiae fuisse Hermannus merito statuit. Simili autem munere Agrigenti Nicasippum functum esse poeta significat I. II 47; cf. Vit. Pind. in Prol. p. CI 26. CVI 38 — 88. *Ἥραν Παρθενίαν* celebrare iubetur, quod feriis Iunonis haec epinicia agebantur, ut epinicia Theronis O. III sacris Dioscurorum, Arcesilai P. V Carneis Apollinis acta esse constat. Etenim inde ex Homericis temporibus sancitum fuit, ut feriis deorum primum deus, cuius feriae essent, hymno vel prooemio celebraretur, deinde ad laudes hominum transiretur. Quem autem locum vulgo rhapsodiae Homeri, ut *Διομήδεια*, *Ἀγαμέμνονος ἀριστεία*, *Δολώνεια*, obtinebant, eum tum Pindari epinicium in honorem Agesiae factum explebat. Atque Heynius et Grafius (De Graec. vet. re mus. 62) verbis *πρῶτον μὲν Ἥραν Παρθενίαν κελαδῆσαι* solis Iunonem laudatam esse credunt; quod ut fieri posse concedo, ita magis tamen Dissenii mihi probatur sententia praeter hoc epinicium hymnum Iunonis peculiarem, alius opinor poetae, cantatum esse statuentis. Sic enim melius apparet, cur non ex Iunonis hymno, sed ex eo, quod eum sequebatur, carmine ars Pindari cognosci dicatur — 90. *Βοιωτίαν ὗν·* schol.: *Ἀρίσταρχος παρὰ τὸ λεγόμενον· ἐν Βοιωτίᾳ ὗς·* cf. fr. 83 — 91. Aeneas, internuntius poetae, carmina eorumque modos a Pindaro acceptos tamquam scutala Laconica in Arcadiam afferre iisque quasi cratere vini laetitiam convivii augere dicitur. — 92 s. venuste poeta convivas, cum Hieronis memores eos esse iubet, ipse carminis, quo antea Hieronis laudes cecinerat (O. I 12), commonet — 94. *φοινικόπεζαν*, purpureo socco indutam interpretatur Wilamowitzius ad colores figurarum figlinarum provocans; equidem cur haec interpretatio vulgari 'purpureo pede' potior sit non intellego — 95. schol.: *ἱερωσύνην εἶχεν ὁ Ἱέρων Δήμητρος καὶ Κόρης καὶ Διὸς Αἰτναίου ἐν Σικελίᾳ ἐκ διαδοχῆς Τηλίνου τοῦ προγόνου αὐτῶν . . . τὰ προκείμενά φησιν ὁ ⟨Δίδυμος⟩ καὶ παρατίθεται τὰ Φιλίστου καὶ τὰ Τιμαίου.* Hieronis sacerdotium praeterquam hoc loco poeta significavit P. II 115 et fr. 105; totam rem uberrime tractavit Luebbert, De Hieronis regis sacerdotio Cereali, Bonnae 1887 — 95. *λευκίππου θυγατρός*, Proserpinae, quae *λευκοπώλῳ ἅρματι* ad caelum vecta esse fertur in scholiis — 96. schol.: *ἐν τῇ Αἴτνῃ Διὸς Αἰτναίου ἄγαλμα ἵδρυται, καὶ ἑορτὴ*

Ἐπ. ε΄.

οἴκοθεν οἴκαδ᾽ ἀπὸ Στυμφαλίων τειχέων ποτινισσόμενον,
ματέρ᾽ εὐμήλοιο λείποντ᾽ Ἀρκαδίας. ἀγαθαὶ δὲ πέλοντ᾽ ἐν
χειμερίᾳ
νυκτὶ θοᾶς ἐκ ναὸς ἀπεσκίμφθαι δύ᾽ ἄγκυραι. θεὸς
τῶνδε κείνων τε κλυτὰν αἶσαν παρέχοι φιλέων.
δέσποτα ποντόμεδον, εὐθὺν δὲ πλόον καμάτων
ἐκτὸς ἐόντα δίδοι, χρυσαλακάτοιο πόσις
Ἀμφιτρί- τας, ἐμῶν δ᾽ ὕμνων ἄεξ᾽ εὐτερπὲς ἄνθος.

---

99. ποτινισόμ. *ABCD* — 100. λείποντ᾽ Tricl.: λιπόντ᾽ *ABCD* — πέλονταί γ᾽ (τ᾽ *C*) ἐν *AC* — 101. ἀπεσκῆφθαι *A* — 102. τῶν δ᾽ ἐκείνων *ABCD*, τῶν τε κείνων Heyne — 103. ποντόμεδον codd.: ποντομέδων Boeckh, sed vide ad O. VI 28 — εὔθυνε πλόον καμάτων δ᾽ *A* — 105. δ᾽ om. *A* — ἄεξ᾽ *BCD*: δέξ᾽ *A* — εὐερπὲς *D*, εὐπρεπὲς *E*.

Αἰτναῖα καλεῖται. Ad utrumque sacerdotium Hieronis conferre iuvat Diod. XI 26: *Γέλων ἐκ μὲν τῶν λαφύρων κατεσκεύασε ναοὺς ἀξιολόγους Δήμητρος καὶ Κόρης . . . ἐπεβάλετο δὲ ὕστερον ⟨Ἱέρων⟩ καὶ κατὰ τὴν Αἴτνην κατασκευάζειν νεὼν Δήμητρος* — 101. *δύ᾽ ἀγκύραι* una ex prora, altera ex puppi demissa, hic una in vetere patria Arcadia, altera in nova Sicilia; de locutione proverbiali cont. Stob. serm. 110, 22: *οὔτε ναῦν ἐξ ἑνὸς ἀγκυρίου, οὔτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ὁρμιστέον*, et Herond. 1, 41: *νηῦς μιῆς ἐπ᾽ ἀγκύρης οὐκ ἀσφαλὴς ὁρμοῦσα.* Ceterum praeclare poeta turbas praesagit, quibus mox Hieronis regnum concutiebatur et Agesias vates interiit — 103. *καμάτων ἐκτὸς·* praepositionem a suo nomine fine versus disiungere non dubitavit neque hic neque O. VII 18. P. IV 68. N. X 31 — 104. *πόσις·* Neptunus, qui antea tamquam dominus maris invocatus est — 105. *ἄεξ᾽ εὐτερπὲς ἄνθος·* cf. O. I 119 et clausulam Homerici hymni 21 *χάριν δ᾽ ἅμ᾽ ὄπασσον ἀοιδῇ.*

ΟΛΥΜΠ. Ζ.

ΔΙΑΓΟΡᾼ ΡΟΔΙῼ

ΠΥΚΤῌ.

Strophae.

⏑⏑ – – –́ ⏑ – | – –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ |
–̈ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ – – | –́ ⏑ ⏓
– –̈ ⏑ ⏓ |
⏒ –̈ ⏑ – – –́ ⏑ – – | –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ – | – –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ |
–̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –̈ ⏑ – – | –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ |
⏑⏑ – – –́ ⏑ – – | –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ |

Epodi.

–̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ – | – –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ ⏓ |
–̈ ⏑ – – –́ ⏑ – – | –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ – –́, | ⏑ ⏓
–̈ ⏑⏑ – | ⏑̈⏑ ⏑ – ⏑⏑ –́ ⏑⏑ – | – –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ |
–̈ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏓ |
–̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ – | ⏓ ⏑̈⏑ ⏑ –́ – –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ |
⏑⏑ – –̈ ⏑⏑ – | ⏑⏑ – – –̈ ⏑ ⏓ |
–̈ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ – – |

Argumentum.

Diagoras Damageti filius Rhodius e nobilissima gente Eratidarum (v. 93), quae a Tlepolemo, Herculis filio, originem duxit, Ol. 79 = 464 a. Chr. pugilatu Olympiae vicit. Ex tribus civitatibus insulae Rhodi Ialysum, ut in qua urbe olim Damagetus regiam potestatem exercuerit (v. Paus. IV 24, 1), patriam victoris fuisse verisimile est. Ipse clarus inter paucos statura et robore corporis fuit, eiusque memoria et hac oda in templo Minervae Lindiae aureis litteris exarata et statua plus quatuor cubitorum Olympiae posita (v. schol. ad inscr. et Paus. VI 7, 2) ad posteros propagata est. Patris vero studia pugilatus et pancratii etiam ad filios et nepotes transiisse testantur schol. ad inscr. et Paus. VI 7 et Cic. Tusc. I 46.

Magnifico prooemio, quo suum munus poeta cum patera aurea inter convivium genero oblata apposite confert, consilium praedicandi victoriam Diagorae aperit (1—19). In principali parte odae (20—76) tres fabulas Rhodi insulae narrat, e quibus prima est de Tlepolemo Heraclida ad expiandam caedem Licymnii in insulam, ubi Iupiter in natalibus Minervae aurum pluisset, coloniam deducere iusso (20—38), altera de Rhodiis a Minerva propter sacra deae in arce instituta miris artificiis auctis (39—53), tertia de Rhodo insula antea in aequore maris

latente et, cum in lucem evecta esset, Soli deo donata (54—76). Ad postremum varias victorias Diagorae recenset et pro futura felicitate gentis Eratidarum, cui iam tum pericula a popularibus factionibus impendebant, pia vota facit (77—95). — Egregie orationis partes cum partibus metricis ita poeta concinnavit, ut quinque partium unaquaeque triadicam periodum strophae antistrophae epodi amplectatur, qua de arte a Pindaro provecta aetate exculta vide ad. O. XIII.

De metris.

In splendidissimo hoc carmine a vulgaribus formis carminum dactylo-epitriticorum tantopere Pindarus recessit, ut quomodo versus scandendi et numeri explendi sint saepe dubites. Inprimis hoc peculiare est huius carminis, quod saepe pes in fine praecedentis versus inchoatus in principio sequentis versus perficitur, velut str. vv. 2 et 3, 3 et 4, 5 et 6, ep. 4 et 5, 5 et 6, unde nescio an strophae versus 2—4, 5—6, epodi versus 4—6 in singulas periodos coniungendi sint, et versiculi monocoli str. 2 et ep. 4, a maiestate illi carminum dactylo-epitriticorum quam maxime alieni (cf. Censorin. de mus. p. 608, 3 ed. K.), colorum potius quam versuum vicem obtineant. Quod autem in fine plerorumque versuum perexiguum tempus pausae poeta reliquit, hoc cum alacritate et fervore modorum huius carminis cohaeret, quae etiam anacrusi bisyllaba primi versus et frequentia dactylicorum colorum expressa sunt. Dactylos enim adeo poeta praeoptavit, ut contra veterem consuetudinem dactylica tripodia, non epitritico versu stropham clauderet (cf. O. X str. P. IX ep., N. XI str. et ep.). Admodum vero dubium est, utrum finales duae syllabae secundi versus epodi huic versui concedendae an proximo versui praefigendae sint; equidem, cum iambica anacrusis a gravitate versuum dactylo-epitriticorum abhorreat, Bergkii quam Boeckhii veterisque colometriae rationes sequi satius duxi, praesertim cum etiam sententiarum conformatio in vv. 33 et 52 nostris rationibus faveat. Denique de versibus acephalis, a quibus stropha orditur et in quos desinit, confer O. XIII 1. P. I ep. 8. III ep. 9. IX 1. ep. 9. N. X 1 et vide Prol. XIX. L — Carmen hoc cantatum est publice a frequenti choro inter epulas a gente Eratidarum ad celebrandam victoriam gentilis Diagorae adornatas (v. 94), consociato cantu fidium et tibiarum (v. 12). Pindarum ipsum Rhodum cum Diagora victore venisse, ut chorum doceret et in canendo praeiret, versu 13 significatum esse videtur; sed cum verbum *πέμπων* v. 8 in contrariam sententiam trahi possit et eodem anno Xenophonti Corinthio praesens Pindarus victoriam gratulatus esse dicatur (O. XIII 3), nihil certi statuere ausim, nisi quod poetam insulam ipsum vidisse et homines cognovisse veri simillimum est.

Στρ. α'.

Φιάλαν ὡς εἴ τις ἀφνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἑλὼν
ἔνδον ἀμπέλου καχλάζοισαν δρόσῳ

VARIA LECTIO. Inscr. *Διαγόρᾳ Ῥοδίῳ πύκτῃ ABCD*, praeterea addunt *A* *υἱῷ Δαμαγήτου*, *BDV υἱῷ Δαμ. νικήσαντι τὴν οθ'* (*οζ'* minio add. *D*) *ὀλ.* —

COMMENTARII. v. 1—6. praeclara comparatio carminis cum phiala vini (cf. O. VI 91) egregie carmini convenit in convivio cantando; cf. N. III 77. Res ipsa

δωρήσεται,
νεανίᾳ γαμβρῷ προπίνων οἴκοθεν οἴκαδε πάγχρυσον κορυ-
φὰν κτεάνων,
συμποσίου τε χάριν κᾶδός τε τιμάσαις ἑόν· ἐν δὲ φίλων
παρεόντων θῆκέ νιν ζαλωτὸν ὁμόφρονος εὐνᾶς·

Ἀντ. α'.

καὶ ἐγὼ νέκταρ χυτόν, Μοισᾶν δόσιν, ἀεθλοφόροις
ἀνδράσιν πέμπων, γλυκὺν καρπὸν φρενός,
ἱλάσκομαι
Ὀλυμπίᾳ Πυθοῖ τε νικώντεσσιν. ὁ δ' ὄλβιος, ὃν φᾶμαι
κατέχοντ' ἀγαθαί.
ἄλλοτε δ' ἄλλον ἐποπτεύει Χάρις ζωθάλμιος ἁδυμελεῖ
ἅμα μὲν φόρμιγγι παμφώνοισί τ' ἐν ἔντεσιν αὐλῶν.

---

1. φιάλαν . . 3 δωρήσεται affert. *Ath.* XI p. 504 a — 1. ἀφνεᾶς *A* — 2. καγχλ. *A* — ἀμπέλου καχλάζοισαν δρόσον Planudes in schol. Hermog. ap. Walz t. VII p. 486 — 3. δωρήσατο coni. Naber — 4. προπέμπων v. l. schol. — οἴκοθεν οἴκαδε Iulian ep. 46 — 5. συμποσίου *BCD*: συμποσίω (supra ω scripto ου) *A*, συμποσίῳ Mommsen — ἑόν: νέον coni. Bergk — 10. ὀλ. *ABCD*: οὐλ. *Byz.* — 11. ζωοφθάλμιος *C* — 12. ἅμα lemma in *A*: θαμὰ codd., θ' ἅμα Heyne *A* — ἐν ἔντ. *AC*: ἔντ. (omisso ἐν) *BD* —

illustratur simili more Sarmatarum ab Athenaeo XIII p. 575 exposito: Ὁμάρτης (rex Sarmatarum) συναγαγὼν τοὺς ἐκ τῆς βασιλείας δυνάστας καὶ φίλους καὶ συγγενεῖς ἐποιεῖτο τοὺς γάμους οὐ προειπών, ὅτῳ μέλλοι διδόναι τὴν θυγατέρα. ἀκμαζούσης οὖν τῆς μέθης εἰσκαλέσας τὴν Ὀδάτιν ὁ πατὴρ εἰς τὸ συμπόσιον εἶπεν ἀκουόντων τῶν συνδείπνων· ἡμεῖς, ὦ θύγατερ Ὀδάτι, νῦν ποιούμεθα τοὺς σοὺς γάμους· περιβλέψασα οὖν καὶ θεωρήσασα πάντας, λαβοῦσα χρυσῆν φιάλην καὶ πληρώσασα δὸς ᾧ θέλεις γαμηθῆναι· τούτου γὰρ κεκλήσῃ γυνή — 3. δωρήσεται pro δωρήσηται ex usu Homeri; cf. O. I 7. De εἰ cum. coni. cf. O. VI 11. P. IV 266. 274. N. VII 11. 15. IX 46. I. III 59. V 13 — 4. προπίνων· propinans et simul dans; sic Demosth. de fals. leg. 139: ὁ Φίλιππος ἄλλα τε δὴ πολλά, οἷον αἰχμάλωτα καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ τελευτῶν ἐκπώματα ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ προὔπινεν αὐτοῖς· cf. Plut. vit. Pericl. 7 ἄκρατον τοῖς πολίταις ἐλευθερίαν οἰνοχοῶν — 5. συμποσίου τε χάριν κᾶδός τε τιμάσαις· convivii gratiam exornans et generum suum; sic enim orationem expedire malo quam συμποσίου χάριν ad antecedentia verba tamquam appositionem trahere. Participio enim aoristi Pindarus non solum rem antea factam, sed etiam eam, quae tum ipsum agebatur, significavit; cf. ὀρθώσαις O. III 3, ἐπικύρσαις O. VI 7, αἰνήσαις O. IX 14, O. X 48 N. I 62 — ἐν δὲ, una autem, ut N. VII 78. fr. 79 — 7. νέκταρ· cf. Persii sat. prol. 14 *Pegaseium nectar*; epigr. coll. Kaibel n. 787 ἡ Ζηνὸς Διὶ τόνδε Πολύμνια νέκταρος ἀτμὸν πέμπω — 7. χυτόν· illustratur locutionibus χέειν αὐδήν, μέλος, θρῆνον, φωνήν a poetis et scriptoribus usurpatis; etiam Byzantini melodi modum quendam canendi χύμα dicebant, de quo cf. Christ, Anth. graec. carm. christ. p. CXV — 8. πέμπων· tradens tamquam poculum convivae. Dicendi genus bene illustrat Graf, de Graec. vet. re mus. p. 41 epigrammate Dionysii Chalc. 1: ὦ Θεόδωρε, δέχου τήνδε προπινομένην | τὴν ἀπ' ἐμοῦ ποίησιν, ἐγὼ δ' ἐπιδέξια πέμπω, σοὶ πρώτῳ χαρίτων ἐγκεράσας χάριτας, | καὶ σὺ λαβὼν τόδε δῶρον ἀοιδᾶς ἀντιπρόπιθι | συμπόσιον κοσμῶν καὶ τὸ σὸν εὖ θέμενος. — 8. ἀεθλοφόροις· praemia certaminum ferentibus; cf. Hom. IX 124 ἵππους ἀθλοφόρους — 10. κατέχοντ', κατέχοντι, ut P. I 96 — 11. ἄλλοτε δ' ἄλλον· cf. fr. 288 — ζωθάλμιος ad analogiam nominis compositi βιοθάλμιος (h. Ven. 189) formatum vitae ornamentum esse Gratiam significat — 12. παμφώνοισι· hoc nomine, quod P. XII 19 et I. V 27 redit,

'Επ. α'.

καί νυν ὑπ' ἀμφοτέρων σὺν Διαγόρᾳ κατέβαν τὰν ποντίαν
ὑμνέων παῖδ' Ἀφροδίτας Ἀελίοιό τε νύμ-φαν, Ῥόδον,
εὐθυμάχαν-ὄφρα πελώριον ἄνδρα παρ' Ἀλφειῷ στεφανω-
σάμενον
αἰνέσω πυγμᾶς ἄποινα
καὶ παρὰ Κασταλίᾳ, πατέρα τε Δαμάγητον ἀδόντα Δίκᾳ,
Ἀσίας-εὐρυχόρου τρίπολιν νᾶσον πέλας
ἐμβόλῳ ναίοντας Ἀργείᾳ σὺν αἰχμᾷ.

Στρ. β'.

ἐθελήσω τοῖσιν ἐξ ἀρχᾶς ἀπὸ Τλαπολέμου
ξυνὸν ἀγγέλλων διορθῶσαι λόγον,
Ἡρακλέος
εὐρυσθενεῖ γέννᾳ. τὸ μὲν γὰρ πατρόθεν ἐκ Διὸς εὔχον-
ται· τὸ δ' Ἀμυντορίδαι
ματρόθεν' Ἀστυδαμείας· ἀμφὶ δ' ἀνθρώπων φρασὶν ἀμ-
πλακίαι
ἀναρίθμητοι κρέμανται· τοῦτο δ' ἀμάχανον εὑρεῖν,

14. Ἀμφιτρίτας v. l. schol. — 15. εὐθύμαχον A — ἀλφεῷ A — 18. εὐρυχόρου B: εὐρυχώρου (-ροιο C) ACD — 19. ἐμβόλῳ B: ἐμβόλω ACD; εὔβολον Theotimum legisse testantur schol. — 20. τοῖσιν ABD^{pc} schol.: τοί νυν CD^{ac} — 21. ἀγγέλων CD^{ac} — 24. φρεσὶν CD^{1} —

ubertatem et varietatem sonorum, quae tibiarum maior quam lyrae esset, significari exposuit Graf. l. l. p. 5 — 13. καί νυν = καὶ νῦν, cf. O. III 34. P. III 66. XI 7 — κατέβαν· notio huius verbi propriane an translata sit, a vi verbi πέμπων v. 8 pendet — ὑπ' ἀμφοτέρων· cf. O. IV 2 — 16. πυγμᾶς ἄποινα· hymnum pugilatus mercedem dicit, ut P. II 14. I. III 7. VIII 4. — 17. καὶ παρὰ Κασταλίᾳ non cum αἰνέσω π. ἀπ. sed cum παρ' Ἀλφειῷ στεφανωσάμενον coniungendum est — ἀδόντα Δίκᾳ· verisimiliter Boeckhius coniecit Damagetum, patrem Diagorae, tum summum magistratum (πρύτανιν) Rhodi gessisse, traditum a maioribus regiis hereditario iure — 18. τρίπολιν· cf. v. 75 — 19. πέλας ἐμβόλῳ· Peraeam Cariae significat cunei forma in mare procurrentem — Ἀργείᾳ σὺν αἰχμᾷ· colonis ex Argis a Tlepolemo adductis, ut iam expositurus poeta est.

20. fabularis pars carminis incipit — ἐθελήσω· non multum abest ab ἐθέλω, quo in simili sententia P. IX 1 usus est; de hac vi futuri adhortativi vide ad O. VI 21. In fabula Tlepolemi narranda Pindarus sequitur Homerum Il. II 661 ss.; historicam fidem si audis, non Tlepolemus, filius Herculis, sed multo post Althaemenes Argivus ex regia stirpe Heraclidarum Rhodum coloniam deduxit — 21. ξυνὸν λόγον· v. ad O. X 11 — 22. Ἡρακλέος γέννᾳ appositio est praecedentis pronominis τοῖσιν i. e. τούτοις· cf. O. II 16 — 24. ματρόθεν Ἀστυδαμείας· schol.: ἐναντίως τῷ ποιητῇ τὰ περὶ τῆς μητρὸς Τληπολέμου ἱστορεῖ ὁ Πίνδαρος· Ὅμηρος μὲν γὰρ αὐτὴν Ἀστυόχην ἀποκαλῶν καὶ Ἄκτορος εἶναι θυγατέρα βούλεται, ἐν οἷς φησιν· Ὃν τέκεν Ἀστυόχεια (B 658). ἔοικε δὲ ὁ Πίνδαρος ἐντετυχηκέναι τῷ Ἀχαιῷ ἱστοριογράφῳ (scil. Acusilao). ἐκεῖνος γὰρ οὕτω γενεαλογεῖ Ὑπερόχου Εὐρύπυλος· οὗ Ὄρμενος· οὗ Φέρης· οὗ Ἀμύντωρ· οὗ Ἀστυδάμεια ἡ Τληπολέμου μήτηρ· καὶ αὐτὸς δὲ Ἀμύντωρ εἰς Δία τὸ γένος ἀνάγει — 24. κρέμανται· simili locutione usus est I. II 43 —

'Αντ. β'.

ὅ τι νῦν ἐν καὶ τελευτᾷ φέρτατον ἀνδρὶ τυχεῖν.
καὶ γὰρ Ἀλκμήνας κασίγνητον νόθον
σκάπτῳ θενὼν
σκληρᾶς ἐλαίας ἔκτανεν Τίρυνθι Λικύμνιον ἐλθόντ' ἐκ θα-
λάμων Μιδέας
τᾶσδέ ποτε χθονὸς οἰκιστὴρ χολωθείς. αἱ δὲ φρενῶν ταραχαὶ
παρέπλαγξαν καὶ σοφόν· μαντεύσατο δ' ἐς θεὸν ἐλθών.

'Επ. β'.

τῷ μὲν ὁ Χρυσοκόμας εὐώδεος ἐξ ἀδύτου ναῶν πλόον
εἶπε Λερναίας ἀπ' ἀκτᾶς εὐθὺν ἐς ἀμφιθάλασ-σον νομόν,
ἔνθα ποτὲ-βρέχε θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας χρυσέαις νιφά-
δεσσι πόλιν,
ἁνίχ' Ἁφαίστου τέχναισιν
χαλκελάτῳ πελέκει πατέρος Ἀθαναία κορυφὰν κατ' ἄκραν
ἀνορού-σαισ' ἀλάλαξεν ὑπερμάκει βοᾷ·
Οὐρανὸς δ' ἔφριξέ νιν καὶ Γαῖα μάτηρ.

---

26. *καὶ* om. *A* — *φέρτερον A* — 29. *ἔκτανεν D*: *ἔκτανε B*, *ἔκταν' ἐν AC* — 31. *παρέπλαξαν D* — 32. *ναῶν*: *νωμᾶν* et infra *εὐθὺν* Bergk Hermannum secutus — 33. *εὐθὺν γρ. E*: *εὔθυν' ABCD*; *εἰς A*; *ὅρσαι ἐς* coni. Mommsen; at cf. P. IV 6 — 34. *βρέχει* lemma in *A* — *χρυσέαις Byz.*: *χρυσέαισι ABCD* — 37. *ἀνορ.*: *ἐνορ.* $E^{ac}F$ —

26. *νῦν ἐν καὶ τελευτᾷ*· nunc et etiam in fine, de qua dicendi breviloquentia disseruit Haupt opusc. I 133; confer similem usum particulae *καὶ* O. II 31. P. X 58 — 27 ss. cf. Hom. Il. II 661: *Τληπόλεμος δ' ἐπεὶ οὖν τράφη ἐν μεγάρῳ εὐπήκτῳ, | αὐτίκα πατρὸς ἑοῖο φίλον μήτρωα κατέκτα | ἤδη γηράσκοντα Λικύμνιον ὄζον Ἄρηος.* — 29. *ἐκ θαλάμων Μιδέας*· Licymnium Electryo ex Phrygia concubina Midea genuerat, ex Lysidica iusta uxore Alcmenam, matrem Herculis; v. Prol. CXXII. Quae causa irae Tlepolemi fuerit, iam veteres grammaticos ignorasse scholia docent; sed quod Licymnius ex conclavi Mideae prodiens a Tlepolemo percussus est, hoc rixas inter uxorem legitimam eiusque progeniem et concubinam alienigenam causam irarum fuisse significat — 32. *Χρυσοκόμας*, Apollo, ut O. VI 41; cf. I. VII 49 — *εὐώδεος*, odori fumo hostiarum et turis; cf. hymn. Hom. III 65 *εὐώδεος ἐκ μεγάροιο* — 33 s. tumidam et obscuram oraculorum orationem poeta imitatur ambagibus subobscuris *Λερναίας ἀπ' ἀκτᾶς* et *ἀμφιθάλασσον νομόν* — 34. *ἔνθα . . . νιφάδεσσι*· alludit ad Homericum versum *B* 670 *καί σφιν* (scil. *Ῥοδίοις*) *θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων* — 35. ss. Pindaro duce Phidias in fastigio aedis Minervae Atheniensis arcis (v. 49 *ἀκροπόλει*) deam ex capite Iovis procreatam finxit; Pindaro praeiverant Hesiodus (theog. 924) et Stesichorus (schol. Apoll. Rhod. IV 1310), qui Minervam armatam ex capite Iovis exsiluisse narraverant — 35. *Ἁφαίστου τέχναισιν*· schol.: *ἐν τοῖς Μουσαίου Παλαμάων λέγεται πλῆξαι τοῦ Διὸς τὴν κεφαλήν, ὅτε τὴν Ἀθηνᾶν ἐγέννα· ἔνιοι δὲ τὸν Προμηθέα λέγουσι, Σωσίβιος δὲ Ἑρμῆν φησιν· Ἀριστοκλῆς δὲ νέφει συγκεκροῦσθαι τὴν θεόν, τὸν δὲ Δία πλήξαντα τὸ νέφος ἐκφῆναι τὴν θεόν*· Pindarus ope Vulcani Minervam procreatam finxisse videtur, quod armatam deam exsiluisse Stesichorus dixerat — 38. *Οὐρανὸς ἔφριξε*· cf. Hom. hymn. Minervae 28, 9 *μέγας δ' ἐλελίζετ' Ὄλυμπος . . . ἀμφὶ δε γαῖα σμερδάλεον ἰάχησεν* —

Στρ. γ΄.

τότε καὶ φαυσίμβροτος δαίμων Ὑπεριονίδας
μέλλον ἔντειλεν φυλάξασθαι χρέος
παισὶν φίλοις,
ὡς ἂν θεᾷ πρῶτοι κτίσαιεν βωμὸν ἐναργέα, καὶ σεμνὰν
θυσίαν θέμενοι
πατρί τε θυμὸν ἰάναιεν κόρᾳ τ' ἐγχειβρόμῳ. ἐν δ' ἀρετὰν
ἔβαλεν καὶ χάρματ' ἀνθρώποισι Προμαθέος αἰδώς.

Ἀντ. γ΄.

ἐπὶ μὰν βαίνει τι καὶ λάθας ἀτέκμαρτα νέφος
καὶ παρέλκει πραγμάτων ὀρθὰν ὁδὸν
ἔξω φρενῶν.
καὶ τοὶ γὰρ αἰθοίσας ἔχοντες σπέρμ' ἀνέβαν φλογὸς οὔ·
τεῦξαν δ' ἀπύροις ἱεροῖς
ἄλσος ἐν ἀκροπόλει. κείνοις ὁ μὲν ξανθὰν ἀγαγὼν νεφέλαν
πολὺν ὗσε χρυσόν· αὐτὰ δέ σφισιν ὤπασε τέχναν

Ἐπ. γ΄.

πᾶσαν ἐπιχθονίων Γλαυκῶπις ἀριστοπόνοις χερσὶ κρατεῖν.
ἔργα δὲ ζωοῖσιν ἑρπόντεσσί θ' ὁμοῖα κέλευ-θοι φέρον.
ἦν δὲ κλέος-βαθύ. δαέντι δὲ καὶ σοφία μείζων ἀδόλως
τελέθει.

---

40. *ἐνέτειλε* A — 42. *ὡς τᾷ θεῷ* coni. Kayser — *πρῶτον* C — 43. *ἰάναι. κόρα* (sine *εν*) BD[pc] — 45. *ἀτέκμαρτα* coni. Schmid: *ἀτέκμαρτον* ABCD — 46. *παρέλκει πρ. ὀρθᾶν ὁδῶν ἔξω φρένας* coni. Bergk — 48. *ἀπείροις* A[i] — 49. *κείνοις ὁ μὲν* Mingarelli: *κείνοισι μὲν* ABCD — *νεφέλαν ζεύς* ABCD, *ζεὺς* eiec. Mosch. — 53. *ἀδόλως* unus ex scholiastis legisse videtur: *ἄδολος* codd. —

39 ss. Fabulae de Tlepolemo ab oraculo Delphico Rhodum coloniam deducere iusso lepide poeta intexuit alteram fabulam de origine sacrorum Minervae in arce Rhodi; eandem fabulam narrat Diodorus v 56 — *Ὑπεριονίδας*· sub forma patronymici latet vis Solis in alto fastigio caeli vehentis — *φαυσίμβροτος* (ex *φαϝεσίμβροτος*) deum mortales luce collustrantem significat — 44. *Προμαθέος αἰδώς*· providentia, quae similiter a Prometheo nata dicitur atque excusatio (*πρόφασις*) ab Epimetheo; cf. P. v 27 — 46 s. *παρέλκει . . φρενῶν*· rerum cursum primum recte institutum (*ὀρθάν*) in tramitem concilio prudenti contrarium trahit; cf. Eur. Herc. 775 *εὐτυχία φρενῶν βροτοὺς ἐξάγεται* — 48. *ἀπύροις ἱεροῖς*· scholia: *ἄπυρα δὲ μέχρι νῦν οἱ Ῥόδιοι θύουσιν ἀπ' ἐκείνης τῆς ἀρχῆς τῇ Ἀθηνᾷ. καὶ Ἀπολλώνιος (ἐν Ῥόδου κτίσει) ἄπυρα τοὺς Ῥοδίους ἱερὰ θύειν διὰ τὴν πρὸς Ἥφαιστον ἕνεκα τῶν γάμων ἔχθραν, ὅτι ἐπεδίωξε τὴν Ἀθηνᾶν βουλόμενος συμμιγῆναι* — 50. *αὐτά*· Minerva *γλαυκῶπις*, ut quae principalis dea arcis Rhodiorum et Atheniensium fuerit — 51. *τέχναν πᾶσαν . . . κρατεῖν*· artem omnis generis, ut artificiosis manibus ceteros incolas terrae vincerent — 52. *ἔργα . . . ὅμοια*· imitatur Pindarus Homerum Il. XVIII 418 signa Vulcani dei vivis similia praedicantem — 53. *δαέντι δὲ καὶ σοφία μείζων ἄδολος τελέθει*· sapientia et institutione (*δαέντι*), non fraude artem Rhodiorum comparatam esse dicit, reiectis fabulosis commentis de Telchinis fabris, qui magicis praestigiis mira sua artificia procreasse ferebantur. Illa autem sapientiae ars quomodo Rhodiis facta

φαντὶ δ' ἀνθρώπων παλαιαὶ
ῥήσιες, οὔπω ὅτε χθόνα δατέοντο Ζεύς τε καὶ ἀθάνατοι,
φανερὰν ἐν πελάγει Ῥόδον ἔμμεν ποντίῳ,
ἁλμυροῖς δ' ἐν βένθεσιν νᾶσον κεκρύφθαι.

Στρ. δ'.

ἀπεόντος δ' οὔτις ἔνδειξεν λάχος Ἀελίου·
καί ῥά νιν χώρας ἀκλάρωτον λίπον,
ἁγνὸν θεόν.
μνασθέντι δὲ Ζεὺς ἄμ πάλον μέλλεν θέμεν. ἀλλά νιν οὐκ
εἴασεν, ἐπεὶ πολιᾶς
εἶπέ τιν' αὐτὸς ὁρᾶν ἔνδον θαλάσσας αὐξομέναν πεδόθεν
πολύβοσκον γαῖαν ἀνθρώποισι καὶ εὔφρονα μήλοις.

Ἀντ. δ'.

ἐκέλευσεν δ' αὐτίκα χρυσάμπυκα μὲν Λάχεσιν
χεῖρας ἀντεῖναι, θεῶν δ' ὅρκον μέγαν
μὴ παρφάμεν,
ἀλλὰ Κρόνου σὺν παιδὶ νεῦσαι, φαεννὸν ἐς αἰθέρα νιν
πεμφθεῖσαν ἑᾷ κεφαλᾷ

---

56. *ἔμμεναι A* — 57. *ἁλμυροῖσι BCD* — 58. *ἔνριψεν* coni. Naber et Herwerden — 59. *χλωρᾶς A* — *λεῖπον A* — 61. *ἂμ πάλον* Boeckh: *ἄμπαλον ABCD* — 67. *φαενὸν* C^{ac}, *φανὸν* Hermann —

sit, sequenti fabula illustratur, qua Solem suos filios summa sapientia instruxisse dicit v. 72. Ceterum ex eo, quod Polemo in scholiis apud Chios signum Dionysii, apud Erythraeos basim Dianae alligatam fuisse prodit, Eustathius ad Dionysii perieg. 504 commentus est, apud Rhodios quoque multas statuas fuisse, quae ne aufugerent, alligandae fuerint.

54. saltu satis audaci poeta transit ad tertiam fabulam de Sole Rhodum insulam sortito; duo autem haec fabula cum duabus prioribus communia habet, quod et omnes ad Rhodum insulam pertinent et quod in omnibus aliquid delictum et peccatum est. Oeconomiam vero carminis ita poeta instituit, ut fabula ipsa a nova pericopa (v. 58) inciperet, introductio autem eius in calcem antecedentis pericopae reiceretur; quae ratio similis est carminis P. I 58 — *παλαιαὶ ῥήσιες·* ex rumoribus per ora hominum sparsis haec se sumpsisse poeta testatur, quoniam a veteribus poetis tale nusquam traditum invenit. Schol.: *πρὸ Πινδάρου δὲ τοῦτο οὐχ ἱστόρητο.* De cultu Solis apud Rhodios vide Rapp in Roscheri lex. myth. I 2024 s. — 58. *ἔνδειξεν·* commonuit, ut absentis Solis sors urnae iniceretur — 59. *ἀκλάρωτον λίπον·* huis fabulae vestigia legens Schillerus noster in pulcherrimo carmine 'Die Theilung der Erde' poetam sortis immunem relictum esse commentus est — 60. *ἁγνὸν θεόν* dicit, quod clara luce fulget et impura omnia remota habet, unde auctor Orph. hymn. 8, 13 eum invocat *αἰθαλὴς ἀμίαντε* — 62 s. hos versus respiciens ludit Antipater AP. IX 178: *πῶς εἴπω; τίνι μᾶλλον ὀφείλομαι; ὃς μὲν ἔδειξεν ἐξ ἁλός, (Ἥλιος), ὃς δ' ἤδη ῥύσατο δυομένην (Νέρων)* — 64. *Λάχεσιν·* ex tribus Parcis hoc loco, quo de sortiendo (*λάχος* v. 58) agitur, Lachesin, ut quae sortibus praesit, eligit. — 65. *ὅρκον μέγαν* intellegit iusiurandum deorum, cuius formulam cum Homerus Il. XV 36. Od. V 184, tum auctor hymni Ap. Del. 83 affert: *ἴστω νῦν τάδε Γαῖα καὶ Οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν, | καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιστος | ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσιν* — 67. *πεμφθεῖσαν·* vim futuri exacti habet, ut ap. Eur.

ἐξοπίσω γέρας ἔσσεσθαι. τελεύταθεν δὲ λόγων κορυφαὶ
ἐν ἀλαθείᾳ πετοῖσαι. βλάστε μὲν ἐξ ἁλὸς ὑγρᾶς

Ἐπ. δʹ.

νᾶσος, ἔχει τέ νιν ὀξειᾶν ὁ γενέθλιος ἀκτίνων πατήρ,
πῦρ πνεόντων ἀρχὸς ἵππων· ἔνθα Ῥόδῳ ποτὲ μιχ-θεὶς τέκεν
ἑπτὰ σοφώ- τατα νοήματ' ἐπὶ προτέρων ἀνδρῶν παραδεξα-
μένους
παῖδας, ὧν εἷς μὲν Κάμειρον
πρεσβύτατόν τε Ἰάλυσον ἔτεκεν Λίνδον τ'. ἀπάτερθε δ'
ἔχον,
διὰ γαῖ-αν τρίχα δασσάμενοι πατρωίαν,
ἀστέων μοῖραν, κέκληνται δέ σφιν ἕδραι.

Στρ. εʹ.

τόθι λύτρον συμφορᾶς οἰκτρᾶς γλυκὺ Τλαπολέμῳ
ἵσταται Τιρυνθίων ἀρχαγέτᾳ,
ὥσπερ θεῷ,
μήλων τε κνισάεσσα πομπὰ καὶ κρίσις ἀμφ' ἀέθλοις. τῶν
ἄνθεσι Διαγόρας

---

68. *γέρας BD*: *μέρος AC* et *γρ. B* — *τελεύταθεν γρ. B* et lemma in *BC*: *τελεύτασαν ABCD* — 69. *πεσοῖσαι A* — 73. *μὲν* om. *B* — *Κάμιρον* schol. *A*, ut scriptum est in vetustis titulis — 74. *πρεσβύτατος* a nonnullis scriptum fuisse testantur schol. — *ἰάλυσσον D* — *ἔτεκεν* Tricl.: *τέκεν AD*, *τέκε BC* — *Λίνδον δ' C* — *ἔχον A*: *ἔχοντα B*, *ἔχοντι CD* — 75. *γᾶν τριχθὰ A* — 79. *θεοῖς A* — 80. *μάλων A* — *κνισσάεσσα B*, *κνισσάεσα CD* —

Med. 174 *αὐδαθέντων* — 68. *λόγων κορυφαί*. verba summa et sanctissima; cf. P. III 80 *λόγων κορυφάν*, O. I 14 *ἀρετῶν κορυφάς* — 69. *ἐν ἀλαθείᾳ πετοῖσαι*· verba in veritatis partem cadentia, metaphora a tesseris ducta, ut O. XII 10 *παρὰ γνώμαν ἔπεσεν* — 70. *ἔχει* Ἥλιος deus immortalis, qui insulam obtinere numquam desinit, v. 74 *ἔχον Κάμειρος Ἰάλυσος Λίνδος*, heroes mortales, qui olim tenuisse tres portiones insulae ferebantur — 71. *πῦρ πνεόντων ἀρχὸς ἵππων*, qualem Solem anaglyphum, quod ex Troiae ruinis Schliemannus in lucem protraxit, et nummi fingunt, nisi quod ignem vomentes equos fingere poetis (cf. Ovid. met. II 119. 155), non artificibus concessum fuit — 72. *ἑπτὰ ... παῖδας*, quorum nomina Hellanicus in scholiis refert: *Ἡλίου καὶ Ῥόδου ἑπτὰ παῖδες γίνονται, Ὄχεμος, Κέρκαφος, Ἀκτίς, Μακαρεύς, Κάνδαλος, Τριόπης, Φαέθων ὁ νεώτατος, ὃν οἱ ἐν τῇ νήσῳ ὀνομάζουσιν Τενάγην. περὶ δὲ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διαφωνοῦσιν* etc. Eorum unus Cercaphus fuit, qui Camirum et Ialysum et Lindum genuit — 75. *τρίχα*· cf. Hom. *B* 655: *οἳ Ῥόδον ἀμφινέμοντο διάτριχα κοσμηθέντες, | Λίνδον Ἰάλυσόν τε καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον.*

77 ss. a fabulis ad certamina ludorum redit; cf. Prol. XCII; atque primum Tlepolemi in honorem constitutis ludis Diagoram vicisse laudat — *κρίσιν ἀμφ' ἀέθλοις*· schol.: *ἐψεύσατο δὲ ὁ Πίνδαρος· οὐ γὰρ Τληπολέμῳ ὁ ἀγὼν ἐπιτελεῖται, τῷ δὲ Ἡλίῳ τιθέασι τὸν ἀγῶνα, ὡς Ἴστρος φησὶν ἐν τῇ περὶ τῶν Ἡλίου ἀγώνων· Ῥόδιοι τιθέασιν Ἡλίου ἐν Ῥόδῳ γυμνικὸν στεφανίτην ἀγῶνα*, quod utrum recte Pindarum vituperet Solis ludos ad Tlepolemi honorem transtulisse, an Pindari aetate Tlepolemi quoque ludi Rhodi fuerint, non iam diiudicare licet — 80. *μήλων τε*· particula *τε* non *μήλων πομπὰ* et *λύτρον συμφορᾶς* coniunguntur,

ἐστεφανώσατο δίς, κλεινᾷ τ' ἐν Ἰσθμῷ τετράκις εὐτυχέων,
Νεμέᾳ τ' ἄλλαν ἐπ' ἄλλᾳ, καὶ κρανααῖς ἐν Ἀθάναις.

Ἀντ. ε'.

ὅ τ' ἐν Ἄργει χαλκὸς ἔγνω νιν, τά τ' ἐν Ἀρκαδίᾳ
ἔργα καὶ Θήβαις, ἀγῶνές τ' ἔννομοι
Βοιωτίων,
Αἴγινα Πελλάνά τε νικῶνθ' ἑξάκις· ἐν Μεγάροισίν τ' οὐχ ἕτερον λιθίνα
ψᾶφος ἔχει λόγον. ἀλλ' ὦ Ζεῦ πάτερ, νώτοισιν Ἀταβυρίου
μεδέων, τίμα μὲν ὕμνου τεθμὸν Ὀλυμπιονίκαν,

Ἐπ. ε.

ἄνδρα τε πὺξ ἀρετὰν εὑρόντα, δίδοι τέ ϝοι αἰδοίαν χάριν
καὶ ποτ' ἀστῶν καὶ ποτὶ ξείνων· ἐπεὶ ὕβριος ἐχ-θρὰν ὁδὸν
εὐθυπορεῖ, σάφα δαεὶς ἅ τε ϝοι πατέρων ὀρθαὶ φρένες ἐξ ἀγαθῶν
ἔχραον. μὴ κρύπτε κοινὸν
σπέρμ' ἀπὸ Καλλιάνακτος· Ἐρατιδᾶν τοι σὺν χαρίτεσσιν ἔχει

81. *καὶ στεφ.* Thom. *D*[2] — *τ' ἐν*: *τοι ἐν C* — 82. *κραναιαῖσιν ἐν C* — 85. *Βοιωτίων A*: *βοιωτῶν BD*, *βοιωτίας C* — 86. *Αἴγινα Πελλάνα τε* Tricl.: *πελλάνα* (*πελλάνᾳ B*) *τ' αἴγινά* (*αἰγίνᾳ B*) *τε ABCD*, *Πέλλανά τ'*, *Αἰγίνᾳ τε* Boeckh, *Πέλλανά τ' Οἰνώνα τε* coni. Bergk — *μεγάροισι δ' A* — *ἕτερον BCD*: *ἑτέρου A*, quod etiam unus ex scholiastis legisse videtur — 89. *δίδου A* — 92. *ἔχρεον A* — *κοινὸν*: *κλεινὸν* coni. Herwerden — 93. *ἐρατιδᾶν* Tricl.: *ἐραστειδᾶν ABCD* et schol. — *τοι*] *τὲ A* — *θαλίας ἔχει A* —

sed *μήλων πομπὰ* et *κρίσις ἀμφ' ἀέθλοις*, ut *λύτρον συμφορᾶς* vicem praedicati obtineat; pompa enim hostiarum et certaminibus ludorum sacra Tlepolemi fiunt — 83 ss. de minoribus his ludis vide Prol. LXXXVIII ss. — 84. *ἔργα* artificia ex aere facta, velut tripodes, ut Polemo in scholiis docet: *Πολέμων ἐν τῷ περὶ τῶν Θήβησιν Ἡρακλείων φησὶ χαλκὸν τὸ ἆθλον εἶναι τοῖς ἐν Ἀρκαδίᾳ Λυκαίοις, ὥστε ἀπὸ κοινοῦ τὰ ἔργα καὶ τὸν χαλκὸν ληπτέον, ὅτε φησὶν ὁ Πίνδαρος· ὅ τ' ἐν Ἄργει χαλκὸς ἔγνω μιν τά τ' ἐν Ἀρκαδίᾳ ἔργα καὶ Θήβαις· δίδοται γὰρ ἐν ταύταις τρίπους χαλκοῦς.* Neque tamen *χαλκὸς* et *ἔργα* synonyma sunt, sed scutum aeneum Argorum simplici nomine *χαλκοῦ* designatur, tripodes artificiose ex aere facti nomine *ἔργων* insigniuntur — 86. *Αἴγινα Πελλάνα τε* si recte a Triclinio restitutum est, ipso asyndeto poeta sex victorias Diagoram his duabus in civitatibus, non in sex quos recensuit ludis consecutum esse significat — *λιθίνα ψᾶφος·* iudicium lapideae tabulae inscriptum, quo de more v. Prol. XCII — 87. *Ἀταβυρίου·* mons Rhodi fuit, v. Strab. X 454 et XIV 655; similiter supra O. IV 6 in Sicilia Iovem Aetnaeum invocavit; apte autem Iovem ad extremum precibus adiit, ut qui et Olympicis ludis praeesset et summa omnium rerum gubernacula teneret — 89. *ἀρετὰν*, virtutis laudem, ut O. VIII 6 — 90. *ποτ'* ex *ποτὶ* elisum est, ut fr. 122 et *περ'* ex *περὶ* O. VI 38 — 91. *ἐξ ἀγαθῶν* scholia a suo nomine (*πατέρων*) divellunt et cum *ἔχραον* iungunt; quod cum vix fieri possit, *πατέρων φρένας ἐξ ἀγαθῶν* prudentia consilia patrum a probis maioribus ortorum interpretor. Inter Diagorae maiores autem etiam Callianax (v. 93) fuit, sapientiae, opinor, laude insignis — *ἔχραον*, quasi vaticinabantur — 92. *μὴ κρύπτε*, sed laudando et aemulando profer; cf. I. II 44. Inter virtutes autem Callianactis etiam liberalitas et

θαλίας-καὶ πόλις· ἐν δὲ μιᾷ μοίρᾳ χρόνου
ἄλλοτ᾽ ἀλλοῖαι διαιθύσσοισιν αὖραι.

94. μιᾷ μοίρᾳ *AC*: μοίρᾳ μιᾷ *BD*.

comitas fuisse videntur — 94. in fine carminis aeque atque O. vi 97 poeta prudentissimus praesaga mente fragilitatis rerum humanarum fortunaeque vicissitudinum commonet, id quod non tam, ut Diagoras civesque feriantes laeti dona praesentis horae capesserent, fecisse videtur, quam ut fortunae Diagorae perinde atque Tlepolemi et Rhodiorum ad plenam atque perfectam felicitatem aliquid deesse significaret, firmitatem dico atque perpetuitatem. In hac re declaranda simili elocutione usus est P. iii 104. I. iii 23.

ΟΛΥΜΠ. Η΄.

ΑΛΚΙΜΕΔΟΝΤΙ ΑΙΓΙΝΗΤΗι

ΠΑΙΔΙ ΠΑΛΑΙΣΤΗι.

Strophae.

⁝ ⏑ – – ⁝ ⏖ – | ⏖ ∸ – ⁝ ⏑ ⏓ |
– ⁝ ⏑ – – ⁝ ⏖ – ⏖ ∸ ⏓ |
⁝ ⏑ – ⏓ ⁝ ⏖ – ⏖ ∸ | – ⁝ ⏖ – ⏖ ∸ ⏓ |
⁝ ⏖ – ⏖ ∸ | – ⁝ ⏑ ⏓
⁝ ⏖ – ⏖ ⏓̇ |
⏖ – – ⁝ ⏑ ⏓ |
⁝ ⏑ – – ∸ ⏑ ⏓ |

Epodi.

– ⁝ ⏖ – ⏖ ∸ – ⁝ ⏑ ⏓ |
⁝ ⏖ – ⏖ ∸ ⏓ | ⁝ ⏖ – ⏖ ⏓ |
⁝ ⏖ – ⏖ ∸ ⏓ ⁝ ⏑ ⏓ |
⁝ ⏖ – ⏖ ∸ ⏓ |
⁝ ⏖ – ⏖ ∸ – | ⁝ ⏖ – ⏖ ∸ ⏓ |
⁝ ⏖ – ⏖ ∸, | ⏓ ⁝ ⏖ – ⏖ – ⏓ ⁝ ⏑ ⏓ |
⁝ ⏑ – ⁝ ⏖ – ⏖ ⏓̇ |
⏓ ⁝ ⏑ – – ∸ ⏑ ⏓ |

Argumentum.

Alcimedon Aegineta e nobili gente Blepsiadarum (v. 75) Ol. 80 = 460 a. Chr. puer lucta vicit; eius alipta Melesias Atheniensis fuit, qui etiam Aeginetarum Timasarchi et Alcimidae magister fuisse perhibetur (N. IV 93. VI 74). Is et ipse palmam saepe ex certaminibus tulerat et laudum puerorum a se institutorum partem merito sibi vindicavit. Paulo ante Alcimedontem frater eius maior Timosthenes Nemea vicerat (v. 15), cuius victoriam magis etiam hoc loco laudari oportebat, si eodem, ut par est, Melesia alipta usus erat. Trium igitur victorum laudes hac oda poeta complectitur, summas Alcimedontis, qui Olympia vicerat, secundas Melesiae aliptae, cuius haec victoria trigesima fuit, tertia Timosthenis Nemeis victoris.

In exordio carminis poeta Olympiam, unde Alcimedon, antequam certamen iniret, faustum augurium acceperat, invocat, ut benigne pompam victorialem accipiat (1—10). Olympiae favorem Iovis, Alcimedonti eiusque fratri Timostheni nuper impertitum, et laudes victoris pueri atque Aeginae patriae adnectit (10—30). Quod Aegina a Doribus

inde ab Aeaco administrata fuit, hoc causam poetae praebet narrandi fabulam de Aeaco ab Apolline et Neptuno ad moenia Troiae exstruenda adscito (31—52). Iam cum Neptunum Troia Corinthum rediisse narrasset, transit ad victoriam Melesiae, aliptae Alcimedontis, Isthmiis olim partam ceteraque decora egregii magistri, inter quae recentissimum esse victoriam Alcimedontis, disciplina eius ad fortitudinem et dexteritatem informati (53—66). Hanc igitur victoriam sub finem poeta iterum ita praedicat, ut et reliquas victorias gentis Blepsiadarum commemoret et fama earum cognatos etiam mortuos in Orco gaudere dicat (67—88).

Tota oda sollicita quadam cura de integritate insulae, cui tum temporis gravia iam pericula ab Atheniensium cupiditate impendebant, perfusa est (vv. 19. 88). Huic autem rerum statui bene convenit sententia Boeckhii hanc odam non Aeginae, ubi ne molimina belli festivitati obstreperent verendum fuerit, sed Olympiae in pompa ad aram Iovis a victore cum comitibus instituta cantatam esse existimantis. Quamquam in contrariam sententiam versus 25 *τάνδ' ἁλιερκέα χώραν* trahere videtur, et Drachmannus, De recentiorum interpretatione Pindarica l. II c. 1, ex universa carminis indole apparere existimat carmen Aeginae, non Olympiae cantatum esse. Verum Boeckhianis argumentis accedunt aperta indicia festinati carminis, metrum vulgare et neglegenter factum, elocutio non satis elaborata, fabula ex Homerico loco Z 453 *ἔνθα μάλιστα ἄμβατός ἐστι πόλις καὶ ἐπίδρομον ἔπλετο τεῖχος* leviter ficta (v. Stzb. d. b. Ak. 1895 p. 22 ss.), transeundi formulae insipidae (v. inprimis v. 53), denique sententiae in communi et patulo orbe versantes.

De metris.

Carminis huius mediocris, in pompa a comitibus victoris cantati (vv. 9—10), numeri sunt dactylo-epitritici vulgares. Breviusculos versus strophae quintum et sextum rectius in unum versum coniunges, licet in fine prioris versus poeta bis (vv. 50. 71) syllabam ancipitem admiserit. Etiam minus similem licentiam syllabae ancipitis in v. 87 admissam obstare duco, quominus epodi duos ultimos versus continuis numeris sese excipere statuamus. Magis enim hiatus delicatulas aures Graecorum offendebat quam brevis syllaba in caesura ad exemplum Homeri producta. Epodi versiculus quartus monocolos similiter atque P. III 3. I. I 4. V 4 modo praecedentem versum claudit (vv. 18. 40) modo subsequenti praeit (v. 62). Diagramma carminis embaterii ita digessi, ut tripodiis dactylicis ambitum binarum dipodiarum expleri significarem; v. Prol. LVI. Quod autem vv. 17. 20. 42 pro spondeo trochaeum in carmine festinato ponere poeta non dubitavit, hoc equidem ita interpretor, ut pro ⌴ ⌴ etiam ⌴ ∧ ⏒ poni potuisse existimem.

Στρ. α'.

Μᾶτερ ὦ χρυσοστεφάνων ἀέθλων Οὐλυμπία,
δέσποιν' ἀλαθείας, ἵνα μάντιες ἄνδρες

VARIA LECTIO. Inscr. *Ἀλκιμέδοντι παλαιστῇ. καὶ Τιμοσθένει παλαιστῇ. καὶ Μελησίᾳ παγκρατιαστῇ Νέμεα. Αἰγινήταις. νικήσασιν ὀλυμπιάδα A, Ἀλκιμέδοντι*

COMMENTARII. v. 1. Olympiam cur poeta et hoc versu et versibus 9—10, quibus ad primum versum redit, alloquatur, facilem habet explicatum, si carmen

ἐμπύροις τεκμαιρόμενοι παραπειρῶνται Διὸς ἀργικεραύνου,
εἴ τιν᾽ ἔχει λόγον ἀνθρώπων πέρι
μαιομένων μεγάλαν
ἀρετὰν θυμῷ λαβεῖν,
τῶν δὲ μόχθων ἀμπνοάν·

Ἀντ. α΄.

ἄνεται δὲ πρὸς χάριν εὐσεβείας ἀνδρῶν λιταῖς.
ἀλλ᾽ ὦ Πίσας εὔδενδρον ἐπ᾽ Ἀλφεῷ ἄλσος,
τόνδε κῶμον καὶ στεφαναφορίαν δέξαι. μέγα τοι κλέος αἰεί,
ᾧτινι σὸν γέρας ἕσπητ᾽ ἀγλαόν.
ἄλλα δ᾽ ἐπ᾽ ἄλλον ἔβαν
ἀγαθῶν, πολλαὶ δ᾽ ὁδοὶ
σὺν θεοῖς εὐπραγίας·

Ἐπ. α΄.

Τιμόσθενες, ὔμμε δ᾽ ἐκλάρωσεν πότμος
Ζηνὶ γενεθλίῳ· ὃς σ᾽ ἐν μὲν Νεμέᾳ πρόφατον,

παιδὶ παλαιστῇ καὶ Τιμοσθένει παλαιστῇ (*Νεμέᾳ* add. *BE*, *τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Νέμεα* add. *D*) *καὶ* (*καὶ* om. *BE*) *Μελησίᾳ ἀλείπτῃ* (*Μελ. παγκρατιαστῇ C*) *BCDE*, *Ἀλκιμέδοντι παιδὶ . . . νικήσαντι τὴν π΄ ὀλυμπιάδα F* m. rec. — Schol.: *γέγραπται ὁ ἐπινίκιος προηγουμένως τῷ Ἀλκιμέδοντι παιδὶ παλαιστῇ νικήσαντι τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, μέμνηται δὲ ὁ Πίνδαρος καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Τιμοσθένους Νέμεα νικήσαντος καὶ τοῦ ἀλείπτου αὐτοῦ Μελησίου, ὥς τινες καὶ παγκρατιαστοῦ. τοῖς γὰρ τρισίν, φησιν ὁ Δίδυμος, μίαν ᾠδὴν γέγραφε* — 1. *χρυσεοστ. A* — *οὐλυμπ. Byz.*, *ὀλυμπ. ABCD* — 3. *ἀργεικ. B*, *ἀρτικ. C*ac — 7. *ἔκ τε μόχθων* coni. Hermann — 8. *λιταί* v. l. schol. — 9. *ἄλσος ἔχων A* — 11. *ἕσπητ᾽ GN*: *ἕσπετ᾽ ABC*, *ἕσποιτ᾽ D*lit. — 12. *ἐπ᾽ ἄλλων A*, *ἐπ᾽ ἄλλαν C* — 16. *ὅς*

Olympiae ut cantaretur destinatum fuisse statuimus — *χρυσοστεφάνων· καλλιστεφάνων* schol., translatione ad rem pretiosam cuiusvis generis significandam facta; cf. *χρυσέας ἐλαίας* O. XI 13. N. I 17 et *δάφνᾳ χρυσέᾳ* P. X 40 — 2. *δέσποιν᾽ ἀλαθείας·* scholia ad vera iudicia Hellanodicarum referunt, rectius tu poeta duce referes ad oracula Olympiae ab Iamidis ex victimis crematis (*ἐμπύροις* v. 3 et O. VI 70) facta; haec enim homines superstitiosi, priusquam certamina inirent, consulere solebant; cf. P. VIII 60 — 3. *παραπειρῶνται·* cf. Xenoph. memor. I 4, 18: *τῶν θεῶν πεῖραν λαμβάνεις θεραπεύων, εἴ τί σοι θελήσουσι περὶ τῶν ἀδήλων ἀνθρώποις συμβουλεύειν* — 4. *ἔχεις λόγον ἀνθρώπων πέρι·* cf. Soph. Ant. 283 *πρόνοιαν ἴσχειν τοῦδε τοῦ νεκροῦ πέρι* — 6. *ἀρετάν·* virtutis laudem, ut O. VII 89. P. V 98. N. V 53. X 2. I. V 17; similiter *ἀθάνατον ἀρετάν* dixit Soph. Phil. 1420, Plat. symp. 208 d — *θυμῷ* cum *μαιομένων* quam cum *λαβεῖν* coniungere praestat; similis est inversio ordinis verborum O. IV 2. P. VIII 68, IX 13. N. IV 87. I. III 36 — 8. *ἄνεται . . . λιταί* Asclepiadem Aristarcheum legisse scholia testantur, hanc autem lectionem antiquam fuisse ex eo colligo, quod huic versui critica nota appicta erat. Iam si re vera poeta *λιταί* non *λιταῖς* scripsit, figura, quam Pindaricam veteres grammatici dicebant, singularem praedicati cum plurali subiecti coniunxit; quamquam Contos *ἐν λογίῳ Ἑρμῇ* I 328 hanc figuram tamquam *πλάσμα γραμματικῶν* exagitavit; conf. O. XI 6. P. IV 57. 246. X 71. I. V 58. fr. 78 — *εὐσεβείας* cum *χάριν* iungendum est: in gratiam et remunerationem pietatis; cf. Soph. Ant. 908 *τίνος νόμου δὴ ταῦτα πρὸς χάριν λέγω* — 10. *μέγα τοι κλέος αἰεί·* idem praeclarius poeta praedicavit O. I 100 — 12 ss. alia bona alii sortiuntur, vobis honos ludorum Iovis obtigit; Timosthenes vero, quod ex duobus fratribus priore loco commemoratur, natu maior fuisse videtur — 16. *Ζηνὶ γενεθλίῳ·*

Ἀλκιμέδοντα δὲ παρ Κρόνου λόφῳ
θῆκεν Ὀλυμπιονίκαν.
ἦν δ' ἐσορᾶν καλός, ἔργῳ τ' οὐ κατὰ ϝεῖδος ἐλέγχων
ἐξένεπε κρατέων πάλᾳ δολιχήρετμον Αἴγιναν πάτραν·
ἔνθα Σώ- τειρα Διὸς ξενίου
πάρεδρος ἀσκεῖται Θέμις

Στρ. β'.

ἔξοχ' ἀνθρώπων. ὅ τι γὰρ πολὺ καὶ πολλᾷ ῥέπῃ,
ὀρθᾷ διακρίνειν φρενὶ μὴ παρὰ καιρόν,
δυσπαλές, τεθμὸς δέ τις ἀθανάτων καὶ τάνδ' ἁλιερκέα χώραν
παντοδαποῖσιν ὑπέστασε ξένοις
κίονα δαιμονίαν·
ὁ δ' ἐπαντέλλων χρόνος
τοῦτο πράσσων μὴ κάμοι·

Ἀντ. β'.

Δωριεῖ λαῷ ταμιευομέναν ἐξ Αἰακοῦ·
τὸν παῖς ὁ Λατοῦς εὐρυμέδων τε Ποσειδᾶν,

σ' ἐν μὲν Boeckh: σὲ μὲν ἐν (sine ὃς) *AB*, ὃς σὲ μὲν ἐν *CD* et *A* m. rec. — πρόφατον Tricl.: πρόφαντον *ABCD*, προφανῆ Schneidewin, ὃς σὲ πρόσφατον ἐν Νεμέᾳ Hermann, v. ann. cl. phil. 125 (1882) 150 — 17. πὰρ *B*: παρὰ *ACD* — 18. ἔθηκεν *A* — 20. ἐξένν. *AB* — 23. ὅ τι: ὅθι unus ex scholiastis, ut videtur — πολλᾷ *B*: πολλὰ *ACD* — ῥέπῃ Bergk: ῥέποι *ABCD*, ῥέπει *Byz.* c. dett. — 24. διακρῖναι *A* — 25. καὶ τάνδ': fortasse καὶ τὰν — 26. παντοδαποῖς *BD* —

genitalem Iovem dixit, non tam quod nascentibus eis favor Iovis obtigerat, quam quod a Iove, patre Aeaci, Blepsiadae originem gentis derivabant, qua simillima ratione Ζεὺς ὁ γενέθλιος P. IV 167 dicitur — 19. οὐ κατὰ εἶδος ἐλέγχων· dispar illi, de quo Tyrtaeus I 9 dicit κατὰ δ' ἀγλαὸν εἶδος ἐλέγχει, par L. Cornelio Scipioni, cuius in epitaphio scriptum est: *quoius forma virtutei parisuma fuit* — κατὰ . . . ἐλέγχων· figura τμήσεως praeverbium κατὰ a suo verbo ἐλέγχει disiunctum est, ut saepe non solum apud Homerum, sed etiam Pindarum factum est — 22. πάρεδρος Iovis hospitalis, cuius iure advenae et mercatores apud Aeginetas fruebantur (cf. N. IV 12), Iustitia a Pindaro hic et N. XI 8 dicitur, ut Δίκη Iovis ab Hesiodo opp. 257 et a Sophocle OC. 1382. Quod πάρεδρον Θέμιν dicit, divina persona eam induit, quod autem addit ἀσκεῖται, id perinde dictum est ac si non dea esset sed virtus — 23. ὅτι . . . ῥέπῃ· coniunctivo in generalibus sententiis relativis sine particula ἂν ad exemplum Homeri frequenter Pindarus utitur, ut O. III 13. VI 76; multiplices autem et varie implicatae causae et lites mercatorum esse solent — 25. καὶ τάνδε· si recte Boeckhius hanc odam Olympiae cantatam esse statuit, τάνδε non de re praesenti ut N. III 68. VII 83, sed de re antea indicata et in qua exponenda oratio versatur, ut N. VII 50 et P. II 67, accipiendum est. Particula καὶ addita Aegina cum Olympia, quam et ipsam πολυξενωτάταν O. I 96 dixit, componitur — 28. ὁ δ' . . κάμοι media interiecta sunt, ut infra v. 43 ὣς . . Διός — 30. Δωριεῖ λαῷ . . . ἐξ Αἰακοῦ· haec cum historia et rerum veritate pugnant, siquidem Aeacus et veteres incolae insulae Achaei erant et Dores multo post Aeacum Aeginam invaserunt (v. schol. a. h. l., fr. 1, Paus. II 29, 5); sed politicis rationibus iam tum historiae fidem corrumpebant. Nimirum quo tempore Iones Athenienses Aeginetarum opes frangere cupiebant, Aeginetae, cum Dorum auxilio et societate suam libertatem tueri conarentur, ipsi Dores puros se venditabant, licet ex Achaeis et Doribus mixti fuerint; cf. N. III 3.

31. incipit fabularis pars carminis; fabulae summam ex Homero Pindarus

Ἰλίῳ μέλλοντες ἐπὶ στέφανον τεῦξαι καλέσαντο συνεργὸν
τείχεος, ἦν ὅτι νιν πεπρωμένον
ὀρνυμένων πολέμων
πτολιπόρθοις ἐν μάχαις
λάβρον ἀμπνεῦσαι καπνόν.

Ἐπ. β΄.

γλαυκοὶ δὲ δράκοντες, ἐπεὶ κτίσθη, νέον
πύργον ἐσαλλόμενοι τρεῖς, οἱ δύο μὲν κάπετον,
αὖθι δ᾽ ἀτυζομένω ψυχὰς βάλον·
εἷς δ᾽ ἐσόρουσε βοάσαις.
ἔννεπε δ᾽ ἀντίον ὁρμαίνων τέρας εὐθὺς Ἀπόλλων·
Πέργαμος ἀμφὶ τεαῖς, ἥρως, χερὸς ἐργασίαις ἁλίσκεται·
ὣς ἐμοὶ-φάσμα λέγει Κρονίδα
πεμφθὲν βαρυγδούπου Διός·

Στρ. γ΄.

οὐκ ἄτερ παίδων σέθεν, ἀλλ᾽ ἅμα πρώτοις ἄρξεται
καὶ τετράτοις. ὣς ἄρα θεὸς σάφα Ϝείπαις

32. τεῦξαι *ABCD*: τεύξειν *Byz.* — 36. λαῦρον *AC* — 37. κτίσθη νέον, *C* et Boeckh² — 38. ἐσαλόμ. D^{ac}, ἐφαλλόμενοι coni. Hecker — γε τρεῖς *A* — οἱ μὲν δύο *A* — κάππετον $BCD^{lit.}$ — 39. αὖ *B* — τ᾽ malo cum Bergkio — ἀτυζομένω D^{ac}: ἀτυζόμενοι *AB*, ἀτιζομένω CD^{pc} — 40. δ᾽ ἐσορ. *CD* et schol.: δ᾽ἀνορ. *B*, δ᾽ ὅρ. *A*; fort. δ᾽ ἐνορ. — 41. ὁρμαίνων codd. et schol.: εἰσορῶν coni. Hartung, ἀμφαίνων Fritzsche, fort. αὐγάζων — 42. τεᾶς coni. Schmid. — χειρὸς *A* — 44. βαρυκτύπου *A* — 45. πρώτοισιν *BD* — ἄρξεται] ῥήξεται coni. Bergk — τερτάτοις coni. Ahrens et Bergk probabiliter — 46. σαφὲς A^s —

sumsit Il. VII 452: τοῦ δ᾽ ἐπιλήσονται, τὸ ἐγὼ (Ποσειδῶν) καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων ἥρῳ Λαομέδοντι πολίσσαμεν ἀθλήσαντε. Sed hoc novum Pindarus finxit, quod Aeacum a diis socium laboris adscitum esse dixit; cuius commenti quae causa fuerit, acute iam Didymus perspexit: ἰδίως φησὶν ὁ Δίδυμος καὶ τούτοις χρῆσθαι τὸν Πίνδαρον· τὸν γὰρ Ποσειδῶνα καὶ Ἀπόλλωνα εἰς τὴν τοῦ τείχους κατασκευήν φησι τὸν Αἰακὸν προσλαβεῖν, ἵνα διὰ τούτου τοῦ μέρους τοῦ ὑπὸ Αἰακοῦ οἰκοδομηθέντος ἁλώσιμος γένηται ἡ Ἴλιος. Videlicet contra dignitatem et maiestatem deorum peccare Pindaro videbantur, qui opus a diis immortalibus factum ab hominibus mortalibus dirutum esse dicerent. Fabulam qualem Pindarus auxit et commutavit, Euphorio poeta Alexandrinus reddidit versibus in scholiis laudatis — 36. λάβρον ἀμπνεῦσαι καπνόν· ut moenia fumum rapidum (cf. P. III 40) exhalent — 37. γλαυκοὶ δὲ δράκοντες . . . τρεῖς, οἱ δύο μὲν . . . εἷς δ᾽ schemate Homerico dixit; cf. *E* 27. *μ* 73; neque dissimiliter Latinos locutos esse in vulgus notum est — 38. formam κάπετον pro κάππετον, κατάπετον poetae metri necessitas extorsit, cuius vis, licet luce grammaticae comparativae valde imminuta sit, tamen non plane expelli potest — 39. βάλον, pro quo θάνον Hartungius restituebat, idem valet atque ἀπέβαλον, quae eadem vis huius verbi est O. I 60 — 41. ὁρμαίνων si recte se habet, valet: mente volvens prodigium, quod oculis adversum se offerebat — 42. ἀμφὶ τεαῖς . . . ἐργασίαις· exornat Pindarus locum Homeri Il. VI 433, quo unam partem muri Troiani hostium impetui aditum praebuisse narrat — ἁλίσκεται· fides vaticinii tempore praesenti in re futura posito significatur — 45. ἄρξεται, expugnabitur, ut ἄρχεται 'imperio subiecta est' apud Herod. III 83 — τετράτοις Aeaci filius erat Telamo, qui primus una cum Hercule Troiam cepit; Pelei, alterius Aeaci filii, nepos erat Neoptolemus, qui, cum eius

Ξάνθον ἤπειγ' ἢ καὶ Ἀμαζόνας εὐίππους καὶ ἐς Ἴστρον ἐλαύνων.
Ὀρσοτρίαινα δ' ἐπ' Ἰσθμῷ ποντίᾳ
ἅρμα θοὸν τάνυεν,
ἀποπέμπων Αἰακὸν
δεῦρ' ἀν' ἵπποις χρυσέαις,

Ἀντ. γ'.

καὶ Κορίνθου δειράδ' ἐποψόμενος δαιτικλυτάν.
τερπνὸν δ' ἐν ἀνθρώποις ἴσον ἔσσεται οὐδέν.
εἰ δ' ἐγὼ Μελησίᾳ ἐξ ἀγενείων κῦδος ἀνέδραμον ὕμνῳ,
μὴ βαλέτω με λίθῳ τραχεῖ φθόνος·
καὶ Νεμέᾳ γὰρ ὁμῶς

47. ξάνθον τε *A*, ξάνθον δ' *D* (ον δ' lit.) — ἤπειγ' ἢ Bergk: ἤπειγε (-γεν) codd. et schol. — εὐίπποις *B* — ἐς om. *B* — 48. ποντίῳ C^{ac} — 52. δαιτικλυτάν Bergk: δαῖτα κλυτάν *ABCD*, quo recepto post δειράδ' i. e. δειράδι interpunxerunt — 54. μελησίᾳ *AB*: μελησία *CD* — ὕμνων A^{pc} — 55. βαλλέτω *A* —

pater Achilles ante Troiae moenia occidisset, iterum urbem cepit, unde τρίτοις, vel quod Ahrensius invenit τερτάτοις, non τετράτοις poeta dicere debebat; sic enim more Madvigii sentire malo quam emendationem incertam textui intrudere — 47. Ξάνθον· Lycium fluvium, non Troianum intellego, Λύκιος autem Apollo audiebat cum apud alios tum apud Pindarum ipsum P. I 39; Amazones vero petere dicitur, quod ab iis Diana soror colebatur, et a Thermodonte, quem Amazones accolebant, ad Hyperboreos, accolas Istri (v. O. III 26), iter ducebat — 53. Ut Apollinem ab Amazonibus ad Hyperboreos, sic Neptunum ab Aegina ad Isthmum Corinthium proficiscentem poeta facit, quo pacto sibi viam patefacit redeundi ad ludorum certamina; haec autem via ad ipsum argumentum carminis ducebat, si prima, quam iam laudaturus erat, victoria Melesiae in Isthmiis ludis comparata fuit — 53. nihil iucundi hominibus integrum manere, Pindari est familiaris sententia; sed haec quomodo hoc loco cum iis, quae de muris Troianis interitui destinatis antecedunt, aut cum iis, quae de Melesia invidiae obnoxio sequuntur, cohaereat, parum apertum est; neque tamen magis probo sententiam hanc: nihil sacris epulis et ludis dulcius esse; immo obscuritatem poetam non fugisse puto, ut viam sibi sterneret redeundi ad ludos. Est sane haec via minime faceta, sed non omnia in Pindaro caeca admiratione laudanda sunt; imprimis in festinatis carminibus, quale hoc nostrum est, et in transitibus parandis severis iudicibus copiam vituperandi fecit, unde mihi probatur iudicium Longini 33, 5: ὁ δὲ Πίνδαρος καὶ ὁ Σοφοκλῆς ὁτὲ μὲν οἷον πάντα ἐπιφλέγουσι τῇ φορᾷ, σβέννυνται δ' ἀλόγως πολλάκις καὶ πίπτουσιν ἀτυχέστατα — 54 ss. Ad ludos rediens primum Melesiam, deinde Alcimedontem praedicat. Atque Melesiam Atheniensem, dexterrimum aliptam Alcimedontis, invidiae, qua apud Aeginetas tum temporis acerrime Athenienses flagrabant, non prorsus expertem fuisse verisimile est, unde cum laudes eius, sive quod aliptae munere bene functus esset sive quod ipse antea ex certaminibus victor recessisset, aversis auribus Aeginetae accepturi esse viderentur, poeta primum ne ob has laudes invidia peteretur orat, deinde victorias viri strenui pro meritis laudat, atque primum eam, quam Melesia puer Isthmiis reportaverat. Nam cum quae deinceps victoriae laudantur Melesiae non esse non possint, neque quidquam indicii sit, quo ab uno ad alterum victorem transiri significetur, primam quoque, quae v. 54 significatur, victoriam Melesiae pueri non Alcimedontis esse iudico; aoristi ἀνέδραμον autem usum de re praesenti vel futura exacta defendo similibus locis N. I 19 et P. VIII 19 — ἀγενείων πάλη aut eadem erat atque παίδων aut media quaedam inter virorum et puerorum luctam; v. Prol. LXXV —

ἐρέω ταύταν χάριν,
τὰν δ' ἔπειτ' ἀνδρῶν μάχαν

'Επ. γ'.

ἐκ παγκρατίου. τὸ διδάξασθαι δέ τοι
εἰδότι ῥᾷτερον· ἄγνωμον δὲ τὸ μὴ προμαθεῖν·
κουφότεραι γὰρ ἀπειράτων φρένες.
κεῖνα δὲ κεῖνος ἂν εἴποι
ἔργα περαίτερον ἄλλων, τίς τρόπος ἄνδρα προβάσει
ἐξ ἱερῶν ἀέθλων μέλλοντα ποθεινοτάταν δόξαν φέρειν.
νῦν μὲν αὐ- τῷ γέρας Ἀλκιμέδων
νίκαν τριακοστὰν ἑλών·

Στρ. δ'.

ὃς τύχᾳ μὲν δαίμονος, ἀνορέας δ' οὐκ ἀμπλακὼν
ἐν τέτρασιν παίδων ἀπεθήκατο γυίοις
νόστον ἔχθιστον καὶ ἀτιμοτέραν γλῶσσαν καὶ ἐπίκρυφον
οἶμον,
πατρὶ δὲ πατρὸς ἐνέπνευσεν μένος
γήραος ἀντίπαλον.
Ἀίδα τοι λάθεται
ἄρμενα πράξαις ἀνήρ.

'Αντ. δ'.

ἀλλ' ἐμὲ χρὴ μναμοσύναν ἀνεγείροντα φράσαι
χειρῶν ἄωτον Βλεψιάδαις ἐπίνικον,
ἕκτος οἷς ἤδη στέφανος περίκειται φυλλοφόρων ἀπ' ἀγώνων.

---

58. *μαχᾶν ἐκ* in proecdosi scripseram, *μέτα* coni. Kayser, *λαχεῖν* Schneidewin — 59. *ἐν παγκρατίῳ* $B^s C^1 D^i$ — *δέ τι* A^i, *δέ τοι τι* B — 65. *μὲν γὰρ* A —

58. construe: *τὰν δ' ἔπειτ' ἀνδρῶν μάχαν ἐρέω χάριν ἐκ παγκρατίου*, cf. P. I 77, nisi *μάχας* coniectura reponere malis, ut iungamus et suppleamus: *τὰν δ' ἔπειτα χάριν ἐρέω ἐκ παγκρατίου μάχας ἀνδρῶν* — 59. *διδάξασθαι*· medii vis ab activo hoc loco non differt; similiter medium *διδάξασθαι* pro activo *διδάξαι* usurpaverunt Aristoph. Nub. 783. Plat. Menex. 238 b — 64. *ἱερῶν ἀέθλων*· sacrorum i. e. praecipuorum quatuor ludorum (v. Prol. LXXXV), quae notio huic quoque loco accommodata est, quandoquidem ex his ludis palma difficilius quam ex ceteris comparabatur — 68 ss. simillimis verbis similem rem exposuit P. VIII 81; quo pacto autem luctando unus quatuor adversarios vincere potuerit, exposui Proleg. LXXX ss. Quod vero postea dicit *δαίμονος τύχᾳ*, Alcimedonti prosperam sortem ephedri obvenisse significat — 69. *νόστον . . . οἶμον*· victis reditus maxime invisus erat, unde ut hominum cavillationes fugerent, per latebras domum redibant — 70. *πατρὶ δὲ πατρός*· pater enim ipse iam vita tum excessisse videtur. — 75. *χειρῶν ἄωτον ἐπίνικον*, decus manuum, quarum praecipua pars in luctamine fuit, epinicio carmine expressum — 76. *φυλλοφόρων*· nihil ad hunc locum explicandum valet P. IX 124 *πολλὰ μὲν κεῖνοι δίκον φύλλ' ἔπι*· nam cum Blepsiadarum certe plures quam sex victoriae fuerint, *φυλλοφόροι ἀγῶνες* intellegendi sunt ludi maiores coronarii, oppositi minoribus ludis mercennariis —

ἔστι δὲ καί τι θανόντεσσιν μέρος
κὰν νόμον ἐρδομένων·
κατακρύπτει δ' οὐ κόνις
συγγόνων κεδνὰν χάριν.

Ἐπ. δ'.

Ἑρμᾶ δὲ θυγατρὸς ἀκούσαις Ἰφίων
Ἀγγελίας, ἐνέποι κεν Καλλιμάχῳ λιπαρὸν
κόσμον Ὀλυμπίᾳ, ὅν σφι Ζεὺς γένει
ὤπασεν. ἐσλὰ δ' ἐπ' ἐσλοῖς
ἔργ' ἐθέλοι δόμεν, ὀξείας δὲ νόσους ἀπαλάλκοι.
εὔχομαι ἀμφὶ καλῶν μοίρᾳ Νέμεσιν διχόβουλον μὴ θέμεν·
ἀλλ' ἀπή- μαντον ἄγων βίοτον
αὐτούς τ' ἀέξοι καὶ πόλιν.

78. *ἐρδομένων* coni. Schmid: *ἐρδόμενον* codd. — 81. *ἀκούσας* *ABCD* — 82. *ἐννέποι* *ABCD* — 85. *ἔργ' ἐθέλοι* Boeckh: *ἔργα θέλοι* codd. — 86. *ἀμφὶ τῶν καλ.* *C* — *μοῖραν* *D* — 87. *ἄγων* $A^{s}BCD$: *ἔχων* A^{1} —

78. *κὰν νόμον ἐρδομένων·* non parentalia intellego ut Ionghius, sed res a cognatis strenue gestas, quarum participes etiam mortui fiunt· cf. P. I 59. V 102. — 81. Iphion pater Alcimedontis victoris (cf. v. 70), Callimachus avunculus aut alius cognatus esse videntur, quos pestifera lue occubuisse eo poeta significat, quod ut acres morbos arceat Iovem precatur (v. 85) — 86. *Νέμεσιν διχόβουλον·* Iovem precatur, ne Nemesin rebus secundis immittat, cuius vi res secundae in adversas vertantur; Graecorum enim opinionem respicit, quasi dei magnae fortunae hominum invideant eamque rebus adversis opprimere soleant.

ΕΦΑΡΜΟΣΤΩι ΟΠΟΥΝΤΙΩι

ΠΑΛΑΙΣΤΗι.

Strophae.



Epodi.



Argumentum.

Epharmostus ex nobili stirpe Locrorum Opuntiorum ortus lucta victoriis similem atque pugilatu Diagoras (v. O. vii) gloriam adeptus est. Etiam cognatus eius Lampromachus, quocum Pindarus hospitii iure iunctus erat (v. 83), bis Isthmia vicit. Hoc carmine Epharmosti victoriam Olympicam inprimis praedicandam sibi poeta proposuit; eodem autem carmine etiam Pythiam eius victoriam laudavit, ut quae non longo temporis intervallo ab Olympica distaret, duobus, opinor, annis ante, non post reportata. Quo autem tempore hae duae victoriae Epharmosto obtigerint, praeter notationem codicis F *νικήσαντι τὴν πα´ ὀλ.* in scholiis ad v. 17 testimonium exstat misere corruptum: *ἐνίκησε δὲ ὁ Ἐφάρμοστος*

καὶ Ὀλύμπια, ὡς προεῖπον, καὶ Πύθια ογʹ Ὀλυμπιάδι (*οηʹ Ὀλ.* coni. Hermann, *λγʹ Πυθιάδι* coni. Boeckh) . . . *καὶ γὰρ Πύθια ἐνίκησεν ὁ Ἐφάρμοστος τὴν λγʹ* (sic A, *λʹ* vulgo) *Πυθιάδα.* Inde Hermannus hoc carmen ad Ol. 78 = 468 a. Chr., Boeckhius rectius ad Ol. 81 = 456 a. Chr. revocavit, quam ad controversiam redibo, postquam argumentum carminis enarravero.

In prooemio poeta exponit Olympiae post ipsam victoriam veterem cantilenam Archilochi suffecisse, nunc vero victore in patriam reduce Olympicam palmam, cui Delphica accesserit, splendidiore carmine illustrandam esse, quo munere ita se functurum, ut divina sua arte celerius quam equis navibusque laetum nuntium divulget (1—27). Atque primum ut virtutis divinitus insitae vim declaret, ad facinora Herculis herois ne deorum quidem pugnam detrectantis narranda abripitur (28—35); sed ab impio hoc consilio revocatus veterem famam stirpis regiae Opuntiorum Locrorum, ab Deucalione et Pyrrha prognatae, refert atque splendorem urbis filio Protogeniae et Iovis ab Locro rege adoptato resuscitatum et novis incolis auctum illustrat (33—79). Post principalem hanc partem odae, mythicis illam fabulis exornatam, ad praesentia redit et Lampromachi atque Epharmosti multas victorias recenset (80—99). Denique praestantia innatae virtutis illustrata et ad poeticam quoque artem tracta, altiores sub finem spiritus sumit, ut egregias virtutes Epharmosti, in ara Aiacis coronam iam deponentis, laudet atque praeconis instar praedicet. — Totus poeta in vetere fama regiae domus Locrorum et praeclaris victoriis Epharmosti illustrandis versatur. Haec autem laeta praedicatio in tristia tempora anni 456 parum quadrare videtur. Tum enim post pugnam ad Oenophyta Locrorum civitatem ab Atheniensibus atrocissime afflictam esse testantur Thucydides I 108: *καὶ μάχῃ ἐν Οἰνοφύτοις τοὺς Βοιωτοὺς νικήσαντες τῆς τε χώρας ἐκράτησαν τῆς Βοιωτίας καὶ Φωκίδος καὶ Ταναγραίων τὸ τεῖχος περιεῖλον καὶ Λοκρῶν τῶν Ὀπουντίων ἄνδρας ὁμήρους τοὺς πλουσιωτάτους ἔλαβον*, et Diodorus XI 83: *ἐκ τῆς Βοιωτίας ἀναζεύξας ἐστράτευσεν* (*Μυρωνίδης*) *ἐπὶ Λοκροὺς τοὺς ὀνομαζομένους Ὀπουντίους, τούτους δὲ ἐξ ἐφόδου χειρωσάμενος καὶ λαβὼν ὁμήρους ἐνέβαλεν εἰς τὴν Παρνασίαν.* Atque res diversissimas, cladem publicam et laetitiam epiniciorum, Luebbertus, De Pindaro Locrorum Opuntiorum amico et patrono, Bonnae 1883, amice conciliabat; ipse in Hermanni sententiam victorias Epharmosti Olympicam Ol. 78, Pythicam Pyth. 30 = Ol. 77, 3 reportatas esse censentis ruerem, nisi auctoritas scholii Ambrosiani A et traditio codicis Medicei F me retinerent. Qua de causa eo confugio, ut hoc epinicium carmen non post victoriam Olympicam ipsam, sed aliquanto temporis post rebus Locrensibus denuo efflorescentibus compositum et cantatum esse ducam.

De metris.

Carminis huius numeri sunt logaoedici, similes carminum N. IV. I. VII, nisi quod huius carminis tractus (*ἀγωγή*) lentior factus est crebris admissis ancipitibus syllabis, ut non multum ab epitritorum gravitate distaret. Communia autem horum carminum metrorum tria sunt, primum quod plerique versus ex tetrapodia et breviuscula clausula constant, alterum quod cursus trochaeorum syllabis ancipitibus in primo pede (basi Her-

manniana) et in fine tetrapodiae retardatus est, tertium quod dactylus cyclicus ut in Glyconeis polyschematistis modo secundam modo tertiam sedem versus occupat. Versuum in cola divisio aperta et aequabilis in stropha est, nisi quod septimum et octavum quominus in unum versum, similem illum versui tertio, coniungamus, hiatu et ancipite syllaba in fine vv. 17. 63. 73. 91. 101 admissis prohibemur, unde duobus versiculis non iustum versum sed asynartetum effici duximus; cf. Prol. p. XXII. In tota autem stropha componenda similiter atque in Nemeaeo carmine quarto hoc poeta spectasse videtur, ut principalem mediam partem, ex quinque bimembris versibus constantem, periodis duabus minoribus, una proodica, altera epodica cingeret. Difficilior scansio epodi est, cuius plerique versus a vulgaribus modis magnopere distant; imprimis quinti versus numeri scrupulos movent, quos ut amoveret, Wilamowitzius, Ind. lect. Gott. 1889/90 p. 7 ss., lectiones traditas ita corrigendas censuit, ut paenultima syllaba brevis fieret, qua de re vide not. crit. ad 25. 53. 109. Ultimum versum continuum retinui, ne turbae in citandis versibus augerentur, quamquam in duos versus discerpi potuit. — Carmen cantatum esse videtur in convivio (v. 48. 112), quod prope aram Aiacis Oilei a victore eiusque gente apparatum erat (v. 112). Dulcedini numerorum, in quibus effingendis vates Thebanus Aeolum venustatem cum Dorum gravitate felicissime coniunxit, tenues soni fidium (v. 13) egregie conveniunt. Poeta ipse Thebis Opuntem, caput Locrorum, venerat (v. 83), ut sacris in honorem victoris faciendis interesset et carmini canendo operam navaret. Denique memoratu dignum est, quod in hoc carmine poeta magis quam ullo in alio a concinnitatis legibus ita discessit, ut sententiam in fine epodi saepe (v. 28. 84) non clauderet, sed in proxima stropha continuaret, id quod ab arte carminum O. VII. XIII. N. VIII. X. P. VIII longissime abhorret et cum eo, quod non in pompa carmen cantabatur, cohaerere videtur.

Τὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος *Στρ. α΄.*
φωνᾶεν Ὀλυμπίᾳ,
καλλίνικος ὁ τριπλόος κεχλαδώς,

VARIA LECTIO. Inscr. *Ἐφαρμόστῳ Ὀπουντίῳ παλαίστῃ ABCD*, *Ἐφ. Ὀπ. παλ. νικήσαντι τὴν πα΄ ὀλ. F* in margine manu recenti, quam tamen saeculo XV recentiorem esse negat iudex peritissimus Vitelli — 2. *φωνᾶ ἐν B* (D^{ac}?) et v. l. schol. — *κεκλαδὼς A* —

COMMENTARII. v. 1. de carmine Archilochi, quod primum in honorem Herculis victoris (devicto Augea, schol. Arist. av. 1764) eiusque aurigae Iolai compositum erat, mox cuivis victori Olympico, ad postremum omni victori canebatur, varia tradunt scholia partim ex Aristarchi Didymique scholiis ad Pind. O. IX 1 et N. III 1, partim ex Eratosthenis ad Aristoph. av. 1764 et Ach. 1230 commentariis sumta; v. L. v. Sybel Herm. v. 192 ss. Huius carminis servaverunt scholia duos versus integros *ὦ καλλίνικε χαῖρ' ἄναξ Ἡράκλεες, | αὐτός τε καὶ Ἰόλαος αἰχμητὰ δύο*, et formulam *τήνελλα καλλίνικε*, cuius prior vox fuit ducis chori (*κορυφαίου*) lyrae sonum imitantis, altera totius chori duci quasi respondentis. Hinc totus cantus (*μέλος*) nomen *καλλινίκου* accepit et hoc Pindari loco et ap. Eur. Herc. 680. Res autem ipsa secum tulisse videtur, ut non totus hymnus Herculis, sed solum eius initium vel sola ista formula in honorem victoris caneretur. Victor vero ipse vice praecentoris (*ἐξάρχου*) fungebatur sodalibus

ἄρκεσε Κρόνιον παρ' ὄχθον ἀγεμονεῦσαι
κωμάζοντι φίλοις Ἐφαρμόστῳ σὺν ἑταίροις·
ἀλλὰ νῦν ἑκαταβόλων Μοισᾶν ἀπὸ τόξων
Δία τε φοινικοστερόπαν σεμνόν τ' ἐπίνειμαι
ἀκρωτήριον Ἄλιδος
τοιοῖσδε βέλεσσιν,
τὸ δή ποτε Λυδὸς ἥ-ρως Πέλοψ
ἐξάρατο κάλ-λιστον ἕδνον Ἱπποδαμείας·

πτερόεντα δ' ἵει γλυκὺν Ἀντ. α'.
Πυθῶνάδ' ὀιστόν· οὔ-
τοι χαμαιπετέων λόγων ἐφάψεαι,
ἀνδρὸς ἀμφὶ παλαίσμασιν φόρμιγγ' ἐλελίζων
κλεινᾶς ἐξ Ὀπόεντος, αἰνήσαις Ϝὲ καὶ υἱόν,
ἂν Θέμις θυγάτηρ τέ Ϝοι Σώτειρα λέλογχεν
μεγαλόδοξος Εὐνομία, θάλλει δ' ἀρεταῖσιν
σόν τε, Κασταλία, πάρα
Ἀλφεοῦ τε ῥέεθρον·
ὅθεν στεφάνων ἄω-τοι κλυτὰν
Λοκρῶν ἐπαεί- ροντι ματέρ' ἀγλαόδενδρον.

---

4. *φίλος B* — 8. *τοιοῖς δ' ἐν D* — *βέλεσσι* (*βέλεσι OX, βελέεσσι γρ. E*) *E*[s] *OPXV*: *μέλεσι*(*μέλεσσιν C*) *ABCD*, utrumque interpretantur scholia — **11.** *δ'*: *θ'* malo — **14.** *κλειτᾶς A* — 16. *ἀρεταῖσιν σόν τε Κασταλία* Bergk: *ἀρεταῖς ἶσόν τε κασταλία* (*-λίᾳ BC*) *A*[s]*BCD* et schol., *ἀρεταῖσιν ἔν τε κασταλίᾳ A*[i] — 18. *παρ' Ἀλφειοῦ ACD*[s] — 20. *ἐπαείρονται C*[s], *ἐπαίροντι D* —

praeeuntis, id quod Pindarus verbo *ἀγεμονεῦσαι* (v. 3) significavit et scholiasta hac adnotatione confirmat: *κωμάζει δὲ πρὸς τὸν τοῦ Διὸς βωμὸν ὁ νικήσας μετὰ τῶν φίλων, αὐτὸς τῆς ᾠδῆς ἐξηγούμενος.* Denique cur hymnus sonorus (*κεχλαδώς*) et triplex (*τριπλόος*) a Pindaro dictus sit quaeritur. Atque quod duas explicationes scholia proponunt: *τριπλόος δὲ ἤτοι ὁ τρὶς ἐπᾳδόμενος, ἢ τρίστροφος ὢν κατὰ τὸν Ἀρίσταρχον*, Aristarcho quidem fidem habeo tres strophas illius hymni fuisse tradenti, sed dubium relinquo, utrum tres strophae integrae in honorem Epharmosti cantatae sint an sola ephymnia *τήνελλα κάλλινικε χαῖρ' ἄναξ Ἡράκλεες* — 5. *ἑκαταβόλων*· longe ferientibus arcubus sagittisque illustrioris carminis nunc in iustis epiniciis opus esse poeta dicit, scopos sagittis carminis (*τοιοῖσδε βέλεσσι* v. 8; cf. O. I 115. II 91. P. I 12) proponens Cronium collem, in Elidis campos procurrentem, et Pythonem Delphicum — 6. *φοινικοστερόπαν*· cf. O. X 80 et Hor. C. I 2, 3 *rubente dextera sacras iaculatus arces*; simile est epitheton *αἰολοβρόντας* v. 42 — *ἐπίνειμαι*· semet ipsum poeta alloquitur cohortans, ut in eodem hoc carmine vv. 36. 40. 41. 47. 109 — 9. commentarii instar est O. I — 11. *γλυκὺν ὀιστὸν* oxymori figura usus sagittam Musarum dulcem dicit, contrariam *πικρῷ ὀιστῷ* Homeri *Δ* 118. *E* 110 al. — 13. *ἀνδρός*· cum emphasi positum est, ut Epharmostus vir, non puer vicisse significetur; cf. v. 88 — 13. *ἐλελίζων . . . αἰνήσαις*· eadem participii praesentis et aoristi commutatio occurrit O. III 2 *γεραίρων . . . ὀρθώσαις*· cf. ad O. VII 5 — 14. *Ϝὲ καὶ υἱόν*· civitatem patriam eiusque filium Epharmostum; sic Thebas matrem suam Pindarus I. I 1 dicit et infra v. 20 Locrida ipsam Locrorum matrem — 15. *Θέμις θυγατήρ*· respicit Hes. theog. 901 *δεύτερον ἠγάγετο* (*Ζεύς*) *λιπαρὴν Θέμιν, ἣ τέκεν Ὥρας, Εὐνομίην τε Δίκην τε καὶ Εἰρήνην τεθαλυῖαν* —

ἐγὼ δέ τοι φίλαν πόλιν 'Επ. α'.
μαλεραῖς ἐπιφλέγων ἀοιδαῖς,
καὶ ἀγάνορος ἵππου
θᾶσσον καὶ ναὸς ὑποπτέρου πάντᾳ
ἀγγελίαν πέμψω ταύταν,
εἰ σύν τινι μοιριδίῳ παλάμᾳ
ἐξαίρετον Χαρίτων νέμομαι κᾶπον·
κεῖναι γὰρ ὤπασαν τὰ τέρπν'· ἀγαθοὶ
δὲ καὶ σοφοὶ κατὰ δαίμον' ἄνδρες

ἐγένοντ'. ἐπεὶ ἀντίον Στρ. β'.
πῶς ἂν τριόδοντος Ἡ-
ρακλέης σκύταλον τίναξε χερσίν,
ἀνίκ' ἀμφὶ Πύλον σταθεὶς ἤρειδε Ποσειδᾶν,
ἤρειδεν τέ νιν ἀργυρέῳ τόξῳ πολεμίζων
Φοῖβος, οὐδ' Ἀίδας ἀκινήταν ἔχε ῥάβδον,
βρότεα σώμαθ' ᾇ κατάγει κοίλαν ἐς ἀγυιὰν
θνασκόντων; ἀπό μοι λόγον
τοῦτον, στόμα, ῥῖψον·
ἐπεὶ τό γε λοιδορῆ-σαι θεοὺς
ἐχθρὰ σοφία-καὶ τὸ καυχᾶσθαι παρὰ καιρὸν

---

21. *δὲ φίλ.* (omisso *τοι*) *A* — 25. *ταύταν* codd.: *κλυτάν* coni. Wilamowitz — 28. *ἀγαθοὶ δὲ φύσει καὶ σοφοὶ κατὰ δαίμον' ἄνδρες ἐγένοντο* Aristid. t. II p. 35 Dind. — 31. *ἤρεισε D* — 32. *δὲ* coni. Hermann — *πελεμίζων* coni. Thiersch — 34. *ἐς*: *πρὸς B* —

22. *ἐπιφλέγων*· cf. Aesch. Pers. 395 *σάλπιγξ δ' ἀυτῇ πάντ' ἐκεῖν' ἐπέφλεγεν* — 23. *καὶ ἀγάνορος ἵππου*, vel generoso equo velocius — 24. similiter carmen tamquam navem nuntium in remotas terras ferre exponit N. V 2; *ὑπόπτερον* autem navem dicit ad exemplum Homeri, qui Od. XI 124. XXIII 272 remigia *πτερὰ νηός* dixerat — 27. *Χαρίτων*· Gratias prope Musas in Olympo sedes habere dicit Hes. theog. 64 — *Χαρίτων κᾶπον*· cf. P. VI 2 *ἄρουραν Χαρίτων* — 28. cf. P. I 41.

29—36. Epharmosti virtutem gymnicam natura insitam primum comparatione Herculis poeta illustrat, ut N. I Chromii res gestas cum facinoribus Herculis contulit; post abiecto hoc consilio domesticam potius fabulam Locrorum narrandam sibi proponit — 31 ss. audacter poeta Herculeae virtutis augendae causa varias pugnas in unam coegit, ut contra Neptunum et Apollinem et Orcum unus simul dimicasse videretur. Neptunus enim Pyliorum patronus eum impugnavit suo filio Neleo bellum inferentem, Apollo tripodem Delphicum auferentem, Orcus Cerberum ex inferis educentem; quamquam fabulam de Orco Epeos et Pylios contra Herculem defendente iam nosse videtur Homerus Il. V 397: *τλῆ δ' Ἀίδης ἐν τοῖσι πελώριος ὠκὺν ὀιστόν, | εὖτέ νιν ωὑτὸς ἀνὴρ υἱὸς Διὸς αἰγιόχοιο | ἐν Πύλῳ (ἐν πύλῳ* v. l.) *ἐν νεκύεσσι βαλὼν ὀδύνῃσιν ἔδωκεν* — 31. *ἀμφὶ Πύλον σταθείς*· reddit Homericum *περιβῆναι*, Pylus autem urbs Nelei, filii Neptuni, erat — 32. fabulam pugnae Apollinis arcu armati et Herculis clavam moventis illustraverunt artifices; v. Baumeister Denkm. d. kl. Alt. p. 463 et Furtwängler, Berl. phil. Woch. 1894 p. 1876 — 33. *ἀκινήταν* pro vulgari *ἀκίνητον*, ut *ἀθανάτα* P. III 100, *παρμονίμαν* P. VII 21, *πολυξέναν* N. III 2, *ναυσικλυτάν* N. V 9 — 34. *κοίλαν*, viam per praerupta saxa in Orcum ferentem —

μανίαισιν ὑποκρέκει. 'Αντ. β'.
μὴ νῦν λαλάγει τὰ τοι-
αῦτ'· ἔα πόλεμον μάχαν τε πᾶσαν
χωρὶς ἀθανάτων· φέροις δὲ Πρωτογενείας
ἄστει γλῶσσαν, ἵν' αἰολοβρόντα Διὸς αἴσᾳ
Πύρρα Δευκαλίων τε Παρνασοῦ καταβάντε
δόμον ἔθεντο πρῶτον, ἄτερ δ' εὐνᾶς ὁμόδαμον
κτισσάσθαν λίθινον γόνον·
Λαοὶ δ' ὀνύμασθεν.
ἔγειρ' ἐπέων σφιν οἶ-μον λιγύν,
αἴνει δὲ παλαι- ὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων

νεωτέρων. λέγοντι μὰν 'Επ. β'.
χθόνα μὲν κατακλύσαι μέλαιναν
ὕδατος σθένος, ἀλλὰ

---

42. γλῶσσαν: Μοῖσαν coni. Hecker coll. N. III 28 — 43. Παρνασσ. AC — καταβάντες A — 45. κτίσσασθαν Mommsen: κτισάσθαν A, κτησάσθαν (-σθην C) BCD — 46. ὀνόμ. ABD, ὠνύμ. C — 47. σφίσιν AC — οἶμον: οὖρον coni. Gedicke —

39. ὑποκρέκει· schol. συμφωνεῖ, οἷον ἐνδόσιμόν ἐστιν· πρότερον γὰρ τῆς κιθάρας ἐπαφώμενοι ὑποκρέκουσι, ἔπειτα δὲ τέλεον κιθαρίζουσιν, ut fastus orationis furori mentis praeludere dicatur. Minus bene Dissenius de cithara voci respondente interpretatur collatis verbis ὑπᾴδειν, ὑπαυλεῖν, ὑπηχεῖν — 41. χωρὶς cum a suo nomine ἀθανάτων vix divelli possit, interpretor: remove pugnas a diis immortalibus. Haec autem a Pindaro contra Aeschylum deorum rixas in scenam producentem declamata esse Leop. Schmidt Pind. Leb. p. 370 sagaciter suspicatus est. Contra Pindari sententiam probat Plat. de rep. II p. 378 b: οὐδέ γε ἐπιτήδειον τὸ παράπαν ὡς θεοὶ θεοῖς πολεμοῦσί τε καὶ ἐπιβουλεύουσι καὶ μάχονται.
41 ss. fabulam Protogeniae narrandam sibi proponit — 40. Πρωτογενείας ἄστει· Protogeniae maiorisne, filiae Deucalionis et Pyrrhae (v. schol. ad vv. 64. 86), an minoris, filiae Opuntis regis, iam veteres grammatici ambigebant — 42. ἵνα· Strabo IX p. 425, Apollodorum (v. schol. ad v. 64) secutus, non in urbe Opunte ipsa, sed in eius portu Κύνῳ Deucalionem habitasse et sepulcrum Pyrrhae ostendi tradit — αἰολοβρόντα· memoratu dignum est fulmen signum urbis Locrorum fuisse — 46. Λαοί· de hac voce fabula hominum ex lapidibus a Deucalione et Pyrrha factorum nata est; est enim procul dubio fabula etymologica ex similitudine vocabulorum λαοὶ et λᾶες orta. Incerti auctoris versus in scholiis citatur: ἐκ δὲ λίθων ἐγένοντο βροτοί, λαοὶ δὲ καλεῦντο — 48. schol.: δοκεῖ τοῦτο πρὸς τὸ Σιμωνίδειον εἰρῆσθαι· ἐπεὶ ἐκεῖνος ἐλασσωθεὶς ὑπὸ Πινδάρου λοιδορίας ἔγραψε κατὰ τοῦ κρίναντος [ἀγαθῶν ᾠδῶν]· ἐπεὶ δὴ ἐκεῖνος εἶπεν· ἐξελέγχει ὁ νέος οἶνος, οὐ τὸ πέρυσι δῶρον ἀμπέλου· ὁ δὲ μῦθος ὅδε κενεόφρων· διὰ τοῦτο ὁ Πίνδαρος ἐπαινεῖ παλαιὸν οἶνον. Cum igitur Simonides ineptum dixisset qui novo vino vetus vinum vinci putaret, Pindarus vetus se laudare vinum dicit, at fabulam novam. Cum Pindaro fecit Homerus Od. I 351: τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι, | ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται, cum Simonide auctor prologi Casinae: *qui utuntur vino vetere sapientes puto, et qui lubenter veteres spectant fabulas.* Sed quaeritur iam, quam fabulam novam Pindarus hoc loco protulerit; atque equidem ea intellego, quae iam de diluvio narrat (50—53), quae vetera et decantata nobis quidem magis quam aequalibus Pindari videntur; et certe nova sunt, quae a diluvio et Deucalione atque Pyrrha profectus de origine regiae gentis Locrorum (54—56) et splendore populi Locrorum ab Opunte rege resuscitato profert —

Ζηνὸς τέχναις ἀνάπωτιν ἐξαίφνας
ἄντλον ἑλεῖν. κείνων δ' ἔσσαν
χαλκάσπιδες ὑμέτεροι πρόγονοι,
ἀρχᾶθεν Ἰαπετιονίδος φύτλας
κοῦροι κορᾶν καὶ φερτάτων Κρονιδᾶν,
ἐγχώριοι βασιλῆες αἰεί·

πρὶν Ὀλύμπιος ἁγεμὼν Στρ. γ'.
θύγατρ' ἀπὸ γᾶς Ἐπει-
ῶν Ὀπόεντος ἀναρπάσαις ἕκαλος
μίχθη Μαιναλίαισιν ἐν δειραῖς καὶ ἔνεικεν
Λοκρῷ, μὴ καθέλοι νιν αἰὼν πότμον ἐφάψαις
ὀρφανὸν γενεᾶς. ἔχεν δὲ σπέρμα μέγιστον
ἄλοχος, εὐφράνθη τε ϝιδὼν ἥρως θετὸν υἱόν,
μάτρωος δ' ἐκάλεσσέ νιν
ἰσώνυμον ἔμμεν,
ὑπέρφατον ἄνδρα μορ-φᾷ τε καὶ
ἔργοισι· πόλιν- δ' ὤπασεν λαόν τε διαιτᾶν.

ἀφίκοντο δέ ϝοι ξένοι Ἀντ. γ'.
ἔκ τ' Ἄργεος ἔκ τε Θη-
βᾶν, οἱ δ' Ἀρκάδες, οἱ δὲ καὶ Πισᾶται·

---

52. *ἀνάπωτιν* Tricl.: *ἄμπωτιν ABCD* — 53. *κἀκείνων A* — *ἔσσαν Byz.*: *ἔσαν ABCD*, *δὴ 'σαν* Bergk — 55. *ἰαπετιονιδος E*: *ἐαπετεονίδος* (*-ιδεις D*) *ABCD* — 56. *κορᾶν Byz.*: *κουρᾶν ABCD*, *κόρων* coni. Jurenka — *καὶ ABCD*: *τε* Mosch. — *φερτάτων* codd.: *φερτάτου* coni. Homan — *Κρονιδᾶν* codd. et schol.: *Λελέγων* coni. Hermann opusc. VIII 114 — 58. *θυγατέρ' AC*, *τὰν παῖδ'* Tricl. — *ἁρπ. A* — 60. *καθέλοιμι αἰ.* lemma in *A* — 61. *ἔσχεν* (*ἔσχε D*) *CD* — 65. *ὑπέρφυτον A* — 68. *καὶ* om. *D* —

53. *κείνων*· ab illis oriundi, nimirum a Deucalione et Pyrrha — 55. *Ἰαπετιονίδος φύτλας* coniungo cum *κορᾶν*· Iapeti enim filius Prometheus erat (v. Hes. theog. 510), ex quo Deucalionem prognatum esse Apollodorus I 46 refert, ex hoc ipso, ni fallor, loco profectus — 56. *κορᾶν καὶ φερτάτων Κρονιδᾶν*· scholiasta plurales pro singularibus usurpatos esse ducit; verum non solum Locrum primum a Iove ex Protogenia, Deucalionis filia, satum esse poeta dicit, sed omnes reges veteres Locrorum a diis et heroinis ex stirpe Iapeti originem traxisse significat, qua in re illud quoque tenendum est, quod Locrae gentes nobiles a matre, non patre nobilitatem originis derivarunt; v. ad P. II 19 — 56. *πρίν* refer ad *ἐγχώριοι* v. 56 — 57. *θυγάτρ'*. ei nomen Protogeniae fuisse scholia ad v. 85 tradunt, unde maiorem et minorem Protogeniam Boeckhius distinxit; at Aristoteles (schol. ad. v. 86 et Plut. quaest. Graec. 15) Cambysae nomen ei indidit — 58. *Ἐπειῶν Ὀπόεντος*· de Elidis oppido Opunte v. Strab. IX p. 425, Diod. XIV 17, Steph. Byz. s. v. *Ὀπόεις*. Fabulam hanc cum vetere commercio inter Locros Opuntios et Elidem cohaerere docet Luebbert, De Pindaro Locrorum Opuntiorum amico et patrono p. 11; cf. Prol. CXVI — 63. *μάτρωος*, Opuntis, qui matris pater erat; neque enim fratres matris soli, sed etiam ceteri eius cognati a Pindaro, ut ab Homero, *μάτρωϝες* appellantur — 67. concursu hospitum ex omnibus regionibus Opuntem confluentium gloriam regis Opuntis similiter poeta illustrat atque Aeaci regis Aeginae N. VIII 11 —

υἱὸν δ' Ἄκτορος ἐξόχως τίμασεν ἐποίκων
Αἰγίνας τε Μενοίτιον· τοῦ παῖς ἅμ' Ἀτρείδαις
Τεύθραντος πεδίον μολὼν ἔστα σὺν Ἀχιλλεῖ
μόνος, ὅτ' ἀλκάεντας Δαναοὺς τρέψαις ἁλίαισιν
πρύμναις Τήλεφος ἔμβαλεν·
ὥστ' ἔμφρονι δεῖξαι
μαθεῖν Πατρόκλου βια-τὰν νόον.
ἐξ οὗ Θέτιος-γοῦνος οὐλίῳ νιν ἐν Ἄρει

παραγορεῖτο μή ποτε 'Επ. γ'.
σφετέρας ἄτερθε ταξιοῦσθαι
δαμασιμβρότου αἰχμᾶς.
εἴην εὑρησιεπὴς ἀναγεῖσθαι
πρόσφορος ἐν Μοισᾶν δίφρῳ·
τόλμα δὲ καὶ ἀμφιλαφὴς δύναμις
ἕσποιτο. προξενίᾳ δ' ἀρετᾷ τ' ἦλθον
τιμάορος Ἰσθμίαισι Λαμπρομάχου
μίτραις, ὅτ' ἀμφότεροι κράτησαν

μίαν ἔργον ἀν' ἁμέραν. Στρ. δ'.
ἄλλαι δὲ δύ' ἐν Κορίν-
θου πύλαις ἐγένοντ' ἔπειτα χάρμαι,
ταὶ δὲ καὶ Νεμέας Ἐφαρμόστῳ κατὰ κόλπον·
Ἄργει τ' ἔσχεθε κῦδος ἀνδρῶν, παῖς δ' ἐν Ἀθάναις.

---

69. *υἷα Byz.* inutili correctura metrica — 71. *Ἀχιλεῖ A* — 76. *γοῦνος* coni. Mingarelli: *γόνος* codd., *γ' ὄζος* Bergk, *βλαστὸς* Hermann — *οὐλία C*[1] — 78. *ἀντιοῦσθαι* coni. Naber — 79. *δαμασιμβρότας B*[1] — 80. *εὑρησ. B*: *εὑρεσ. ACD* — 83. *ἕσποιτο· προξενίᾳ* (*αἰεὶ* ante *προξ.* minio add. *C*) *BCD* et schol.: *ἕσποιτ' αἰεὶ προξ.* (*ξενίᾳ* lemma) *A*, unde *ἕσποιτ' αἰεί. ξενίᾳ* Mommsen collato P. x 64. N. vii 65 — *ἦλθον Byz.*: *ἤλυθον ABCD* — 84. *μίτραισιν A* — 86. *ἐγένοντο δ' D* — *χάρμα A* — 87. *τᾶ δε A* —

70. *τοῦ παῖς*, Patroclus, cuius nomen demum versu 75 nuncupatur; ad hunc autem orationem poeta transtulisse videtur, quod inter heroes Locrorum insigni honore frueretur; praeterea confer quae ad v. 80 adnotavimus — 70 ss. haec sumta sunt ex epico carmine Cypriorum, unde Proclus excerpsit: *Τήλεφος δ' ἐκβοηθεῖ Θέρσανδρόν τε τὸν Πολυνείκους κτείνει καὶ αὐτὸς ὑπὸ Ἀχιλλέως τιτρώσκεται* — 78. *σφετέρας·* hoc pronomen cum ab Homero et scriptoribus prosaicis semper ad plures referatur, a Pindaro et ad singulos (ut hic et O. xiii 61. P. iv 83. I. vi 33. viii 55) et ad plures relatum est.

80. novo prooemio in nova parte carminis poeta utitur, ut O. vi 82. P. i 58. ix 90; transitum autem eximia arte ita sibi paravit, ut in fine mythicae partis par fortium amicorum, Pactrocli et Achillis, in initio tertiae carminis partis, qua ad laudes praesentium victorum transit, par strenuorum luctatorum Lampromachi et Epharmosti poneret — 84. *Λαμπρομάχου·* amici et sodalis Epharmosti — *μίτραις·* partem, laneas taenias, pro toto, corona laneis taeniis circumvoluta, posuit — *ἀμφότεροι·* Lampromachus et Epharmostus, qui si eodem die vicerunt, diversa genera certaminum obierunt — 87. *Νεμέας . . . κατὰ κόλπον*; in valle Nemeaea; cf. O. xiv 21 *κόλποισι Πίσας* — 88. *κῦδος ἀνδρῶν, παῖς δέ·*

οἷον δ' ἐν Μαραθῶνι συλαθεὶς ἀγενείων
μένεν ἀγῶνα πρεσβυτέρων ἀμφ' ἀργυρίδεσσιν·
φῶτας δ' ὀξυρεπεῖ δόλῳ
ἀπτῶτι δαμάσσαις
διήρχετο κύκλον ὅσ-σᾳ βοᾷ,
ὡραῖος ἐὼν - καὶ καλὸς κάλλιστά τε ῥέξαις.

τὰ δὲ Παρρασίῳ στρατῷ 'Αντ. δ'.
θαυμαστὸς ἐὼν φάνη
Ζηνὸς ἀμφὶ πανάγυριν Λυκαίου,
καὶ ψυχρᾶν ὁπότ' εὐδιανὸν φάρμακον αὐρᾶν
Πελλάνᾳ φέρε· σύνδικος δ' αὐτῷ 'Ιολάου
τύμβος εἰναλία τ' 'Ελευσὶς ἀγλαΐαισιν.
τὸ δὲ φυᾷ κράτιστον ἅπαν· πολλοὶ δὲ διδακταῖς
ἀνθρώπων ἀρεταῖς κλέος
ὤρουσαν ἀρέσθαι.
ἄνευ δὲ θεοῦ σεσι-γαμένον
οὐ σκαιότερον - χρῆμ' ἕκαστον. ἐντὶ γὰρ ἄλλαι

ὁδῶν ὁδοὶ περαίτεραι, 'Επ. δ'.
μία δ' οὐχ ἅπαντας ἄμμε θρέψει
μελέτα· σοφίαι μὲν

---

89. οἷον: οἷος coni. Jurenka — δ' om. *A* — 92. ἀπτωτὶ ex schol. Bergk — 98. Πελλάνᾳ schol.: πελλάνα *ABCD* — αὐτῷ ex αὐτοῦ *B*, 'Ιολ. cum digammo pronuntiatum probabile fit collatis P. IX 79, XI 60, I. I 16 — 99. εἰναλία *Z*: ἐναλία *ABCD*, ut P. II 79. IV 27. 39. 204. XI 40. XII 12, unde ἐνναλία Schroeder; cf. Beitr. z. Dial. Pind., Stzb. d. b. Ak. 1891. 52 — 100. τὸ . . . αἱρεῖσθαι Aristid. t. II p. 35 Dind. — πολὺ (οι supra υ scripto) *A* — 102. ἀρέσθαι *A*: ἀνελέσθαι *BCD*, αἱρεῖσθαι Aristid. l. l. — 103. ἄνευ δὲ *A* et schol.: ἄνευθε δὲ *BCD*, ἄνευθε Boeckh — 106. ἄμμε codd. dett. et schol.: ἄμε *E*, ἅμα *CD*, ἅμα (ἄμε *A*?), ἀμέρα *B*, sed ρα s. l. —

Argis certamen virorum, puerorum autem Athenis sustinuit; medio tempore cum ex imberbi aetate in virilem exiiset, Marathone vicit; de omnibus his ludis minoribus cf. Prol. LXXXVIII —

92. δόλῳ ἀπτῶτι, dolo non irrito cadente; cf. Plat. de rep. VII 534 c ἀπτῶτι τῷ λόγῳ, inscr. Olymp. 128 ἀπτὴς μουνοπαλᾶν τέσσαρα σώμαθ' ἑλών, Phlegon fr. 12 πάλην ἄπτωτος — 95. Παρρασίῳ στρατῷ· schol.: τουτέστιν ἐν τῷ δήμῳ τῆς 'Αρκαδίας· Παρρασία γὰρ μέρος τῆς 'Αρκαδίας, ἔνθα τελεῖται Λυκείου Διὸς ἀγών — 97. φάρμακον αὐρᾶν, vestem; Hom. Od. XIV 529 ἀμφὶ δὲ χλαῖναν ἕσσας ἀλεξάνεμον μάλα πυκνήν, Hippon. fr. 19 χλαῖναν δασεῖαν ἐν χειμῶνι φάρμακον ῥίγεος — 98. 'Ιολάου τύμβος· de Iolaiis sive Heracleis ludis Thebis apud sepulcrum Iolai actis v. Prol. XCI — 99. αὐτῷ . . . ἀγλαΐαισιν· de duplici dativo confer O. VIII 83 ὅν σφι Ζεὺς γένει ὤπασεν — 100. διδακταῖς ἀρεταῖς· cum contemptu dictum, quod ingenitae virtutes praecellunt; verba ipsa commonent Socraticae quaestionis εἰ διδακτὸν ἀρετή· cf. Jebb Journ. of Hell. stud. III 154. 162 — 103. quod in omni genere studiorum invita Minerva suscipitur, id si siletur non deterius est i. e. non pluris aestimatur, si laudare coneris quam si silentio premas — 104. respicit versus Hom. *N.* 730 ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα, | ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τιθεῖ νόον εὐρύοπα Ζεύς — 107. σοφίαι

αἰπειναί· τοῦτο δὲ προσφέρων ἄεθλον,
ὄρθιον ὤρυσαι θαρσέων,
τόνδ' ἀνέρα δαιμονίᾳ γεγάμεν
εὔχειρα, δεξιόγυιον, ὁρῶντ' ἀλκάν,
Αἶαν τεόν τ' ἐν δαιτὶ Ϝιλιάδα
νικῶν ἐπεστεφάνωσε βωμόν.

108. *τοῦτον* *C* — 109. *ὤρυσαι* B^2CD, *ὤρουσαι* *B* sed videtur *ω* ex *α* factum esse, *ὄρουσαι* *A*; *ὄρθι' ἄυσαι θαρσέω* coni. Wilamowitz — 112. *Αἶαν τεόν τε* coni. Hermannus: *Αἰάντειόν τ' ἐν* codd., *Αἰαντέῳ 'ν ὃς* in proecdosi conieceram — *'Ιλιάδα* BC^1 et schol.: *Οἰλιάδα* *AD*, *ἰολιάδου* vel *ὀιλιάδου* C^s, *ὃς 'Ιλιάδα* coni. Boeckh.

μὲν αἰπειναί· perfecta sapientia cuiusque generis in alto posita est, ut difficile sit ad fastigium eius ascendere; cf. I. v 45 *τετείχισται πύργος ὑψηλαῖς ἀρεταῖς ἀναβαίνειν* — 108. *τοῦτο . . . ἄεθλον·* *τὸ ἀπὸ τῆς σοφίας* scholiasta interpretatur: poeticae sapientiae contentionem contentioni virium in certamine luctationis probatae addens praeconis instar proclama — 112. Hermanni emendationem recipiendam duxi; pronomen enim relativum *ὅς*, quod antea Schmidio duce inserueram, scholiastae auctoritate parum defenditur et aliquid languidi habet; quamquam sententia eadem manet, sive pronomen *ὃς* addideris sive non addideris. Interpretor autem verba emendata cum Heynio de solemnibus sacris, quae victor (*νικῶν*) redux, cum coronam in ara Aiacis deponeret, fecit, non de victoria ab Epharmosto in Aeanteis ludis reportata. Aeantea enim ista a scholiastis ex hoc loco ipso ficta esse videntur neque quidquam fidei nanciscuntur ex titulis CIG. 108 et 1431, utpote qui ad *Αἰάντεια* Salaminia in honorem Aiacis Telamonii acta referendi sint. Nihil vero causae fuit, cur hanc victoriam poeta singulariter hoc loco laudaret, non supra una cum reliquis victoriis — *'Ιλιάδα* vel potius *Ϝιλιάδα* prisca forma nominis erat, analogia nominum *'Ιολκός* et *"Ιλας* stabilita; genetivus autem pronomini possessivo adiunctus est ut in Homericis *Νεστορέῃ παρὰ νηῒ Πυλοιγενέος βασιλῆος* (*B* 54), *Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου* (*E* 741), nisi *'Ιλιάδα* aeque atque *Αἶαν* pro vocativo accipere mavis — *ἐπεστεφάνωσε·* arae coronae lapideae coronam victorialem ex foliis plexam adiecit.

ΟΛΥΜΠ. Ι΄.

ΑΓΗΣΙΔΑΜΩι ΛΟΚΡΩι ΕΠΙΖΕΦΥΡΙΩι

ΠΑΙΔΙ ΠΥΚΤΗι.

Strophae.



Epodi.



Argumentum.

Agesidamns Archestrati filius Locrus Epizephyrius pugilatu puer Ol. 74 = 484 a. Chr. in scholiis Vaticanis, Ol. 76 = 476 a. Chr. in Ambrosianis (A) vicisse perhibetur. Utra traditio vera sit certe diiudicari non potest, alteri autem et maior fides codicis Ambrosiani favet et laudatio bellicae virtutis Locrorum v. 15 facta, quae si ad Anaxilai tyranni arma a Locris reiecta (cf. P. II 19) spectat, hoc carmen post annum 477/6 scriptum sit necesse est. Quamquam enim inter victoriam Agesidami et praeconium eius hoc carmine factum aliquantum temporis interlapsum esse ex initio carminis elucet, tamen immane est statuere ludis Olympicis tertium redeuntibus, i. e. octo annis postquam parta sit, victoriam praedicatam esse. Quodsi a. 476 hoc carmen factum est, non longe a tempore carminum O. III et O. I, quae in simili materie versantur, distat. Hoc autem bene in artem Pindari quadrat, quem in carminibus sub

idem tempus factis cognatas res tractare et similibus locutionibus uti in libello, Zur Chronologie Pindarischer Siegesgesänge, p. 42 ss., probavimus et infra carmina P. IX et I. III comparantes evincemus. Brevibus igitur intervallis interiectis poetam primum ludos Olympicos ab Hercule institutos (O. X), deinde agrum Olympicum ab Hercule oleastro Hyperboreo consitum (O. III), ad postremum Oenomai et Pelopis certamen ludis Olympicis praevium (O. I) carminibus illustrasse duco. Hoc autem nostrum carmen, quod ab exsuperantia iuvenili et ieiunitate senescentis artis aequo intervallo abest, Thebis a poeta missum esse ex versu 85 apparet.

In proemio poeta se tamquam ex oblivione ac veterno excitat, ut carmen diu promissum tandem aliquando cum foenore mittat (1—12) urbemque Locrorum et Agesidamum victorem una cum alipta Iolao laudibus ornet (13—23). In principali parte carminis (24—77), cum fabula tam longum carmen carere non posset, neque domesticae res Locrorum Epizephyriorum fabulam suppeditarent, Olympicos ludos, in quibus Agesidamus palmam multo cum labore meruerat, ab Hercule conditos esse narrat. Atque primum ludos ex praeda, qua ille Augea, impio rege Pisarum, devicto potitus esset, institutos esse refert (24—59). Exin, quinam primis illis ludis in singulis certaminum generibus praemia tulerint, et quae sollemnitates certamina sub vesperum secutae sint, facete exponit (60—77). Inde in extrema parte carminis cum ad res praesentes rediisset, semet ipsum et chorum ut epinicio carmine ad normam priscorum illorum ludorum composito primum Iovis numen praedicaret cohortatus versibus sero missis, sed tamen grate supervenientibus civitatem Locrorum florentissimam et puerum victorem pulcherrimum laudat (78—105).

Fabula quae hoc carmine et tertio Olympico carmine de Hercule Dorico conditore ludorum Olympicorum exposita est, magnopere ab ea discrepat, quam sacerdotes Elei de Idaeo Hercule auctore Olympiorum narrabant (v. Paus. VIII 7, 6. Strab. VIII p. 355. Diodor. III 74, 4. V 64, 6). Videtur autem Pindarus veterem famam immutasse, ut gloriam antistitis Doricae stirpis amplificaret et memoriam Dorum in agrum Pisanum invadentium cum institutione ludorum Olympicorum coniungeret. Hinc illud quoque explicatur, quod Augeae et Molionidarum causas miscuit et varias incursiones ex diversis regionibus in Elidem ab Hercule factas in famam unius splendidae expeditionis conflavit; v. Luebbert, De Pind. carm. Olymp. X, Kiliae 1881, Originum Eliacarum capita selecta, Meletemata de Pindari carminum quibus Olympiae origines canit fontibus, Bonnae 1882, Wilamowitz, Eur. Herakl. I 271.

De metris.

Carminis huius numeri sunt paeonici, dactylicis et logaoedicis et epitritis ita mixti, ut et colometria et pedum divisio incertissimae sint. Iam veteres metricos quomodo cola huius carminis dividenda essent dubitasse, scholia ad v. 24 testantur; sed plane futtiles istorum rationes fuisse cum colometria codicum tum inepta explicatio scholiastae metrici arguunt. Maxime autem offensioni sunt epitriti pedes iuxta ditrochaeos puros et paeones positi, siquidem huius societatis alia exempla novi nulla. Neque num recte versibus str. 4. ep. 1. 2 iambicam basim, versibus ep. 3. 4. 5.

6. 8 longam anacrusim praemiserim, satis mihi constat. De syllaba ancipiti initiali strophae versuum quarti et sexti vide not. crit. ad vv. 25. 48. 90. Admodum vero dubia percussio epodi versuum primi et quarti et ultimi est, quae difficultates nescio an minui possint versibus primo et ultimo in binos versus diremtis. In primi versus altero membro dividendo dubito, utrum ad analogiam versuum Aristoph. Lys. 781 ss. duae primae longae spatium totius dipodiae expleant, an ad normam creticorum brachycatalectorum Plauti (v. Christ Metr.[2] p. 408) versus exeat in paeonem et primam longam alterius paeonis mutili:

⏑ –́   ⏑⏑ ⏑ –́⏑ ⏑ – –́   –   ⏑́⏑ ⏑ –

an

⏑ – ⏑́⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –́   – –́ ⏑ ⏑⏑   –́

Iam si quo modo et loco hoc carmen cantatum sit quaeras, carmen Olympicum undecimum ante hoc carmen compositum esse constat, sive illud ut Olympiae cantaretur sive ut hoc carmen annuntiaret factum est. Hoc igitur carmen in iustis epiniciis a victore reduce institutis in urbe Locrorum Epizephyriorum, fortasse in curia urbis (v. 11. 97), fidibus et tibiis chori voci succinentibus (v. 93. 84) cantatum est; neque saltationis motus defuisse ex indole paeonicorum numerorum concludere equidem ausim. Simili vero modo Agesidami epinicia adornata fuisse videntur atque Herculis, quae poeta versibus 73—77 depinxit.

Τὸν Ὀλυμπιονίκαν ἀνάγνωτέ μοι *Στρ. α'.*
Ἀρχεστράτου παῖδα, πόθι φρενὸς
ἐμᾶς γέγραπται. γλυκὺ γὰρ αὐτῷ
μέλος ὀφείλων ἐπιλέλαθ'.
ὦ Μοῖσ', ἀλλὰ σὺ καὶ θυγάτηρ
Ἀλάθεια Διός, ὀρθᾷ χερὶ
ἐρύκετον ψευδέων
ἐνιπὰν ἀλιτοξένων.

ἕκαθεν γὰρ ἐπελθὼν ὁ μέλλων χρόνος *Ἀντ. α'.*

———

VARIA LECTIO. Inscr. *Ἀγησιδάμῳ Λοκρῷ Ἐπιζεφυρίῳ ABD*, praeterea *πύκτῃ* addit *A*, *παιδὶ πύκτῃ* add. *B*, *Ἀγ. Λοκ. Ἐπ. Ἀρχεστράτω κέλητι νικήσαντι τὴν πβ' ὀλυμπιάδα F* m. sec. — Schol.: *ἐνίκησε δὲ οὗτος ὁ Ἀγησίδαμος τὴν ἑβδομηκοστὴν τετάρτην* (*ἕκτην καὶ ἑβδόμην A*) *Ὀλυμπιάδα*. — 2. *ἀρχιστρ. A* — 6. *ἀλιτοξένων* coni. Mingarelli: *ἀλιτόξενον* codd. —

COMMENTARII. v. 1—3. se oblitum poeta fingit muneris Agesidamo promissi, unde forte adstantes ut se commonefaciant orat — 2. memoriam comparat tabulae litteris inscriptae; scholia conferunt versum ex Sophoclis Triptolemo: *θὲς δ' ἐν φρενὸς δέλτοισι τοὺς ἐμοὺς λόγους*. Iam ante Sophoclem simili metaphora usus erat Aeschylus Prom. 789. Suppl. 179. Choeph. 450. Eum. 275 — *ὀρθᾷ· δικαίᾳ* schol.; sed proprie quoque intellegi potest manus ad arcendum erecta — 6. *ψευδέων ἐνιπὰν ἀλιτοξένων*, crimen mendacii, quo fidem hospiti debitam laeserit; similiter hoc nomen formatum est atque Homericum *ἀλιτόμηνον* Il. XIX 118. Agesidamum autem *ξένον* poeta dicit, quia Olympiae (v. 100) eius hospitalitate usus erat; cf. O. II 6 — 7. *μέλλων χρόνος·* tempus remorari dicitur, quod

ἐμὸν καταίσχυνε βαθὺ χρέος.
ὅμως δὲ λῦσαι δυνατὸς ὀξεῖ-
αν ἐπιμομφὰν τόκος ὁμαρτ-
έων· νῦν ψᾶφον ἑλισσομέναν
ὅπα κῦμα κατακλύσσει ῥέον,
ὅπα τε κοινὸν λόγον
φίλαν τίσομεν ἐς χάριν.

νέμει γὰρ Ἀτρέκεια πόλιν Ἐπ. α'.
Λοκρῶν Ζεφυρίων,
μέλει τέ σφισι Καλλιόπα
καὶ χάλκεος Ἄρης· τράπε δὲ Κύκ-
νεια μάχα καὶ ὑπέρβιον

---

8. *καταίσχυνε* Boeckh: *καταισχύνει ABCD*, *κατήσχυνε Byz.* — *βραχὺ* A^1 — 9. *ἔτι μομφὰν* coni. Grumme — *τόκος ὁμαρτέων* scripsi: *τόκος θνατῶν ABD* et schol., *γε τόκος θνατῶν C*, *ὁ τόκος ἀνδρῶν Byz.*, *τόκος ὀπαδέων* Mommsen, *τόκος ὀνάτωρ* Hermann, *τόκος ὁ ναυτᾶν* Bergk, *τόκος· ὁρᾶτ' ὦν* Schneidewin, *τόκος· ἀθρῶμεν* Wiskemann — 13. *ἁ τραχεῖα πόλις* v. l. schol. — *πόλιν* A^s *BCD*: *πόλις* A^1 — 14. *μέλει A*: *μέλλει BCD* — *σφι A* — 15. *Κύκνεια* Her-

proprium est hominis remorantis — 8. *καταίσχυνε*· grave et turpe debitum meum frustrando mora reddidit; cf. Plat. symp. p. 183e *πολλοὺς λόγους καὶ ὑποσχέσεις καταισχύνας* — 9. *τόκος*· veteres grammatici carmen O. xi intellexerunt, tamquam foenus capiti (O. x) additum; quae interpretatio ferri nequit, si Boeckhium secutus carmen illud Olympiae post ipsam victoriam cantatum esse statuas; sed si meam sententiam ad O. xi prolatam probaveris, bene poetam dicentem facies, crimen remorae se abluere non tam longo carmine, quod una cum capite foenus solvat, quam duobus carminibus, quorum unum (Ol. x) capitis, alterum (Ol. xi) foenoris vice fungatur — 10. *ὅπα*, quod pro *ὅπως* vel *ὡς* etiam v. 56 poeta posuit, est exhortantis, copiam autem orationis undae fluvii lapillos litoris volutatos haurienti et auferenti comparat, paratactica structura orationis usus — 11. *κοινὸν λόγον*· rationem inter Agesidamum et Pindarum contractam post Kayserum Meinelius (progr. Campoduni 1890 p. 26) interpretatur, quae quidem interpretatio vi cognati vocabuli *συνθηκῶν* commendatur et verbo coniuncto *τίσομεν* optime convenit, quamquam similis locutio *ξυνὸς λόγος* O. vii 21 causam communem et orationem ad omnem populum pertinentem significat — 13. *Ἀτρέκεια*· respicit sincera iudicia Locrorum et rem publicam legibus Zaleuci optime temperatam; cf. Plat. Tim. 20 a — 15. *τράπε δὲ Κύκνεια μάχα*· non Ps. Hesiodum in Scuto Herculis pugnam Herculis cum Cycno, Martis filio, in luco Apollinis Pagasaeo narrantem Pindarus sequitur, sed Stesichorum, poetam Locris oriundum, quem in carmine aliquo narrasse scholiasta testatur, primum Herculem Cycno cessisse et fugisse. Sed quorsum haec? scholiasta respondit: *τοιγάρτοι διὰ τὸ καὶ τὸν Ἀγησίδαμον ἀπολήγοντα ἤδη ὑπὸ Ἰολάου ἀλείπτου ἀνερρῶσθαι, εἰκότως ταῦτα ἐπηγάγετο.* Atque Agesidamum non primo impetu adversarium pugilem deiecisse, sed multo cum sudore palmam aegre tulisse sequentes versus perspicue indicant. Nihilo tamen secius temere ficta ista a grammaticis videntur. Namque aliptae quominus discipulis suis laborantibus subvenirent, legibus severis prohibiti erant (v. Io. Chrysost. ap. Migne iv 2 p. 386 et 587). Quo cum accedat, quod *χάλκεος Ἄρης* ad ludos, quibus ab aeneis armis abstinebant, parum pertinet, Tafelio, Dilucid. Pind. p. 391, adstipulor, qui illa verba ad bellum ab Anaxilao, tyranno Rhegii, Locris illatum, quod fortiter illi primum propulsassent (cf. P. ii 19), referenda esse iudicavit. Sic igitur sententiam procedere sentio: Locri

Ἡρακλέα. πύκτας δ' ἐν Ὀλυμπιάδι νικῶν
Ἴλᾳ φερέτω χάριν
Ἀγησίδαμος, ὡς
Ἀχιλεῖ Πάτροκλος·
θήξαις δέ κε φύντ' ἀρετᾷ ποτὶ
πελώριον ὁρμάσαι
κλέος ἀνὴρ θεοῦ σὺν παλάμᾳ.

ἄπονον δ' ἔλαβον χάρμα παῦροί τινες, Στρ β'.
ἔργων πρὸ πάντων βιότῳ φάος.
ἀγῶνα δ' ἐξαίρετον ἀεῖσαι
θέμιτες ὦρσαν Διός, ὃν ἀρ-
χαίῳ σάματι παρ Πέλοπος
βωμῶν ἑξάριθμον ἐκτίσσατο,
ἐπεὶ Ποσειδάνιον
πέφνε Κτέατον ἀμύμονα

---

mann: *Κυκνεία Byz.*, *κυκνέα ABCD* — 16. *ὀλυμπιάδι νικῶν D*: *ὀλυμπία νικῶν B¹C*, *ὀλυμπιονικῶν A* — 17. *ἴλᾳ BD*: *ἰόλα AC* — 19. *Ἀχιλλεῖ CD* — 20. *θήξ. ABCD*: *θάξ.* Ahrens Dial. gr. II 140 — *κε BD*: *καὶ AC* — *φύντ' ABD*: *φῶτ' C* — *ποτὲ A* — 21. *παλάμαις AC* — 22. *τινὲς παῦροι D* — 23. *ἔργων πρὸ πάντων* codd.: *ἐτέων προπάντων* schol.? — *βιότω* (*ου* supra) *C* — 24. *ἐξήριτον* ex schol. (?) elicuit Hermann — 25. *βωμῶν A* et schol.: *βωμὸν C*, *βωμῷ BD*; *τὰ πρῶθ'* coni. Rauchenstein, ipse *πόνων* tentavi — *ἐκτίσατο A* et schol.: *ἐκτήσαθ' Ἡρακλέης C*, *ἡρακλέης ἐκτίσσ. BD*, *βίη Ἡρακλέος ἐκτίσσ.* (*βωμῶν ἑξάριθμον* omissis) *Byz.* — 26. *ποσειδάνειον B* —

et musica arte excellunt et aeneo Marte, quod nuper comprobarunt Anaxilaum tyrannum potentissimum, ut Cycnus olim ingentem Herculem, armis reicientes; ad fortitudinem natus nunc etiam Agesidamus (v. 20) insuper disciplina aliptae optime institutus est; merito igitur et ipse praemium meruit et debitam gratiam aliptae suo Ilae sive Iolao referet — 16. *νικῶν* proprie eum, qui victor est, significat, unde vis participii praesentis *νικῶντος* non longe distat a vi aoristi *νικήσαντος*, cf. O. IX 112. XIII 30. N. VII 75. I. VII 7 — 19. *Ἀχιλεῖ Πάτροκλος*· Hom. Il. XVI 39 ss. poeta respicit, quo loco Achilles, cum Patroclum Achaeis auxilio mitteret, aciem instruit et ad rem fortiter gerendam adhortatur — 22. Agesidamum, qui aegre neque sine vulneribus vicisse videtur, eo consolatur, quod sine labore pauci victoriae gaudium adipiscantur, quo omnes antea exantlatos labores recompensante pulcherrimum vitae decus paretur; cf. O. I 100 — 20. *θήξαις*· acuens, unde I. VI 73 aliptam *Ναξίαν ἀκόναν* dixit; cf. Xenoph. Cyr. I 2, 10. 6, 41.

24 ss. originem ludorum Olympicorum refert — 24. *θέμιτες Διός*, instituta et leges Iovis, quibus certamina ludorum Olympicorum et praeconia victorum constituta erant — *σάματι παρ Πέλοπος*· cf. O. I 93. Recentiores scriptores, ut Paus. V 13, 2, Herculem a Pelope quarto propagationis gradu descendere fabulabantur — 25. *βωμῶν ἑξάριθμον*· de sex aris Olympiae vide ad O. III 19. Sed cum *βωμῶν* metrico vitio laboret et arae nihil ad certamen (*ἀγῶνα*) attineant, *βωμῶν* ex *πόνων* corruptum esse duco, ut quae infra sex genera certaminum, cursu lucta pugilatu quadrigis iaculo disco, referuntur, iam hoc loco significentur. Duritiei autem vitio oratio laborat, quod subiectum verbi *ἐκτίσσατο* demum v. 30 positum est; cf. O. IX 70 — 26 ss. Hercules cum Augeae, regi Elidis, propter mercedem pro stabulo purgato negatam bellum intulisset, primum ab Molionidis Cteato et Euryto, qui exercitui eius insidias struxerant, cladem accepit, deinde

πέφνε δ' Εὔρυτον, ὡς Αὐγέαν λάτριον 'Αντ. β'.
ἀέκονθ' ἑκὼν μισθὸν ὑπέρβιον
πράσσοιτο· λόχμαισι δὲ δοκεύσαις
ὑπὸ Κλεωνᾶν δάμασε καὶ
κείνους Ἡρακλέης ἐφ' ὁδῷ,
ὅτι πρόσθε ποτὲ Τιρύνθιον
ἔπερσαν αὐτῷ στρατὸν
μυχοῖς ἥμενοι Ἄλιδος

Μολίονες ὑπερφίαλοι. 'Επ. β'.
καὶ μὰν ξεναπάτας
'Επειῶν βασιλεὺς ὄπιθεν
οὐ πολλὸν ἴδε πατρίδα πολυ-
κτέανον ὑπὸ στερεῷ πυρὶ
πλαγαῖς τε σιδάρου βαθὺν εἰς ὀχετὸν ἄτας
ἵζοισαν ἑὰν πόλιν.
νεῖκος δὲ κρεσσόνων
ἀποθέσθ' ἄπορον.
καὶ κεῖνος ἀβουλίᾳ ὕστατος
ἁλώσιος ἀντάσαις
θάνατον αἰπὺν οὐκ ἐξέφυγεν.

---

28. ὥστ' *A* — 29. ἀέκων θ' C^1 — 30. κἀκείνους codd. — 33. ἥμενοι Heyne: ἥμενον (ἆμεν *B*) *ABCD* et schol. — 34. μολίωνες *A* — ξειναπ. *AC* — 35. βασιλεὺς ἐπειῶν *BD* — 36. ἴδε *Byz.*: εἶδε *ABCD* — 41. ἀβουλίᾳ Tricl.: ἀβουλίαις *ABCD* — 42. ἀντάσαις Boeckh: ἀντιάσας *ABCD* —

novum bellum molitus Molionidas istos, cum ad Isthmum per inducias proficiscerentur, prope Cleonas oppressit et Augeam ipsum, praesidio fortissimorum fratrum orbatum, fudit et occidit. Rem fuse narrant Paus. v 25. Diod. iv 33. Apollod. ii 5, 5, Hesiodi vestigia ut videtur secuti. Eorum ex fonte ea quoque petita videntur, quae schol. ad v. 31 adnotat: πολλοὺς συστρατεύσαντας αὐτῷ ἀπέκτειναν· οἱ δὲ ἀποθανόντες ἐν τῇ μάχῃ εἰσὶν οὗτοι· Τελαμών, Χαλκώδων καὶ Ἰφικλῆς, ὁ πρεσβύτατος αὐτοῦ ἀδελφός. — 29. ὑπέρβιον, superbum; iungo hoc epitheton cum Αὐγέαν, non cum μισθόν· sic v. 31 Moliones, socios Augeae, ὑπερφιάλους dicit — 30. ὑπὸ Κλεωνᾶν· oppidum enim in colle situm erat, ut testatur Strabo viii p. 377 — καί· Molionidae insidiis, quibus Herculis exercitum ante superaverant, et ipsi ab Hercule superati esse dicuntur — 34. Μολίονες a matre Moliona dicti sunt, Ἀκτορίωνε (Il. 24, 638) iidem a patre Actore; ii socii Augeae regis fuisse iam ab Homero *Λ* 709 feruntur — 35. Ἐπειῶν· veterum incolarum Elidis, ut Homerus *B* 619. *Λ* 671. 688 tradit, quamquam postea Epeos tamquam septentrionalis Elidis incolas ab Eleis distinctos esse Hecataeus testatur ap. Strab. vii p. 341 — πατρίδα· nomen patriae urbis **Φύκτεον** (**Φύτειον** corr. Luebbert) fuisse adnotat scholiasta, ad versus Hesiodi provocans — 38. ἑὰν πόλιν, cum supra iam πατρίδα dixisset, denuo addidit ad cladis tristitiam augendam — 41. ὕστατος scholia cum ἁλώσιος iungunt, ut post urbem captam mortem occubuisse dicatur; quod cum contra grammaticam peccet et verbum ἀντάσαις obiecto carere nequeat, rectius Augeam ultimum, postquam eius socii iam interierunt, occidisse interpretaberis — 42. **θάνατον αἰπὺν** ad exemplar Homerici **αἰπὺν ὄλεθρον**.

ὁ δ᾽ ἄρ᾽ ἐν Πίσᾳ ἔλσαις ὅλον τε στρατὸν Στρ. γ΄.
λαίαν τε πᾶσαν Διὸς ἄλκιμος
υἱὸς σταθμᾶτο ζάθεον ἄλσος
  πατρὶ μεγίστῳ. περὶ δὲ πά-
  ξαις Ἄλτιν μὲν ὅγ᾽ ἐν καθαρῷ
διέκρινε, τὸ δὲ κύκλῳ πέδον
ἔθηκε δόρπου λύσιν,
τιμάσαις πόρον Ἀλφεοῦ

μετὰ δώδεκ᾽ ἀνάκτων θεῶν· καὶ πάγον Ἀντ. γ΄.
Κρόνου προσεφθέγξατο· πρόσθε γὰρ
νώνυμνος, ἇς Οἰνόμαος ἆρχε,
  βρέχετο πολλᾷ νιφάδι. ταύ-
  τᾳ δ᾽ ἐν πρωτογόνῳ τελετᾷ
παρέσταν μὲν ἄρα Μοῖραι σχεδὸν
ὅ τ᾽ ἐξελέγχων μόνος
ἀλάθειαν ἐτήτυμον

Χρόνος. τὸ δὲ σαφανὲς ἰὼν Ἐπ. γ΄.
  πόρσω κατέφρασεν,
ὅπα τὰν πολέμοιο δόσιν

---

43. ἄρ᾽: ἂν *A* — πίσσα *C* — ἐάσας *A* — τε om. *C* — 45. Ἆλιν v. l. schol. — 46. πέδον ἔθηκε Tricl.: δάπεδον θῆκε *ABCD* — 48. τιμάσαις: ἀγάλλων coni. Hermann; cf. v. 90 — 49. δώδεκα δ᾽ *D* — ἀνάκτων: ἀθανάτων *C* — 51. νώνυμνος *Byz.*: νώνυμος *CD*, νώνυμον *AB* — τελευτᾷ *C* et lemma in *A* — 53. τ᾽: δ᾽ et deinde χρόνος τόδε coni. Hartung et probavit Leop. Schmidt, Leb. Pind. p. 109 — 55. τὸ δ᾽ ἐσ ἀφανὲς *CD* — 56. πολέμοιο ex corr. *A*, πολέμιος $A^{ac?}$ —

43 ss. primos ludos Olympicos ab Hercule factos exponit — 45 ss. sacrum locum, quem Hercules Iovi dimetiebatur (σταθμᾶτο, cf. τέμενος), quod arboribus olim consitus erat, ἄλσος poeta dixit; eius duas partes distinxit, Ἄλτιν, quae proprie Iovis deorumque sacra palis a cetera regione discreta erat, et deversoria circumiacentia, quae tabernaculis et hospitiis homines epulantes et dormientes recipiebant. Hae duae partes in planitie ad ripam Alphei sitae erant, unde eas dimensus Hercules, cum sacra faceret, Alpheum honore affecisse dicitur (v. 48); iis opponitur collis Cronius, qui Saturni, patris Iovis, sacer erat — 49. μετὰ δώδεκ᾽ ἀνάκτων θεῶν· quorum unus Alpheus erat; vide O. v 5 — 51. ἇς Doricum pro ἕως — βρέχετο πολλᾷ νιφάδι· audaci metaphora locum antea neglectum nive obrutum dicit; his autem verbis mendacia Eleorum sacerdotum, qui Saturni templum iam aureo aevo conditum esse fabulabantur, a Pindaro impugnari acute monuit Luebbert, De Pind. carm. O x p. 9 — 52. ut hominum partui (v. O. vi 42), sic sacrorum origini Parcae adstant, futuram sortem cursumque felicem augurantes — 53. in proverbium abiit hic locus, unde Xenoph. Hell. iii 3, 2: συνεμαρτύρησε ταῦτα αὐτῷ καὶ ὁ ἀληθέστατος λεγόμενος χρόνος. Tempus autem et famam haec tradidisse poeta dixit, ut in litterarum monumentis nihil tale exstare significaret — 55. τὸ δὲ quid sit, verbis ὅπα . . . νικαφορίαισί τε explicatur, σαφανὲς autem ad praedicatum κατέφρασεν trahendum est: illud autem, quod ludos instituit, tempus progrediens in clara luce posuit.

ἀκρόθινα διελὼν ἔθυε καὶ
πενταετηρίδ᾽ ὅπως ἄρα
ἔστασεν ἑορτὰν σὺν Ὀλυμπιάδι πρώτᾳ
νικαφορίαισί τε.
τίς δὴ ποταίνιον
ἔλαχε στέφανον
χείρεσσι, ποσίν τε καὶ ἅρματι,
ἀγώνιον ἐν δόξᾳ
θέμενος εὖχος, ἔργῳ καθελών;

στάδιον μὲν ἀρίστευσεν, εὐθὺν τόνον — Στρ. δ΄.
ποσσὶ τρέχων παῖς ὁ Λικυμνίου
Οἰωνός· ἷκεν δὲ Μιδέαθεν
στρατὸν ἐλαύνων· ὁ δὲ πάλᾳ
κυδαίνων Ἔχεμος Τεγέαν·
Δόρυκλος δ᾽ ἔφερε πυγμᾶς τέλος
Τίρυνθα ναίων πόλιν·
ἀν᾽ ἵπποισι δὲ τέτρασιν

ἀπὸ Μαντινέας Σᾶμος ὡλιροθίου· — Ἀντ. δ΄.
ἄκοντι Φράστωρ δ᾽ ἔλασε σκοπόν·

---

57. ἀκρόθυνα *D* — 58. πρῶτα *BD* — 62. ἅρματι *ACD*: ἅρμασιν *B* — 63. ἐνδόξαν *D* (αν ex corr.) — 64. σταδίον coni. Hermann — εὐθὺν τόνον (εὐθὺν πόνον Hermann) coni. Thiersch: εὐθύτονον *ABCD*, εὐθύδρομον coni. Schmid — 65. ποσσὶ *AB*: ποσὶ *CD* — 67. δὲ φέρε ἀπὸ πυγμᾶς *B* — 69. ἀνίπποισι καὶ τετρ. (ἐν supra ἀν) *A* — 70. Σᾶμος ὡλιροθίου Boeckh: Σᾶμος ὁ Ἁλιρροδίου v. l. schol., σᾶμ᾽ ἁλιρροθίου (-ίους A^{ac} et lemma in *A*) *ABCD* — 71. ἄκοντι Φράστωρ δ᾽ Tricl.: ἄκοντι δὲ Φράστωρ *ABCD* —

57. ἀκρόθινα διελών· primitias alias alii deo dispertiens operabatur — 58. Ὀλυμπιάδι πρώτᾳ idem quod νικαφορίαισι significat, ut altero nomine prius explicetur, qua simili ratione poeta usus est O. I 39. VI 43. N. VIII 46. I VIII 1. Apte autem feriarum duas partes, sacra et ludos, distinguit; v. Prol. LXIV — 60. ποταίνιον στέφανον recentem coronam — 63. ἐν δόξᾳ θέμενος· primum victoriae famam tamquam gloriosam (ἔνδοξον) animo proponens, deinde facto consequens — 64 ss. In catalogo victorum a Pindaro Pausanias V 8, 4 et Hyginus fab. 273 differunt, quod Herculem ipsum pancratii et luctae certamina subeuntem faciunt. Nomina Νικέως et Φράστορος a poeta ficta esse ex etymologia nominum ipsa apparet — 64. εὐθὺν τόνον rectum et simplicem cursum significat; cursus enim duplex (δίαυλος) multo post institutus est; v. Proleg. LXXI — 66. ὁ δὲ πάλᾳ sc. ἀριστεύων Ἔχεμος ἦν κυδαίνων Τεγέαν, quae civitas una cum nomine victoris renuntiata est — 70. Σᾶμος· schol.: Σῆμον δέ τινα νῦν νενικηκέναι ἅρματι, ὥς φησι Δίφιλος ὁ τὴν Θησηΐδα ποιήσας ἔν τινι ἰαμβείῳ οὕτω· τρέψας δὲ πώλους, ὡς ὁ Μαντινεὺς Σῆμος, | ὃς πρῶτος ἅρματ᾽ ἤλασεν παρ᾽ Ἀλφειῷ — 71. ἔλασε· rectius simili in re Homerum ἔβαλε scripsisse adnotat Lehrs, De Arist. stud. Hom. p. 66. Hoc autem loco iaculatori certum finem feriendum esse poetam putasse apparet et ex nomine Φράστορος a scopo designando dicto et ex eo, quod iaculatoris ars longo iactui disci opposita est, quamquam aliter de hac re poeta P. I 42 cogitasse videtur —

μᾶκος δὲ Νικεὺς ἔδικε, πέτρῳ
χέρα κυκλώσαις, ὑπὲρ ἁπάν-
των, καὶ συμμαχία θόρυβον
παραίθυξε μέγαν. ἐν δ' ἕσπερον
ἔφλεξεν εὐώπιδος
σελάνας ἐρατὸν φάος.

ἀείδετο δὲ πᾶν τέμενος 'Επ. δ'.
τερπναῖσι θαλίαις
τὸν ἐγκώμιον ἀμφὶ τρόπον.
ἀρχαῖς δὲ προτέραις ἑπόμενοι
καί νυν ἐπωνυμίαν χάριν
νίκας ἀγερώχου κελαδησόμεθα βροντὰν
καὶ πυρπάλαμον βέλος
ὀρσικτύπου Διός,
ἐν ἅπαντι κράτει
αἴθωνα κεραυνὸν ἀραρότα.
χλιδῶσα δὲ μολπὰ πρὸς
κάλαμον ἀντιάξει μελέων,

τὰ παρ' εὐκλέι Δίρκᾳ χρόνῳ μὲν φάνεν· Στ. ε'.

---

72. *νικεὺς* (*δὲ* om.) *A*: *δ' ἐνικεὺς BCD* et schol. — *ὑπὲρ ἅπαντας Byz.* ex correctura grammatica; at v. I. II 36 — *συμμαχία BCD*: *συμμαχίᾳ A*, utrumque schol. — 73. *παρέθηξε AB* — *ἂν δ'* Hartung — 76. *ἄειδε δὲ τὸ πᾶν* coni. Grashoff — *θαλίαισι C* — 80. *πυρπάλαμνον C* — 84. *ἀντιάζει C* — 85. *εὐκλέι Byz.*: *εὐκλεεῖ ABCD* —

72. *πέτρῳ*· cf. I. I 25 *λιθίνοις δίσκοις*, Hom. Od. ϑ 190 *βόμβησεν δὲ λίθος*, Paus. II 29, 9; priusquam enim aenei disci fabricarentur, lapideos discos etiam Olympiae in usu fuisse, discus Bybonis docet nuper inter rudera Olympica repertus, de quo v. Bötticher, Olympia p. 108 — *κυκλώσαις*· manu in orbem curvata discum prehendens; cf. Hom. Od. ϑ 189 — 74 sq. plenilunii tempore Olympia agebantur; cf. O. III 20 — 76. *ἀείδετο*, cantu perstrepebat, ut Eur. Iph. Taur. 367 *αὐλεῖται πᾶν μέλαθρον* — 77. *ἐγκώμιον ἀμφὶ τρόπον*· cantum laetum a turba comissantium et epulantium editum significat, contrarium non minus threnorum tristitiae quam hymnorum gravitati a singulis cantoribus stantibus cantandorum.

78. ad res praesentes poeta redit — *νυν*, nunc, quamvis syllaba brevis sit, cf. O. VII 13. N. I 13. VI 10 — *ἐπωνυμίαν χάριν νίκας* appositionis praedicativae partes, *βροντὰν καὶ βέλος* obiecti partes obtinent: in gloriosae victoriae gratiam, quae a victoria nomen *ἐπινίκου* duxit, canamus tonitrum et fulgur Iovis Olympici — 80. *πυρπάλαμον*· ignita manu vibratum; vide ad O. IX 6; in nummis Locrorum Epizephyriorum fulmen positum fuisse apposite adnotat Boeckhius — 82. *ἐν ἅπαντι κράτει*· omni genere roboris firmatum; Lobeck, Pathol. 268 comparat *κάλλει ἀρηρώς, ἀπηνείῃσιν ἀρηρώς* — 84. *πρὸς κάλαμον*, paulo post v. 93 *ἀδυεπής τε λύρα γλυκύς τ' αὐλός*· similiter modo instrumentum musicum utrumque, modo unum tantum commemoratur N. III 12. 79; v. Proleg. XCVIII — 84 sq. *μολπὰ . . . μελέων*· cantus modorum carminis tibiis miscebitur — 85 ss. carmen diu retardatum et sero missum cum filio diu exspectato et tandem aliquando nato facete poeta ita comparat, ut utrumque, quamvis sero

ἀλλ' ὥτε παῖς ἐξ ἀλόχου πατρὶ
ποθεινὸς ἵκοντι νεότατος
τὸ πάλιν ἤδη, μάλα δέ ϝοι
θερμαίνει φιλότατι νόον·
ἐπεὶ πλοῦτος ὁ λαχὼν ποιμένα
ἐπακτὸν ἀλλότριον
θνάσκοντι στυγερώτατος·

καὶ ὅταν καλὰ ϝέρξαις ἀοιδᾶς ἄτερ, *'Αντ. ε'.*
'Αγησίδαμ', εἰς 'Αίδα σταθμὸν
ἀνὴρ ἵκηται, κενεὰ πνεύσαις
ἔπορε μόχθῳ βραχύ τι τερπ-
νόν. τὶν δ' ἁδυεπής τε λύρα
γλυκύς τ' αὐλὸς ἀναπάσσει χάριν.
τρέφοντι δ' εὐρὺ κλέος
κόραι Πιερίδες Διός.

ἐγὼ δὲ συνεφαπτόμενος *'Επ. ε'.*
σπουδᾷ κλυτὸν ἔθνος
Λοκρῶν ἀμφέπεσον, μέλιτι
εὐάνορα πόλιν καταβρέχων·
παῖδ' ἐρατὸν δ' 'Αρχεστράτου
αἴνησα, τὸν εἶδον κρατέοντα χερὸς ἀλκᾷ
βωμὸν παρ' 'Ολύμπιον
κεῖνον κατὰ χρόνον,

---

86. *ὥστε* codd., *ὥτε* Boeckh, quae Dorica forma servata est N. VI 31. VII 62. 93. I. III 36 — 87. *νεότητος* A^s et lemma in *C*: *νεότατι* A^1BCD — *τὸ πάλιν* Tricl.: *τοὔμπαλιν ABD*, *δ' ἔμπαλιν C* — *δέ οἱ* Boeckh: *δέ τοι ABCD*; *οἷ* etiam scholia legisse videntur — 90. *θανόντι* coni. Hermann; cf. v. 48 — 91. *καλὰ Byz.*: *καλὰ μὲν ABCD* — 93. *ἔπορε· ἔλαβε* coni. Herwerden — *βραδὺ* v. l. schol. *A* — 94. *ἀναπλάσσει* AC^2D^2 — 97. *ἐγώ τε C* — 98. *ἀμφίεπον* susp. Bergk probabiliter — 99. *ἐρατὸν 'Αρχ. ABCD*, *δ'* add. Mosch. — 100. *αἰνήσας A* —

veniat, tamen gratum venire dicat — 85. *παρὰ Δίρκᾳ*, Thebis — 87. *ἵκοντι νεότατος τὸ πάλιν ἤδη·* qui iam venit ad aetatem iuventuti contrariam i. e. senectutem; verba enim eundi Homerico et Arico usu a poetis cum accusativo finis, quo quis tendit, coniunguntur; cf. O. VI 64. IX 71. P. IV 52. 134. 266. V 52. VIII 55. IX 51. N. VII 19. X 36. I. III 70. VII 18. Comparationis autem vis in eo inest, quod et puer sero natus gratus supervenit et epinicium carmen diu retardatum; putidum enim est putare Hagesidamum interim senem factum esse; immo quia patri Archestrato seni iam facto Agesidamus natus erat gratissimus heres patrimonii, poeta, ut hanc partem comparationis fusius exornaret, commotus esse videtur — 93. *ἔπορε·* si recte se habet neque *ἔλαβε* cum Herwerdeno reponendum est, significat: peperit labori exiguam recompensationem iucundam — 99. *καταβρέχων·* cf. I. VI 21 *ῥαινέμεν εὐλογίαις* et P. V 100 — 100. *αἴνησα·* hoc ipso carmine; cf. O. VIII 55 — 102. *κεῖνον κατὰ χρόνον·* illo tempore, quoniam multum temporis inter victoriam et epinicium interlapsum erat —

ἰδέᾳ τε καλὸν
ὥρᾳ τε κεκραμένον, ἅ ποτε
ἀναιδέα Γανυμήδει
μόρον ἄλαλκε σὺν Κυπρογενεῖ.

---

104. *κεκραμμένον D* — 105. *γαννυμ. BCD* — *μόρον* coni. Mommsen: *θάνατον* codd., *πότμον* coni. Schmid.

105. tecte, sed eximie comparat puerile decus Agesidami cum pulchritudine Ganymedis; cf. Hom. Il. xx 234 *τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη* — *ἀναιδέα μόρον·* *θάνατον* pro *μόρον* textui intulit librarius, qui memor fuit Theogn. 207 *θάνατος ἀναιδής* — *σὺν Κυπρογενεῖ·* favore Veneris Cypriae; cf. O. I 45.

ΟΛΥΜΠ. ΙΑ′

ΑΓΗΣΙΔΑΜΩι ΛΟΚΡΩι ΕΠΙΖΕΦΥΡΙΩι

ΠΑΙΔΙ ΠΥΚΤΗι.

Strophae.

–́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ – –
–́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ – |
–́ ⏑ – – –́ ⏖ – |
–́ ⏑ – – –́ ⏑ –, – –́ ⏖ – ⏖ – ⏓ |
–́ ⏑ – – –́ ⏑ –
–́ ⏑ – | – –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏖ – ⏖ – |

Epodi.

–́ ⏖ – ⏖ – – –́ ⏑ – – |
–́ ⏖ – ⏖ – –
–́ ⏑ – | ⏖́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ – |
–́ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ – |
–́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ –
–́ ⏑ – – –́ ⏑ – |
–́ ⏖ – ⏖ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏓ |
–́ ⏖ – – –́ ⏑ – – |
–́ ⏑ – – –́ ⏑ – –́ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏓ |

Argumentum.

Hoc carmen in eandem atque carmen O. x victoriam compositum est. Quodsi inscriptione τόκος appellatur (cf. schol. O. x 1), hoc ex dubia interpretatione versus O. x 9 natum est. Nam non corollarii instar post O. x, sed ante O. x hoc carmen factum esse apparet, unde Boeckhius ordinem carminum etiam invitis codicibus invertendum et hoc carmen undecimum ante decimum collocandum esse censuit. Difficilius est ad diiudicandum, cui loco et tempori hoc carmen poeta destinaverit. Atque Boeckhius continuo post victoriam reportatam hoc carmen factum esse statuit, ut Olympiae in pompa sub vesperum victori instituenda caneretur. At huic sententiae adversatur particula ἔνθα v. 16, qua urbem Locrorum significari nemo non intellegit. Qua de causa ego Leopoldo Schmidt, Pind. Leb. p. 93 adstipulatus hoc carmen prooemii vicem obtinuisse puto, quod maiori carmini et festivitati in patria victoris

faciendae quasi praeluderet, perinde atque Horatius carmen IV 6 carmini saeculari praeludere voluit. Quod autem Agesidamum poeta v. 11 alloquitur, hoc lepide Schmidtius ita interpretatur, ut hoc carmen poetam tamquam epistolam, qua suam operam promitteret, victori misisse ducat.

Summa carminis est, victori carmine tamquam pignore futurae gloriae opus esse, seque paratum esse, ut Musis adiuvantibus Agesidamo epinicium pangat.

De metris.

Carminis huius mediocris numeri quoque sunt vulgares dactyloepitritici. Strophae versus quintus et sextus, epodi primus et secundus num in singulas periodos coniungendi sint, in tam brevi carmine diiudicari nequit. Quod autem dactylicis colis solito frequentioribus in hoc carmine poeta usus est, ut ne in fine quidem stropharum iis abstineret, hoc ex iuvenili aetate et victoris et poetae explicandum esse puto. Ceterum si quis in pompa hoc carmen recitatum esse statuere malit, facile inanium temporum intervalla definire poterit.

Ἔστιν ἀνθρώποις ἀνέμων ὅτε πλείστα — *Στρ.*
χρῆσις, ἔστιν δ᾽ οὐρανίων ὑδάτων,
ὀμβρίων παίδων νεφέλας.
εἰ δὲ σὺν πόνῳ τις εὖ πράσσῃ, μελιγάρυες ὕμνοι
ὑστέρων ἀρχὰ λόγων
τέλλεται καὶ πιστὸν ὅρκιον μεγάλαις ἀρεταῖς.

ἀφθόνητος δ᾽ αἶνος Ὀλυμπιονίκαις — *Ἀντ.*
οὗτος ἄγκειται. τὰ μὲν ἀμετέρα
γλῶσσα ποιμαίνειν ἐθέλει·
ἐκ θεοῦ δ᾽ ἀνὴρ σοφαῖς ἀνθεῖ πραπίδεσσιν ὁμοίως·

VARIA LECTIO. Inscr. *τῷ αὐτῷ τόκος ABD* — 3. post *ὀμβρίων* vulgo interpungebatur, post *ὑδάτων* comma ponendum esse monuit Wilamowitz Ind. lect. Gott 1889/90 p. 9 — 4. *πόνῳ* codd. et schol.: *μόχθῳ* Hermann — *πράσσῃ* Hartung: *πράσσοι ABD*, *πράσσων C*, *πράσσει* Heyne — *μελίγαρυς* omisso *ὕμνοι* coni. Wilamowitz l. l., *μελίγαρυς ἀοιδή* coni. Schmid; vide antistr. —. 5. *ἀρχὰ A* et schol.: *ἀρχαὶ BCDE* — 8. *ἄγκειται Byz.*: *ἔγκειται ABCDE*; cf. O. XIII 36 — 9. *ποιμαίνειν*: *πορσαίνειν* coni. Hecker — 10. *ὁμοίως* ex scholiis rest. Leutsch: *ὅμως ὦν CNO*, om. *ABDE*, *ἐσαεὶ* ante *πραπίδεσσιν* add. Mosch. Tricl., post *πραπίδεσσιν* add. *ἐσαιεὶ* Bergk[1]; schol.: *κατὰ δὲ βούλησιν δαίμονος ἴσως καὶ αὐτῷ*

COMMENTARII. v. 1—5. cf. N. III 6; forma elocutionis prooemii similis est atque fragmenti 139 — 6. *τέλλεται·* schemate Pindarico singularem pro plurali usurpatum dicunt (v. ad O. VIII 8), sed hoc loco singularis verbi, cum ad singularem praedicati *ἀρχά* referri possit, facilem excusationem admittit — *πιστὸν ὅρκιον* hymni hoc loco, ut *πιστοὶ χορευτᾶν μάρτυρες* tibiae P. XII 27 dicuntur, quod tamquam iurati testes magnas virtutes victorum praedicant — 7. *ἀφθόνητος* hoc loco idem valet quod *ἄφθονος*, invidiae expers, largus; difficilior est causa significationis huius vocabuli O. XIII 25, qua de re suo loco disseremus — 8. *ἄγκειται* laudatio tamquam sacrum donarium est virtuti victoris consecratum — *τὰ μέν·* neutrum ad masculinum *αἶνον* poetica licentia relatum est; cf. P. VI 21 — 10. in libro archetypo scriptura in fine versus ita delituisse

ἴσθι νῦν, Ἀρχεστράτου
παῖ, τεᾶς, Ἁγησίδαμε, πυγμαχίας ἕνεκεν

κόσμον ἐπὶ στεφάνῳ χρυσέας ἐλαίας Ἐπ.
ἀδυμελῆ κελαδήσω,
τῶν Ἐπι- ζεφυρίων Λοκρῶν γενεὰν ἀλέγων.
ἔνθα συγκωμάξατ᾽· ἐγγυάσομαι
ὔμμιν, ὦ Μοῖσαι, φυγόξεινον στρατὸν
μηδ᾽ ἀπείρατον καλῶν,
ἀκρόσοφον δὲ καὶ αἰχματὰν ἀφίξεσθαι. τὸ γὰρ
ἐμφυὲς οὔτ᾽ αἴθων ἀλώπηξ
οὔτ᾽ ἐρίβρομοι λέον- τες διαλλάξαντο ϝῆθος.

τῷ (corrige τῷ αὐτῷ) τρόπῳ σοφὸς διαπαντὸς ἀνθεῖ ταῖς γνώμαις — 13. *κόσμον*: *κῶμον* coni. Bergk — *ἐπὶ BCD*: *ἀμφὶ A* — 15. Ζεφυρίων lemma in *A*, ut traditum est O. x 16 et P. ii 20; *τῶν ἐπὶ* Ζεφυρίῳ coni. M. Schmidt, *τῶν ἐπὶ* del. Boehmer et Schroeder — 16. *ἐγγυάομαι* coni. Herwerden — 17. *ὔμμιν* Bergk et De Jongh scholiastas secuti: *μή μιν ABCD*, *μή τιν᾽* Thiersch — *φυγόξεν. BD* — 19. *δὲ EF* et schol.: *τε ABCD* — 20. *εὐφυὲς A* — 21. *οὔτ᾽ BCD*: *οὐδ᾽ A* — *διαλλάξαντο* Lehrs Rh. M. 30, 93 et Schroeder Ztschr. f. Gymn. 39, (Jahresberr.) 357: *διαλλάξαιντο* codd., *διαλλάξαιντ᾽ ἂν* Hartung.

videtur, ut librarii alii nihil, alii paucos apices agnoscerent; quodsi recte *ὁμοίως* ex vestigiis codicis C et scholiorum Leutschius restituit, sententia Pindari familiaris evadit, dei beneficio poetam aeque atque victores ludorum adiuvari, ut sapientia et dexteritate floreant; cf. O. ix 28. P. i 41 ss. — 13. *χρυσέας ἐλαίας*, oleastri auro comparandi; v. O. viii 1 — 14. *κελαδήσω* et 16 *ἐγγυάσομαι* idem fere valent atque praesentia *κελαδῶ* et *ἐγγυῶμαι*, de qua vi futuri exhortativi dixi ad O. vi 21. Quamvis enim *κελαδήσω* etiam ad longius carmen O. x trahi possit, tamen *ἐγγυάσομαι* ad sequentes versus huius ipsius carminis non referri non potest — 15. *ἀλέγων*, curans et praedicans; scholia conferunt versum Alcmanis (*Ἀλκαῖος* cod.): *οὐκ ἐγὼ λύκον ἐν Μούσαις ἀλέγω* — 17. *φυγόξεινον στρατὸν μηδ᾽ ἀπείρατον*· negatio secundo membro adiecta ad utrumque membrum referenda est, ut O. xiv 8. P. iii 30. vi 48. x 29. 41, Soph. Phil. 771. Eur. Hec. 373; cf. O. xiii 98 — 18. *ἀπείρατον καλῶν*· cf. O. x 13. Locris oriundi erant poetae Stesichorus, Xenocritus, Erasippus, Theano; indidem prodierunt Locricae cantilenae molles et amatoriae (v. Athen. xiv p. 639 a) atque Locrica harmonia (*ἡ Λοκριστὶ ἁρμονία* Athen. xiv p. 625 e. Poll. iv 65) — 19. *αἰχματάν*· cf. O. x 15; clara fuit inprimis victoria Locrorum de Sybaritis ad Sagram flumen reportata — 21. *διαλλάξαντο*, quod praeclaro acumine Lehrsius et Schroederus restituerunt, vim aoristi gnomici habet; est autem vulpes sapientiae (*ἀκρόσοφος*), leo fortitudinis (*αἰχματάς*) quasi exemplar.

ΟΛΥΜΠ. ΙΒ′

ΕΡΓΟΤΕΛΕΙ ΙΜΕΡΑΙΩι

ΔΟΛΙΧΕΙ.

Strophae.

́– ⏑ – – ́– ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ |
́– ⏑ – – ́– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ́– ⏑⏑ – |
́– ⏑ ̀– – ̀– ⏑ – – ̀– ⏑ – |
́– ⏑ – – ̀– ⏑ – – ́– ⏑⏑ ⏓ |
́– ⏑ – – ́– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – |
́– ⏑ – ⏓ ̀– ⏑ – | – ́– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – | ́– ⏑ – – ̀– ⏑ ⏓ |

Epodi.

́– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ́– ⏑ – ⏓ |
́– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ́– ⏑ – ⏓ ̀– ⏑ ⏓ |
́– ⏑ – – ́– ⏑⏑ – ⏑⏑ ̀– ⏑⏑ – |
– ́– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ́– ⏑ – – ̀– ⏑ – – |
́– ⏑ – ⏓ ́– ⏑⏑ – ⏑⏑ – |
́– ⏑ – – ̀– ⏑ – – ́– ⏑⏑ – |
́– ⏑ – – ̀– ⏑ – – ̀– ⏑ – | ́– ⏑ – – ̀– ⏑ – – |

Argumentum.

De Ergotele Philanoris filio Himeraeo, cuius victoriae Olympicae, cursu longo (*δολίχῳ*) Ol. 77 = 472 a. Chr. partae, hoc carmen dedicatum est, Pausanias VI 4, 11 haec memoriae prodidit: *Ἐργοτέλης δ' ὁ Φιλάνορος δολίχου δύο ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκας, τοσαύτας δὲ ἄλλας Πυθοῖ καὶ ἐν Ἰσθμῷ τε καὶ Νεμείων ἀνῃρημένος, οὐχ Ἱμεραῖος εἶναι τὸ ἐξ ἀρχῆς, καθάπερ γε τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ φησι, Κρὴς δὲ εἶναι λέγεται Κνώσιος· ἐκπεσὼν δὲ ὑπὸ στασιωτῶν ἐκ Κνωσοῦ καὶ ἐς Ἱμέραν ἀφικόμενος πολιτείας τετύχηκεν καὶ πολλὰ εὕρετο ἄλλα ἐς τιμήν.* His similia scholia ad carminis inscr. referunt: *Ἐργοτέλης Κρὴς μὲν ἦν τῷ γένει πόλεως Κνωσοῦ, ὃς ἠγωνίσατο τὴν οζ′ Ὀλυμπιάδα καὶ τὴν ἑξῆς Πυθιάδα κθ′. στασιαζομένης δὲ τῆς πόλεως φυγὰς εἰς Ἱμέραν πόλιν Σικελιωτικὴν ἀπῆλθε καὶ καταλαβὼν πάλιν τὰ ἐν Σικελίᾳ πράγματα στασιαζόμενα πρὸς Γέλωνος* (fort. *Θήρωνος*) *καὶ Ἱέρωνος ἐκδεξάμενος εἰρήνην ἐνίκησεν.* De sex victoriis, quas Pausanias enumerat, una Olympica, duae Pythicae, una Isthmica iam tum, cum Pindarus hoc carmen scripsit (v. 17 sq.), reportatae erant,

duae reliquae, una Olympica et una Nemeaea, post Olympicam victoriam Olympiadis segtuagesimae septimae (472 a. Chr.) partae sunt. Atque scholiasta quidem alteram quoque victoriam Pythicam duobus annis post hanc Olympicam Ergotelem consecutum esse putat; sed si Boeckhianos calculos sequimur (v. Prol. LXXXVI), anno 474 a. Chr. sive duobus annis ante Ol. 77 eam reportavit, id quod, cum poeta primo et potissimo loco Olympicam victoriam commemoret, multo aptius esse nemo non concedet — Dolichi certamen, quo Ergoteles vicisse dicitur, summam pernicitatem pedum et firmitatem pulmonum postulabat; duodecies enim iis curriculum sexcentorum pedum permetiendum fuit; maxime autem apud Cretenses studia cursu longo adversarios superandi floruisse testatur Xenophon Anab. IV 8, 27; cf. Krause Agonist. p. 352 — Totum carmen versatur in potentia Fortunae illustranda, quam et cives Himeraei, ab hostium servitute liberati, et Ergoteles, primum exul, nunc civitate et coronis ornatus, satis experti erant. Neque veri dissimile est quod Boeckhius coniecit, in ipso fano quodam Fortunae, cum Ergoteles deae coronam offerret, carmen hoc cantatum esse. Quamquam enim ei magis epistolae quam hymni epinicii forma est, tamen hoc non obstaculo erat, quominus publice similiter atque P. III et I. II cantaretur. Breve autem carmen decebat virum privatum, ne invidiam regum Siciliae excitaret. Denique quod a Fortunae invocatione et praedicatione carmen poeta auspicatus est, cum eo cohaerere crediderim, quod tum temporis hymnum Fortunae, cuius fragmenta 38—41 exstant, pangebat. Denique et illum hymnum et hoc carmen epinicium Horatio carmen I 35 in Fortunam Antii scribenti obversata esse adnoto.

De metris.

Carminis huius numeri sunt dactylo-epitritici nulla re insignes; epodi versus tertii mensura ambigua est, prout verbo *κατεφυλλορόησε ν ἐφελκυστικὸν* cum Hermanno adicere aut cum codicibus detrahere malis. Finem et stropharum et epodi poeta ita indicavit, ut ultimum versum in maiorem ambitum extraheret. Epodi versus tertius et quartus numerorum continuitate inter se cohaerent.

Λίσσομαι, παῖ Ζηνὸς Ἐλευθερίου, *Στρ.*
Ἱμέραν εὐρυσθενέ' ἀμφιπόλει, Σώτειρα Τύχα.

VARIA LECTIO. Inscr. *ἐργ. ἰμ. δολιχεῖ C, ἐργ. ἰμ. δολιχεῖ. καὶ ἴσθμια καὶ πύθια A, ἐργ. ἰμ. δολιχοδρόμῳ πύθια καὶ ἴσθμια* D^1, *ἐργ. ἰμ. δολιχοδρόμῳ πύθια καὶ ἴσθμια νικήσαντι τὴν οζ' ὀλυμπιάδα BE.* — Schol. *BD: ἠγωνίσατο οζ' ὀλ. καὶ τὴν ἑξῆς πυθ. κθ'* (*τὴν ἑξῆς, πυθ.* ⟨*δὲ*⟩ *κθ'* Schroeder). Schol. *A: Ὀλυμπιάδα μὲν ἐνίκησεν οζ' καὶ τὴν ἑξῆς οθ'* (*οη'* coni. Mommsen), *Πυθιάδα δὲ* ⟨*κθ' καὶ*⟩ *κε' καὶ Ἴσθμια ὁμοίως* — 2. *ἱμέραν* AB^{pc}: *ἱμέρα* $B^{ac}C^1$, *ἱμέρα* D^{pc}, *ἱμέρας* C^2D^{ac} — *εὐρυσθενέος* CD^{ac} — *ἀμφιπόλει A: ἀμφὶ πόλει BCD,*

COMMENTARII. v. 1. *Ζηνὸς Ἐλευθερίου* sacra in scholiis ad civitatem Himeraeensem ab Hieronis dominatu liberatam referuntur; satis id inscite, siquidem Himeraeis non Hiero, sed Thero eiusque filius Thrasydaeus imperitabant. In errorem autem scholiastae inducti sunt, quod Syracusanos Thrasybulo, Hieronis fratre, exacto Iovis Liberatoris statuam ponere eique sacra facere meminerunt (v. Diod. XI 172). Neque quod Boeckhius cultus istius Hymeraei originem a Thrasydaeo armis Hieronis Ol. 76, 1 devicto repetiit, mihi probatur. Nam

τὶν γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶνται θοαὶ
νᾶες, ἐν χέρσῳ τε λαιψηροὶ πόλεμοι
κἀγοραὶ βουλαφόροι. αἵ γε μὲν ἀνδρῶν
πόλλ' ἄνω, τὰ δ' αὖ κάτω, ψεύδη μεταμώνια τάμνοισαι,
κυλίνδοντ' ἐλπίδες·

σύμβολον δ' οὔ πώ τις ἐπιχθονίων 'Αντ.
πιστὸν ἀμφὶ πράξιος ἐσσομένας εὗρεν θεόθεν,
τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φραδαί.
πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν,
ἔμπαλιν μὲν τέρψιος, οἱ δ' ἀνιαραῖς
ἀντικύρσαντες ζάλαις ἐσλὸν βαθὺ πήματος ἐν μικρῷ πεδά-
μειψαν χρόνῳ.

υἱὲ Φιλάνορος, ἤτοι καὶ τεά κεν, 'Επ.
ἐνδομάχας ἅτ' ἀλέκτωρ, συγγόνῳ παρ' ἑστίᾳ
ἀκλεὴς τιμὰ κατεφυλλορόησε ποδῶν,
εἰ μὴ στάσις ἀντιάνειρα Κνωσίας σ' ἄμερσε πάτρας.

---

utramque lectionem agnoscunt scholia — *τύχᾳ A* — 5. *βολαφ.* $C^{ac}D^{i}$, *βουληφ.* D^{s} — 6. *ψευδῆ* codd. — *τέμν. B* — 8. *πράξηος A* — 10. *ἀνθρώποισι A* — *ἔπεσσεν B* — 11. *ἀνιεραῖς D* — 12. *πεδάμειψαν* $B^{i}CD$: *παῖδ' ἄμειψαν A*, *ποτάμειψαν* B^{s} — 14. *συγγενεῖ* Hartung — 15. *κατεφυλλορόησεν* Hermann — 16. *Κνωσσ. A* — *σ' ἄμερσε A* et schol., *σ'* om. *BCDE* —

neque quidquam de hac re memoriae proditum est neque veri simile est Hieronem, hominem imperandi cupidissimum, Himeraeis Libertatis numen venerandi auctorem fuisse. Quae cum ita sint, Iovem Liberatorem ab Himeraeis appellatum et cultum esse puto ob servitutis iugum, quod Graecis civitatibus Siciliae ab Carthaginiensibus impendebat, praeclara victoria ad Himeram excussum (480 a. Chr.). Similiter enim etiam in continenti Graecos post pugnam Plataeensem Iovi Liberatori sacra fecisse constat (v. Thucyd. II 71, Strab. IX p. 412). Optime autem in hanc pugnam, terra marique dimicatam, quadrat quod poeta vv. 3—4 et naves et terrestres pugnas a Fortuna, filia Iovis Liberatoris, regi dicit — 2. *ἀμφιπόλει·* dictum est ad exemplar Homerici *Χρύσην ἀμφιβέβηκας* (Il. I 37) — *Τύχη* cum Pindaro una ex Parcis fuerit (fr. 41), Iovis quoque, summi rectoris fati (O. II 23), filia haberi potuit — 6. *κυλίνδοντ'* ex *κυλίνδονται*, non *κυλίνδοντι* decurtatum est; ut enim elisio vocalis *ι* rara est, ita frequens elisio diphthongi *αι*. Pertinent autem verba *πόλλ' ἄνω τὰ δ' αὖ κάτω* ad *κυλίνδονται*, *ψεύδη μεταμώνια* ad *τάμνοισαι*, ut *ἐλπίδες ψεύδη μεταμώνια τάμνοισαι* dicantur ad exemplum locutionis *ὁδοὺς τάμνειν·* cf. I. VI 22 — 8. *πιστόν·* summa sententiae huic vocabulo in principio versus posito inest; signa enim multa inventa sunt — 10. *ἔπεσον* et 12. *πεδάμειψαν* quomodo in vim gnomici aoristi abire potuerint, ex hoc loco, quo iis praeterita res (v. 15) adiuncta est, optime intellegitur — 12. *πήματος· ἀντὶ πήματος* schol. — 14. *ἐνδομάχας ἅτ' ἀλέκτωρ·* comparatio cum gallo carmini epinicio civis Himeraei aptissima erat; certamina enim gallorum non solum Athenienses (v. Aelian. var. hist. II 28) et Tanagraei (v. Babr. fab. 5 et Columell. d. re rust. VIII 2) in deliciis habebant, sed Himerae quoque frequentia ea fuisse, gallus nummorum veterum civitatis Himeraeensis ostendit; v. Freeman, Sicily p. 64 — 16. *ἀντιάνειρα·* qua vir ut cum viro manus conserat concitatur; primam enim partem nominis huius com-

νῦν δ' Ὀλυμπίᾳ στεφανωσάμενος,
καὶ δὶς ἐκ Πυθῶνος, Ἰσθμοῖ τ', Ἐργότελες,
θερμὰ Νυμφᾶν λουτρὰ βαστάζεις, ὁμι-
λέων παρ' οἰκείαις ἀρούραις.

---

17. *δ' ἐν ὀλυμπία A* — 18. *δὶς ἐκ BCD: δι' ἐκ A; δὶς ἐν Πυθῶνι Byz.* — 19. *θερμᾶν? A*[s] — *λουτρᾶν A.*

positi non praepositionem *ἀντί*, ut nominis *ἀντήνορος*, sed adiectivum *ἀντιο* esse duco, cui nomini vim verbi causativi Pindarus tribuit, ut in similibus compositis *μεγαλάνωρ* fr. 109, *μεγάνωρ* O. I 2, *ὀρθόπολις* O. II 8 — *Κνωσίας*, Creticae urbis; Cretes autem, quamvis clarissimi cursores essent, tamen ludorum sacrorum certamina minus obiisse videntur — 19. de thermis prope Himeram etiamnunc claris, quibus tunc Ergoteles membra fessa recreasse significatur, vide Aesch. fr. 32, Diodor. V 3, Hesych s. v. *Ἡράκλεια λουτρά* — *βαστάζεις*, contrectas, ut non multum absit a notione utendi; quod enim scholiasta *ὑψοῖς καὶ ἐπαίρεις τῇ δόξῃ* interpretatur, id neque huic loco neque I. III 80 aptum est neque aliorum scriptorum usu comprobatur; merito enim Suidas s. v. *βαστάσας* praecipit: *βαστάσαι οὐ τὸ ἆραι δηλοῖ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ ψηλαφῆσαι καὶ διασηκῶσαι καὶ διασκέψασθαι τῇ χειρὶ τὴν ὁλκὴν [καὶ τὸ δοκιμάσαι]* — *οἰκείαις* de industria poeta addidit, ut Ergotelem Himerae iure *ἐγκτήσεως* usum esse indicaret.

ΟΛΥΜΠ. ΙΓ΄.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΙ ΚΟΡΙΝΘΙΩι

ΣΤΑΔΙΟΔΡΟΜΩι ΚΑΙ ΠΕΝΤΑΘΛΩι.

Strophae.



Epodi.



Argumentum.

Xenophon Thessali filius Corinthius stadio et quinquertio vicit Ol. 69 = 464 a. Chr., cuius duplicis victoriae praeter scholia Pindari Diodorus XI 70, Dionysius Halic. antiqu. IX 61, Pausanias IV 24, 5 testes sunt. Oriundus ille fuit ex nobili gente Oligaethidarum, in qua gente gymnica studia quasi hereditaria erant; nam Xenophontis et pater Thessalus cursu Olympicam Ol. 69 multasque alias victorias consecutus erat (v. 35 40), et avus Ptoeodorus eiusque frater Terpsias aliique gentiles coronis certaminum gymnicorum clari fuerunt (v. 41 sq. 98 ss). Hanc vero victoriam Olympicam a. 464 reportatam praeterquam hoc epinicio Pindarus scolio celeberrimo illustravit, de quo vide fr. 122.

Argumentum carminis admodum varium et multiplex est, quia ut omnia decora cum victoris eiusque familiae tum urbis Corinthi illustraret, poeta sibi proposuit. Neque fabula carmen caret, egregie illa cum con-

silio carminis connexa; verum ea non caput carminis est, sed unum quasi membrum corporis. Simile autem ab hac parte hoc epinicium est epinicio in honorem Theaei Argivi facto (N. x), quo cum carmine id quoque commune habet, quod Corintho et Argis singula epinicia Pindarus panxit, unde ei ubertatem rerum per plura carmina dispertire non perinde atque in Aegineticis carminibus licuit.

In prooemio postquam breviter consilium praedicandi victricem domum et patriam victoris aperuit (1—5), primum Corinthum urbem ornamentis iustitiae et prudentiae insignem et praeclaris ingenii inventis conspicuam et poeticis pariter atque bellicis studiis florentem eximie laudat (6—23). Deinde Iove ne laudibus suis invideret implorato, victoris Xenophontis eiusque familiae multas et praeclaras victorias illustrat (24—46). Exin ad mythica tempora relapsus, prudentia Sisyphi et Medeae ducumque Corinthiorum in bello Troiano fortitudine breviter perstrictis (47—62), diutius commoratur in fabula narranda Bellerophontae, Pegasum equum freno domantis et cum domato equo virtutis clarissima specimina edentis (63—92). In extrema parte ad res praesentes rediit et victorias totius gentis Oligaethidarum plene enumeravit, ut et minores ludos commemoraret et quae animo Xenophon moliebatur, tecte significaret (93—115).

Egregie vero poeta in hoc carmine, similiter atque in carminibus O. vii eodem anno, et N. viii. x. xi. O. v. P. viii eodem fere tempore scriptis, copiam rerum ita distribuit et metricae compositioni adaptavit, ut singulas partes argumenti singulis triadicis pericopis (stropha antistropha epodo) complecteretur. Quin etiam veterem compositionem nomi Terpandrei septenariam (v. Poll. iv 66), quam Mezgerus, Westphalium (Proleg. zu Aeschylos p. 49) ducem secutus, omnibus carminibus Pindari adcommodare frustra adnisus est, in hoc quidem carmine ita observasse videtur, ut versibus 1—23 *ἀρχάν*, 24—46 *μεταρχάν*, 47—51 *κατατροπάν*, 52—90 *ὀμφαλόν*, 91—92 *μετακατατροπάν*, 93—98 *σφραγῖδα*, 98—115 *ἐπίλογον* effici vellet.

De metris.

In praeclaro hoc carmine severitas Doricorum numerorum dactyloepitriticorum admixta lenitate logaoedicorum metrorum artificiose temperata est. Quae commixtio cum ipsa per se satis difficultatis praebeat, augentur etiam dubitationes eo, quod multi versus continuitate numerorum ita inter se cohaerere videntur, ut dipodicus rhythmus in fine antecedentis versus inchoatus initio sequentis compleatur (st. 3—4. 6—7. ep. 5—6). Summae vero difficultates inde oriuntur, quod, cum dipodica mensura carminis a choro gradiente cantandi tantum non flagitari videatur, dipodiis tripodiae intermixtae sunt dactylicae lagaoedicae trochaicae, quae legibus dipodicae mensurae, nisi artificiosas machinas adhibueris, aptari nequeunt. Epodi versus primi prima syllaba longa utrum vim anacrusis habeat an partem primae dipodiae efficiat, dubium est. Eiusdem epodi versus quintum et sextum nos Boeckhium secuti disiunximus, quandoquidem Hermanno et Mommsenio, qui eos coniunxerunt, ad vehementiores coniecturas confugiendum fuit; vide not. crit. ad vv. 21. 44. 68. 91. 113. — Cantatum est hoc carmen fervidum ad modos enoplios

(v. 86) in pompa, qua Xenophon victor Pisa redux in urbem patriam a choro et amicorum turba deducebatur. Pindarus ipse Corinthum venerat (3), ut chori cantui moderaretur et una cum ovante victore urbem ingrederetur (v. 49).

Τρισολυμπιονίκαν *Στρ. α'.*
ἐπαινέων - οἶκον ἅμερον ἀστοῖς,
ξένοισι δὲ θεράποντα, γνώσομαι
τὰν ὀλβίαν Κόρινθον, Ἰσθμίου
πρόθυρον Ποτει- δᾶνος, ἀγλαόκουρον.
ἐν τᾷ γὰρ Εὐνομία ναίει, κασιγνή-
τα τε, βάθρον πολίων - ἀσφαλές,
Δίκα καὶ ὁμότροφος Εἰρήνα, ταμίαι ἀνδράσι πλούτου,
χρύσεαι - παῖδες εὐβούλου Θέμιτος·

ἐθέλοντι δ' ἀλέξειν *Ἀντ. α'.*
ὕβριν, κόρου - ματέρα θρασύμυθον.
ἔχω καλά τε φράσαι, τόλμα τέ μοι

VARIA LECTIO. Inscr. om. *B*, *Ξενοφῶντι Κορινθίῳ πεντάθλῳ* *C*, *Ξενοφῶντι Κορινθίῳ σταδιοδρόμῳ καὶ πεντάθλῳ, νικήσαντι οθ' ὀλυμπιάδα* *DE*; cod. *A* ante hoc carmen desinit — Schol.: *τρεῖς νίκας αὐτοῖς συμβέβηκε γενέσθαι, τῷ μὲν παιδὶ δύο κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν πεντάθλῳ καὶ σταδίῳ ἀγωνισαμένῳ, τῷ δὲ πατρὶ Θεσσαλῷ τοὔνομα πρῶτον ἐν τῇ ξθ' Ὀλυμπιάδι* — 3. *ξεν.* *E*: *ξείν.* *B C D* — *δὲ*: *τε* *C* — 5. *ποτειδ.* *Byz.*: *ποσειδ.* *B C*, *ποτιδ.* *D E*; cf. v. 40 — 6. *ἐν τᾶδε γὰρ* *B D*pc — *κασιγνήτα* *C D*² et schol.: *κασίγνηται* *B D*¹ — *Δίκα πολίων ἀσφαλὲς βάθρον* Schmid — *ἀσφαλὲς* N.: *ἀσφαλὴς* *B C D* — 7. *ὁμότροφος* *C*¹ et schol.: *ὁμότροπος* *B C² D* — *εἰράνα* *C* — 9. *ἀλεξεῖν* *B C D E* — 10. *θρασύμυθον* *B E*: *θρασύθυμον* *C D*², *θρασύβουλον* *D*¹; fort. *θρασυμύθου* secundum O. II 105 — 11. *καλά τοι* (Can *ται*? *τε* lemma) *φρ.* *B* —

COMMENTARII. v. 1. ***τρισολυμπιονίκαν οἶκον*** dixit domum duabus victoriis Olympicis Xenophontis (v. 30) et una patris Thessali (v. 35) insignem — 2 sq. eandem sententiam reddit epigramma AP. VII 35: *ἅρμενος ἦν ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδε καὶ φίλος ἀστοῖς* — 3. *γνώσομαι, εἰς γνῶσιν ἄξω* scholiasta interpretatur, quod cum sine exemplo sit, recentiores interpretes vertunt: recognoscam, visam — 4. *ὀλβίαν Κόρινθον*· cf. Hom. *B* 570 *ἀφνειόν τε Κόρινθον* — 5. *πρόθυρον*· sic de Corintho Bacchylides fr. 7: *Πέλοπος λιπαρᾶς θεόδματοι θύραι*· cf. N. II 21 — 6 sq. v. Hesiod. theog. 901 *δεύτερον ἠγάγετο (Ζεύς) λιπαρὴν Θέμιν, ἣ τέκεν Ὥρας | Εὐνομίην τε Δίκην τε καὶ Εἰρήνην τεθαλυῖαν.* cf. Bacchyl. fr. 29 *Δίκαν ὁσίαν, ἁγνὰν Εὐνομίας ἀκόλουθον καὶ πινυτᾶς Θέμιδος.* Orph. hymn. 43, 1 *Ὧραι θυγατέρες Θέμιδος καὶ ἄνακτος, | Εὐνομίη τε Δίκη τε καὶ Εἰρήνη πολύολβε.* Pindari huius loci memor Aristides rhet. I 39 Corinthum dicit *θάλαμον Ὡρῶν*. cf. Pind. fr. 30. 75 — 7. *Εἰρήνα, ταμίαι ἀνδράσι πλούτου*· hinc *Εἰρήνη* audit *ὀλβοδότειρα, βαθύπλουτος, βαθύκαρπος* apud Eur. Bacch. 419. Suppl. 491. fr. 462. CIA III 1, 370. Poetae sententiam Cephisodotus, artifex Atheniensis, celeberrimo marmore glyptothecae Monacensis *Εἰρήνης καὶ Πλούτου* (cf. Paus. I 8, 2. IX 16, 2) expressit. Hoc de loco profecti artifices etiam Olympiae Themin iuxta Horas stantem effinxerunt, v. Paus. V 17, 1 — 10. *ὕβριν κόρου ματέρα*· inverso ordine Solon in Aristot. rep. Athen. 12 superbiam ex fastidio natam fecit: *τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται*· cum Pindaro facit auctor oraculi ap. Herod. VIII 77: ***δῖα Δίκη σβέσσει κρατερὸν κόρον ὕβριος υἱόν.***

11 ss. decora Corinthiis ab Horis impertita laudare incipit —

εὐθεῖα γλῶσσαν ὀρνύει λέγειν·
ἄμαχον δὲ κρύ-ψαι τὸ συγγενὲς ἦθος.
ὔμμιν δέ, παῖδες Ἀλάτα, πολλὰ μὲν νι-
κaφόρον ἀγλαΐαν - ὤπασαν
ἄκραις ἀρεταῖς ὑπερελθόντων ἱεροῖς ἐν ἀέθλοις,
πολλὰ δ' ἐν-καρδίαις ἀνδρῶν ἔβαλον

Ὧραι πολυάνθεμοι ἀρ- Ἐπ. α'.
χαῖα σοφίσματα· πᾶν δ' εὑρόντος ἔργον.
ταὶ Διωνύσου πόθεν ἐξέφανεν
σὺν βοηλάτᾳ χάριτες - διθυράμβῳ;
τίς γὰρ ἱππείοις ἐν ἔντεσσιν μέτρα,
ἢ θεῶν ναοῖσιν οἰωνῶν βασιλέα δίδυμον
ἐπέθηκ'; ἐν δὲ Μοῖσ' ἀδύπνοος,

---

14. *ὤπασεν* C[1] — 15. *ὑπερελθοῦσιν* Mosch. — *ἀέθλοισι* B C D E — 17. *σοφίσματα. ἅπαν* BC, *σοφίσματ'. ἅπαν* D: *σοφίσμαθ' ἅπαν* Byz. et edd. — 18. *διων.* Mosch.: *διον.* BCD — 19. *βοηλάτω* C — 20. *τίς δ' ἄρ'* Hermann, probabiliter — fort. *ἱππείοισιν* — *ἔντεσσιν* Mosch.: *ἔντεσι* BCD — 21. *βασιλέα* Boeckh[2]: *βασιλῆα* codd., *βασιλῆα δίδυμνον* Boeckh[1] —

14. *Ἀλάτα·* schol.: *Ἀλήτης ἡγήσατο τῆς ἀποικίας τῶν Ἡρακλειδῶν, ὅτε οἱ Ἡρακλεῖδαι κατήεσαν εἰς Πελοπόννησον, καὶ αὐτὸς εἷς ὢν τῶν Ἡρακλειδῶν· ἦν γὰρ Ἱππότου τοῦ Φύλαντος τοῦ Ἀντιόχου τοῦ Ἡρακλέους· οὗτος ἐκράτησε Κορίνθου· διόπερ παῖδας εἶπεν Ἀλήτου τοὺς Κορινθίους ὡς ἀπογόνους. Δίδυμος δέ φησιν τὸν Ἀλήτην μὴ οἰκιστὴν τῆς Κορίνθου γεγονέναι, ἀλλὰ βασιλέα ἔτει τριηκοστῷ μετὰ τὴν τῶν Δωριέων ἄφιξιν* — 15. *ἱεροῖς ἐν ἀέθλοις·* Olympicis Pythiis Nemeaeis Isthmiis; v. Prol. p. LXXXV — 17. ut hic Horae dilectis suis Corinthiis sapientiae studia iniciunt, sic O. VII 73 Sol Rhodiis — 18 sq. dithyrambum, quocum gratias Bacchi coniunctas esse poeta praedicat, Corinthi Arionem docuisse tradit Herod. I 23; cf. Procl. ap. Phot. bibl. 239 — 19. *βοηλάτῃ·* grammaticae leges solam admittunt interpretationem dithyrambi vocem altam excitantis, neque de bovis seu praemio seu sacrificio cogitare sinunt. Schol.: *ὁ Πίνδαρος βοηλάτην τὸν διθύραμβον προσαγορεύει, ἤτοι διὰ τὸ βοῦν εἶναι τῷ νικήσαντι ἔπαθλον· ἱερὸς γὰρ τοῦ Διονύσου· ἢ διὰ τὸ ἐλαύνεσθαι αὐτὸν διὰ βοῆς καὶ λέγεσθαι. ὁ Πίνδαρος δὲ ἐν τοῖς Ὑπορχήμασιν ἐν Νάξῳ φησὶν εὑρεθῆναι πρῶτον διθύραμβον, ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν Διθυράμβων ἐν Θήβαις, ἐνταῦθα δὲ ἐν Κορίνθῳ* — 20. *μέτρα* intellego frena, unum genus armorum equinorum; frena autem equis moderari optime poeta ipse infra v. 64 ss. exposuit. Qui Didymum (v. schol.) secuti Pheidonem Corinthium inventorem seu metrorum et ponderum seu rotae figulinae poetae menti obversatum esse putant, non explicant quo pacto inter equina arma ista pertinere dicantur — 21. *βασιλέα δίδυμον·* schol.: *οἰωνῶν βασιλέα τὸν ἀετόν φησι, λέγει δὲ τὸ κατὰ τοὺς ναοὺς τῶν θεῶν ἀέτωμα* (Giebelfeld). *δίδυμα* (*Δίδυμος* cod., corr. Lehrs) *δέ φησιν, ὅτι διπλᾶ τὰ ἀετώματα, ὄπισθεν καὶ ἔμπροσθεν.* Originem autem huius significationis vocabuli *ἀετώματος* Pindarum non ex similitudine quadam fastigii aedis cum aquila alas extendente repetiisse patet, sed ex eo, quod aquilam ipsam in summo fastigio aedis primum posuerunt (*ἐπέθηκε*) et postea aquilae nomen etiam ad tympanum et figuras in eo positas traxerunt — *ἐπέθηκε·* rectius in duas partes divides *ἐπ' ἔθηκε*, quandoquidem *θῆκε* ad utramque partem enunciati, *ἐπὶ* solam ad posteriorem pertinet — 22. *Μοῖσα·* clari inter poetas Corinthios erant Eumelus epicus, Arion dithyrambicus, Aeson lyricus. Schol.: *τοῦτο διὰ τὸν Εὔμολπον* (*Εὔμηλον* em. Wilamowitz) *ὄντα Κορίνθιον καὶ γράψαντα νόστον τῶν Ἑλλήνων. ἄλλως· τοῦτό φησιν ἀντὶ τοῦ μουσικοί εἰσιν, παρό-*

ἐν δ' Ἄρης ἀνθεῖ νέων
  οὐλίαις αἰχμαῖσιν ἀνδρῶν.

ὕπατ' εὐρὺ ϝανάσσων Στρ. β'.
Ὀλυμπίας, - ἀφθόνητος ἔπεσσιν
γένοιο χρόνον ἅπαντα, Ζεῦ πάτερ,
καὶ τόνδε λαὸν ἀβλαβῆ νέμων
Ξενοφῶντος εὔ- θυνε δαίμονος οὖρον·
δέξαι δέ ϝοι στεφάνων ἐγκώμιον τεθ-
  μόν, τὸν ἄγει πεδίων - ἐκ Πίσας,
πενταέθλῳ ἅμα σταδίου νικῶν δρόμον· ἀντεβόλησεν
τῶν ἀνὴρ - θνατὸς οὔπω τις πρότερον.

δύο δ' αὐτὸν ἔρεψαν Ἀντ. β'.
πλόκοι σελί- νων ἐν Ἰσθμιάδεσσιν
φανέντα· Νέμεά τ' οὐκ ἀντιξοεῖ.
πατρὸς δὲ Θεσσαλοῖ' ἐπ' Ἀλφεοῦ
ῥεέθροισιν αἴγ- λα ποδῶν ἀνάκειται,
Πυθοῖ τ' ἔχει σταδίου τιμὰν διαύλου τ'
  ἀελίῳ ἀμφ' ἑνί, μη- νός τέ ϝοι
τωὐτοῦ κρανααῖς ἐν Ἀθάναισι τρία ϝέργα ποδαρκὴς
ἁμέρα - θῆκε κάλλιστ' ἀμφὶ κόμαις·

---

23. *αἰχμᾶσιν* D[1] — 26. *μένοιο* B — 29. *δέ* BD: *τέ* C et schol. — *Πισσ.* C — 31. *πρότερος* C — 37. *τ' ἔχει* BD: *δ' ἔχει* C et schol. — 38. *ποδαρκὲς* B —

σον καὶ ποιηταὶ διασημότατοι ἐν Κορίνθῳ ἐγένοντο, ὧν ἦν καὶ Αἴσων, οὗ μέμνηται Σιμωνίδης — 22 sq. similiter de Sparta Terpander ap. Plut. Lyc. 23 *ἔνθ' αἰχμά τε νέων θάλλει καὶ Μοῦσα λίγεια καὶ Δίκα εὖ ἀραρυῖα.*

24—46. Iove praeside ludorum Olympicorum invocato ad victorias Xenophontis eiusque maiorum praedicandas transit. *Ὀλυμπίας* cum *ἔπεσσι* coniungunt scholia; male illi, pendet enim ab *ἀνάσσων*, vel si mavis, ab *ὕπατε ἀνάσσων.* cf. Aesch. Ag. 509 *ὕπατος τε χώρας Ζεύς* — 25. *ἄφθονητος ἔπεσσι γένοιο*, ne mihi invideris carmina, largam eorum copiam mihi faciens. *ἀφθόνητος* enim agendi vim hoc loco habere videtur, licet passiva significatio crebrior sit, v. O. XI 7 — 28. *εὔθυνε*· cf. AP. VII 164 *καὶ σὸν, ὁδῖτα, | οὔριον ἰθύνοι πάντα Τύχη βίοτον* — 29. *δέξαι* cum dativo *οἷ* iunctum est; v. P. XII 5 — *στεφάνων ἐγκώμιον τεθμόν*· pompam et hymnum in honorem coronarum; cf. O. VII 88 *ὕμνου τεθμὸν Ὀλυμπιονίκαν* — 30. *νικῶν*, victor; idem enim fere valet atque *νικήσας*· v. O. X 16 — 33. *σελίνων*· de corona ex apio plexa Isthmicorum ludorum v. Proleg. LXXXVII — 35. *Θεσσαλοῖ'* vocalem *o* genetivi in *οιο* contra Homeri consuetudinem nonnumquam Pindarus elisit, ut hoc loco et P. I 39. N. IX 55. I. I 16 — 36. *αἴγλα ποδῶν*· ut saepe *φάος* (N. III 84. O. IV 9. cf. O. I 97) de decore victoriae dicitur — 38. *τωὐτοῦ* pro *τοῦ αὐτοῦ*, cf. O. I 46. Verum quomodo Atheniensium Panathenaicorum et Delphicorum Pythiorum praemia eodem mense reportasse Thessalus dici potuerit, difficilius ad explicandum est, siquidem Panathenaica mense Attico Hecatombaeone exeunte agebantur, Pythia mense Delphico Bucatio, quem cum mense Attico Metageitnione componunt (v. Prol. LXXXVII ss.). Neque cum Boeckhio ad alia sacra Atheniensia, Delphinia Munychia Diasia, confugere licet;

Ἑλλώτια δ' ἑπτάκις. ἐν — Ἐπ. β'.
δ' ἀμφιάλοισι Ποτειδᾶνος τεθμοῖσιν
Πτοιοδώρῳ σὺν πατρὶ μακρότεραι
Τερψίᾳ θ' ἕψοντ' Ἐριτί- μῳ τ' ἀοιδαί.
ὅσσα τ' ἐν Δελφοῖσιν ἀριστεύσατε
ἠδὲ χόρτοις ἐν λέοντος, δηρίομαι πολέσιν
περὶ πλή-θει καλῶν, ὡς μὰν σαφὲς
οὐκ ἂν εἰδείην λέγειν
ποντιᾶν ψάφων ἀριθμόν.

ἕπεται δὲ ϝεκάστῳ — Στρ. γ'.
μέτρον· νοῆ- σαι δὲ καιρὸς ἄριστος.

---

40. *ποτειδ.* lemma *B*, in *B* *τει* paene evanuit, *ποτιδ.* *D*, *ποσειδ.* *C*; cf. v. 5 — 42 *Τερψίᾳ θ' ἕψοντ' Ἐριτίμῳ τ'* ex schol. Schmid: *τέρψιες θ'* (*τερψίαιθ'* B^s, *θ'* non interpretantur schol.) *ἕψοντ' ἐρίτιμοι τ'* *B C D E* — *ἕσποντ'* coni. Bothe — 44. *πολέσι* (*-σιν* *C*) *B C*, *πολέεσσι* *D*, *πόλισιν* susp. Bergk — 46. *ψᾶφον* D^1 — 47. *δὲ ϝεκ.* susp. Mommsen: *δ' ἑκ.* *C* et schol., *δ' ἐν ἑκ.* *B D* —

nam neque haec sacra cum ludis gymnicis coniuncta fuisse constat, neque ea eodem quo Pythia Delphica mense agebantur. Qua de causa nihil relinquitur nisi ut aut gymnicos ludos Panathenaeorum post sacra, primis diebus mensis Metageitnionis acta esse aut Pindarum poetam verbis *μηνὸς τωὐτοῦ* orbem triginta dierum significare voluisse ducamus; cf. Stzb. d. b. Ak. 1895 p. 11 ss. Alterum autem eo facilius statui potest, quod Graeci, cum civiles menses singularum civitatium saepe multum inter se discreparent (v. Unger, Zeitrechn.[2] 734), magis naturalia spatia quam civilia mensiumque nomina respiciebant — *τρία ἔργα·* i. e. *στεφάνους τριῶν ἔργων·* quaenam illa tria opera fuerint, exponunt scholia: *τρία δὲ ἔργα εἶπε δίαυλον καὶ ὁπλιτικὸν δρόμον καὶ στάδιον.* tres victorias a singulis simul partas commemorant Phlegon fr. 12, Philostr. gymn p. 278, 6 Kays., Paus. VI 13, 3 — *ποδαρκὴς* dicitur dies, quo de pedum pernicitate certatur (*ταχυτὰς ποδῶν ἐρίζεται* O. I 95), ad exemplum Homerici *δούλιον ἦμαρ* — 40. *Ἑλλώτια*, sc. *θῆκεν ἀμφὶ κόμαις*, schol.: *ἑορτὴ τῆς Ἀθηνᾶς ἐν Κορίνθῳ, ἐν ᾗ καὶ ὁ ἀγὼν τελεῖται ὁ καλούμενος λαμπαδοδρομικός, ἐν ᾧ ἔτρεχον νεανίαι λαμπάδας κρατοῦντες* — *ἐν δ' ἀμφιάλοισι Ποτειδᾶνος τεθμοῖσι·* Isthmiis ludis, qui cum certa die et lege agantur, *τεθμοὶ* dicuntur, ut Olympici N. X 33 — 41. *Πτοιοδώρῳ·* schol.: *Τερψίου ἀδελφὸς Πτοιόδωρος, καὶ Τερψίου μὲν παῖδες Ἐρίτιμος καὶ Ναμερτίδας, Πτοιοδώρου δὲ Θεσσαλός, οὗ Ξενοφῶν· τινὲς δὲ τοῦ Ναμερτίδα Ἐρίτιμόν φασιν, Ἐριτίμου δὲ Αὐτόλυκον* — 42. *ἕψονται·* ad tempus non vincendi sed canendi referendum est: si vero Isthmicas Ptoeodori, Thessali patris, et fratris eius patrueliumque victorias canere velim, etiam longiora carmina sequentur — 43. *ὅσσα·* exclamandi vis subtilitati huius loci minus apta est quam relativa: quaecunque vos, Ptoeodore Terpsia Eritime, Delphis et Nemeae praestitistis, tam multa sunt, ut, cum mihi numeranda sint, de multitudine decorum certem neque certum eorum numerum magis quam harenarum maris ponere possim. Dativus *πολέσιν* ambigo utrum neutrius generis sit (*πολέσιν ὅσσα ἀριστεύσατε*) an masculini (*πολέσιν ἀθληταῖς*), quo quibuscum poeta certet significetur — 44. *χόρτοις ἐν λέοντος·* in pascuis Nemeaei leonis; cf. N. VI 47 — 46. *ποντιᾶν ψάφων ἀριθμόν·* cf. O. II 108.

47. enumerationem victoriarum Xenophontis eiusque familiae abrumpit, ne modum, qui cuiusque rei sit, transgrediatur et ut ad publica decora Corinthi transeat — 48. respicit Hesiod. opp 694 *μέτρα φυλάσσεσθαι· καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος* — *νοῆσαι·* intellexisse, quando modus completus sit; cf. P. IX 79 —

ἐγὼ δὲ Ϝίδιος ἐν κοινῷ σταλείς,
μῆτίν τε γαρύων παλαιγόνων
πόλεμόν τ' ἐν ἡ- ρωίαις ἀρεταῖσιν
οὐ ψεύσομ' ἀμφὶ Κορίνθου, Σίσυφον μὲν
πυκνότατον παλάμαις - ὡς θεόν,
καὶ τὰν πατρὸς ἀντία Μήδειαν θεμέναν γάμον αὐτᾷ,
ναΐ σῴ- τειραν Ἀργοῖ καὶ προπόλοις.

τὰ δὲ καί ποτ' ἐν ἀλκᾷ *Ἀντ. γ'.*
πρὸ Δαρδάνου - τειχέων ἐδόκησαν
ἐπ' ἀμφότερα μαχᾶν τάμνειν τέλος,
τοὶ μὲν γένει φίλῳ σὺν Ἀτρέος
Ἑλέναν κομί-ζοντες, οἱ δ' ἀπὸ πάμπαν
εἴργοντες· ἐκ Λυκίας δὲ Γλαῦκον ἐλθόν-
τα τρόμεον Δαναοί. - τοῖσι μὲν

---

51. *ἡρώαις* $B^1 D$ — 52. *ψεύδομαι* C^1 — *κορίνθου* *NO*: *κορίνθῳ* *B*, *κορίνθω* *CD* (ω in ras. *D*), genetivo in simili re usus est poeta O. I 36 et N. X 4 — *ὡς θεὸν*] *ὑμνέων* vel *αἰνέων* coni. Bossler — 53. *ἀντίαν* B^{ac} — 54. *προσπ.* C^{pc} *D* —

49. *ἴδιος ἐν κοινῷ σταλείς·* ego tamquam unus ex populo constitutus, qui causam populi, non meam privatam agam, ut recte scholiasta interpretatus est: *ἐγὼ δὴ οὖν οὐχ ὡς ἀλλότριός τις ἀλλ' ὡς ἴδιος καὶ κοινὸς ἐν ὑμῖν.* Alia est vis vocabuli *ἴδια* N. VI 32 — 52. *ψεύσομαι·* non mentitus esse deprehendar, si prudentiam et virtutem bellicam priscorum Corinthiorum praedicavero — 52 sq. structura orationis expeditior fieret recepta Bossleri coniectura *ὑμνέων*; sed nihil mutandum; nam tradita scriptura bonum explicatum admittit, modo *Σίσυφον* et *Μήδειαν* vocabuli *μῆτιν* appositionem esse duxeris. Bene autem ut prudentiam (*μῆτιν*) veterum Corinthiorum duobus exemplis mythicis Sisyphi et Medeae illustrat (*μὲν* v. 52), ita bellicam quoque virtutem (*τὰ δὲ* v. 55) duobus castris belli Troiani — 52. *Σίσυφον μὲν πυκνότατον παλάμαις ὡς θεόν·* veteris regis Corinthiorum nomen *Σίσυφον* ex Dorica dialecto interpretari poeta videtur, ut idem significet atque *Θεόσοφος*, *σοφὸς ὡς σιός*. Ceterum in carmine encomio civis Corinthii prudentiam Sisyphi laudat, tacens de fraudulosa eius astutia, quam Homerus epitheto *κερδίστου ἀνδρῶν* Il. VI 153 significaverat et cuius poenas apud inferos luere ferebatur (Od. XI 593. O. I 62). De Sisyphi origine et progenie v. Proleg. CXVII — 53. Medeam Corinthiam Pindarus fecit, veterem poetam Eumelum secutus, qui Aëtam, patrem Medeae, Corintho Colchidem migrasse narraverat; v. scholia, quae Eumeli versus afferunt et praeterea addunt: *Μηδείας μέμνηται, ὅτι ἐν Κορίνθῳ κατῴκει καὶ ἔπαυσε Κορινθίους λιμοῦ θύσασα Δήμητρι καὶ νύμφαις Λημνίαις. ἐκεῖ δὲ αὐτῆς ὁ Ζεὺς ἠράσθη, οὐκ ἐπείθετο δὲ ἡ Μήδεια, τὸν τῆς Ἥρας ἐκκλίνουσα χόλον. διὸ καὶ ἡ Ἥρα ὑπέσχετο αὐτῇ ἀθανάτους ποιῆσαι τοὺς παῖδας, ἀποθανόντας δὲ τούτους τιμῶσι Κορίνθιοι καλοῦντες μιξοβαρβάρους.* Confer Wecklein in Proleg. Eur. Med. — 53. *αὐτᾷ*, quod vulgo *αὑτᾷ* dicunt; Pindarus enim, cum similiter atque Homerus articuli usum angustissimis finibus circumscripsisset, formis pronominis *αὐτός* non usus ut; cf. P. IV 218 — 55 ss. contrariam sententiam tulit Simonides, qui Corinthios vellicans dixit fr. 50 *Κορινθίοισιν οὐ μανίειν Ἴλιον* — 57. *τάμνειν τέλος·* cf. Eur. Heracl. 758 *κίνδυνον πολιῷ τέμνειν σιδάρῳ* — 58. *τοὶ μὲν* intelleguntur Corinthii, qui duce Euchenore (Il. XIII 663) pro Atridis pugnabant —

ἐξεύχετ' ἐν ἄστεϊ Πειράνας σφετέρου πατρὸς ἀρχὰν
καὶ βαθὺν-κλᾶρον ἔμμεν καὶ μέγαρον·

ὃς τᾶς ὀφιώδεος υἱ- 'Επ. γ'.
όν ποτε Γοργόνος ἦ πόλλ' ἀμφὶ κρουνοῖς
Πάγασον ζεῦξαι ποθέων ἔπαθεν,
πρίν γέ Ϝοι χρυσάμπυκα κού- ρα χαλινὸν
Παλλὰς ἤνεγκ'· ἐξ ὀνείρου δ' αὐτίκα
ἦν ὕπαρ· φώνασε δ'· Εὕδεις, Αἰολίδα βασιλεῦ;
ἄγε φίλ-τρον τόδ' ἵππειον δέκευ,
καὶ Δαμαίῳ νιν θύων
ταῦρον ἀργᾶντα πατρὶ δεῖξον.

κυάναιγις ἐν ὄρφνᾳ Στρ. δ'.
κνώσσοντί Ϝοι-παρθένος τόσα Ϝειπεῖν
ἔδοξεν· ἀνὰ δ' ἔπαλτ' ὀρθῷ ποδί.
παρκείμενον δὲ συλλαβὼν τέρας,

---

65. πρίν τέ *C* — 68. σὺ δ' ἄγε coni. Hermann, ἄγε δὲ Mommsen — δέχευ *BD* — 69 ἀργᾶντα *BCD*: ἀργὸν *Byz.*, ἀργᾶν Hermann collato Aesch. Ag. 116, utrumque pessimis numeris — 71. τόσσα *BC* — 73. παρακ. D^{ac} —

61. ἐξεύχετ', respicit Hom. Il. VI 144 ss., ubi Glaucus Lycius coram Danais originem Corinthiam iactat — Πειράνας· fontis nobilissimi prope Corinthum, cui etiam artifices in fabula de Bellerophonta (v. 63) Pegasum domante locum dabant; v. Baumeister, Denkm. d. class. Alt. n. 317, Roscher Lex. myth. I 762 — σφετέρου· de pronomine ad singularem (Glaucum) a Pindaro relato v. O. IX 78 — πατρός· intellegitur Bellerophonta, qui tamen non Glauci sed patris Glauci sive Hippolochi pater fuisse fertur, unde schol. πατρός· ἀντὶ τοῦ προγόνου — 63. υἱὸν Γοργόνος· fabulam de Pegaso progenito ex Gorgone a Perseo interfecta (v. P. XII 11) iam Hesiodus theog. 280 narraverat et artifices artis monumentis, ut metopa nobilissima templi Agrigentini, illustraverant — 65 ss. Bellerophonta, cum frustra Pegasum domare et currui iungere tentasset (πολλὰ ἔπαθεν ζεῦξαι ποθέων), in templo Minervae, auctore Polyide vate, incubuit, ut in somniis a dea viam domandi equi disceret. Similia Plut. Pericl. 13, 5 de Minerva narrat Pericli dormienti rem quam cupiebat ostendente — 67. ἦν ὕπαρ· Pindarus Homerum Od. τ 547 οὐκ ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ ἐσθλόν imitatus Minervam re vera adstitisse vel adstare visam esse finxit — 67. Αἰολίδα βασιλεῦ, ut Sisiphus, avus Bellerophontae, apud Homerum Il. VI 154 Σίσυφος Αἰολίδης dicitur; de origine eius Aeolica v. Prol. CXVII — 69. Δαμαίῳ· cognomen a domitis equis Neptuno inditum; construe δεῖξον νιν (i. e. φίλτρον τόδε) Δαμαίῳ πατρί, θύων (αὐτῷ) ταῦρον ἀργάεντα: Domitori patri taurum immolans frenum monstra, ut victima accepta bonum eventum det — πατρί· Glaucum subditum, Neptunum verum patrem Bellerophontae fuisse schol. a. h. l., Hyginus fab. 157, schol. Il. VI 155 tradunt, quod nescio an ex hoc loco ipso fictum sit, idque sine idonea causa; Neptunum enim, sicut Iovem, patrem nuncupare poetis licuit, ut Verg. Aen. V 14: *quidve pater Neptune paras?* — ἀργάεντα· veteribus grammaticis offensioni fuit, quod nigris tauris Neptuno operari solebant (cf. Od. III 6), unde ἀργάεντα non album, sed magnitudine excellentem vel pinguedine nitidum interpretabantur; at Pindaro P. IV 205 Neptunus etiam rutili gregis taurorum dominus est — 70. κυαναιγίς· schol.: ἀντὶ τοῦ μέλαιναν καὶ φοβερὰν αἰγίδα ἔχουσα —

ἐπιχώριον - μάντιν ἄσμενος εὗρεν,
δεῖξέν τε Κοιρανίδᾳ πᾶσαν τελευτὰν
πράγματος, ὥς τ᾽ ἀνὰ βω-μῷ θεᾶς
κοιτάξατο νύκτ᾽ ἀπὸ κείνου χρήσιος, ὥς τέ ϝοι αὐτὰ
Ζηνὸς ἐγ- χειкεραύνου παῖς ἔπορεν

δαμασίφρονα χρυσόν. *᾿Αντ. δ΄.*
ἐνυπνίῳ - δ᾽ ᾇ τάχιστα πιθέσθαι
κελήσατό νιν, ὅταν δ᾽ εὐρυσθενεῖ
καρταίποδ᾽ ἀνερύῃ Γαιαόχῳ,
θέμεν Ἱππείᾳ - βωμὸν εὐθὺς ᾿Αθάνᾳ.
τελεῖ δὲ θεῶν δύναμις καὶ τὰν παρ᾽ ὅρκον
καὶ παρὰ ϝελπίδα κού-φαν κτίσιν.
ἤτοι καὶ ὁ καρτερὸς ὁρμαίνων ἕλε Βελλεροφόντας,
φάρμακον - πραῢ τείνων ἀμφὶ γένυι,

ἵππον πτερόεντ᾽· ἀναβὰς *᾿Επ. δ΄.*
δ᾽ εὐθὺς ἐνόπλια χαλκωθεὶς ἔπαιξεν.
σὺν δὲ κείνῳ καί ποτ᾽ ᾿Αμαζονίδων
αἰθέρος ψυχρᾶς ἀπὸ κόλ- πων ἐρήμων
τοξόταν βάλλων γυναικεῖον στρατόν,

---

76. *ἀπὸ κείνου* Boeckh: *ἀπ᾽ ἐκείνου* codd. — 79. *δ᾽ ᾇ E*: *δαὶ CD*[1], *δὲ* (*δε*) *BD*[2] — *πιθέσθαι D*: *πείθεσθαι BC* — 81. *ἀνερύῃ* Boeckh scholia secutus (cf. P. II 28. III 24. I. VIII 28): *ἀναρύῃ BCD*, *ἀνερύῃ* Mosch. — *γαιαόχῳ BCD*: *γεαόχῳ Byz.* — 82. *εὐθὺς BCDE*: *ἐγγὺς NOP* — 83. *τελεῖ BCD*: *πληροῖ* Tricl., *τέλλει* Hermann — *δὲ* om. *D* et Boeckh — *παρ᾽ ἐλπ. Byz.*: *τὰν παρ᾽ ἐλπ. BCD* — 85. *τεῖνον B*[s] — 86. *χαλκευτής* coni. Hecker — *ἔπαιξε C* — 88. *ἐρήμων* coni. Hermann: *ἐρήμου* codd. et schol. — 89. *βάλλων*: *βάλλεν* Boeckh —

76. *ἀπὸ κείνου χρήσιος*, illius, sc. Polyidis, monitu. Poeta arte narrandi Homerica usus postquam medias in res nos deduxit, iam quae antea facta sint, postliminio narrat — 74. *ἐπιχώριον μάντιν . . . Κοιρανίδαν· Πολύειδον*, qui a Melampode vate Peloponnesio genus duxit; cf. Prol. CXVIII — 81. *καρταίποδα·* firmis pedibus instructum equum; quod scholiasta tradit *οὕτω Δελφοὶ ἰδίως ἐκάλουν*, non Delphicam dialectum vulgarem, sed usum Delphicorum oraculorum spectare videtur — 82. *Ἱππείᾳ ᾿Αθάνᾳ· ᾿Αθάνας χαλινίτιδος* templum Corinthi fuisse tradit Paus. II 4, 5; nescio tamen an ex hoc nomine deae fabula ipsa originem duxerit — 83. *κούφαν κτίσιν· τὰν παρ᾽ ὅρκον καὶ παρὰ ἐλπίδα κτίσιν τελεῖ κούφαν·* nimirum praedicativi nominis vim vocabulum *κούφαν* habet; de sententia cf. P. II 49 ss. — 84. *ἕλε* iungo cum *ἵππον*, non cum *φάρμακον* — 86. *ἐνόπλια χαλκωθεὶς ἔπαιξεν·* iam armis indutus motus *ὀρχήσεως ἐνοπλίου* lusit. Multifariam locum enarravit scholiasta: *ἤτοι ἐπειρᾶτο, ἐγυμνάζετο εὐκόλως ὥσπερ παιδιᾶς τρόπον· ἢ ἐπετέρπετο· ἢ ἐνόπλιον ὄρχησιν ἐποιεῖτο· ἢ σὺν τοῖς ὅπλοις εὐχερῶς ἐμάχετο* — 87. Solymos, Chimaeram, Amazones deinceps a Bellerophonta fusos esse narravit Homerus VI 179 ss., unde *᾿Αμαζονίδων στρατὸν* non a *βάλλων*, sed ab *ἔπεφνεν* pendere nec Boeckhiana coniectura *βάλλεν* opus esse apparet — 88. *ἐρήμων* bene reposuit Hermannus, a vacuis et inhabitabilibus regionibus frigidi caeli exercitum Amazonum

καὶ Χίμαιραν πῦρ πνέοισαν καὶ Σολύμους ἔπεφνεν.
διασω-πάσομαί ϝοι μόρον ἐγώ·
τὸν δ' ἐν Οὐλύμπῳ φάτναι
Ζηνὸς ἀρχαῖαι δέκονται.

ἐμὲ δ' εὐθὺν ἀκόντων *Στρ. ε'.*
ἱέντα ῥόμ-βον παρὰ σκοπὸν οὐ χρὴ
τὰ πολλὰ βέλεα καρτύνειν χεροῖν.
Μοίσαις γὰρ ἀγλαοθρόνοις ἑκὼν
Ὀλιγαιθίδαι- σίν τ' ἔβαν ἐπίκουρος.
Ἰσθμοῖ τά τ' ἐν Νεμέᾳ παύρῳ ϝέπει θή-
σω φανέρ' ἀθρό', ἀλα- θής τέ μοι
ἔξορκος ἐπέσσεται ἑξηκοντάκι δὴ ἀμφοτέρωθεν
ἁδύγλωσ- σος βοὰ κάρυκος ἐσλοῦ.

τὰ δ' Ὀλυμπίᾳ αὐτῶν *Ἀντ. ε'.*
ἔοικεν ἤ- δη πάροιθε λελέχθαι·

---

90. *χείμεραν C* — 91. *διασωπ. BCD*: *διασιωπ.* Hermann metro aliter constituto; cf. I. I 63 — 95. *κρατ. D* — 96. *μοίσαις* Mosch.: *μοίσαισι BCD* — *ἑκὼν* (*ἕκων*) *Byz.*: *εἴκων BCD* — 97. post *ἐπίκουρος* ante Bergkium non interpungebatur — 98. *παύρῳ ϝέπει θήσω* coni. Bergk. *παύρω δ' ἔπει θήσω D* et schol., *παύρῳ δ' ἐπιθήσω BC* — 99. *ἕξορκος* scripsi: *ἔξορκος* codd. et schol., *εἷς ὅρκος* coni. Bergk, *ἀνθόρκιος ἔσσεται* coni. Hartung, *εὐόρκῳ* coni. Bossler — *δὴ* coni. Hermann: *δ' BCD* —

venisse interpretans; *ἐρήμου* a librario archetypi memore versus O. I 7 huic loco illatum esse videtur — 90. *Σολύμους* Pindarus Homerum secutus incolas agri non longe a Lycia distantis fuisse arbitrabatur; postea populos Asiae minoris citra Taurum cum alios, tum Milyas et Termesseos Solymis se prognatos iactasse docet Gutschmid Kl. Schr. IV 573 s. — 91. tristem casum Bellerophontae, qui ex Pegaso altiora petente deciderat (v. I. VII 44), poeta omisit, ut laetitiae epiniciorum parum accommodatum; de Pegaso inter astra relato v. Arat. 160. 166 — 92. *δέκονται*· praesenti utitur de rebus divinis numquam interituris.

93 ss. a fabulosis rebus ad res praesentes se revocat poeta, simili metaphora usus atque P. II 44. N. VI 31. VII 21 — *βέλεα* non differunt ab iis, quos antea *ἄκοντας* dixerat, ut Eur. Hipp. 222 idem telum *ὅρπακα* et *ἐπίλογχον βέλος* dixit — 96. *ἑκών*· glossa *εἴκων* in textum irrepsit, profecta a grammaticis, qui recte intellexerunt Pindarum aeque atque Homerum nomini *ἑκὼν* participii vim tribuisse — 97. *Ὀλιγαιθίδαισι*· postquam poeta supra vv. 30–46 Xenophontis et eius familiae victorias laudavit, iam in hac extrema parte carminis longius evagatus omnis gentis Oligaethidarum decora comprehendit — 98. *Ἰσθμοῖ τά τ' ἐν Νεμέᾳ* pro *τὰ Ἰσθμοῖ τά τ' ἐν Νεμέᾳ*, ut etiam negationem, cum utriusque membri esset, soli alteri membro adiecit O. XI 18. Particula *δ'* ante *ἔπει* aut ex digammo non intellecto ortum est, aut a librario illatum, qui *Ἰσθμοῖ τά τ' ἐν Νεμέᾳ* cum antecedente sententia falso coniunxit — *ἔξορκος*, quod pro *ἔξορκος* reposui, vocem praeconis significat incorruptam, quasi sex sacramentis sancitam et firmatam; ludit autem poeta nominibus numeralibus *ἕξ* et *ἑξηκοντάκι*, quibus Graeci ad infinitam copiam significandam utebantur — 99. *ἀμφοτέρωθεν*· ex Isthmo et ex Nemea; haec autem ipsa parva vox (*παῦρον ἔπος*) est, qua omnia decora Isthmica et Nemeaea se illustraturum esse poeta professus est — 102. *ἔοικε* cum emphasi positum Dissenius dicit; mihi admodum frigere et

τά τ' ἐσσόμενα τότ' ἂν φαίην σαφές·
νῦν δ' ἔλπομαι μέν, ἐν θεῷ γε μὰν
τέλος· εἰ δὲ δαί- μων γενέθλιος ἕρποι,
Δὶ τοῦτ' Ἐνυαλίῳ τ' ἐκδώσομεν πράσ-
σειν. τὰ δ' ὑπ' ὀφρύι Παρ- νασίᾳ,
ἐν Ἄργεϊ θ' ὅσσα καὶ ἐν Θήβαις, ὅσα τ' Ἀρκάσιν ᾄσσων
μαρτυρή- σει Λυκαίου βωμὸς ἄναξ,

Πέλλανά τε καὶ Σικυὼν *Ἐπ. ε'.*
καὶ Μέγαρ' Αἰακιδᾶν τ' εὐερκὲς ἄλσος,
ἅ τ' Ἐλευσὶς καὶ λιπαρὰ Μαραθών,
ταί θ' ὑπ' Αἴτνας ὑψιλόφου - καλλίπλουτοι
πόλιες, ἅ τ' Εὔβοια· καὶ πᾶσαν κατὰ
Ἑλλάδ' εὑρήσεις ἐρευνῶν μάσσον' ἢ ὡς διΐμεν.
ἄνα, κού-φοισιν ἐκνεῦσαι - ποσίν·
Ζεῦ τέλει', αἰδῶ δίδοι
καὶ τύχαν τερπνῶν γλυκεῖαν.

---

103. *τά τ' BD*: *τά δ' C* — 105. *ὁ γενέθλ. BCD*, *ὁ* om. *N* — 106. *Δὶ* Boeckh: *διὶ* codd. — *Παρνασσ. CB*pc — 107. *ἐν Ἄργεϊ θ'* N: *ἐν Ἄργει δ' D*, *ἓξ ἄρατο ἐν Ἄργει δ' B*, *ἓξ ἄργει θ' C*, *ἕξ· Ἄργει δ'* Bergk — *ὅσα τ'* codd.: *ὅσα δ'* Hermann — *Ἀρκάσιν ᾄσσων* scripsi: *Ἀρκάσιν ἀνάσσων BCD*, *Ἀρκὰς ἀνάσσων Byz.*, *Ἀρκὰς ἀνᾴσσων* Hermann, *Ἀρκάδ' ἀν' αἶαν* Häberlin, *Ἀρκάσιν ἄθλοις* Kayser, *Ἀρκάσι βάσσαις* Bergk — 109. *πελά. C*ac — 113. *διΐμεν* scripsi: *ἰδέμεν* codd., *ἀριθμεῖν* coni. Hartung — 114. *ἄνα* coni. Pauw: *ἀλλὰ* codd. — 115. *αἰδῶ δίδοι* Boeckh: *αἰδῶ τε δίδοι BCD*, *αἰδὼ διδοὺς Byz.*

pedestrem orationem redolere videtur; ceterum respicit poeta vv. 1. 29. 35 — 103. *τότε·* tum cum facta erunt — 105. *δαίμων γενέθλιος*, genius generis, ut supra v. 28 *Ξενοφῶντος δαίμονος·* cf. O. II 39 — 106. *Δὶ τοῦτο Ἐνυαλίῳ τε·* Iovi et Marti quod futurae victoriae spem committit, hoc certamen armati cursus (*ὁπλιτοδρόμου*) significare videtur — 107 ss. de his ludis minoribus v. Prol. LXXXVIII ss. — 107. *ὅσσα* non exclamantis esse videtur, sed poeta, cum primum dicturus esset *τὰ δ' ὑπ' ὀφρύι Παρνασίᾳ, ἐν Ἄργει θ' ὅσσα καὶ ἐν Θήβαις* (*ἐγένετο*) . . ., *μάσσονα* (*ἐστιν*) *ἢ ὡς διΐμεν*, post longam protasim structuram verborum mutavit — 108. *μαρτυρήσει.* hoc verbo ad proximos quoque versus tracto supple *ὅσα Πέλλανά τε μαρτυρήσει καὶ Σικυὼν κτλ.* — 109. *Αἰακιδᾶν εὐερκὲς ἄλσος·* ludi Aeginetici prope monumentum sepulcrale Aeaci herois agebantur; cf. N. V 53, Prol. LXXXVIII — 113. *μάσσον' ἢ ὡς διΐμεν·* longiora sunt, quam quae pervadere et oratione amplecti possis: age levibus pedibus ex hoc quasi pelago victoriarum enata. Inter eos ludos, qui non disertim nominati sunt, inprimis Athenienses referendi esse videntur — 114. *ἄνα* est exhortantis = *ἀλλ' ἄγε*, unde infinitivo *ἐκνεῦσαι* vis imperandi tribuenda est; cf. P. I 67; nam quominus *ἄνα* vocativum esse cum nomine *Ζεῦ* coniungendum putem, tria vocabula inter *ἄνα* et *Ζεῦ* interiecta me prohibent. Preces autem cum ad Oligaethidas Corinthiosque tum ad poetam ipsum pertinent, qui venustati (*τερπνῶν*) studeat et iam longum carmen finire gestiat.

ΟΛΥΜΠ. ΙΔ′.

ΑΣΩΠΙΧΩι ΟΡΧΟΜΕΝΙΩι

ΠΑΙΔΙ ΣΤΑΔΙΕΙ.

Strophae.

– ⋮ ⏑ –⏑ ⏑ –̇ ⏑ – ⏒ ⋮ ⏑ –⏑ ⏑ –̇ ⏑ – ⏑ –̇ –
⋮⏑ ⏑ – ⏑ –̇ ⏑ –⏑ ⏑ –̇ ⏓
⏑̈⏑ ⏑ –⏑ ⏑̽ –̇ ⏑ – ⏑ ⋮⏑ ⏑ – ⏑ –̇ ⏑ –
–⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ – –⏑ ⏑ – ⏑ –
–⏑ ⏑ – ⏑ – –⏑ ⏑ ⏓
⋮⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –̇ ⏑ –⏑ ⏑ –̇ –
– ⏑ – ⏑⏑ – –⏑ ⏑ – ⏑ –
–⏑ ⏑ –⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏑ – –⏑ ⏑ –
⋮ – ⏑ –̇ ⏑ – ⋮ ⏑ – ⋮⏑ ⏑ – ⏑ ⏓̇
– ⋮⏑ ⏑ – ⏒ –̇ ⏑ –
⋮⏑ ⏑ – ⏑ –̇ ⏑ –⏑ ⏑ ⋮ ⏑ – ⏑ –̇ –

Argumentum.

Asopichus Cleodami filius Orchomenius stadio puer vicit Ol. 76 = a. 476 a. Chr.; nam varia lectio *Ἀσωπίχῳ νικήσαντι τὴν οζ′ ὀλυμπιάδα* (Ol. 77 = 472 a. Chr.) omni probabilitate caret, quia tum Pindarus Syracusis peregrinabatur. Victorem reducem dum sodales ad aram Gratiarum, ubi coronam partam deponeret, prosequuntur, hoc carmen dulcissimum cecinerunt. Itaque totum in illustrandis Gratiis versatur, quas una cum cognato numine Amoris (*Ἔρωτος*) Orchomenios inprimis coluisse constat. Atque primum in stropha earum ope quidquid gratum et iucundum apud homines deosque sit fieri exponit; deinde in antistropha eas orat, ut chorum puerorum Asopichum victorem comitantem propitii accipiant et patri Cleodamo mortuo laetum nuntium victoriae filii perferant. — Carmen in honorem Gratiarum compositum si quod aliud probat Pindaro nascenti arrisisse Gratias deas, quarum numine gratissimo Graeca natio ad venustatem et artium litterarumque cultum nata est.

De metris.

Carminis suavissimi, Lydiis modis (v. 17) a choro leniter incedente (v. 15) cantati, metra sunt logaoedica. Plerosque versus (1. 2. 3. 9. 10. 11) cum in dipodias dividendos esse pateat et dipodica scansio carmini in

pompa cantando unice conveniat, omne carmen numeris senariis (*ποσὶν ἑξασήμοις*) temperari veri simile est. Qua de causa versus sexti cum duarum pateat via divisionum

–́⏑ ⏑ –⏑ ⏑ – ⏑ –́⏑ ⏑ – –

–́⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –́ ⏑ –⏑ ⏑ ⊔́ –

dipodicam divisionem praeferendam duxi, et in versu quinto dubitabam an ex variis lectionibus eas selegerem, quae dipodicam scansionem admitterent. Maiores vero difficultates pariunt tripodiae catalecticae versuum quarti, septimi, octavi, quorum versuum primus et tertius nisi inanibus temporibus adscitis aut longa finali in spatium sex temporum producta dipodicam scansionem non admittunt, medium hoc modo percutiendum duco:

–́ ⏑ –⏑ ⏑ ⊔́   –⏑ ⏑ –́ ⏑ –

Minus illud curo, utrum ex duobus primis versiculis unum versum duce Bergkio faciendum, an Pindaro licentiam versus in compagine compositi nominis (*φιλησί-μολπε*) finiti condonandam et primam longam non anacrusim sed partem primae dipodiae (cf. Prol. p. L) esse ducas. Ceterum lectiones huius carminis, cum in ultima pagina codicis archetypi exaratum fuisset, iam antiquitus adeo turbatae erant, ut metrici veteres, qua erant ingenii imbecillitate, carmen non in stropham et antistropham, sed in duas impares strophas dividerent. Denique moneo carminis insigni suavitati et Lydiorum modorum decori (cf. Arist. polit. VIII 7 p. 1342ᵇ 30) nec non iuvenili aetati victoris puerorum chorum (*παίδων χορόν*) aptiorem fuisse quam virorum (*ἀνδρῶν χορόν*).

Καφισίων ὑδάτων λαχοῖσαι *Στρ. α'.*
αἵτε ναίετε καλλίπωλον ἕδραν,
ὦ λιπαρᾶς ἀοίδιμοι βασίλειαι
Χάριτες Ὀρχομενοῦ, παλαιγόνων Μινυᾶν ἐπίσκοποι,
κλῦτ', ἐπεὶ εὔχομαι·
σὺν γὰρ ὔμ- μιν τά τε τερπνὰ καὶ

VARIA LECTIO. Inscr. om. *B*, *Ἀσωπίχῳ* (*Ἀσωπίῳ E*) *Ὀρχομενίῳ σταδιεῖ παιδὶ Κλεοδάμου CDE*; praeterea add. *νικῶντι τὴν οζ' ὀλ. D* (= *Δ*, οϛ' ex οζ' *Ξ*), *νικήσαντι τὴν οϛ' ὀλυμπιάδα E* — Schol.: *οὗτος ἐνίκησε τὴν οϛ' Ὀλυμπιάδα σταδίῳ* — 1. *καφισσ. D* — *αἵτε* codd.: *ταίτε* Bergk, *λαχοῖσαν αἵτε* Boeckh, verisimiliter — *καλλίπωλον BC²D*: *καλλίβωλον C¹*, utrumque schol. — 3. *Ὀρχ. BCDE*: *Ἐρχ.* ex recc. codd. Boeckh; cf. I. I 35; antiquam formam *Ἐρχ.* fuisse, recentem *Ὀρχ.* in Attica quarto saeculo ante Chr. ortam esse docet Joh. Schmidt K. Z. N. F. XII 340 — 4. *ὔμμιν* Hermann: *ὑμῖν BCD*, *σὺν ὔμμιν γὰρ* coni. Boeckh, vide antistr. — *τά τε τερπνὰ* coni. Hermann: *τὰ τερπνὰ BD*,

COMMENTARII. v. 1. *Καφισίων . . . ἕδραν*· quae sedem in ripis Cephissi fluminis sortitae incolite. Sententiam igitur optimam lectio *λαχοῖσαι* praebet, sed metro et hiatu orationis coniectura Boeckhii *λαχοῖσαν* commendatur — *καλλίπωλον*· epinico carmini minus fertilitatis (*καλλίβωλον*) laus convenit quam rei equestris. Simili epitheto *εὐπώλον* usi sunt Hom. *E* 551. *Π* 576, Soph. OC. 677 — 3. *παλαιγόνων Μινυᾶν*· Minyas priscos incolas Orchomeni poeta dixit, Homericum (*B* 511) *Ὀρχομενὸν Μινύειον* secutus. Minyarum autem populum olim late per insulas et oram Graeciae diffusum fuisse et cum alia oppida tum Orchomenum et Iolcum tenuisse Pindarus eiusque aequales credebant —

τὰ γλυκέ' ἄνεται - πάντα βροτοῖς,
εἰ σοφός, εἰ καλός, εἴ τις ἀγλαὸς ἀνήρ.
οὐδὲ γὰρ θεοὶ ἁγ- νᾶν Χαρίτων ἄτερ
κοιρανέοντι χοροὺς
οὔτε δαῖτας· ἀλλὰ πάν- των ταμίαι
ἔργων ἐν οὐρανῷ,
χρυσότο- ξον θέμεναι παρὰ
Πυθῷον Ἀπόλλωνα θρόνους,
ἀέναον σέβοντι πατρὸς Ὀλυμπίοιο τιμάν.

ὦ πότνι' Ἀγλαΐα φιλησί- Στρ. β'.
μολπέ τ' Εὐφροσύνα, θεῶν κρατίστου
παῖδες, ἐπακοοῖτε νῦν, Θαλία τε
ἐρασίμολπε, ϝιδοῖσα τόνδε κῶμον ἐπ' εὐμενεῖ τύχᾳ
κοῦφα βιβῶντα· Λυ-
δῷ γὰρ Ἀ- σώπιχον ἐν τρόπῳ

τὰ τερπνά τε *C* — 5. γλυκέα γίνεται codd., γλυκέ' ἄνεται coni. Kayser, cui coniecturae glossa cod. N τανύεται a Schroedero Philol. 54, 283 edita favet — 7. οὐδὲ, coni. Schneidewin: οὔτε codd. — οἱ θεοὶ *D* — ἁγνᾶν coni. Kayser: σεμνᾶν codd., θεμερᾶν θεοὶ Bergk. conf. antistr. — 8. κοιρανέοντι codd.: κοιρανέοισιν Boeckh; vide antistr. — 9. χορὸν C^{s} — 10. Πυθῷον Ahrens: πύθιον codd. — Ἀπόλλωνος C^{1} — 11. ἀέναον *Byz.*: ἀένναον *BCD* — 12. ὦ om. *BCD*, add. Boeckh — κρατίστου παῖδες codd.: κρατιστόπαιδες, quod ex antiqua scriptura *ΚΡΑΤΙΣΤΟ ΠΑΙΔΕΣ* remansit, interpretantur schol. — 13. ἐπακοοῖτε νυν coni. Bergk: ἐπάκοοι νῦν codd. et schol, ἐπαΐοιτε νῦν coni. Hartung, ἐπάκοοι τὸ νῦν Hermann 1847 — 14. ἐρασίκολπε coni. Vogt — 15. Λυδῷ coni.

5. τά τε τερπνὰ καὶ τὰ γλυκέα· particulis τε . . . καὶ Pindarus non solum diversa, sed etiam cognata nomina coniungit; cf. O. VI 19. 92. P. IX 22. N. IX 13 — 6. εἰ σοφός· sapiens (σοφός) homo inter ministros dulcium rerum a Pindaro ponitur, quod hoc nomine poetas potissimum, Musarum sacerdotes, intellegit — ἀγλαός· splendidus, decorus; plus enim valet quam καλός, ut γλυκέα plus quam τερπνά — 7. ἁγνᾶν Χαρίτων· epitheton ἁγνᾶν, quo Gratiae a Sapphone fr. 65 et Alcaeo fr. 62 insigniuntur, in archetypo codice epitheto σεμνᾶν in recentiore Graecitate frequentiori cesserat; egregie autem epitheton ἁγνᾶν Gratiis convenit, quod et purae omni tempore a Graecis Gratiae habebantur, et olim flavae equae (sanscr. *haritas*) Solis currui iunctae nomine Χαρίτων declarabantur — 8. κοιρανέοντι· διακοσμοῦσι schol., quae notio latino verbo curandi illustratur — χοροὺς οὔτε δαῖτας pro οὔτε χοροὺς οὔτε δαῖτας· cf. O. XI 18 — 9. χρυσότοξος· Homero Apollo audit ἀργυρότοξος· cur Apollinem arcu, non phorminge instructum prope Gratias in Olympo sedere poeta dixerit, non liquet, nisi forte sic ornatus Apollo iuxta Musas Delphis sedebat — 9 s. θέμεναι παρὰ Πυθῷον Ἀπόλλωνα· schol.: παρὰ τῷ Ἀπόλλωνί φησι καθέζεσθαι τὰς Χάριτας διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν οἰκειότητα· ἐν γοῦν Δελφοῖς ἐπὶ τῆς δεξιᾶς εἰσιν ἱδρυμέναι τοῦ Ἀπόλλωνος. Plutarchus de mus. 14 signum Apollinis Delphici commemorat, quod in sinistra manu simulacra trium Gratiarum tenebat — 11. ἀέναον . . . τιμάν· Pindarus poeta et Delphicus artifex profecti esse videntur ab Hom. Il. *Α* 603 s. — 12. Ἀγλαΐα. cf. Hes. theog. 906: τρεῖς δέ οἱ (Διΐ) Εὐρυνόμη Χάριτας τέκε καλλιπαρῄους, | Ἀγλαΐην τε καὶ Εὐφροσύνην Θαλίην τ' ἐρατεινήν — 14. ἰδοῖσα· participium cum ad tres Gratias pertineret, ad unam Thaliam, quam ultimam dixerat, poeta metri necessitati parens rettulit — ἐπ' εὐμενεῖ τύχᾳ, ob secundam fortunam victoria Olympica comparatam — 15. κοῦφα βιβῶντα· lenem

ἐν μελέταις τ' ἀεί-δων ἔμολον,
οὕνεκ' Ὀλυμπιόνικος ἁ Μινύεια
σεῦ ϝέκατι. μελαν- τειχέα νῦν δόμον
Φερσεφόνας ἔλυθ', Ἀ-
χοῖ, πατρὶ κλυτὰν φέροισ' - ἀγγελίαν,
Κλεόδαμον ὄφρ' ἰδοῖσ'
υἱὸν εἴ- πῃς, ὅτι ϝοι νέαν
κόλποισι παρ' εὐδόξου Πίσας
ἐστεφάνωσε κυδίμων ἀέθλων πτεροῖσι χαίταν.

Pauw: *λυδίῳ* codd. — *Ἀσώπιον E* — 16. *ἔν τε μελέταις* coni. Hermannus; v. stroph. — 18. *μελαντειχέα* codd.: *μελανοτ.* Boeckh; vide stroph. — 19. *περσεφ. C* — *ἔλυθ'* coni. Ahrens: *ἐλθὲ B C D*, *ἴθι Byz.*; *Φερσεφόνειον ἴθ' Ἀχοῖ* coni. Hermann — 20. *κλεοδάμῳ B* — *νέον B* — 21. *κόλποισι B C D*: *κόλποις E*; vide stroph. — *εὐδόξου* coni. Boeckh: *εὐδόξοιο BCD*, *εὐδόξοις* coni. Bergk.

incessum puerorum choro et Lydiis modis egregie appositum esse monui in Prol. p. LIX; cf. Hom. Il. XIII 158 *κοῦφα ποσὶ προβιβάς* — 16. *ἐν μελέταις·* meditationes carminis musicis modis (*τρόπῳ*) opponit; cf. I. V 28. De praepositione *ἐν* a Pindaro dativis modi et instrumenti praeter necessitatem addita confer *ἐν Πανελλάνων νόμῳ* I. II 38, *Λυδίοις ἀπύων ἐν αὐλοῖς* O. V 19. VII 12, *ἐν χερὸς ἀκμᾷ* O. II 69, *ἐν ἐρατεινῷ μέλιτι* I. V 53 — 17. *Μινύεια·* Orchomenus; patria victoris, cum in ludis una cum victore renuntiaretur, consors victoriae esse putabatur — 18. *σεῦ ἕκατι·* Gratiae beneficio; nam si Asopichum intellegere poeta voluisset, ut nonnulli scholiastae malebant, non *σεῦ* sed *εὗ* dixisset; sed nomen *ἕκατι* diis magis accommodatum est; cf. I. III 19. V 29. N. VII 15 — 18 ss. similiter Pindarus vivos et mortuos commercio inter se utentes et victorum decoribus cognatos in Orco gaudentes facit in fine carminum O. VIII et N. IV — 19. *Ἀχοῖ·* eadem provincia internuntii fungitur *Ἀγγελία* Mercurii filia O. VIII 81 — 20. *οἱ . . . ἐστεφάνωσε·* idem valet atque medium *ἐστεφανώσατο* — 21. *κόλποισι Πίσας·* in sinuosa regione Pisae sub Cronio monte; cf. O. IX 87 *Νεμέας κατὰ κόλπον·* P. IX 5 *Παλίου κόλπων* — 22. *πτεροῖσι·* taeniis coronae utrimque dependentibus; cf. P. IX 125.

ΠΥΘΙΟΝΙΚΑΙΣ.

Α΄.

ΙΕΡΩΝΙ ΑΙΤΝΑΙΩι

ΑΡΜΑΤΙ.

Strophae.

⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑ – – | ⏗ ⏖ – ⏖ ⏒ |
⏗ ⏑ – – ⏗ ⏖ – | ⏗ ⏑ – – ⏗ ⏖ – ⏖ ⏗ – ⏑ |
⏗ – ⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑ ⏒ |
– ⏗ ⏖ – ⏖ – ⏑ ⏗ ⏑ – | ⏗ ⏑ – – ⏗ ⏖ – ⏖ – |
⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑ ⏒ |
⏗ ⏖ – ⏖ – | ⏗ ⏑ – – ⏗ ⏖ – ⏖ – | – ⏗ ⏖ – ⏖ – | ⏗ ⏑ – ⏑ |

Epodi.

⏗ ⏖ – ⏖ – – | ⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑ ⏒ |
⏗ ⏖ – ⏖ – ⏒ | ⏗ ⏑ – – ⏗ ⏖ – ⏖ ⏒ |
⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑ – – | ⏗ ⏑ – ⏖ – ⏑ |
– ⏗ ⏖ – ⏖ – – ⏗ ⏑ ⏒ |
⏖ ⏑ – – ⏗ ⏖ – | ⏖ – – ⏗ ⏑ – |
⏗ ⏑ – – ⏗ ⏖ – ⏖ – – |
⏖ ⏑ – – ⏗ ⏑ – –, | ⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑ – – | ⏗ ⏖ – ⏖ ⏑ |
⏖ – – ⏗ ⏖ –, | ⏖ ⏑ – – ⏗ ⏑ – ⏒ |

Argumentum.

Hac oda, qua nihil excelsius Musa lyrica procreavit, Pindarus Pythiam victoriam ab Hierone rege Syracusano quadrigis Pyth. 29 reportatam illustrat, cuius victoriae in honorem celeberrimum quoque nummum Syracusanum cum quadrigis victricibus procusum esse ferunt. Quodsi hanc odam, cum quadrigae una cum auriga et reliqua caterva a Graecia Syracusas rediissent, aliquot mensibus post victoriam ipsam hieme vel vere proximo cantatam esse existimamus et Boeckhianas rationes secuti (v. Proleg. LXXXVI) Pythiadem 29 in Ol. 76, 3 = 474 a. Chr. incidere statuimus, omnia multo melius quadrant, quam si Bergkii calculos secuti hanc odam ad Ol. 77, 3 = 470 a. Chr. reiecerimus. Primum enim quod Hiero in his ludis Aetnaeum (P. I 32), in victoria Ol. 77 Syracusanum (O. I 24) se renuntiari iussit, hoc carmen P. I non longe ab origine

Aetnae urbis, quam Diodorus XI 49 Ol. 76, 1 conditam esse refert, distare arguit. Deinde eruptionem montis Aetnae poeta in hoc carmine tam vividis coloribus depingit, ut cum hoc carmen pangeret, non multum a terribili ista strage afuisse videatur. Aetnae autem eruptionem marmor Parium Ol. 75, 2, Thucydides III 116 Ol. 76, 1 factam esse tradunt. Tum totum hoc carmen laetitia non tam ob victoriam ludicram Pythiam quam ob victoriam gravissimam de Etruscis ad Cumam reportatam adeo perfusum est, ut ex multis rebus ab Hierone bene gestis hanc maxime tum in omnium ore fuisse appareat, quod nisi recens tum eius memoria fuit, vix explicari potest; hanc autem pugnam Ol. 76, 3 i. e. 474/73 a. Ch. commissam esse Diodorus XI 51 narrat, quod nihil impedit quominus de expeditione aestate vel auctummo anni 474 facta interpretemur. Denique Aetnaeam frontem Siculae terrae et Siciliae campos late patentes frugumque omni genere abundantes ita poeta describit, ut non solum suis ipse oculis Siciliam vidisse, sed etiam recenti spectaculo quasi obstupefactus, non iam duobus annis in Sicilia commoratus esse videatur. Quae cum ita sint, Pindarum post Pythia Ol. 76, 3 una cum caterva victoris Syracusas profectum esse et ipsum in aula regia chorum docuisse credo.

Clarissimae huius odae summam cum poeta non fabula aliqua contineri vellet, ex praesenti rerum statu rebusque ab Hierone feliciter gestis potissimam materiam carminis petiit. Ingenti vero rerum copia affluente, cum duo reges, Hiero et filius eius Dinomenes, praedicandi essent, et praeter hominum praeclara facta etiam naturae miracula animum poetae commotum tenerent, non intra fines unius rei se continuit, sed in multas res quasi diffluxit, ita tamen, ut etiam severi iudices, etsi unitatem iustam desiderent et partes argumenti cum metricis periodis parum convenire reprehendant, tamen aptissime ab una ad alteram rem transitum fieri concedant. Orditur igitur poeta a laude phormingis, cuius dulci sono etiam in Olympo Iovis fulmen et aquila consopiantur, inimica autem Olympicorum deorum monstra terrore affligantur (1—14). Inter ista monstra cum etiam Typhon sit, ad eruptionem montis Aetnae transit daemonis istius vi effectam (15—28), cuius stragis terrore quasi conturbatus Iovem Aetnaeum precatur, ut urbem Aetnam nuper conditam tueatur et victoriam Hieronis Aetnaei augurium futurorum decorum urbis esse sinat (29—38). Victoria cum Delphis parta esset, iam Apollinem, praesidem ludorum Pythiorum, ut insulam civesque protegat, implorat; et quoniam deorum immortalium numine praeclara omnia fiant, se sperare dicit fore, ut ipse tamquam bonus iaculator victoriam Hieronis digne praedicet, atque praesentis victoriae felicitate praeterita mala in oblivionem abeant; quodsi labores oblivione obruantur, gratam memoriam excitari rerum praeclare gestarum et superiorum, quibus dignitatem regiam filii Dinomenis adepti sint, et recentium, quibus Hiero quasi alter Philocteta superbiam Etruscorum fregerit (39—57). Post Hieronem ad Dinomenem, quem pater Hiero novae urbi praefecerat, poeta se convertit, pro eo quoque pia vota faciens, ut Dores coloni ad veterem normam Doricarum civitatium concorditer cum rege suo degant et in tranquilla pace ab incursionibus hostium inviolati maneant (58—73). Hinc cum ad victorias Syracusanorum illustrandas et cum praeclaris victoriis Medici belli conferendas sese accinxisset (74—80), se ab illis rebus longius persequendis, ne fastidium hominum moveat, revocat (81—84)

et sub finem Hieronem ad iustitiam et liberalitatem instigat, ut perenni apud posteros laude fruatur, similis Croesi regis benevoli, Phalaridis tyranni crudelis dissimilis (85—100). — Generalem sententiam, qua partes carminis comprehendantur et in unitatem revocentur, hanc esse praeclare exponit Rauchenstein, Einl. in Pind. Siegeslied p. 146 ff.: harmoniam in rerum natura atque in morali publicaque vita Iovi, summo custodi mundi, acceptam esse eiusque praesidio promoveri et ab infestis incursionibus inimicorum defendi.

Aetnam urbem, cui ante eruptionem montis cognominis nomen Cataniae fuit, praeterquam in hoc carmine Pindarus respicit O. VI 96. P. III 69. N. I 6. IX 2. 30, et in hyporchematum fragmento 105, quod eandem hanc victoriam Pythicam spectare videtur; cf. fr. 6 et Athen. p. 28 a. Ab Aeschylo vero etiam dramate Aetnam urbem illustratam esse vita Aesch. tradidit: *ἐλθὼν εἰς Σικελίαν Ἱέρωνος τότε τὴν Αἴτνην κτίζοντος ἐπεδείξατο τὰς Αἰτναίας, οἰωνιζόμενος βίον ἀγαθὸν τοῖς συνοικίζουσι τὴν πόλιν.*

De metris.

Odae excellentissimae metra sunt dactylo-epitritica, quibus in effingendis poeta, ut splendorem numerorum augeret, a trito et vulgari usu huius generis modorum nonnihil discessit. Stropham ex duabus partibus constare, quarum prior duos primos versus complecteretur, altera in duas periodos (vv. 3—4 et 5—6) dissecaretur, duplici modo poeta significavit, et quod alteri parti basin duarum longarum tetrasemon praetexuit et quod priorem partem ecbasi quadam finivit. Epodi versus ultimi primus pes aut suo capite caret (*στίχος ἀκέφαλος*) aut cum praecedente versu ita coniungendus est, ut duae breves initiales cum longa finali unum pedem efficiant. — A choro sollemni gressu incedente carmen cantatum esse omnia clamant, et numerorum granditas et orationis splendor et diserta mentio incessus (v. 2). Inde cum exspectemus aequabiliter numeros in dipodias divisos decurrere, non mediocres scrupulos nobis tripodiae catalecticae ultimi versus strophae obiciunt, quos dubito an hac percussione adhibitis temporibus inanibus tollere liceat



Quarti quoque versus strophae prima longa non ultimam dipodiam praecedentis versus compleri, sed, ut iusta pausa cantorum voci fiat, primam partem novae dipodiae effici crediderim hoc modo



Quinque primorum versuum strophae ex codice coenobii S. Salvatoris ad Messanam Athanasius Kircher, Musurg. I 542 notas musicas edidit ita dispositas, ut primi duo versus a coryphaeo, reliqui inde a tertio a toto choro accinentibus fidibus (*χορὸς ἐς κιθάραν*) canerentur. Hanc melodiam Pindari ipsius esse Boeckhius Pind. I 266 ss. credidit; plerique autem iudices, ex quibus Westphalium, Die Musik des griech. Altertumes p. 25, et Grafium, De Graec. vet. re musica p. 50, honoris causa nomino, cum et codex ille Messanius a nullo visus sit, et vocabulum *ἀγλαίας* trium syllabarum esse ab auctore istius melodiae falso creditum sit, et fines colorum melodiae cum falsa codicum colometria concordent, spuriam esse consentiunt et

ita tantum differunt, ut alii Kircherum ipsum falsarium esse opinentur, alii, iique probabilius, multo ante Kircherum hominem musicae antiquae haud imperitum eam commentum esse putent.

Χρυσέα φόρμιγξ, Ἀπόλλωνος καὶ ἰοπλοκάμων *Στρ. α΄.*
σύνδικον Μοισᾶν κτέανον·
τᾶς ἀκούει μὲν βάσις, ἀγλαΐας ἀρχά,
πείθονται δ' ἀοιδοὶ σάμασιν,
ἁγησιχόρων ὁπόταν προοιμίων
ἀμβολὰς τεύχῃς ἐλελιζομένα.
καὶ τὸν αἰχματὰν κεραυνὸν σβεννύεις
ἀενάου πυρός· εὕ-
δει δ' ἀνὰ σκάπτῳ Διὸς αἰετός, ὠκεῖ-
αν πτέρυγ' ἀμφοτέρω- θεν χαλάξαις

ἀρχὸς οἰωνῶν, κελαινῶπιν δ' ἐπί ϝοι νεφέλαν *Ἀντ. α΄.*
ἀγκύλῳ κρατί, γλεφάρων
ἁδὺ κλαΐστρον, κατέχευας· ὁ δὲ κνώσσων

VARIA LECTIO. Inscr. *Ἱέρωνι Αἰτναίῳ ἢ Συρακουσίῳ ἅρματι Πύθια CD*; P. I—II 56 deest in *B*, prorsus deficit *A*, ut qui sola carmina O. I—XII contineat — Schol.: *ἐνίκησε δὲ ὁ Ἱέρων τὴν μὲν εἰκοστὴν ἕκτην Πυθιάδα καὶ τὴν ἑξῆς κέλητι, τὴν δὲ εἰκοστὴν ἐννάτην ἅρματι, εἰς ἣν ὁ ὑποκείμενος ἐπίνικος τέτακται.* — 6. *ἀεννάου CD* — *ἀετὸς D* — 8. *κλᾶστρον C* —

COMMENTARII. v. 1—12. obversatur animo poetae convivium deorum in Olympo, quale describit Homerus Il. I 603 ss., ubi citharam modulante Apolline Musarum chorus canit; cf. N. V 24. Hes. scut. 203 — 1. *χρυσέα* dicitur phorminx, non quod auro ornata sit, sed quod res pretiosas Pindarus epitheto aurearum ornare solet; cf. O. VIII 1 — 2. *βάσις . . . ἀοιδοί·* duo munera fidium poeta particulis *μὲν . . . δὲ* distinguit, ut et intrantis procedentisque chori gressus moderetur et canenti choro accinat; principium (*ἀρχὰν*) autem festivitatis incessum (*βάσιν*) dicit, non quod praecipua pars sollemnitatium sit, sed quod choreutae, priusquam canere incipiant, sollemni gressu fidicine praeeunte ad suam stationem tendunt. Nihil tamen erat causae, cur ex his verbis auctor Kircherianae melodiae, scholiastae verba (*διὰ τὸ τὸν Ἀπόλλωνα προκατάρχειν τοῦ χοροῦ τῶν Μουσῶν*) male interpretatus, duos primos versus a solo coryphaeo cantatos esse et inde a tertio versu demum chorum omnem concinuisse concluderet — 3. *σάμασιν·* acutis gravibusve, lentis celeribusve sonis, quibus fidicen vocem cantatorum temperat signumque incipiendi, intendendi, remittendi vocem dat — 4. *ἀμβολάς*, principia cantus, secundum Homericum *ἤτοι ὁ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλόν ἀείδειν* (α 155), ut genetivus *προοιμίων* non totum significet, cuius partes *ἀναβολαὶ* sint, sed *ἀναβολαὶ* res esse significentur, quae in prooemiis insint, ut in notissimo *ἕρκος ὀδόντων* — *προοίμια* cum proprie praeludia solis fidibus pulsanda fuerint (v. rhet. gr. I 427, 16 Sp. *κυρίως προοίμια ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὰ τῶν κιθαρῳδῶν*), primam quoque partem carminis a choro accinente lyra cantandam significant — 6. ante oculos poeta habuit Iovis statuam sceptrum, in cuius culmine aquila sedebat, manu tenentis; cf. Soph. fr. 799 *ὁ σκηπτοβάμων αἰετὸς κύων Διός*. Praeclare autem poeta in imagine aquilae sonis citharae consopitae describenda longius immoratur, ut contraria sit ea imagini Typhonis terrae viscera commoventis. Conf. Horat. C. II 13, 34: *carminibus stupens demittit atras belua centiceps aures* — 7. *ἀρχὸς οἰωνῶν·* de nomine cum emphasi in principium novae strophae tracto v. P. XII 17 — *οἱ . . . κρατί* totum et pars

ὑγρὸν νῶτον αἰωρεῖ, τεαῖς
ῥιπαῖσι κατασχόμενος. καὶ γὰρ βια-
τὰς Ἄρης, τραχεῖαν ἄνευθε λιπὼν
ἐγχέων ἀκμάν, ἰαίνει καρδίαν
κώματι, κῆλα δὲ καὶ
δαιμόνων θέλγει φρένας, ἀμφί τε Λατοί-
δα σοφίᾳ βαθυκόλ- πων τε Μοισᾶν.

ὅσσα δὲ μὴ πεφίληκε Ζεὺς ἀτύζονται βοὰν Ἐπ. α'.
Πιερίδων ἀίοντα, γᾶν τε καὶ πόντον κατ᾽ ἀμαιμάκετον,
ὅς τ᾽ ἐν αἰνᾷ Ταρτάρῳ κεῖται, θεῶν - πολέμιος,
Τυφὼς ἑκατοντακάρανος· τόν ποτε
Κιλίκιον θρέψεν πολυώνυμον ἄντρον· νῦν γε μὰν
ταί θ᾽ ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι
Σικελία τ᾽ αὐτοῦ πιέζει
στέρνα λαχνάεντα· κίων δ᾽ οὐρανία συνέχει,

---

10. *κατασχόμενος C*: *καταγχόμενος D* — 12. *κώματι C*: *κώμῳ D* — 13. *ἀτύζονται C E*: *ἀτύζηται D*, pluralem tuetur paraphrasis — 14. *ἀίοντες* coni. Boehmer — 15. *ἐν εὐνᾷ Ταρτάρου* coni. Thiersch — 18. *ἁλιερκὲς C* —

poetarum ritu eodem casu declarantur — 9. *ὑγρὸν νῶτον·* cervicem aquae instar undulantem; schol.: *γραφικώτατα συνδιατιθέμενον τῇ ᾠδῇ καὶ θελγόμενον τὸν ἀετὸν ὑπετύπωσεν* — 10. *κατασχόμενος* passiva vi, ut Hom. *Θ* 368, Eur. Hipp. 27, Plat. Phaedr. 244 e — 12. *κώματι* nove dictum pro *κώμῳ*, quod ipsum in cod. *D* genuinam lectionem summovit — *κῆλα* cum proprie sagittae sint corpora percellentes, translata quae in verbo denominativo *τοῦ κηλεῖν* apparet vi soni citharae animos hominum demulcentes dicuntur. Schol.: *κῆλα κατὰ σύνεσιν τὰ κηλήματα, Ὅμηρος δὲ τὰ τοξικὰ βέλη.* Falso G. Curtius Etym. 149 *κῆλα δαιμόνων* iungit; nam genetivus *δαιμόνων* ad *φρένας* pertinet — *ἀμφί* c. dat. causam efficientem significat, ut P. VIII 34 *ἐμᾷ ποτανὸν ἀμφὶ μαχανᾷ* — *βαθυκόλπων·* v. O. III 35.

13 ss. animantia fera et Iovi inimica cantum aversari dicuntur, ut vespertiliones lucem; loci sententiam suaviter reddit noster Seume: *wo man singt, da lass dich ruhig nieder, böse Menschen haben keine Lieder* — 13. de plurali verbi cum plurali nominis neutrius ad exemplar Homeri iuncto conf. O. II 92. X 85 — 15. *ἐν αἰνᾷ Ταρτάρῳ·* schol.: *κατὰ τὸ ἴδιον ἔθος θηλυκῶς τὴν Τάρταρον προήγαγεν, ὡς καὶ τὴν Ἰσθμόν·* cf. schol. P. IV 328. IX 5. O. VII 122, *τὴν αἰῶνα* P. 328, *τὴν κιόνα* P. I 19. IV 267. fr. 88, *τὴν αἰθέρα* O. I 5. XIII 88, *τὸν ἄδυτον* P. IX 5 — 15 ss. generalem sententiam poeta illustrat fabula Typhonis monstri subterranei motus terrae efficientis, sumpta illa de Homero *B* 780 et Hesiodo theog. 821. Pindarus ipse in prisca fabula ad ignes Aetnae montis montemque monstro superiniectum transferenda (hic et fr. 92) praeivit Aeschylo Prom. 351 ss. et Callimacho hy. IV 141 ss. similibus verbis eruptionem Aetnae describentibus. Minus feliciter hunc locum Pindari expressit Vergilius Aen. III 571 ss. Confer sodes commentationem meam, Der Aetna in der griechischen Poesie, Stzb. d. b. Ak. 1888 p. 349 ss. et Partsch, Geologie u. Mythologie in Kleinasien, Abhdl. zu Ehren Hertz p. 105 ss. — 17. *Κιλίκιον . . . πολυώνυμον* spectat famam ab Homero pervulgatam, quoniam Arimos Homerici versus Il. II 789 *εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς* Ciliciae populum esse credebant — 18. *ταί θ᾽ ὑπὲρ Κύμας·* falso haec scholiasta et Strabo V p. 379 ad Pithecusas et regiones inter Cumas et Siciliam interiectas traxerunt; recte Heynius et Boeckhius loca mediterranea supra litus Cumanum, sive campos Phlegraeos montemque Vesuvium intellexerunt; cf. *ὑπὲρ ἁλός* N. VII 65 — 19. *κίων·* Aetna mons a poeta grandes imagines amante columnae

νιφόεσσ᾽ Αἴτνα, πάνετες
χιόνος ὀξείας τιθήνα.

τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλάτου πυρὸς ἁγνόταται Στρ. β'.
ἐκ μυχῶν παγαί· ποταμοὶ
δ᾽ ἁμέραισιν μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ
αἴθων᾽· ἀλλ᾽ ἐν ὄρφναισιν πέτρας
φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖ-
αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ.
κεῖνο δ᾽ Ἁφαίστοιο κρουνοὺς ἑρπετὸν
δεινοτάτους ἀναπέμ-
πει· τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέσθαι,
θαῦμα δὲ καὶ παρεόν- των ἀκοῦσαι,

οἷον Αἴτνας ἐν μελαμφύλλοις δέδεται κορυφαῖς Ἀντ. β'.
καὶ πέδῳ, στρωμνὰ δὲ χαράσ-
σοισ᾽ ἅπαν νῶτον ποτικεκλιμένον κεντεῖ.
εἴη, Ζεῦ, τὶν εἴη ϝανδάνειν
ὃς τοῦτ᾽ ἐφέπεις ὄρος, εὐκάρποιο γαί-
ας μέτωπον, τοῦ μὲν ἐπωνυμίαν

---

20. *τιθάνα C* — 21—26. afferunt Gellius xvii 10 et Macrobius Sat. v 17, 9 — 24. *κυλινδομένας* coni. Thiersch probabiliter — 26. *προσιδέσθαι C* et Gellius atque Macrobius l. l.: *πυθέσθαι D* — *παρεόντων C*, *παριόντων D* et schol, unde *παρ᾽ ἰδόντων* coni. post Coraem Cobet N. L. 144, *προσιδόντων* Hecker — 27. *μελαμφύλλου* coni Herwerden — 30. *γαίη D* —

(*στήλη*) in tumulis mortuorum positae (v. Hom. *Λ* 371. *Π* 457. 673) comparatur. Simili modo *κίονα τοῦ οὐρανοῦ* Atlantem dixerunt Aeschylus Prom. 349. et Herodotus iv 184. De monte corpori superiecto confer Eur. Herc. 639 *τὸ δὲ γῆρας ἀεὶ βαρύτερον Αἴτνας σκοπέλων ἐπὶ κρατὶ κεῖται* — 20. *χιόνος ὀξείας*· ut Horatius C. i 9, 3 *gelu acutum*, comparatione ab acie ferri caedente ad frigus membra corporis constringens translata — *τιθήνα*· cf. Eur. Phoen. 802 *χιονοτρόφον Κιθαιρῶνα*, Hel. 1323 *χιονοθρέμμονας σκοπιάς* — 21. *ἁγνόταται*· usum ignis et sulphuris in lustrationibus respicit; similiter Solem tenebras clara luce discutientem *ἁγνὸν θεὸν* O. vii 60 dixit — 22. *ποταμοὶ* dicuntur flumina ignis ex fontibus (*παγαῖς*) infimis orta — 23. noctu non magis quam interdiu cum saxa ignita e cratere montis eiici constet, Pindarus seu rerum ignarus seu terroris amplificandi causa fumi flumina interdiu, saxa noctu evomi fingit — 24. *σὺν πατάγῳ*· sono vocis et cumulatione durarum consonantium strepitum rei eximie depingit — 25. *Ἁφαίστοιο* metonymice pro *πυρὸς* ad exemplum Hom. *Β* 426: *σπλάγχνα δ᾽ ἄρ᾽ ἀμπείραντες ὑπείρεχον Ἡφαίστοιο* — 26. *παρεόντων ἀκοῦσαι*· ingeniosae coniecturae Corais *παρ᾽ ἰδόντων ἀκοῦσαι* favet locus Herod. ii 5 *δῆλα γὰρ δὴ καὶ μὴ προακούσαντι, ἰδόντι δέ* — 27. *μελαμφύλλοις*· aptissime de nigro colore pinuum in superiore parte montis; cf. Hor. C. iv 4, 58 *nigrae feraci frondis in Algido.* Immane corpus Typhonis in cratere ab radice usque ad cacumen montis porrectum poeta egregie fingit eiusque tergum aspero latere montis stimulatum.

29. bene poeta cum ad preces fundendas transit, spondeo maiore (*εἴη* ⌴ ⌴) utitur — Iovem a monte Aetna, cuius in culmine ut Olympi sedere credebatur, *Αἰτναῖον* dicit etiam O. vi 96. N. i 6 —

κλεινὸς οἰκιστὴρ ἐκύδανεν πόλιν
γείτονα, Πυθιάδος δ'
ἐν δρόμῳ κᾶρυξ ἀνέειπέ νιν ἀγγέλ-
λων Ἱέρωνος ὑπὲρ - καλλινίκου

ἅρμασι. ναυσιφορήτοις δ' ἀνδράσι πρώτα χάρις Ἐπ. β'.
ἐς πλόον, ἀρχομένοις πομπαῖον ἐλθεῖν οὖρον· ἐοικότα γὰρ
καὶ τελευτᾷ φερτέρου νόστου τυχεῖν. - ὁ δὲ λόγος
ταύταις ἐπὶ συντυχίαις δόξαν φέρει,
λοιπὸν ἔσσεσθαι στεφάνοισί νιν ἵπποις τε κλυτὰν
καὶ σὺν εὐφώνοις θαλίαις ὀνυμαστάν.
Λύκιε καὶ Δάλοι' ἀνάσσων
Φοῖβε, Παρνασοῦ τε κράναν Κασταλίαν φιλέων,
ἐθελήσαις ταῦτα νόῳ
τιθέμεν εὔανδρόν τε χώραν.

ἐκ θεῶν γὰρ μαχαναὶ πᾶσαι βροτέαις ἀρεταῖς, Στρ. γ'.
καὶ σοφοὶ καὶ χερσὶ βια-
ταὶ περίγλωσσοί τ' ἔφυν. ἄνδρα δ' ἐγὼ κεῖνον
αἰνῆσαι μενοινῶν ἔλπομαι
μὴ χαλκοπάραον ἄκονθ' ὡσείτ' ἀγῶ-
νος βαλεῖν ἔξω παλάμᾳ δονέων,

---

32. *ἀγγέλλων ὡς D* — 34. *ἀρχομένοις D*: *ἐρχομένοις C* — 35. *καὶ τελευτᾶ* C^1: *ἐν καὶ τελευτᾶ D* C^2, unde *κἂν τελευτᾷ* Mosch. — *φερτέρου* C^i et schol.: *φερτέρα* C^s *D* — 37. *ἔσεσθαι CD* — *στεφάνοισί νιν* ex scholiis Heyne: *στεφάνοισιν CD* — 38. *θαλείαις C* — 39. *παρνασοῦ* C^s: *παρνασῶ* C^i *D*; genetivum interpretatur paraphrasis - 40. *εὐανδροῦν* coni. Hermann opusc. VII 115 — 43. *ἕλκομαι D* —

32. *Πυθιάδος ἐν δρόμῳ*. cf. O. I 97 *Ὀλυμπιάδων ἐν δρόμοις* — 33. *ἅρμασι*· singularem *ἅρματι*, quo poeta O. I 113. P. VI 17. I. I 14 usus est, hic quoque exspectare possis; sed plurali etiam aliis locis pro singulari poeta usus est, ut O. I 79. P. XI 46. I. III 16; cf. O. V 3. X 62; cum emphasi autem hoc vocabulum in principium alterius strophae tractum est; cf. P. XII 17 — 35. *φερτέρου* similiter atque *θηλύτερος, δεξιτερός, ἀγρότερος, ἀπονέστερος* (O. II 68), *πρεσβύτεραι* (P. II 65), vim comparationis fere omnem exuit; certe non erat, cur fausto initio feliciorem eventum sperarent — *ὁ δὲ λόγος*· falso scholiasta de oratione panegyrica poetae interpretatur; immo proportione facta poeta ventum secundum victoriae prosperae et felicem finem itineris prosperitati futurae urbis comparat; cf. O. II 24 — 36. *ἐπὶ συντυχίαις* non ad *δόξαν φέρει*, sed ad *λοιπὸν ἔσσεσθαι* trahendum est: post hos prosperos eventus etiam futuro tempore claram urbem futuram esse — 37. *στεφάνοισι ἵπποις τε*, ἓν διὰ δυοῖν pro *στεφάνοισιν ἵππων* — 39. cf. Hor. C. III 4, 62 *qui Lyciae tenet dumeta natalemque silvam Delius et Patareus Apollo.* Apollinem invocat, quod eius in ludis victoria parta erat — 40. *εὔανδρον χώραν* pariter atque *ταῦτα* ad verbum *τιθέμεν* referenda sunt, unde vertere noli 'effice terram generosam', sed 'haec et terra fortium incolarum plena cordi tibi sint' — 42. *ἐκ θεῶν γάρ*· causam aperit, cur deum implorarit — *περίγλωσσοι*· ad facultatem dicendi et rhetoricas artes Siculorum Coracis et Tisiae poetam maxime spectare bene monuit Boeckhius — 44. simi-

μακρὰ δὲ ῥίψαις ἀμεύσεσθ' ἀντίους.
εἰ γὰρ ὁ πᾶς χρόνος ὄλ-
βον μὲν οὕτω καὶ κτεάνων δόσιν εὐθύ-
νοι, καμάτων δ' ἐπίλα- σιν παράσχοι.

ἦ κεν ἀμνάσειεν, οἵαις ἐν πολέμοισι μάχαις Ἀντ. γ'.
τλάμονι ψυχᾷ παρέμειν',
ἀνίχ' εὑρίσκοντο θεῶν παλάμαις τιμάν,
οἵαν οὔτις Ἑλλάνων δρέπει,
πλούτου στεφάνωμ' ἀγέρωχον. νῦν γε μὰν
τὰν Φιλοκτήταο δίκαν ἐφέπων

---

45. *μακραί C* — *ῥίψας CD*, *Ϝρίψαις* Mommsen; de syllaba producta ante *ῥ* conf. N. v 13. 50, viii 29, P. ix 48 — *ἀμεύσεσθ'* C^1: *ἀμεύσασθ'* DC^2 — *ἐναντίους C* — 47. *ἀμμνάσειεν* ex scholiis Schmid: *ἂν μνάσειεν CD* — *οἵαισιν πολέμοιο* coni. Hecker, *οἵαις σύν ποτ' ἔταισι* ipse tentavi Sitzb. d. b. Ak. 1888 p. 391 — 48. *παλάμαις* Tricl.: *παλάμαισι CD*; *εὕρισκεν παλάμαισι θεῶν* coni. Boeckh — 50. *Φιλοκτήτοιο* C^{ac} —

liter N. vii 71 artem verbis finem propositum assequendi cum milite iaculo scopum feriente comparat — *χαλκοπάραον ἄκοντα·* aeneis genis armatum iaculum, cuius cuspis aenea aeneis fibulis cum ligneo scapo coniuncta est — *ἔξω ἀγῶνος βαλεῖν* scholia interpretantur *παρὰ σκοπὸν μὴ ῥίψειν·* atque iaculationis scopum disertim poeta commemorat N. ix 55 *ἀκοντίζων σκοποῦ ἄγχιστα*, O. x 71 *ἄκοντι ἔλασε σκοπόν*, O. xiii 94 *παρὰ σκοπὸν οὐ χρὴ τὰ βέλεα καρτύνειν·* sed cum quae hoc loco sequuntur verba *μακρὰ ῥίψαις ἀμεύσασθ' ἀντίους* aperte indicent in iaculando eum qui longissime telum mittat, non qui scopum definitum tangat vincere, *ἔξω ἀγῶνος βαλεῖν* non eum intellego, qui scopum non attigerit, sed qui cum non quousque aemuli iaculatus sit, in censum non veniat. Quod autem ceteris locis poeta de scopo iaculandi loquitur, ita interpretor, ut aut duo genera iaculationis fuisse aut poetam notiones procul iaciendi et certum finem feriendi (Weitwurf und Zielwurf) confudisse arguam. Nam quae Martinus Faber, Zum Fünfkampf der Griechen (Philol. 1891 p. 470 ss.) excogitavit artificia, ut eundem et longe iaculari et scopum ferire posse teneret, nimis sunt arguta — 45. *ἀντίους·* aemulos; inde certamen poetarum ab Hierone institutum praemiumque optimo carmini propositum esse colligere ausus est Leop. Schmidt, Leben Pindars 247; quod ut coniciamus non opus esse ostendit similis locus N. iv 37 — 46. schol.: *εἴθε γάρ, φησιν, ὁ πᾶς χρόνος αὐτῷ τήν τε εὐδαιμονίαν καὶ τὸν πλοῦτον ἐπ' εὐθείας ἀγάγοι* (cf. N. ii 7) *καὶ τῶν καμάτων τῶν τῆς λιθουρίας ἐπίλησιν ἀγάγοι, ὡς ἐγὼ τοὺς ἐναντίους νικῆσαι προσδοκῶ.*

47—57. laborum (*καμάτων* v. 46) commemoratione poeta adducitur, ut duo bella, quibus Hiero castrorum labores et pugnarum curas fortiter sustinuerat, accuratius referret, bellum contra Poenos ad Himeram et bellum contra Etruscos ad Cumam gestum. — 47. felicitas temporum ut laborum oblivionem affert, ita gloriam rerum bene gestarum excitat. Inprimis hoc loco poeta pugnam Himerensem spectat, qua Hiero eiusque frater maior Gelo Poenis devictis regiam potestatem consecuti sunt. De thesauro in memoriam huius pugnae a Gelone Olympiae exstructa v. Paus. vi 19, 7 et arg. O. ii extr. — 50. *νῦν γε μάν·* rebus praeteritis praesentes iisdem particulis opponit atque in prooemio v. 17 — *τὰν Φιλοκτήταο δίκαν·* bellum pro Cumanis contra Etruscos feliciter auspiciis, non ductu regis profligatum significat, quo de bello Diodorus xi 51: *Ἱέρων μὲν ὁ βασιλεὺς τῶν Συρακοσίων, παραγενομένων πρὸς αὐτὸν πρέσβεων ἐκ Κύμης τῆς Ἰταλίας καὶ δεομένων βοηθῆσαι πολεμουμένοις ὑπὸ Τυρρηνῶν θαλαττοκρατούντων, ἐξέπεμψεν αὐτοῖς συμμαχίαν τριήρεις ἱκανάς, οἱ δὲ τῶν νεῶν τούτων ἡγεμόνες, ἐπειδὴ παρέπλευσαν πρὸς τοὺς Τυρρηνούς, πολλὰς δὲ ναῦς αὐτῶν διαφθείραντες*

ἐστρατεύθη. σὺν δ' ἀνάγκᾳ νιν φίλον
καί τις ἐὼν μεγαλά-
νωρ ἔσανεν. φαντὶ δὲ Λαμνόθεν ἕλκει
τειρόμενον μετανάσ- σοντας ἐλθεῖν

ἥρωας ἀντιθέους Ποίαντος υἱὸν τοξόταν· *Ἐπ. γ'.*
ὃς Πριάμοιο πόλιν πέρσεν, τελεύτασέν τε πόνους Δαναοῖς,
ἀσθενεῖ μὲν χρωτὶ βαίνων, ἀλλὰ μοι-ρίδιον ἦν.
οὕτω δ' Ἱέρωνι θεὸς ὀρθωτὴρ πέλοι
τὸν προσέρποντα χρόνον, ὧν ἔραται καιρὸν διδούς.
Μοῖσα, καὶ πὰρ Δεινομένει κελαδῆσαι
πίθεό μοι ποινὰν τεθρίππων.
χάρμα δ' οὐκ ἀλλότριον νικαφορία πατέρος,
ἄγ' ἔπειτ' Αἴτνας βασιλεῖ
φίλιον ἐξεύρωμεν ὕμνον.

---

51. *ἀνάγκα μιν φίλον CD*: *ἀναγκαίᾳ φίλον* coni. Hermann opusc. VII 113, *ἀνάγκᾳ μὴ φίλον* Rauchenstein, *ἀνάγκᾳ νιν νόσον* Mommsen — 52. *μετανάσσοντας* coni. Wakefield ad Soph. Phil. 203: *μεταλάσσοντας C*, *μεταλλάσσοντας D*, *μεταβάσοντας* coni. Kayser — 56. *ὀρθωτὴς C*; *θεὸς σωτὴρ* coni. Hartung — 58. *πὰρ* Tricl.: *παρὰ* C^{ac} *D*, *περὶ* C^{pc} — *Δεινομένη* C^{ac} — 59. *πίθεο* Tricl.: *πείθεο CD* — 60. *ἐξεύρομεν* C^1, *ἐξάρχωμεν* coni. Naber collato N. II 25 —

καὶ μεγάλῃ ναυμαχίᾳ νικήσαντες, τοὺς μὲν Τυρρηνοὺς ἐταπείνωσαν, τοὺς δὲ Κυμαίους ἠλευθέρωσαν τῶν φόβων. Inde legatos Graecorum ad Philoctetam arcessendum missos cum Cumanis legatis auxilium et amicitiam Hieronis implorantibus et Hieronem ipsum licet aegrotantem, tamen suis auspiciis hostes devincentem cum Philocteta aegro Graecis ante Troiam laborantibus opitulante aptissime poeta comparavit. Scholiastae cum Anaxilaum, tyrannum Rhegii tum iam mortuum (cf. p. 125), intellegendum esse sibi persuasissent, hos versus ad minas Hieronis, quibus iste ne Locris bellum inferret deterrebatur (v. P. II 19), minus commode referebant. Quod autem illi ad v. 50 (96) tradunt *φορείῳ δὲ φερόμενος ὁ Ἱέρων διὰ τὴν λιθουργίαν κατηγωνίζετο τοὺς ἐναντίους*, quo loco et tempore ab annalium scriptoribus narratum fuerit, nescimus. Aliam rationem, ut verba poetae suis calculis adcommodarent, inierunt Bergkius et nuper Schroederus Philol. 53, 727, res a poeta significatas ad pugnam Agrigentinam (472 a. Ch.) et Thrasydaeum Theronis f. ab Hierone devictum referentes. At melius laudationis causa a barbaris quam a Graecis superatis petitur; praeterea his verbis alias res atque vv. 72 ss. significari veri dissimillimum est — 53 *ἥρωας·* quosnam poeta intellexerit latet; Lesches in parva Iliade unum Diomedem missum fecit, Euripides Diomedem et Ulixem, Sophocles Ulixem et Neoptolemum; cf. Christ Griech. Lit.[2] p. 209 — 56. *θεὸς* monosyllabi vim habet ut apud Soph. El. 179. OC 253 et in ionico versu Isylli paeanis *ἰεπαιᾶνα θεὸν ἀείσατε λαοί.*

58—80. tamquam novum carmen in honorem Dinomenis, Hieronis filii et Aetnae urbis regis, orditur, quo carmine Aetnae instituta, veterum Doricarum civitatium iura imitantia laudat et pia vota pro futura fortuna urbis et totius Siciliae facit. Novae huius partis exordium in media epodo positum est, ut nova pars ipsa a nova stropha incipiat — 58. *καὶ πὰρ Δεινομένει·* cum Boeckhio interpretor: etsi victoria Hieronis sit, tamen eam etiam apud Dinomenem, hoc est in aula Dinomenis regis Aetnaei praedicabo, quandoquidem victoria patris a filio non aliena est. Neque pronomen *κείναν* v. 61, quominus hanc interpretationem amplectamur, impedit, quoniam similiter atque supra v. 22 *ἄνδρα κεῖνον* non rem remotam, sed sublimem et carmine illustrandam significat; confer de simili vi pronominis *τάνδε* O. VIII 25 — 59. *ποινάν·* praemium, ut N. I 70 —

τῷ πόλιν κείναν θεοδμάτῳ σὺν ἐλευθερίᾳ Στρ. δ'.
Ὑλλίδος στάθμας Ἱέρων
ἐν νόμοις ἔκτισσ'. ἐθέλοντι δὲ Παμφύλου
καὶ μὰν Ἡρακλειδᾶν ἔκγονοι
ὄχθαις ὕπο Ταϋγέτου ναίοντες αἰ-
εὶ μένειν τεθμοῖσιν ἐν Αἰγιμιοῦ
Δωριῆς. ἔσχον δ' Ἀμύκλας ὄλβιοι,
Πινδόθεν ὀρνύμενοι,
λευκοπώλων Τυνδαριδᾶν βαθύδοξοι
γείτονες, ὧν κλέος ἄν-θησεν αἰχμᾶς.

Ζεῦ τέλει', αἰεὶ δὲ τοιαύταν Ἀμένα παρ' ὕδωρ Ἀντ. δ'.
αἶσαν ἀστοῖς καὶ βασιλεῦ-
σιν διακρίνειν ἔτυμον λόγον ἀνθρώπων.
σύν τοι τίν κεν ἁγητὴρ ἀνήρ,
υἱῷ τ' ἐπιτελλόμενος, δᾶμον γεραί-
ρων τράποι σύμφωνον ἐς ἡσυχίαν.
λίσσομαι νεῦσον, Κρονίων, ἅμερον

---

61. *κλεινὰν C* — 62. *ἔκτισσε. θέλ. V*: *ἔκτισεν C*, *ἔκτισε D* — *παμφύλω E* — 65. *δωριῆς CD*: *δωριεῖς E*, *Δωρίοις* coni. Hermann probabiliter — 66. *ὀρνύμενον D* — 67. *τέλει' C*: *τέλει D*; *δὲ δὸς ταύταν* coni. Mommsen, *διακρίνει' ἔτυμον* (vel *ἐτύμαν*) *λόγος* coni. Jurenka — 69. *τίν* C^{pc}, quid ante corr. obscurum — *ἀγιστὴρ D* — 70. *τ'* codd., *γ'* coni. Bothe — *ἐπιτελόμενος C* — *τε γεραίρων* DC^2 — *ἐς* om. *D*, quod vitium ex vetere scriptura *ΕΣΕΣVΧ* natum esse videtur — 71. *ἅμερος* coni. Hartung; *ἅμερον, ὄφρα* interpungendum censuit Madvig

61 ss. Pindarus Hieronis consilia, ut postea Horatius Octaviani Augusti, dulcedine carminis commendat: ille enim Doribus colonis novam urbem firmaverat, ut Doricis institutis utentes et regi parerent et libertate modica fruerentur; rem bene illustrant scholia: *στρατηγὸν αὐτῆς* (*Αἴτνης*) *κατέστησεν αὐτὸν* (*Δεινομένη*), *ἐλευθέρους ἀφεὶς τοὺς Αἰτναίους καὶ τοῖς Λακωνικοῖς τρόποις ἢ νόμοις χρωμένους*, et paulo infra: *Ἱέρων Γελῴους καὶ Μεγαρεῖς καὶ Συρακουσίους ὄντας τῶν Δωριέων ἀποίκους ἐνῴκισε τῇ Αἴτνῃ·* cf. Diodorum XI 49, qui insuper Peloponnesios inter colonos Aetnae fuisse tradit — 62 ss. respicit Doriensium civitatium tres tribus, *Ὑλλεῖς Παμφύλους Δυμᾶνας*, quas denominatas esse putabat ab Hyllo, Herculis filio, et Pamphylo atque Dymane, Aegimii regis Dorum filiis (v. Prol. CXXIII). Heraclidae illi et Dores Lacedaemone et Amyclis (cf. I. VII 14), quae urbes sub Taygeto monte sitae erant, captis Tyndaridarum, veterum dominorum huius agri, vicini facti sunt. Tyndaridarum autem mentionem iniecisse poeta videtur, quod certaminum et equestris studii illi quasi patroni erant. Praeterea Boeckhius cultum Dioscurorum ex Laconica patria in urbem Aetnam translatum esse suspicatur. — 66. *ὧν· Τυνδαριδᾶν* — 67. Homerico usu, si recte se habet codicum lectio, Pindarus infinitivo pro optativo usus est; de simili usu infinitivi confer O. XIII 114. N. II 10. — Amenam fluvium scholiasta Aetnam urbem perfluere tradit — 68. utrum *αἶσαν* an *λόγον* subiecti vicem obtineat cum ambiguum sit, eam sententiam equidem sequor, quae discernendi munus rationi (*λόγῳ*) reddat, unde cum Boeckhio interpretor: vera semper hominum ratio et oratio iudicet, talem distributionem iurum inter cives et regem Aetnae permanere similemque stabilitate et tranquillitate hanc civitatem Lacedaemoni esse — 69. *σύν τοι τίν κεν ἁγητήρ·* eandem sententiam pulchrius prolocutus est Hor. C. I 12. 51 *tu secundo Caesare regnes* — 71. *ἅμερον*

ὄφρα κατ' οἶκον ὁ Φοῖ-
νιξ ὁ Τυρσανῶν τ' ἀλαλατὸς ἔχῃ, ναυ-
σίστονον ὕβριν ἰδὼν-τὰν πρὸ Κύμας·

οἷα Συρακοσίων ἀρχῷ δαμασθέντες πάθον, Ἐπ. δ'.
ὠκυπόρων ἀπὸ ναῶν ὅς σφιν ἐν πόντῳ βάλεθ' ἁλικίαν,
Ἑλλάδ' ἐξέλκων βαρείας δουλείας. - ἀρέομαι
πὰρ μὲν Σαλαμῖνος Ἀθαναίων χάριν
μισθόν, ἐν Σπάρτᾳ δ' ἐρέων πρὸ Κιθαιρῶνος μάχαν,
ταῖσι Μήδειοι κάμον ἀγκυλότοξοι,
παρὰ δὲ τὰν εὔυδρον ἀκτὰν
Ἱμέρα παίδεσσιν ὕμνον Δεινομένεος τελέσαις,
τὸν ἐδέξαντ' ἀμφ' ἀρετᾷ,
πολεμίων ἀνδρῶν καμόντων.

καιρὸν εἰ φθέγξαιο, πολλῶν πείρατα συντανύσαις Στρ. ε'.
ἐν βραχεῖ, μείων ἕπεται
μῶμος ἀνθρώπων. ἀπὸ γὰρ κόρος ἀμβλύνει

Advers. I 187 — 72. ἀλαλητὸς C — ἔχοι C — 73. συρρακουσίων C — 74. ὅς σφιν C^2: ὅ σφιν C^1D — βάλετ' C^a, βάλεν coni. Hecker — 75. ἀρέομαι coni. Dawes: αἱρέομαι C, αἱρέομαι D — 76. χάρις C^{ac} — 77. δ' ἐρέων coni. Bothe: δ' ἐρέω τὰν CD, δ' ἐρέω E, δὲ κλέων in proecdosi scripseram — 78. μήδειοι EF: μῆδοι CD — 79. παρὰ Tricl.: πὰρ CD — ἔνυδρον C, εὔυδρον C^2 — τελέσσαις $C^1 D^{ac}$, τελέσσας $D^{pc} C^2$, τελέσαιν Bergk (cf. N. VIII 38) — 82. μεῖον C —

ὄφρα κατ' οἶκον ... ἔχῃ· ut maneat in domo pacata; de formula κατ' οἶκον ἔχειν conf. Herod. III 79. VI 39 — 72. ναυσίστονον ὕβριν ἰδὼν τὰν πρὸ Κύμας, reputans et oculis cernens superbiam ante Cumam humi prostratam navium cum gemitu. Victoriae huius monumentum galea exstat a. 1817 Olympiae reperta, cui inscriptum est vetere litteratura Ἱάρων ὁ Δεινομένεος καὶ τοὶ Συρακόσιοι τῷ Δὶ Τυρανὰ 'πὸ Κύμας CIG. 16.

74 ss. a votis pro salute Aetnaeorum factis ad laudationem rerum ab Hierone fortiter gestarum redit; atque primum apud Cumam una cum Etruscis Poenos, socios eorum, fusos esse dicit, quod quamvis a nemine memoriae proditum sit, tamen veri haud dissimile est; deinde in conferendis pugnis pro libertate Graeciae (v. 75) cum barbaris dimicatis iuxta pugnas apud Salamina et Plataeas, quarum potissima laus prioris penes Athenienses, alterius penes Spartanos fuit, pugnam ad ripam Himerae, qua filii Dinomenis palmam devictis hostibus tulerunt, posuit, licet huius pugnae Etruscos participes fuisse neque traditum neque veri simile est — 74. ἐν πόντῳ βάλετο· βάλλετο cum ἐν et dativo, cuius loco nos ἐς et accusativum exspectamus, iunxit ut Homerus Ξ 258 ἔμβαλε πόντῳ, Ψ 313 μῆτιν ἐμβάλλεο θυμῷ — 77. πρὸ Κιθαιρῶνος· pugnam hanc apud Plataeas praeter ceteras inter decora Spartae refert, quod in hac pugna rex Lacedaemoniorum Pausanias copiis Graecorum praeerat, quamquam non solum Medi sed etiam Thebani apud Plataeas victi sunt — 78 ἀγκυλότοξοι· arcum Medorum, hastam Graecorum esse poetae tragici declamabant; cf. Aesch. Pers. 147 πότερον τόξου ῥῦμα τὸ νικῶν κτλ.

81—100. in extrema hac parte carminis, similiter atque in carmine P. II, laudatione abrupta poeta familiariorem orationem ad Hieronem ipsum direxit, ad veritatem et liberalitatem eum adhortans et ab assentatorum fraudibus revocans — 81. καιρὸν adverbialiter pro κατὰ καιρόν, ut Soph. Ai. 34. 1295 al.

αἰανὴς ταχείας ἐλπίδας·
ἀστῶν δ' ἀκοὰ κρύφιον θυμὸν βαρύ-
νει μάλιστ' ἐσλοῖσιν ἐπ' ἀλλοτρίοις.
ἀλλ' ὅμως, κρέσσων γὰρ οἰκτιρμοῦ φθόνος,
μὴ παρίει καλά. νώ-
μα δικαίῳ πηδαλίῳ στρατόν· ἀψευ-
δεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλ-κευε γλῶσσαν.

εἴ τι καὶ φλαῦρον παραιθύσσει, μέγα τοι φέρεται 'Αντ. ε'.
πὰρ σέθεν. πολλῶν ταμίας
ἐσσί· πολλοὶ μάρτυρες ἀμφοτέροις πιστοί.
εὐανθεῖ δ' ἐν ὀργᾷ παρμένων,
εἴπερ τι φιλεῖς ἀκοὰν ἁδεῖαν αἰ-
εὶ κλύειν, μὴ κάμνε λίαν δαπάναις·
ἐξίει δ' ὥσπερ κυβερνάτας ἀνὴρ
ἱστίον ἀνεμόεν.
μὴ δολωθῇς, ὦ φίλος, εὐτραπέλοις κέρ-
δεσσ'· ὀπιθόμβροτον αὔ-χημα δόξας

οἶον ἀποιχομένων ἀνδρῶν δίαιταν μανύει 'Επ. ε'.
καὶ λογίοις καὶ ἀοιδοῖς. οὐ φθίνει Κροίσου φιλόφρων ἀρετά·
τὸν δὲ ταύρῳ χαλκέῳ καυτῆρα νη- λέα νόον

---

83. *αἰανὴς CD*[1]: *αἰανὸς D*[2] — *ἐλπίδας*] *ἀπάδις* v. l. in *X*, unde *ἀπίδας* Pauw — 84. *ἐσλ. E*: *ἐσθλ. CD* — 88. *ἀμφοτέροις* Mosch.: *ἀμφοτέροισι CD* — 89. *παραμ. D*[ac] — 91. *ὥσπερ C*: *ὥστε D* — 92. *ἀνεμόεν πετάσαις* (vel — *σας*), codd. vett., *ἀμπετάσας* Tricl., *πετάσαις* eiec. ed. Rom. — *ὦ φίλος εὐτραπέλοις κέρδεσσ'* coni. Hermann: *ὦ φίλε κέρδεσιν ἐντραπέλοις* (*εὐτρ.* ex corr. man. rec.) *CD*, *ὦ φίλ' ἐυτρ. κέρδεσσ'* coni. Bergk, *ὦ φίλε κέρδεσιν εὐτράπλοις* coni. Buecheler ap. Boehmer — 93. *οἶον D*[2]: *οἷον CD*[1] —

83. *ταχείας* proleptice dictum: fastidium, quod laudes alienas moleste fert, exspectationem hominum obtundit, ut celeriter abeat — 84. *ἀστῶν* et ad *ἀκοὰν* seu auditionem orationis laudativae et ad *κρύφιον θυμὸν* seu animum reconditum auditorum pertinet — 85. proverbialis sententia esse videtur; similiter dixit Herod. III 52 *ὅσῳ φθονέεσθαι κρέσσον ἐστὶ ἢ οἰκτείρεσθαι·* cf. epigramma AP. x 51 — 86. *στρατόν*, populum; cf. O. v 12 — *πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν·* audacis metaphorae originem ab epitheto *ὀξείας γλώσσης* repetendam esse demonstrat Cic. de orat. III 30, 121 *non enim solum acuenda nobis neque procudenda lingua est.* Ceterum conf. O. VI 82. N. VII 71 — 87. *παραιθύσσει* transitivam vim habet O. x 73, quae si hoc quoque loco tibi probetur, *γλῶσσα* subiecti vicem obtineat; sed praestat instransitiva vis emicandi, qua usus Aratus 1032 dixit *φλόγες αἰθύσσωσι* — 88. *ἀμφοτέροις* bonis malis, iustis iniustis — 92. *εὐτραπέλοις κέρδεσσι·* aulicos carpit versutos et lucri cupidos, qui ne pecuniam carminibus poeticisque ludis erogaret Hieronem deterrebant. De vi vocabuli *κέρδεων*, hominum quaestus cupidorum, conf. P. II 92 — 94. *λογίοις καὶ ἀοιδοῖς*, scriptoribus et poetis, ut N. VI 31 *ἀοιδαὶ καὶ λόγοι*, quamquam in eadem oda v. 51 nomine *λογίων* omnes, qui oratione bene uti didicerunt, comprehenduntur. Similiter coniunxit Plut. de def. orac. 15 *ταῦτα ποιητὰς καὶ λογογράφους ἐν θεάτροις ἀγωνιζομένους λέγειν* — 95. Phalaris dicitur *καυτὴρ νηλὴς νόον*, unde

ἐχθρὰ Φάλαριν κατέχει παντᾶ φάτις,
οὐδέ νιν φόρμιγγες ὑπωρόφιαι κοινωνίαν
μαλθακὰν παίδων ὀάροισι δέκονται.
τὸ δὲ παθεῖν εὖ πρῶτον ἀέθλων·
εὖ δ' ἀκούειν δευτέρα μοῖρ'· ἀμφοτέροισι δ' ἀνὴρ
ὃς ἂν ἐγκύρσῃ καὶ ἕλῃ,
στέφανον ὕψιστον δέδεκται.

---

96. *παντᾶ CD* — 97. *ὑπωρώφιαι C*· — 98. *δέκονται* Boeckh.: *δέχονται* codd.

νηλὴς νόον vice compositi nominis, velut *φιλόφρονος*, *νηλεοθύμον*, fungitur — 97. *κοινωνίαν μαλθακὰν . . . δέκονται*, *εἰς κοινωνίαν ἡδεῖαν δέχονται* scholia interpretantur, rectius *κοινωνίαν* appositionem praedicativam pronominis *νιν* esse iudicabis: *αὐτὸν δέχονται ὥστε κοινωνίαν μαλθακὰν γενέσθαι* — 98. *παίδων ὀάροισι*· pueros in conviviis laudes hominum fortium etiam apud Romanos canere solitos esse, docet locus celeberrimus Varronis apud Nonium s. v. assa voce: *in conviviis pueri modesti ut cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant maiorum, et assa voce et cum tibicine.* In avia abiit Leop. Schmidt Pind. Leb. 255 interpretatus ʻbei den Unterhaltungen der Kinderʼ — 99 ss. cf. I. v 12 sq.

ΠΥΘΙΟΝ. Β′.

ΙΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩι

ΑΡΜΑΤΙ.

Strophae.

⏖ ⏑ ⏑⏑ ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏓ |
⏖ ⏑ –⏑ ⏑ – – | ⏑̄ –⏑ ⏑ – ⏑ ⌞ ⌞ | –⏑ ⏑ – ⏑ ⏓ |
– –⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏓
⏑ ⏑ –⏑ ⏑ | –⏑ ⏑ – ⏑ –⏑ ⏑ –⏑ ⏑ – ⏑ ⏓ |
– – ⏑ ⏖ ⏑ – ⏑ –⏑ ⏑ ⏓ |
– – ⏑ ⏖ ⏑ – ⏑ – | ⏑ –⏑ ⏑ ⏓ |
⏑ ⏑⏑ –⏑ ⏑ – ⏖ ⏑ | – – ⏑ ⏓
– –⏑ ⏑ – ⏑ – | – ⏑ – ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑̄ |

Epodi.

⏖ ⏑ –⏑ ⏑ – ⏑ – – | ⏑ –⏑ ⏑ – ⏑ – | –⏑ ⏑ – ⏑ – – | ⏑ –⏑ ⏑ ⏓
⏑ – –⏑ ⏑ – ⏑ – | ⏖ ⏑ –⏑ ⏑ ⏓ |
⏑ – –⏑ ⏑ – ⏑ – ⏖ ⏑ –⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏓ |
⏖ ⏑ –⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏓ |
⏑̄ – ⏑ – – ⏑̄ –⏑ ⏑ – ⏑ – – | ⏑ –
⏑ – –⏑ ⏑ – – ⏑ – |
– – ⏑ –⏑ ⏑ ⏓ |
⏑ – – ⏑ –⏑ ⏑ – ⏑ – –, | ⏑ –⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓ |

Argumentum.

Quo loco victoria, quae poetae hoc carmen pangendi copiam fecit, reportata sit, iam veteres criticos litigasse scholia ad inscr. demonstrant. Atque Delphis eam non partam esse et falso hoc carmen inter Pythica relatum esse ex eo satis apparet, quod duae Delphicae victoriae, quas praeter victoriam carmine P. I celebratam Hiero obtinuit, celete reportatae sunt (v. schol. ad P. I inscr.), hanc quadrigis partam esse poeta ipse v. 4 profitetur. In re incerta maxime mihi Boeckhii sententia arridet, qui verbis *τόδε τᾶν λιπαρᾶν ἀπὸ Θηβᾶν φέρων μέλος ἔρχομαι* (v. 3) non solum locum, unde carmen mitteretur, sed etiam eum, quo victoria reportata esset, indicari existimavit. — Etiam magis de tempore, quo haec oda scripta sit, in diversas partes viri docti discedunt. Namque Boeckhius (Expl. Pind. et Kl. Schr. VII 430 ss.) carminum in honorem Hieronis regis scriptorum hoc carmen antiquissimum esse iudicavit; contra Bergkius et Drachmannus (Jahrb. f. cl. Phil. 1890 p. 441 ff.) post re-

ditum Pindari ab itinere Syracusano, Ol. 78 hoc carmen scriptum esse existimaverunt. Atque primum quod Hiero Syracusanus in hoc carmine (v. 1), non Aetnaeus dicitur, indicio esse videtur hoc carmen ante P. I, quo rex nomine Aetnaei famam urbis nuper conditae illustravit, compositum esse. Sed huic argumento ne ego quidem multum tribuo, quandoquidem Hiero Olympiade 77 denuo Syracusanum se renuntiari iussit. Neque dissidiorum inter regem et poetam significatio (vv. 75—92) ad quaestionem chronologicam dirimendam multum valet. Ea enim et ante iter Syracusanum, simultate inter Hieronem et Polyzelum Theronemque flagrante (cf. O. II arg.), et post eius reditum, Bacchylide in maiorem gradum gratiae apud Hieronem evecto, facile oriri poterant (cf. schol. P. II 131). Sed praecipuum argumentum Boeckhii, ex commemoratione civitatis Locrorum a superbia inimicorum liberatae (v. 18) ductum, a nemine infractum esse contendo. Nam cum Anaxilaum, tyrannum Rhegii, Ol. 76, 1 ne arma Locris inferret minis Hieronis deterritum esse eundemque paulo post vita decessisse constet (v. Diod. XI 48, schol. P. I 99. II 34), hoc carmen non post annum 476/5 a. Chr. scriptum esse pro certo pono. Quod si certum est, alterum veri simile esse consequitur, calumnias, quibus Pindarus ab aulicis Hieronis se petitum esse significat, cohaerere cum inimicitiis inter Hieronem et Theronem tum maxime flagrantibus. Nam cum Pindarus intima familiaritate Theronis eiusque gentis uteretur et in carmine O. II aperte se eius amicum et fautorem professus esset, in aula Hieronis exstitisse probabile est qui regis animum ad suspiciones pronum etiam magis exagitarent. Sed non vicisse istos obtrectatores, sed regem reiectis istorum calumniis Pindaricae Musae favorem ambivisse, hoc ipsum carmen documento est. Qua de causa ego hoc carmen post O. II vere anni 475, quo Heraclea Thebana agebantur (v. Prol. XCI), scriptum et Thebis Syracusas missum esse teneo.

In prooemio poeta nuntium se ferre dicit victoriae quadrigis ab Hierone partae (1—12), quem ut Cinyram olim a Cypriis, sic nunc a Locris virginibus gratum animum testificantibus pie praedicari (13—20). Qua in re cum Locros consilium, quod Ixion rotae illigatus mortalibus dedisse ferebatur, sequi dixisset (21—24), iam transit ad fabulam de Ixione narrandam, qui quod parricidii scelus commisisset et uxorem Iovis nefarie petisset, ex nube Iunonis formam imitata immanem prolem Centauri genuerit et post mortem gravissimis poenis in Orco affligatur (25—48). Deinde Iovis maiestate, quae in hac quoque fabula conspicua fuit, splendide illustrata poeta se a probris abhorrere asseverat et ad encomii carminis munus oratione reflexa Hieronis opes cum virtute coniunctas insigniter laudat eumque orat, ut Musae donum instar Phoenissae mercis missum benigne accipiat et fidibus succinens agendum curet (49—71). Sic epinicio perfecto in extrema parte (72—96) carminis, quam in media epodo incipere mireris, suam causam poeta egit, familiariterque cum Hierone colloquens monet eum, ut semet ipse cognoscat neve adulatoribus aurem praebeat; ipsum ab assentatorum fraudibus longe abhorrere, hominem veracem in omni forma rei publicae adulatori praestare ratum; sua sorte contentum se non altiora petere neque contra stimulum calcitrare, bonorum enim consuetudine ut fruatur, sibi unice cordi esse.

Carmen egregium cum in privatis rebus et simultatibus aulicae vitae versetur, multa habet obscura. Inprimis Ixionis fabula quomodo cum argumento carminis et poetae consilio cohaereat, iam veteres grammaticos quaesivisse scholia ad v. 39 docent. Ut enim Locri quod Hieroni debitam gratiam referunt, recte Ixionis praecepto oboedire dicuntur, ita parum liquet, cur istius scelera, quorum Locri certe immunes erant, tam fuse poeta tractarit. Atque quod veteres grammatici Bacchylidis calumnias et dicacitatem carpi opinati sunt, id neque ipsum satis exploratum est neque ad digressionem istam explicandam multum valet. Quod autem Boeckhius Hieronem ipsum, quod fratrem Polyzelum invidia persequeretur et Demaretam, uxorem mortui Gelonis, concupisceret, imagine Ixionis tecte tangi putavit, id prorsus a natura encomii et reliqua parte carminis abhorrere, Hermannus opusc. VII 117 et Luebbertus, De Pindari carmine Pythico secundo, Kiliae 1880 exposuerunt. Sed ne illis quidem, qui aut Anaxilaum tyrannum (Hermannus) aut cives seditiosos Syracusanos (Mezger in Philol. XXXV 430 ss.), aut plebem Thebanam optimatibus infestam (Leop. Schmidt Pind. Leb. 194 ss.) Ixionis imagine vellicari putarunt, suam sententiam satis probare contigit. Qua de causa nihil ego reconditi in illa fabula quaerendum esse ratus Pindarum, quod fabulam hominibus miracula audiendi avidis gratam et ab aliis nondum decantatam longius persecutus est, poetarum communi iure usum esse sentio.

De metris.

Odae huius splendidissimae pleraque cola sunt logaoedica, ita tamen temperata, ut anacrusi crebro praemissa et admixtis pedibus trochaicis anapaesticisque concitatior cursus numerorum factus sit. Pro brevi syllaba iambicae dipodiae versus quinti epodi contra morem semel, v. 45, longam positione syllabam poeta admisit. Tetrapodiis tripodiae crebrae admixtae sunt, neque solum in fine versus, ut str. 1. 2. 6. ep. 2, sed etiam in media et initiali parte versus; earum nonnullae initiali syllaba longa longius producta (str. 5. 6. 8. ep. 7) vel iambica anacrusi extra ordinem posita (str. 7. ep. 6) removeri possunt; ceterae utrum ferendae an audacioribus remediis tollendae sint, ut in epodi versibus primo et tertio hac scansione

–́⏑ ⏑ – ⏑ ⌞–́ – ⏑ –́⏑ ⏑ –
⏑́⏑ ⏑́ –⏑ ⏑ ⌞–́ – ⏑ –́ ⏑ –

equidem in medio relinquo.

Carmen quomodo cantatum esse iudicemus, ex interpretatione versuum 67—71 pendet. Veteres enim grammatici Pindarum duo carmina misisse statuerunt, hoc carmen epinicium, quod ut faceret mercede ab Hierone conductus fuisset, et alterum hyporchema (*Καστόρειον*), quod gratis addidisset. Contra Boeckhius et Grafius (de Graecorum veterum re musica p. 63—5) Castoreum illud carmen (v. 69) ab hoc nostro carmine diversum fuisse negant, unde quae de illius cantu poeta vv. 69—71 praecipiat, ad hoc nostrum carmen epinicium trahenda sint. Quorum virorum si vera est sententia, hyporchematicus modus huius epinicii fuit, ut Hierone fidibus succinente, cantores cantasse simulque chorus tripudiasse putandi sint. Alterum quaeritur, utrum publice an intra parietes regiae aulae carmen cantatum sit. Atque tam privatae res in eo tractantur,

ut priorem sententiam nemo sanus amplectatur. Sed ne sic quidem extrema pars carminis offensione caret; qua de causa ultimam hanc partem (vv. 72—96) regi non ut coram aliis cantaretur, sed ut ab ipso perlegeretur, a poeta missam esse crediderim. Qua in re haec una offensio manet, quod poeta eam carminis partem, quae coram aliis agenda fuit, non usque ad finem epodi perduxit, sed a media epodo tertia (v. 72) privatam istam partem incohavit. Atque tum quidem temporis Pindarus artem suam nondum ad eum, quem in carminibus O. VII. XIII. N. X admiramur, perfectionis gradum adduxisse videtur, ut unaquaque pericopa triadica (stropha antistropha epodo) plenam et in se rotundam sententiam amplecteretur. Dubito tamen an carminis publice agendi alia olim finis fuerit et in hanc fere sententiam exierit: *γένοι' οἷος ἐσσὶ μαθών· καλὸς κἀγαθὸς παρὰ πᾶσιν αἰεί.*

Μεγαλοπόλιες ὦ Συράκοσαι, βαθυπολέμου — *Στρ. α'.*
τέμενος Ἄρεος, ἀνδρῶν
ἵππων τε σιδαροχαρμᾶν
δαιμόνιαι τροφοί,
ὔμμιν τόδε τᾶν λιπαρᾶν ἀπὸ Θη-βᾶν φέρων
μέλος ἔρχομαι ἀγγελίαν τετραορίας ἐλελίχθονος,
εὐάρματος Ἱέρων ἐν ᾇ κρατέων
τηλαυγέσιν ἀνέδησεν Ὀρτυγίαν στεφάνοις,
ποταμίας ἕδος Ἀρ-
τέμιδος, ἇς - οὐκ ἄτερ
κείνας ἀγαναῖσιν ἐν
χερσὶ ποικιλανίους ἐδάμασσε πώλους.

VARIA LECTIO. Inscr. *Ἱέρωνι τῷ αὐτῷ ἅρματι C, τῷ αὐτῷ D*, inscr. et vv. 1—56 om. *B* — Schol.: *καὶ οὗτος ὁ ἐπίνικος γέγραπται μὲν Ἱέρωνι νικήσαντι ἅρματι, ἄδηλον δὲ εἰς ποῖον ἀγῶνα· διεστασίασται γὰρ οὐ μετρίως τοῖς πρὸ ἡμῶν. οἱ μὲν γὰρ οὐδὲ ὅλως ἐπίνικον αὐτὸν εἶναί φασι, Τίμαιος δὲ θυσιαστήριον, Καλλίμαχος δὲ Νεμεακόν, Ἀμμώνιος δὲ καὶ Καλλίστρατος Ὀλυμπιακόν, ἔνιοι Πυθικόν, ὡς Ἀπολλώνιος ὁ εἰδογράφος, ἔνιοι δὲ Παναθηναϊκόν. αὐτίκα γοῦν Διονύσιος ὁ Φασηλίτης οὐκ οἴεται δεῖν γράφεσθαι Τᾶν λιπαρᾶν ἀπὸ Θηβᾶν, ἀλλὰ Τᾶν λιπαρᾶν ἀπ' Ἀθηνᾶν, διὰ τὸ Παναθηναϊκὸν εἶναι τὸν ἐπίνικον* — 1. *συράκουσ. C, συράκοσσ. D* — *βαθυπτ. D, βαρυπολέμου* coni. Hecker — 2. *ἵπων D* — 7. *ἇς* coni. Hermann: *τᾶς* codd. — 8. *χερσὶ* om. C^1 —

COMMENTARII. v. 1. *μεγαλοπόλιες·* schol.: *μεγαλοπόλιας εἶπε τὰς Συρακούσας, ἐπειδὴ Ἀρχίας τέσσαρας πόλεις καταστρεψάμενος εἰς μίαν συνήγαγεν· εἰσὶ δὲ αὗται· Ἀχραδίνη, Νεάπολις, Ἐπιπολαί, Τύχη,* quod ut bene expositum est, ita hac doctrina facile caremus, quandoquidem etiam Athenas *μεγαλοπόλιας* poeta dixit P. VII 1 — *βαθυπολέμου·* bellicosissimi, ut *βαθύδοξοι*, celeberrimi P. I 66, *βαθυμῆτα*, sapientissimus N. III 53 — 3. *Θηβᾶν·* non solum quod Pindarus carmen Thebis misit, sed etiam quod Hiero Thebanis Iolaiis victoriam quadrigis reportaverat; v. arg. — 4. anapaestico metro bene depingit velocitatem quadrigarum — 6. *Ὀρτυγίαν·* schol: *ἐν τῇ Ὀρτυγίᾳ ἦν τὰ ἱπποτροφεῖα Ἱέρωνος· Ὀρτυγίαν δὲ τὴν ἐπὶ τῆς Σικελίας χερρόνησόν φασιν· αὕτη γὰρ νῆσος οὖσα τοπρότερον συνήφθη ταῖς Συρακούσαις.* De hac paeninsula urbis Syracusarum Dianae deae sacra v. N. I 1 — 8. *πώλους* equos hoc nomine dixisse videtur, ut iuvenilem eorum vigorem praedicaret, neque enim iam tum temporis certamina equo-

ἐπὶ γὰρ ἰοχέαιρα παρθένος χερὶ διδύμᾳ 'Αντ. α'.
ὅ τ' ἐναγώνιος Ἑρμᾶς
αἰγλᾶντα τίθησι κόσμον,
ξεστὸν ὅταν δίφρον
ἔν θ' ἅρματα πεισιχάλινα κατα- ζευγνύῃ
σθένος ἵππειον, ὀρσοτρίαιναν εὐρυβίαν καλέων θεόν.
ἄλλοις δέ τις ἐτέλεσσεν ἄλλος ἀνὴρ
εὐαχέα βασιλεῦσιν ὕμνον, ἄποιν' ἀρετᾶς.
κελαδέοντι μὲν ἀμ-
φὶ Κινύραν - πολλάκις
φᾶμαι Κυπρίων, τὸν ὁ
χρυσοχαῖτα προφρόνως ἐφίλησ' Ἀπόλλων,

ἱερέα κτίλον Ἀφροδί- 'Επ. α'.
τας· ἄγει δὲ χάρις φίλων
ποίνιμος ἀντὶ Ϝέρ- γων ὀπιζομένα·
σὲ δ', ὦ Δεινομένειε παῖ, - Ζεφυρία πρὸ δόμων

---

10. *Ἑρμῆς* C^{ac} — *αἰγλάντα* *CD* — 11. *τ' ἅρμ.* C^1 *D* fort. recte; cf. Stzb. d. b. Ak. 1891 p. 42 — 13. *ἐτέλεσεν* *CD* — 14. *εὐαυχέα* *D* — 15. *κινύραν* *E*: *κιννύραν* *CD* — 16. *χρυσοχαίτας* *CD*, corr. Mosch. — 17. *ποίνιμος* coni. Spiegel: *ποίτινος* *CD* — *ὀπαζομένα* coni. M. Schmidt Pind. p. XCVIII —

rum (*ἵπποις*) et pullorum (*πώλοις*) discernebantur; v. Prol. LXXI. *πώλους κείνας* dixit, quod illic victoriam reportaverant — 9. *ἰοχέαιρα* non est 'sagittis delectata', ut Rumpelius in lex. Pindarico interpretatur, sed 'sagittas fundens'; nomen enim iam ab Homero usurpatum compositum est ex *ἰὸς* et *χέϜω* — 10. *ὅ τ' ἐναγώνιος*· schol.: *ἐναγώνιος δὲ ὁ Ἑρμῆς, ὡς τῶν ἀγώνων προστάτης, ὡς καὶ Αἰσχύλος* (fr. 384) *φησίν· Ἐναγώνιε Μαίας καὶ Διὸς Ἑρμᾶ.* cf. O. VI 79 — *αἰγλᾶντα κόσμον*. cf. Orph. Argon. 587 *χρυσείων φαλάρων πολυτεχνέα κόσμον* — 11. *ἔν θ' ἅρματα* Aeolico usu dixit pro *ἔς θ' ἅρματα*· similiter v. 86 *ἐν πάντα νόμον*· cf. P. V 38. N. VII 31 — *πεισιχάλινα*· audacter poeta epitheton, quod equorum proprium est, ad currus traxit et priori parti verbali contra analogiam vim passivam tribuit 'oboedientia frenis' non 'persuadentia frenis' — 12. *σθένος ἵππειον*· ad analogiam Homerici *βίη Ἡρακλείη*· cf. *σθένος ἡμιόνων* O. VI 22 — 14. *ἄποιν' ἀρετᾶς*, praemium virtutis; cf. O. VII 15. N. VII 15. I. III 7. VIII 3 — 15. Cinyrae, mythico regi Cypriorum eidemque sacerdoti Veneris Paphiae, unde gens Cypria Cinyridarum descendit (v. schol.), Hieronem regem poeta comparat, quod hic quoque rex Syracusarum idemque sacerdos Cereris et Proserpinae (O. VI 95) fuit. Etymologia vero nominis *Ἱέρων* Pindarus fr. 105 abusus est ad sanctam dignitatem regis Hieronis significandam: *σύνες ὅ τοι λέγω, ἱερῶν ὁμώνυμε πάτερ, κτίστορ Αἴτνας.* Totam hanc rem docte illustrarunt scholia: *διαπορεῖται δὲ τί δήποτε εἰς τοὺς τοῦ Ἱέρωνος ἐπαίνους τὸν Κινύραν προσῆκται, εἰ μὴ ὅτι ταῖν θεοῖν ἱεροφάντης ἀπεδέδεικτο. Δεινομένους γὰρ υἱεῖς οἱ περὶ τὸν Ἱέρωνα τοῦ τὰ ἱερὰ ἐκ Τριόπου τῆς Καρίας εἰς Σικελίαν κομίσαντος.* — 17. *ἄγει*, sc. *Κυπρίους*, quos gratus animus, quo beneficia accepta remunerentur, adducit, ut hymno Cinyram praedicent — 18. schol.: *Ἀναξίλα τοῦ Μεσσήνης καὶ Ῥηγίου τυράννου Λοκροῖς πολεμοῦντος Ἱέρων πέμψας Χρόμιον τὸν κηδεστὴν διηπείλησεν αὐτῷ, εἰ μὴ καταλύσαιτο τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλεμον, αὐτὸν πρὸς τὸ Ῥήγιον στρατεύειν· οὗπερ δὴ πρὸς τὴν ἀπειλὴν ἐνδόντος ἐν εἰρήνῃ διῆγον οἱ Λοκροί· ἐφ' οἷς οὖν ἔπαθον αἱ Λοκρίδες, ᾖδον καὶ καθύμνουν τὸν Ἱέρωνα·* cf. schol. P. I 98 — *πρὸ δόμων*· aedibus egredientes in publico Hieronem libera-

Λοκρὶς παρθένος ἀπύει,
πολεμίων καμάτων - ἐξ ἀμαχάνων
διὰ τεὰν δύναμιν δρακεῖσ' - ἀσφαλές.
θεῶν δ' ἐφετ-μαῖς Ἰξίονα φαντὶ ταῦ-τα βροτοῖς
λέγειν ἐν πτερόεν-τι τροχῷ
παντᾷ κυλινδόμενον·
τὸν εὐεργέταν ἀγαναῖς ἀμοιβαῖς
ἐποιχομένους τίνεσθαι.

ἔμαθε δὲ σαφές. εὐμενέσσι γὰρ παρὰ Κρονίδαις Στρ. β'.
γλυκὺν ἑλὼν βίοτον,
μακρὸν οὐχ ὑπέμεινεν ὄλβον,
μαινομέναις φρασὶν
Ἥρας ὅτ' ἐράσσατο, τὰν Διὸς εὐ-ναὶ λάχον
πολυγαθέες· ἀλλά νιν ὕβρις εἰς ἀυάταν ὑπεράφανον
ὦρσεν· τάχα δὲ παθὼν ἐοικότ' ἀνὴρ
ἐξαίρετον ἕλε μόχθον. αἱ δύο δ' ἀμπλακίαι
φερέπονοι τελέθον-
τι· τὸ μὲν ἥ-ρως ὅτι
ἐμφύλιον αἷμα πρώ-
τιστος οὐκ ἄτερ τέχνας ἐπέμιξε θνατοῖς·

23. παντᾶ *CD* — 24. ἀμοιβαῖσι *D* — 28. πολυγαθέος *D*^pc *E* — ἄταν *C*^ac — ὑπερφίαλον *C* — 30. ἕλε Mosch.: ἔσχε *CD*, ἔχε *M* — 31. ὅτι τ' *CDE*, τ' eiec. Hermann —

torem praedicant; cf. P. III 78 — 19. Λοκρὶς παρθένος· comparatio Hieronis cum Cinyra eo perficitur, quod ut Veneris sacerdotem mulierculae meretrices in fano deae degentes celebrabant, ita Hieronem liberatorem Locrenses non viri sed virgines; apud Locros autem maiore in honore feminas fuisse, quod principes gentis nobilitatem generis a matribus, non patribus derivarent, tradidit Aristoteles apud Polyb. XII 5. cf. O. IX 56. Töpfer, Attische Geneal. 194 s.

21. fabularis pars carminis incipit — θεῶν δ' ἐφετμαῖς· Ixionis impii vox cum per se parum valeat, deorum iussu prolata esse dicitur; punitus enim a diis et rotae illigatus homines commonuit, ut ne suum exemplum imitati ingrati contra eos essent, a quibus beneficia accepissent. — 21. cf. Soph. Phil. 676: λόγῳ μὲν ἐξήκουσ', ὄπωπα δ' οὐ μάλα, | τὸν πελάταν λέκτρων ποτὲ τῶν Διὸς κατ' ἄντυγα δὴ δρομάδα | δέσμιον ὡς ἔλαβεν | παγκρατὴς Κρόνου παῖς — 24. ἐποιχομένους· de acc. c. inf. post dat. βροτοῖς (v. 21) cf. O. I 9 — 25. similem Ixionis animum Pindarus fingit atque Tantali, quem et ipsum ad deorum commercia admissum felicitatem ferre non potuisse exponit O. I 55 — 28. ἀυάταν· in Aeolico vocabulo digamma in cognatam vocalem υ abiit, ut in ἀυερύη O. XIII 81; cf. P. III 24 — τελέθοντι· praesenti utitur, quod poena Ixionis perpetua manet, ut iam Homerus de diis et rebus divinis praesenti tempore usus est — 32. ἐμφύλιον αἷμα . . . οὐκ ἄτερ τέχνας· parricidium primus Ixion commisit, quod Deioneo socero id insidiarum struxit, ut ad convivium vocatus in scrobem carbonibus plenam et ut falleret antea leviter opertam incideret. Videntur autem primum duae de Ixione a diis punito fabulae circumlatae esse, cum alii eum, quod Iunonem reginam nefarie concupivisset, alii, quod Deioneo socero insidias impie struxisset, poenas luere dicerent; iam qui duas fabulas contaminabant, Ixionem, cum ab fraudulento isto parricidio nemo eum expiare voluisset,

ὅτι τε μεγαλοκευθέεσσιν ἔν ποτε θαλάμοις *'Αντ. β'.*
Διὸς ἄκοιτιν ἐπει-
ρᾶτο. χρὴ δὲ κατ' αὐτὸν αἰεὶ
παντὸς ὁρᾶν μέτρον.
εὐναὶ δὲ παράτροποι ἐς κακότατ' - ἀθρόαν
ἔβαλον ποτὶ κοῖτον ἰόντ', ἐπεὶ νεφέλᾳ παρελέξατο,
ψεῦδος γλυκὺ μεθέπων, ἄιδρις ἀνήρ·
εἶδος γὰρ ὑπεροχωτάτᾳ πρέπεν Οὐρανιδᾶν,
θυγατέρι Κρόνου· ἄν-
τε δόλον αὐ-τῷ θέσαν
Ζηνὸς παλάμαι, καλὸν
πῆμα. τὸν δὲ τετράκναμον ἔπραξε δεσμόν,

ἑὸν ὄλεθρον ὅγ'· ἐν δ' ἀφύ- *'Επ. β'.*
κτοισι γυιοπέδαις πεσὼν
τὰν πολύκοινον ἀν- δείξατ' ἀγγελίαν.
ἄνευ Ϝοι Χαρίτων τέκεν - γόνον ὑπερφίαλον,

---

34. *κατ' αὐτὸν* em. Thiersch: *καθ' αὐτὸν* C^{ac}, *καθ' αὐτὸν* C^{pc} *D* — 35. *ἀθρόαν*: *ὀρθάν* v. l. schol. — 36. *ποτὶ κοῖτον ἰόντ'* coni. Boeckh, cui praeivit ex parte Jacobs: *ποτὶ* (*ποτὲ* C^{s}) *καὶ τὸν ἵκοντ'* codd.; *ποτε καὶ τὸν ἑλόντ'* Schneidewin, *ποτε καὶ τόν· ἑκών* Fraccaroli — 38. *Οὐρανιδᾶν* Bergk: *Οὐρανιᾶν* codd., *Οὐρανίδα* ex schol. Mommsen — 39. *ἄντε E*: *τάν τε C*, *ἄν ποτε D* — 41. *ἐν ἀφ.* (omisso *δ'*) *D* — *γυιοπέδαισι C* — *πετὼν* requiro cum Herwerdeno — *ἀνδείξ.* coni. Mitscherlich: *ἀνεδέξ.* codd. vett., *ἀνδέξ.* Mosch. —

supplicem Iovem adiisse et ab eo non solum expiatum, sed etiam ad deorum mensas admissum esse fabulabantur; v. Diod. IV 69 et schol. Eur. Phoen. 1185 — 34. *κατ' αὐτόν*, pro quo Attici *καθ' αὐτόν* dicebant, dicendi usus Pindaricus flagitat; cf. O. XIII 53. Ceterum Pindarus reddit sententiam Pittaci *τὰν κατὰ σαυτὸν ἔλα*, ut similiter Aeschylus Prom. 890 — 36 ss. schol. Eur. 1185: *'Ιξίων ἀκολασταίνων ἰδὼν τὴν Ἥραν ἠράσθη αὐτῆς· μὴ φέρουσα δὲ ἡ Ἥρα τὴν μανίαν αὐτοῦ φησι τῷ Διΐ· ἐφ' ᾧ ἀγανακτήσας ὁ Ζεὺς βουλόμενός τε γνῶναι εἴ γε ἀληθές ἐστιν, ἀπείκασε τῇ Ἥρᾳ νεφέλην, ἣν ἰδὼν ὁ 'Ιξίων, νομίσας τὴν Ἥραν εἶναι, μίγνυται αὐτῇ καὶ ποιεῖ παῖδα διφυῆ, τὰ μὲν ἀνθρώπου ἔχοντα, τὰ δὲ ἵππου, ἀφ' οὗ καὶ οἱ λοιποὶ Κένταυροι γεγόνασι.* Pindarus hanc fabulam ita mutavit, ut non Centauro, Ixionis et Nephelae filio, ipsi corpus ex equo et homine mixtum fuisse fingeret, sed filiis Centauri ex equabus procreatis; tota autem fabula ex vetere carmine epico de pugna Lapitharum et Centaurorum sumpta esse videtur. Prorsus alia de origine mixtae formae Centauri Apollonius Arg. II 1231 ss. et Pherecydes in schol. ad Apoll. l. l. narraverunt — 37. *ἀνήρ·* nomen hoc additum ad infirmitatem humanae mentis significandam, ut v. 43 *ἀνδράσι* i. e. mortalibus dii contrarii ponuntur — 40. *καλὸν πῆμα·* oxymoron ad exemplar *καλὸν κακόν*, quod de Pandora dixit Hesiod. theog. 585 — *τετράκναμον·* rotae priscis temporibus quatuor radii erant (cf. P. IV 214), qua forma rotae apte hic poeta usus est, ut manus et pedes Ixionis illigatos fuisse significaret — 41. *ἀγγελίαν·* praeceptum illud, ut homines grati sint adversus benefactores (v. 24), tamquam nuntium hominibus missum; confer Christianorum *εὐαγγέλιον* — 42. *ἄνευ χαρίτων* Plutarchus amat. 5 et unus ex scholiastis blandas voluptates concubitus interpretantur; melius alter scholiasta haec verba cum *γόνον* iungit vertens *ἄχαριν γόνον*, ut Gratiae nascenti Centauro non adfuisse dicantur —

μόνα καὶ μόνον, οὔτ' ἐν ἀν-
  δράσι γερασφόρον οὔτ' - ἐν θεῶν νόμοις·
τὸν ὀνύμαξε τραφοῖσα Κέν-ταυρον, ὃς
ἵπποισι Μαγ-νητίδεσσιν ἐμίγνυτ' ἐν - Παλίου
σφυροῖς, ἐκ δ' ἐγένον-το στρατὸς
θαυμαστός, ἀμφοτέροις
ὁμοῖοι τοκεῦσι, τὰ ματρόθεν μὲν
  κάτω, τὰ δ' ὕπερθε πατρός.

θεὸς ἅπαν ἐπὶ ϝελπίδεσσι τέκμαρ ἀνύεται, *Στρ. γ'.*
θεός, ὃ καὶ πτερόεντ'
  αἰετὸν κίχε, καὶ θαλασσαῖ-
  ον παραμείβεται
δελφῖνα, καὶ ὑψιφρόνων τιν' ἔκαμ-ψε βροτῶν,
ἑτέροισι δὲ κῦδος ἀγήραον παρέδωκ'. ἐμὲ δὲ χρεὼν
φεύγειν δάκος ἀδινὸν κακαγοριᾶν.
εἶδον γὰρ ἑκὰς ἐὼν ταπόλλ' ἐν ἀμαχανίᾳ
ψογερὸν Ἀρχίλοχον,
  βαρυλόγοις - ἔχθεσιν
πιαινόμενον· τὸ πλου-
  τεῖν δὲ σὺν τύχᾳ πότμου σοφίας ἄριστον.

---

43. ἀνδράσι *D E*: ἀνθρώποισι *C* — 44. ὀνύμαξε *C* — τραφοῖσα Mosch. — 49. τέκμωρ *C* — 50. καὶ om. *D* — 53. κακαγορίαν Schmid — 54. ἐν μαχ. *D* — 55. βαρυλόγοις *Byz.*: βαρυλόγοισιν *CD* — 56. πότμου σοφίας τ' coni. Bergk —

46. ἐγένοντο στρατός· structura quam dicunt κατὰ σύνεσιν· στρατὸς autem hic, ut saepe apud Pindarum (v. O. V 12), non exercitum, sed populum significat — 48. ματρόθεν iuxta πατρός vim genetivi habet; cf. O. VII 24 — 49. veram esse fabulam de Iove cupiditatem Ixionis frustrante et puniente poeta comprobat summa Iovis potentia et maiestate.

49. a fabulosis ad praesentes res redit, suam causam cum laude Hieronis miscens — ἐπὶ ἐλπίδεσσι, secundam suam voluntatem; contrarium est παρὰ ἐλπίδα O. XIII 83; cf. ἐπ' εὐχᾷ P. IX 89 — 50. κίχε . . . παραμείβεται . . . ἔκαμψε· in sententia generali aoristo gnomico simulque praesenti Graeci utuntur; cf. N. III 40 — 51. ὑψιφρόνων τιν', non certum aliquem superbum, sed unum et alterum, ut olim Ixionem, nunc Anaxilaum; cf. N. I 64 — 52. ἐμὲ δὲ χρεὼν κτλ. transitu frigido Pindarus utitur, ut a fabula de fraude Ixionis ad rem propositam et Hieronis laudem se revocet: suum esse munus in carmine encomio, ut non more Archilochi in rebus turpibus narrandis et vituperandis versetur, sed in rebus praeclare gestis praedicandis. Somnia sunt scholiastae ubivis inimicitias Pindari et aemulorum eius odorantis, cum ad δάκος ἀδινὸν adnotet: αἰνίττεται δὲ εἰς Βακχυλίδην· ἀεὶ γὰρ αὐτὸν τῷ Ἱέρωνι διέσυρεν. Illud verisimilius, poetam nomine κακαγοριᾶν et exemplo Archilochi tecte simul se defendere contra calumnias eorum, qui cum eum non solum veridicum, sed etiam conviciorum amantem insimulassent, regis Hieronis animum ab eo abalienabant — 56. τὸ πλουτεῖν δὲ σὺν τύχᾳ πότμου σοφίας ἄριστον· σοφίας cum πλουτεῖν, πότμου cum τύχᾳ coniungendum est, ut sententia evadat Pindari familiarissima, summum bonum esse afluentiam opum cum sapientia coniunctam; quod Boeckhius scripsit πότμου, σοφίας ἄριστον, homines divites sapientia (σοφίᾳ) fieri perperam ponit —

τὺ δὲ σάφα νιν ἔχεις, ἐλευθέρᾳ φρενὶ πεπαρεῖν, 'Αντ. γ'.
πρύτανι κύριε πολλᾶν
μὲν εὐστεφάνων ἀγυιᾶν
καὶ στρατοῦ. εἰ δέ τις
ἤδη κτεάτεσσί τε καὶ περὶ τι-μᾷ λέγει
ἕτερόν τίν' ἀν' Ἑλλάδα τῶν πάροιθε γενέσθαι ὑπέρτερον,
χαύνᾳ πραπίδι παλαιμονεῖ κενεά.
εὐανθέα δ' ἀναβάσομαι στόλον ἀμφ' ἀρετᾷ
κελαδέων. νεότα-
τι μὲν ἀρή-γει θράσος
δεινῶν πολέμων· ὅθεν
φαμὶ καὶ σὲ τὰν ἀπείρονα δόξαν εὑρεῖν,

τὰ μὲν ἐν ἱπποσόαισιν ἄν- 'Επ. γ'.
δρεσσι μαρνάμενον, τὰ δ' ἐν
πεζομάχαισι· βου-λαὶ δὲ πρεσβύτεραι
ἀκίνδυνον ἐμοὶ ϝέπος - σὲ ποτὶ πάντα λόγον
ἐπαινεῖν παρέχοντι. χαῖ-
ρε. τόδε μὲν κατὰ Φοί-νισσαν ἐμπολὰν

---

57. πεπαρεῖν *BCDE*: πεποιεῖν Mosch. — 59. κτεάνοισι *C* — 61. χαύνᾳ . . . κενεά ex scholiis Pauw: χαυνα (χαύνᾳ *B*) . . . κενεᾶ (κενειᾶ *D*) codd. — 65. ἄνδρεσσι coni. Hermann: ἀνδράσι *BCD* — πεζομάχοισι *C* — 66. σὲ ποτὶ πάντα ex scholiis Bergk: ποτὶ πάντα (omisso σε) *ABCD*, ποτὶ ἅπαντα Tricl., ποτὶ σὲ πάντα Boeckh —

57. νιν· opes cum sapientia coniunctas — πεπαρεῖν scholia interpretantur πορίσαι καὶ παρασκευάσαι ἢ περιποιῆσαι ἢ παρασχεῖν ἢ πλουσίους ἀποδεῖξαι· Hesychius lexicographus πεπαρεῖν· ἐνδεῖξαι, σημῆναι. Vox obsoleta, pro qua Byzantinorum πεπορεῖν recipere dubitavi, a πορεῖν nisi dialectica varietate differre non videtur — 59. κτεάτεσσί τε καὶ περὶ τιμᾷ· praepositio cum ad utrumque membrum pertineat, secundo soli adiecta est, ut supra v. 10 δίφρον ἔν θ' ἅρματα, P. IV 130 νύκτεσσιν ἔν θ' ἁμέραις, N. IX 14 οἴκων ἀπό τ' Ἄργεος, N. X 53 Ἑρμᾷ καὶ σὺν Ἡρακλεῖ, P. VIII 99 Δὶ καὶ κρέοντι σὺν Αἰακῷ, I. I 29 ῥεέθροισί τε Δίρκας καὶ παρ' Εὐρώτᾳ. Comparare iuvat similem collocationem negationis, de qua v. O. XI 18 — 62. ἀναβάσομαι στόλον· similem comparationem poetae laudes hominum canentis cum nauta coronatam navem conscendente habes O. XIII 49 — 63 ss. in laudatione Hieronis fortia facta, quae iuvenis ille (νεότατι μέν v. 63) in pugnis contra Carthaginienses, inprimis ad Himeram edidit, et sapientia consilia (βουλαὶ δὲ v. 65), quae senectutem decent, particulis μὲν . . . δὲ opponuntur — 65. πρεσβύτεραι· comparativus, nisi plane suam vim exuit, duas extremas partes aetatis, iuventutem et senectutem, comparat; cf. P. I 35; simili in sententia positivo πρέσβυς poeta usus est P. IV 282 — 66. σὲ ποτὶ πάντα λόγον ἐπαινεῖν· haec verba pendent ab ἀκίνδυνον ἔπος παρέχοντι: prudentia tua consilia laudatorem a periculo mendacii tutum reddunt, ut te omni ex parte laudare possit.

67. χαῖρε· hac formula hic et N. III 76 de carmine epinicio ad finem perducto decedit, valere virum laudatum iubens, ut in fine epistolarum et elogiorum facere solebant. Similiter autem poeta in hoc carmine atque in carmine P. I encomio perfecto suam causam in epilogo agit. — τόδε μὲν κτλ. ut in loco conclamato primum certas res expediamus, τόδε μέλος est hoc, in quo versamur, carmen epinicium, κατὰ Φοίνισσαν ἐμπολάν carmen instar Punicae mer-

μέλος ὑπὲρ πολιᾶς ἁλὸς - πέμπεται·
τὸ Καστόρει-ον δ' ἐν Αἰολίδεσσι χορ-δαῖς θέλων
ἄθρησον χάριν ἑπ- τακτύπου
φόρμιγγος ἀντόμενος.
γένοι' οἷος ἐσσὶ μαθών. καλός τοι
πίθων παρὰ παισίν, αἰεὶ

καλός. ὁ δὲ Ῥαδάμανθυς εὖ πέπραγεν, ὅτι φρενῶν Στρ. δ'.
ἔλαχε καρπὸν ἀμώ-
μητον, οὐδ' ἀπάταισι θυμὸν
τέρπεται ἔνδοθεν,
οἷα ψιθύρων παλάμαις ἕπετ' αἰ-εὶ βροτῶν.
ἄμαχον κακὸν ἀμφοτέροις διαβολιᾶν ὑποφάτιες,

68. *πέμπεται τὸ Καστόρειον, σὺν δ' Αἰολ.* Hartung — 69. *θέλων* codd.: *ἑκὼν* Boeckh, quod paraphrasis exhibet — 71. *ἀντώμενος D* — 72. *γένοι' οἷος* Tricl.: *γένοι δ' οἷος B, γένοιο δ' οἷος CD, γενοῦ δ' οἷος* Mingarelli — 74. *ἀμωμήτων* coni. Jacobs — 75. *βροτῷ* coni. Heindorf — 76. *διαβολιᾶν* codd.: *διαιβολιᾶν* Bergk — *ὑποφάτιες B C D*: *ὑποφαύτιες* Boeckh probabiliter, *ὑποφάτορες* ex scholiis coni. Bothe —

cis navi missum, *τὸ Καστόρειον* sc. *μέλος* carmen hyporchematicum, ad quod chorus tripudiaret, a Castore Lacone denominatum (cf. I. I 16), *ἐν Αἰολίδεσσι χορδαῖς* carmen Aeolicis modis cantandum (cf. O. I 105). Hinc profecti duo carmina Pindarum misisse veteres grammatici et Hermannus opusc. VII 123 statuerunt, hoc carmen epinicium mercede conductum, alterum hyporchematicum a poeta gratis (*χάριν*) additum, cuius initium fuisse dicunt *σύνες ὅ τοι λέγω, ζαθέων ἱερῶν ὁμώνυμε πάτερ* (fr. 105). At hoc nostrum carmen tam artificiose et diligenter factum est, ut ad legendum, non ad cantandum et saltandum id destinatum fuisse plane improbabile sit. Deinde numeri et oratio huius carminis plane Aeolici sunt (cf. *ἀνάταν* v. 28 et *ἐν* c. acc. vv. 11 et 86), ut Aeolicum hoc carmen Aeolicis fidibus vix opponi potuerit. Denique hyporchema illud, quod grammatici afferunt (fr. 105), cum Hieronem urbis Aetnae conditorem appellet, a temporibus huius carminis alienum est. Qua de causa cum Boeckhio magis in eam sententiam inclino, ut non duo carmina, sed eiusdem huius carminis verba a Pindaro facta et saltationem Hieroni fidibus accinenti instituendam significari ducam. Quodsi ita est, *χάριν* apparet non appositionem esse nominis *τὸ Καστόρειον* neque carmen gratis missum significare, sed cum *ἀντόμενος* ad normam verborum eundi (cf. O. X 87) coniungendum esse hanc in sententiam: saltationem Castoream Aeolicis fidibus factam specta, gratam heptachordam phormingem prehendens. — 72. *γένοι' οἷος ἐσσὶ μαθών·* praesta te talem, qualem a natura te factum esse cognoveris; primum igitur omnium cura, quod Delphica sententia *γνῶθι σεαυτόν* praecipit, ut te ipsum cognoscas, ne quidquid adulatores de te tuisque facultatibus praedicant, credulus audias — *καλός τοι πιθών·* respicit Galenus de usu part. I 22: *καλός τοι πίθηκος παρὰ παισὶν αἰεί, φησί τις τῶν παλαιῶν, ἀναμιμνήσκων ἡμᾶς ὥς ἐστιν ἄθυρμα γελοῖον παιζόντων παίδων τοῦτο τὸ ζῷον.* De contemptu simiae conf. Aristoph. Ran. 1085 *βωμολόχοι δημοπίθηκοι* — *καλός . . . καλός·* iterata hac acclamatione lusum puerorum ludit stulte turpem bestiam blandientium. Similiter acclamationem *καλός, καλός* iterant Theocritus VIII 73, Bion I 71, Callimachus epigr. 30 — 73. Rhadamantum, qui quod severo iudicio omnia expendat summo honore floreat, Hieroni ad aemulandum proponit — 76. *ἀμφοτέροις·* schol.: *καὶ τῷ διαβαλλομένῳ καὶ τῷ πρὸς ὃν διαβάλλουσιν* — *διαβολιᾶν*, producta vocali finali praepositionis ad concursum brevium syllabarum vitandum, ut Theogn. 324 *διαβολίῃ* — *ὑποφάτιες·*

ὀργαῖς ἀτενὲς ἀλωπέκων ἴκελοι.
κερδοῖ δὲ τί μάλα τοῦτο κερδαλέον τελέθει;
ἅτε γὰρ εἰνάλιον
πόνον ἐχοί-σας βαθὺ
σκευᾶς ἑτέρας, ἀβάπ-
τιστός εἰμι φελλὸς ὣς ὑπὲρ ἕρκος ἅλμας.

ἀδύνατα δ' ἔπος ἐκβαλεῖν κραταιὸν ἐν ἀγαθοῖς 'Αντ. δ'.
δόλιον ἀστόν· ὅμως μὰν
σαίνων ποτὶ πάντας, ἀγὰν
πάγχυ διαπλέκει.
οὔ ϝοι μετέχω θράσεος. φίλον εἴ-η φιλεῖν·
ποτὶ δ' ἐχθρὸν ἅτ' ἐχθρὸς ἐὼν λύκοιο δίκαν ὑποθεύσομαι,
ἀλλ' ἄλλοτε πατέων ὁδοῖς σκολιαῖς.
ἐν πάντα δὲ νόμον εὐθύγλωσσος ἀνὴρ προφέρει,
παρὰ τυραννίδι, χὤ-
πόταν ὁ λάβ-ρος στρατός,

---

78. κερδοῖ coni. Huschke: κέρδει codd. — τί τοῦτο μάλα *C* — τελέθει: τί δή οἱ *B* — 79. ἐναλ. *B C D*; cf. O. IX 99 — ἐχοίσας *C D*: ὀχοίσας *B*, ὀχεοίσας coni. Ahlwardt — βάθει coni. Hartung, βαθὺν Bergk — 80. εἶμι praeferunt Bergk[3] et Schnitzer de Pind. emend. 32 — 81. ἀδύνατον δ' *D* — 82. ἀγὰν Boeckh: ἄγαν codd., ἄταν Heyne — διάπλεκε v. l. schol. recent. — 84. ἰὼν Huschke — 87. λαῦρος *BD* —

schol.: ὑποφάτιες δὲ ἀντὶ τοῦ ἑρμηνευταὶ καὶ διάβολοι. Ex hac explicatione non cum Bothio concludere audeo scholiastam in suo libro ὑποφάτορες exaratum invenisse; immo ille abstractis nominibus poetam pro concretis usurpasse monuit, unde calumniarum delationes idem significent atque calumniatores et delatores. Acute autem Hermannus opusc. VII 121 monuit a Pindaro ὑποφάτιας eosdem, qui Syracusis ποταγωγίδες audirent, significari; convicium enim latere in ipso nomine ποταγωγίδα, quo tales homines cum meretricibus componerentur. De re ipsa vide Aristot. polit. V 11: οἷον περὶ Συρακούσας αἱ ποταγωγίδες καλούμεναι, καὶ τοὺς ὠτακουστὰς ἐξέπεμπεν 'Ιέρων ὅπου τις εἴη συνουσία καὶ σύλλογος· cf. Phot. lex. ποταγωγίδες· φάνται ἢ μηνυταί, et Plut. Dion. 28, de curiositate p. 522 — 78. κερδοῖ· vulpi fabulae comparat calumniatorem ob calliditatem; eum tamen nihil proficere addit, incolumem enim se evasisse ex insidiis calumniatorum. Rerum hunc mihi ordinem et cursum fingo: primum Hiero Pindarum quoque ad suam aulam regiam adducere cogitabat; tum aulici, inter quos Bacchylidem quoque fuisse haud improbabile est, ut regem ab eo consilio deterrerent, Pindarum omni modo calumniabantur; ad postremum tamen Hiero reiectis istis criminationibus Pindarum per legatos invitavit, ut victoriam, quam nuper Thebis recuperaverat, sua Musa praedicaret — 79 s. eadem comparatione simili in causa usus est Aesch. Choeph. 505: παῖδες γὰρ ἀνδρὶ κληδόνες σωτήριοι | θανόντι, φελλοὶ δ' ὣς ἄγουσι δίκτυον, | τὸν ἐκ βυθοῦ κλωστῆρα σῴζοντες λίνου — βαθύ, nisi cum Bergkio in βαθὺν corrigere praestat, vim adverbii habet: suber in aequore maris natat, dum reliqua pars retis in profundum maris demersa piscationis labore premitur — 81. κραταιόν, quod valeat nocere ei, qui falsis criminibus petitur — 82. ἀγὰν διαπλέκει· metaphora a cane et palaestra petita astutus homo adulando omni modo sinum facere et se insinuare dicitur; cf. Aeschin. in Ctes. 28: ἀντιδιαπλέκει πρὸς τοῦτο — 86. ἐν πάντα νόμον· ad quodvis

χῶταν πόλιν οἱ σοφοὶ
τηρέωντι. χρὴ δὲ πρὸς θεὸν οὐκ ἐρίζειν,

ὃς ἀνέχει ποτὲ μὲν τὰ κεί- Ἐπ. δ'.
νων, τότ' αὖθ' ἑτέροις ἔδω-
κεν μέγα κῦδος. ἀλλ' - οὐδὲ ταῦτα νόον
ἰαίνει φθονερῶν· στάθμας - δέ τινος ἑλκόμενοι
περισσᾶς ἐνέπαξαν ἕλ-
κος ὀδυναρὸν ἑᾷ - πρόσθε καρδίᾳ,
πρὶν ὅσα φροντίδι μητίον-ται τυχεῖν.
φέρειν δ' ἐλαφ-
ρῶς ἐπαυχένιον λαβόν-τα ζυγὸν
ἀρήγει· ποτὶ κέν-τρον δέ τοι
λακτιζέμεν τελέθει
ὀλισθηρὸς οἶμος. ἀδόντα δ' εἴη
με τοῖς ἀγαθοῖς ὁμιλεῖν.

---

88. *τηρέοντι* B C — 89. *ἀνέχῃ* D — *τοτὲ* B C: *ποτὲ* D — *τότ' αὖθ'* Tricl.: *τοτὲ δ' αὖθ'* B C D — 90. *τινας* C^1 — *ἑλκόμενοι . . . ἐνέπαξαν* D C^{pc}: *ἑλκόμενος . . . ἐνέπαξεν* B C^{ac} — 92. *μητίωνται* coni. Thiersch — 95. *λακτισδέμεν* C.

genus civilium institutorum — 88. *οἱ σοφοί·* optimates, qui in aristocraticis civitatibus cum aliis tum inferioris Italiae laude sapientiae florebant et partim Pythagoreorum sectae adscripti erant — *χρὴ δὲ πρὸς θεὸν οὐκ ἐρίζειν·* cum quidquid deus impertiat, homini ferendum esse poeta dicat, hoc quoque inimicos suos admonet, ne sibi quod nunc beneficio dei maiore gratia et auctoritate floreat, invideant; at istos addit hac ratione non commoveri, sed cum dei numine neglecto invidere pergant, ipsos sibi vulnera infligere — 90. *σταθμᾶς δέ τινος ἑλκόμενοι περισσᾶς* homines dici videntur, qui iusto maiora moliuntur; unde autem locutio ista tracta sit, obscurum est; scholiastae ad lineam agrimensorum referunt, Hermannus opusc. VII 121 ad funem, quem in palaestra pueri *ἑλκυστίνδα* ludentes utrimque ad se trahere conantur — 94. *ποτὶ κέντρον λακτίζειν·* contra stimulum calcitrare, proverbialiter a Graecis dicitur; cf. Aesch. Ag. 1624. Prom. 323, Eur. Bacch. 795.

ΠΥΘΙΟΝ. Γ′.

ΙΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩι

ΚΕΛΗΤΙ.

Strophae.

–̈ ⏑ – – –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ |
–̈ ⏑ – – –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ –̇ ¦ – –̈ ⏑ – – –̇ ⏑ ⏓ |
– –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ |
–̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ –̇ ⏑⏑ – ⏑⏑ –̇, | – –̈ ⏑ – – –̇ ⏑ – | – –̇ ⏑⏑ ⏓ ¦
–̈ ⏑ – – –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ | –̇ – –̈ ⏑ ⏓ |
–̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ –̇ | –̈ ⏑ – – –̇ ⏑ – – –̇ ⏑ ⏓ |
–̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ –̇ – –̈ ⏑ – – |

Epodi.

–̈ ⏑ – – –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ |
–̈ ⏑ – ⏓ –̇ ⏑ – – –̇ ⏑ ⏓ |
–̈ ⏑ – – –̈ ⏑⏑ – | ⏑⏑ –̇ –, –̇ ⏑ ⏓ |
–̈ ⏑ – ⏓ –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ –̇ ⏓ ¦
–̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ –̇ | – –̈ ⏑ – – –̇ ⏑ ⏓ |
–̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ –̇ | – –̈ ⏑ – – –̇ ⏑ ⏓ |
–̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ –̇ | – –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ |
–̈ ⏑ – – –̈ ⏑⏑ – | ⏑⏑ –̇ – –̈ ⏑ – ⏓ |
⏑⏑ – ⏑⏑ –̇ | – –̈ ⏑ – – –̇ ⏑ ⏓ |

Argumentum.

Remotam, non recentem victoriam celete partam (v. 74) hoc carmen spectare poeta particula *ποτέ* v. 74 declaravit; iam cum ex scholiis ad P. I et III inscr. compertum habeamus Hieronem Pythia celete bis, Pyth. 26 et 27, vicisse, ad has victorias illustrandas opportunitate nescio qua oblata poetam hoc carmen scripsisse apparet; neque enim unam coronam, sed plures coronas v. 73 praedicat. Quo autem tempore carmen scriptum sit, cognomen Hieronis *Αἰτναίου* (v. 69) et totius carminis argumentum satis certa indicia praebent. Namque *Αἰτναῖος* Hiero ante urbem Aetnam Ol. 76, 1 conditam cognominari non potuit, et splendidae victoriae Pythicae Hieronis quadrigis a. 474 partae nulladum in hoc carmine mentio fit. Itaque inter annos 476 et 474, fortasse brevi ante expeditionem contra Etruscos, quo tempore regem morbo calculi

laborasse ex carmine P. I comperimus, Pindarum hoc carmen misisse apparet. Accuratiora Boeckhius definire conatus est, qui cum redeunte Pythiade sollemnia victoriarum iterata esse sibi persuasisset, mense Augusto anni 474 carmen scriptum esse opinatus est. Minus mihi eiusdem viri ingeniosi acumen probatur, versibus 56 ss. mortem filii vel filiae Hieronis et regis ipsius consilium sedem imperii Syracusis Aetnam transferendi significari putantis. Immo poetam in dulci hoc carmine ipso studio fabulandi ad res latius tractandas et exornandas tractum esse lectorumque animos leniter secum trahere (*ψυχαγωγεῖν*) sentio; cf. Hermannum Opusc. VII 129 ss. et Heimsoethium Rh. M. V 16 ss, accuratius Boeckhii argutias refutantes.

Carmen fere totum in Hieronis animo ob malam valetudinem consolando consumitur; statim in exordio poeta ut Chiron etiamnunc vivat, optat, ut qua Aesculapium instituit arte aegrotanti regi medeatur (1—7). Inde fabulam de Aesculapii, filii Apollinis et Coronidis, natalibus vita morte lepide et copiose narrat (8—62). Quo facto ad sententiam, unde exorsus erat, ita redit, ut cum sibi non liceat regi optimo coronisque victoriarum splendidis ornato Aesculapium medicum adducere, ad matrem deorum preces pro salute eius fundat (63—79). Interim ei ex considerata communi hominum sorte, in qua mala bonis commixta esse iam Homerus dixerit et clarissimorum virorum, ut Cadmi et Pelei, fata doceant, solatii argumenta petenda esse (80—104). Ad extremum se quoque suum animum fortunae accommodare dicit et, si magnas opes haberet, magnam sibi famam paraturum esse favore poetarum.

Fabulam Coronidis et Aesculapii Pindarus ex Hesiodi Eoeis, quorum versus scholia ad P. III 14 et 48 afferunt, repetivit, quo eodem fonte Pherecydem historicum usum esse ex scholiis ad P. III 50 comperimus. Tertio a. Chr. saeculo eandem fabulam Isyllus, poeta tenuissimus Argivus, in paeane enarravit, cuius versus ex ruinis templi Aesculapii Epidaurei protractos Wilamowitzius Phil. Unt. IX 13 ss. uberrimis commentariis instruxit.

De metris.

Carminis huius indoli, magis in Hieronis animo consolando quam in victoria celebranda versantis, numeri dactylo-epitritici aptissimi sunt. In digerendis versibus a vetere usu ita poeta discessit, ut in quarto versu strophae pentapodiam dactylicam admitteret et epodi versum ultimum capite suo privaret. Versiculus tertius monocolos strophae, si sententiam spectas, modo vice epodi (vv. 3. 26. 49. 79), modo proodi (v. 72) fungitur, modo utrimque pendet (vv. 10. 33. 56. 95. 102), ut similes versiculi O. VIII ep. 5. I. I 4. V 4; numeris idem cum antecedenti versu cohaeret. Mor. Schmidt, Minutiae Sophocleae, 1881 p. 4, cum Pindarum versus symmetrice disposuisse sibi persuasisset, tertium versum strophae cum priore parte quarti versus coniunxit, unde primus versus septimo, secundus sexto, tertius quinto responderent. Prorsus alias symmetriae rationes Rossbachius, Griech. Metr.[3] 458, cum excogitasset, pentapodiam quarti versus a reliqua parte versus separavit. Ego cur ob has subtilitates symmetricae compositionis a Boeckhianis rationibus non discedendum putarim, in Prol. LVIII exposui, nescio tamen an rectius strophae versum quartum in duos versus quam in duo cola dividas et totum

carmen dipodice percutias, licet poeta post catalecticam tripodiam sexti versus strophae versum v. 52 non inciderit. Denique carmen poeta ut in comissatione caneretur se misisse, versu 73 significavit.

Ἤθελον Χείρωνά κε Φιλυρίδαν, Στρ. α'
εἰ χρεὼν τοῦθ' ἁμετέρας ἀπὸ γλώσσας κοινὸν εὔξασθαι ϝέπος,
ζώειν τὸν ἀποιχόμενον,
Οὐρανίδα γόνον εὐρυμέδοντα Κρόνου,
βάσσαισί τ' ἄρχειν Παλίου Φῆρ' ἀγρότερον,
νοῦν ἔχοντ' ἀνδρῶν φίλον· οἷος ἐὼν θρέψεν ποτὲ
τέκτονα νωδυνίας
ἅμερον γυιαρκέος Ἀσκλαπιόν,
ἥρωα παντοδαπᾶν ἀλκτῆρα νούσων.

τὸν μὲν εὐίππου Φλεγύα θυγάτηρ, Ἀντ. α'.
πρὶν τελέσσαι ματροπόλῳ σὺν Ἐλειθυίᾳ, δαμεῖσα χρυσέοις
τόξοισιν ὕπ' Ἀρτέμιδος
ἐν θαλάμῳ, δόμον εἰς Ἀίδα κατέβα
τέχναις Ἀπόλλωνος. χόλος δ' οὐκ ἀλίθιος
γίνεται παίδων Διός. ἁ δ' ἀποφλαυρίξαισά νιν

VARIA LECTIO. Inscr. *Ἱέρωνι νικήσαντι κέλητι τὴν κϛ'* (*κε' C*) *καὶ κζ' πυθιάδα B C D.* — Schol.: *Ἱέρωνι Πύθια νικήσαντι τὴν κζ' πυθιάδα γέγραπται· μέμνηται δὲ καὶ τῆς πρὸ ταύτης πυθιάδος, ὥστε ἐπὶ ταῖς δύο νίκαις τὴν ᾠδὴν συντετάχθαι. συνᾴδει δὲ καὶ τὰ ἀπὸ τῶν χρόνων. ὡς γὰρ ἤδη βασιλεύοντός φησιν· ὃς Συρακ. ν. β. πρ. ἀστ.* (v. 70)*· καθίσταται δὲ ὁ Ἱέρων βασιλεὺς κατὰ τὴν οϛ'* (Ol. 76, 1 Aetna urbe condita; *οε'* corr. Sitzler) *ὀλ., τῆς κη' πυθ. τῇ προκειμένῃ ὀλυμπιάδι συγχρόνου οὔσης, ὥστε πάντῃ τε καὶ πάντως μετὰ τὴν ὕστερον πυθιάδα, ἥτις γέγονε περὶ* (i. e. circa) *τὴν οϛ'* (*οε'* corr. Schroeder) *ὀλ., συντετάχθαι τόνδε τὸν ἐπίνικον* — 1. *Φιλλ. B C D*pc — 4. *εὐρυμέδοντος C* — *βάσεσι C* — 5. *νοῦν* Tricl.: *νόον B C D* — 6. *τέκτον'* (*τέκνον B*) *ἀνωδ. B C D* — *γυιαρκέος* codd.: *νωδυνιᾶν . . . γυιαρκέων* coni. Hermann — 7. *ἀλεκτ. B* — 8. *φλεγυία B C* — 9. *εἰλειθ. C* — 11. *εἰς ἀίδαο* (*ἀίδα Byz.*) *δόμον ἐν θαλάμῳ* codd., transpos. Oelschlaeger —

COMMENTARII. v. 1. *Φιλυρίδαν·* metronymicum non patronymicum est, Philyra enim mater Chironis fuit; cf. P. VI 22; pater eius ferebatur Saturnus, ut paulo post v. 4 Pindarus ipse dicit, consentiens cum Pherecyde ap. schol. Apoll. Arg. II 1231: *Φερεκύδης φησὶν ὅτι Κρόνος ἀπεικασθεὶς ἵππῳ ἐμίγη τῇ Φιλύρᾳ τῇ Ὠκεανοῦ* — 2. *ἤθελον . . . ἁμετέρας ἀπὸ γλώσσας·* similiter numerum variat infra v. 41 et N. III 1 — 4. *ἀγρότερον* comparationis vi abiecta eum, qui ruri degit, significat (cf. P. I 35), contra *ἄγριος* eum, qui cum vita rustica feros mores induit. Ceterum *φήρ*, quo nomine Chiron etiam P. IV 119 notatur, in Thessalica dialecto idem significasse dicitur, quod in vulgari oratione *θήρ* — 5. *ἀνδρῶν φίλον· φιλάνθρωπον* — 8. *Φλεγύας* princeps fuit veteris gentis Phlegyarum (cf. hymn. Hom. XV 3), cuius filia Coronis ab Apolline Aesculapium concepit — 9. *πρὶν τελέσσαι*, antequam foetum partui maturum edidisset; cf. Eur. Bacch. 100 *ἔτεκεν δ', ἁνίκα Μοῖραι τέλεσαν, ταυροκέρων θεόν* — 10. *Ἀρτέμιδος*. Apollo et Diana suis sagittis, id est ardentibus radiis siderum (cf. v. 50), morbos pestiferos mortalibus, ille maribus, haec feminis, inicere credebantur —

ἀμπλακίαισι φρενῶν,
ἄλλον αἴνησεν γάμον κρύβδαν πατρός,
πρόσθεν ἀκειρεκόμᾳ μιχθεῖσα Φοίβῳ.

καὶ φέροισα σπέρμα θεοῦ καθαρόν, Ἐπ. α'.
οὐκ' ἔμειν' ἐλθεῖν τράπεζαν νυμφίαν,
οὐδὲ παμφώνων ἰαχὰν ὑμεναίων, ἅλικες
οἷα παρθένοι φιλέοισιν ἑταῖραι
ἑσπερίαις ὑποκουρίζεσθ' ἀοιδαῖς· ἀλλά τοι
ἤρατο τῶν ἀπεόντων· οἷα καὶ πολλοὶ πάθον.
ἔστι δὲ φῦλον ἐν ἀνθρώποισι ματαιότατον,
ὅστις αἰσχύνων ἐπιχώρια παπταίνει τὰ πόρσω,
μεταμώνια θηρεύων ἀκράντοις ἐλπίσιν.

ἔσχε τοιαύταν μεγάλαν ἀυάταν Στρ. β'.
καλλιπέπλου λῆμα Κορωνίδος. ἐλθόντος γὰρ εὐνάσθη ξένου
λέκτροισιν ἀπ' Ἀρκαδίας.
οὐδ' ἔλαθε σκοπόν· ἐν δ' ἄρα μηλοδόκῳ
Πυθῶνι τόσσαις ἄιεν ναοῦ βασιλεὺς

---

14. *ἀκειρεκ.* *B C*: *ἀκερσεκ.* *D*; cf. I. I 7 — 15. cum praecedente versu coniunxit et post *καθαρόν* punctum posuit Heyne — 16. *οὐδ'* corr. Hermann et Boeckh; equidem satis esse duxi post *Φοίβῳ* interpungere — *νυμφίαν* coni. Schmid: *νυμφιδίαν* *B C D* — 24. *τοιαύταν* *I M*: *τοι ταύταν* *B* C^{pc} *D*, *τοιαύτης* C^{ac} — 27. *μηλοδ.* *B* C^{pc}, *μαδοδ.* D^{1}, *μηδοδ.* C^{ac} D^{2} —

13. *αἴνησαν γάμον*· verbo in hac re sollemni; cf. Eur. Or. 1092 *ἧς λέχος γ' ἐπῄνεσα*, 1672 *καὶ λέκτρ' ἐπῄνεσα* — *κρύβδαν πατρός*· cum ad concubitum et Ischyis et Apollinis referri possit, ad priorem referri praestat, ut impietas Coronidis significetur — 14. *ἀκειρεκόμας*· Apollo intonsus et capillos summittens a poetis et artificibus fingebatur — 16. *οὐκ ἔμεινε*· non gravi amore hospitis perculsa, sed quod verecundiam dei, cuius semen conceperat, domi quidem observabat, virginum aequalium lusibus et epulis interesse noluit. Wilamowitzii (Phil. Unters. IX 59) interpretatio "*sie konnte nicht abwarten, dass hochzeitsmal und brautlied herankäme*" ab hoc loco aliena est; nimirum frustra nuptias cum deo exspectasset — 19. *ὑποκουρίζεσθαι*, sollemne verbum de cantilenis ante conclave sponsarum cantandis, quales Sapphus *ὑμέναιοι* et *ἐπιθαλάμια* erant; cf. Hesych. *κουριζομέναις· ὑμεναιουμέναις* — 20. *ἤρατο*· Coronis amore Ischyis alienigenae, cum ille domum patris hospes venisset, flagrare coepit. Iam quod huic narrationi generalis sententia de perverso amore rerum remotarum (cf. N. III 30) adnectitur (20—24), Pindari proprium est, ad adiunctas res frequenter exspatiantis et narrationi praecepta sapientiae immiscentis; cf. O. I 3. P. IV 92. 248. XII 17. N. I 53. III 53. IX 15. X 78. I. I 13. 63. Inde nihil est causae, cur Hieronis amicos, quod a peregrinis medicis auxilium petiverint, a poeta tecte reprehendi statuamus — 24. *ἀυάταν* pro *ἀϝάταν*, *ἄταν*· cf. P. II 28. O. XIII 81 — 25. *λῆμα Κορωνίδος*, periphrastice, ut *ἲς Τηλεμάχοιο*, *Οἰνομάου βία* (O. I 88), *σθένος ἡμιόνων* (O. VI 22) — 26. *ἀπ' Ἀρκαδίας*· sensim quem Coronis deperierit, aperit; hic Arcadem eum fuisse significat, v. 31 nomen *Ἴσχυος* addit — 27. Apollinem deum sua divina mente Coronidis perfidiam cognoscentem Pindarus fecit spreta vetere de corvo internuntio dei traditione, quam Hesiodus in Eoeis proposuerat: *τῷ μὲν ἄρ' ἄγγελος ἦλθε κόραξ ἱερῆς ἀπὸ δαιτός | Πυθὼ ἐς ἠγαθέην καί ῥ' ἔφρασεν ἔργ' ἀΐδηλα | Φοίβῳ ἀκερσεκόμῃ, ὅτι Ἴσχυς γῆμε Κορωνὶν | Εἰλατίδης, Φλεγύαο διογνήτοιο θύγατρα.*

Λοξίας, κοινᾶνι παρ' εὐθυτάτῳ γνώμαν πιθών,
πάντα ϝίσαντι νόῳ·
ψευδέων δ' οὐχ ἅπτεται· κλέπτει τέ νιν
οὐ θεὸς οὐ βροτὸς ἔργοις οὔτε βουλαῖς.

καὶ τότε γνοὺς Ἴσχυος Εἰλατίδα *Ἀντ. β'.*
ξεινίαν κοίταν ἄθεμίν τε δόλον, πέμψεν κασιγνήταν μένει
θύοισαν ἀμαιμακέτῳ
ἐς Λακέρειαν. ἐπεὶ παρὰ Βοιβιάδος
κρημνοῖσιν ᾤκει παρθένος. δαίμων δ' ἕτερος
ἐς κακὸν τρέψαις ἐδαμάσσατό νιν· καὶ γειτόνων
πολλοὶ ἐπαῦρον, ἁμᾶ δ'
ἔφθαρεν, πολλὰν δ' ὄρει πῦρ ἐξ ἑνὸς
σπέρματος ἐνθορὸν ἀίστωσεν ὕλαν.

ἀλλ' ἐπεὶ τείχει θέσαν ἐν ξυλίνῳ *Ἐπ. β'.*
σύγγονοι κούραν, σέλας δ' ἀμφέδραμεν
λάβρον Ἁφαίστου, τότ' ἔειπεν Ἀπόλλων· Οὐκέτι
τλάσομαι ψυχᾷ γένος ἀμὸν ὀλέσσαι
οἰκτροτάτῳ θανάτῳ ματρὸς βαρείᾳ σὺν πάθᾳ.
ὣς φάτο· βάματι δ' ἐν πρώτῳ κιχὼν παῖδ' ἐκ νεκροῦ

---

28. *γνώμα CD*[1], *γνώμᾳ* Boeckh — *πιθών* coni. Schmid: *πεπιθών B C D* — 32. *ξειν. Byz.*: *ξεν. B C D* — 34. *μοιβιάδος B* — 36. *ἁμᾶ* codd. vett., *ἁμᾶι Q*, *ἁμᾷ* et *ἁμᾶ* schol. — *δ' B D*: *γ' C*, *τε* schol. — *πολλὰν δ' ἐν B C D*, *ἐν* eiec. Mosch. — 39. *δ'* om. *D* — 40. *λαῦρον B* — 41. *ὀλέσθαι* coni. Schmid — 43. *πρώτῳ*] *τριτάτῳ* coni. Aristarchus, *τέρτῳ* coni. Bergk —

Poeta enim Thebanus, cum de deorum sanctitate et maiestate altiora et veriora sentiret, veteris famae vestigia derelinquere et deorum fabulas ad dignitatem divinae sapientiae immutare non dubitabat; cf. O. I 36. VIII 31. N. III 34. VIII 20. X 80 — *μηλοδόκῳ Πυθῶνι*, quod ovium aliarumque bestiarum hostias accipiebat — 28. *κοινᾶνι παρ' εὐθυτάτῳ·* ex iudicio integerrimi sodalis, animi omnia scientis, menti persuadens; *παρ'* non esse cur praeverbium esse ducamus a suo verbo *πιθὼν* tmesi disiunctum, usus praepositionis *παρὰ* c. dat. arguit, ut ap. Demosth. 10, 17 *ταῦτα τοίνυν ἕκαστον εἰδότα καὶ γιγνώσκοντα παρ' αὑτῷ δεῖ μὰ Δί' οὐ γράψαι κελεύειν πόλεμον* —

29. *νιν*, *νόον*, qui etiam verbi *ψεύδεται* subiectum est — 30. *ἔργοις οὔτε βουλαῖς* pro *οὔτε ἔργοις οὔτε βουλαῖς*, cf. O. XI 18 — 34. *ἐς Λακέρειαν·* Pindarum secutus Apollonius Rhodius narrat IV 616: *τὸν ἐν λιπαρῇ Λακερείᾳ | δῖα Κορωνὶς ἔτικτεν ἐπὶ προχοῇς Ἀμύροιο.* Pindarum ipsum memorem Hesiodei *λακέρυζα κορώνη* (opp. 745) Coronidem Laceraeae habitasse finxisse ingeniose Herwerdenus perspexit. *Δωτίῳ ἐν πεδίῳ* Coronidem habitantem fecit hymn. Hom. 15, 3 et Hesiod. fr. 76 — *ἕτερος*, adversus, fausto genio contrarius, ut N. VIII 3 — 36. cf. Hes. opp. 238 *πολλάκι καὶ σύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα.* Pulchre hanc sententiam Pindarus illustravit comparatione incendii silvae montanae ex una scintilla orti — 38. *τείχει·* munito castello, non muro simplici ligneus rogus comparatur — 39. *σέλας Ἁφαίστου*, *σέλας πυρός*; item Nonnus XXXVI 131 *Ἡφαίστου πεφύλαξο σέλας*, Pind. N. III 10; iam Homerus simili metonymia usus est *B* 426. *Ψ* 33; v. Volkmann Rhetorik p. 425 sq. — 43. *βάματι δ' ἐν πρώτῳ·* cum Homerus Il. XIII 20 dixisset *τρὶς μὲν ὀρέξατ' ἰών* (*Ποσειδῶν*), *τὸ δὲ τέτρατον ἵκετο*

ἅρπασε· καιομένα δ' αὐτῷ διέφανε πυρά·
καί ῥά νιν Μάγνητι φέρων πόρε Κενταύρῳ διδάξαι
πολυπήμονας ἀνθρώποισιν ἰᾶσθαι νόσους.

τοὺς μὲν ὦν, ὅσσοι μόλον αὐτοφύτων Στρ. γ΄.
ἑλκέων ξυνάονες, ἢ πολιῷ χαλκῷ μέλη τετρωμένοι
ἢ χερμάδι τηλεβόλῳ,
ἢ θερινῷ πυρὶ περθόμενοι δέμας ἢ
χειμῶνι, λύσαις ἄλλον ἀλλοίων ἀχέων
ἔξαγεν, τοὺς μὲν μαλακαῖς ἐπαοιδαῖς ἀμφέπων,
τοὺς δὲ προσανέα πί-
νοντας, ἢ γυίοις περάπτων πάντοθεν
φάρμακα, τοὺς δὲ τομαῖς ἔστασεν ὀρθούς.

ἀλλὰ κέρδει καὶ σοφία δέδεται, Ἀντ. γ΄.
ἔτραπεν καὶ κεῖνον ἀγάνορι μισθῷ χρυσὸς ἐν χερσὶν φανείς,
ἄνδρ' ἐκ θανάτου κομίσαι
ἤδη ἁλωκότα· χερσὶ δ' ἄρα Κρονίων
ῥίψαις δι' ἀμφοῖν ἀμπνοὰν στέρνων καθέλεν
ὠκέως, αἴθων δὲ κεραυνὸς ἐνέσκιμψεν μόρον.

---

44. *διέφανε* $D\,C^2$: *διέφαινε* (-*νεν* B) $B\,C^1$, *διέχαινε* Schmid scholiorum glossam *διεσχίσθη* secutus — 48. *συναόνες* B, *ξυνάοντες* C^1 — 52. *περάπτων* C: *περιάπτων* $B\,D$ — 57. *ἁλ.* Schmid: *ἑαλ.* codd., *ὀλωλότα* coni. Naber — *δι'*] *δ'* C — 58. *ἐνέσκηψεν* B —

τέκμωρ, Pindarus, ut potentiam dei augeret, primo passu finem quem petebat assecutum Apollinem facit — 44. *διέφανε·* intransitive, ut ap. Xenoph. mem. III 10, 5 *τὸ μεγαλοπρεπές τε καὶ ἐλευθέριον διὰ τοῦ προσώπου καὶ διὰ τῶν σχημάτων διαφαίνει.*

45. redit poeta ad v. 5 *Χείρων θρέψεν ποτὲ τέκτονα νωδυνίας* — 47. *αὐτοφύτων* sponte natorum ulcerum; opposita sunt iis, quae hostes gladio vel saxo infligunt — 49. *χέρμαδι·* pro *χερμαδίῳ* Homerico, quod cum formam diminutivi nominis habeat, vi primitivum aequiparat — 51. morborum aestu vel frigore ortorum distinguit curam aut incantationibus (*ἐπαοιδαῖς*) factam aut medicamentis bibendis inungendisve aut denique secando; in remediis autem enarrandis orationis formis variis, ut adsolet, utitur — 52. *περάπτων* pro *περιάπτων*, ut *περόδοις* pro *περιόδοις* N. XI 40, et *περ'* pro *περί* O. VI 38. P. IV 265 — 55. *ἀγάνορι μισθῷ*, mercede valde opes viri augente; ut enim *πλοῦτον μεγάνορα* dixit O. I 2, sic etiam *ἀγάνορα πλοῦτον* P. X 18 — 56. *ἄνδρα*, hominem mortalem. Schol.: *λέγεται δὲ ὁ Ἀσκληπιὸς χρυσῷ δελεασθεὶς ἀναστῆσαι Ἱππόλυτον τεθνηκότα, οἱ δὲ Τυνδάρεων, ἕτεροι Καπανέα, οἱ δὲ Γλαῦκον, οἱ δὲ Ὀρφικοὶ Ὑμέναιον, Στησίχορος δὲ ἐπὶ Καπανεῖ καὶ Λυκούργῳ, οἱ δὲ διὰ τὸ τὰς Προιτίδας ἰάσασθαι, οἱ δὲ διὰ τὸν Ὠρίωνα, Φύλαρχος ὅτι τοὺς Φινείδας ἰάσατο, Φερεκύδης δὲ ὅτι τοὺς ἐν Δελφοῖς θνήσκοντας ἀναβιοῦν ἐποίησεν.* Vides, ut comminiscendo Graeci fabulam simplicem nominibus fabulisque variis exornaverint — 57. *δι' ἀμφοῖν . . . στέρνων·* ipsa variatio formae admonet, ut *ἀμφοῖν* non vice adiectivi fungi putemus 'per utraque pectora', sed genetivi 'per pectora utriusque, Aesculapii et cui is medebatur' —

χρὴ τὰ ϝεοικότα παρ
  δαιμόνων μαστευέμεν θναταῖς φρασίν,
γνόντα τὸ παρ ποδός, οἵας εἰμὲν αἴσας.

μή, φίλα ψυχά, βίον ἀθάνατον — Ἐπ. γ'.
σπεῦδε, τὰν δ' ἔμπρακτον ἄντλει μαχανάν.
εἰ δὲ σώφρων ἄντρον ἔναι' ἔτι Χείρων, καί τί ϝοι
φίλτρον ἐν θυμῷ μελιγάρυες ὕμνοι
ἁμέτεροι τίθεν· ἰατῆρά τοί κέν νιν πίθον
καί νυν ἐσλοῖσι παρασχεῖν ἀνδράσιν θερμᾶν νόσων
ἤ τινα Λατοΐδα κεκλημένον ἢ πατέρος.
καί κεν ἐν ναυσὶν μόλον Ἰονίαν τέμνων θάλασσαν
Ἀρέθουσαν ἐπὶ κράναν παρ' Αἰτναῖον ξένον,

ὃς Συρακόσσαισι νέμει βασιλεὺς — Στρ. δ'.
πραῢς ἀστοῖς, οὐ φθονέων ἀγαθοῖς, ξείνοις δὲ θαυμαστὸς πατήρ
τῷ μὲν διδύμας χάριτας
εἰ κατέβαν ὑγίειαν ἄγων χρυσέαν
  κῶμόν τ' ἀέθλων Πυθίων αἴγλαν στεφάνοις,
τοὺς ἀριστεύων Φερένικος ἕλ' ἐν Κίρρᾳ ποτέ,
ἀστέρος οὐρανίου,
  φαμί, τηλαυγέστερον κείνῳ φάος
ἐξικόμαν κε βαθὺν πόντον περάσαις.

---

60. γνόντας *C* — εἰμὲν *C*[1] *D*[ac]: ἐμὲν *D*[pc], ἦμεν *C*[2], ἐμὲν *B*; ἐμμὲν an εἶμεν poeta dixerit, incertum est; scripsit *EMEN* — 64. ἐν om. *BCD*, habent codd. recc. — 67. πατέρα coni. Bergk — 70. συρακοσσ. *B*: συρακοσ. *D*, συρακουσ. *C* — 71. δὲ *BC*: τε *D* — 74. ἕλ' ἐν Pauw: ἕλεν *BD*, ἕλε *C* — 76. πόντον *BD*: πόρον *C* —

59. θναταῖς φρασίν et ad μαστευέμεν et ad ἐοικότα referendum est; conferunt sententiam celebrem Eur. Alc. 809 ὄντας δὲ θνητοὺς θνητὰ καὶ φρονεῖν χρεών.

61. a fabula mythica ad res praesentes transit — φιλὰ ψυχά· schol.: ὁ λόγος πρὸς ἑαυτόν· cf. O. I 4. Hom. Od. XX 18; suum animum cum alloquatur, ad Hieronem admonitio tendit — 63. σώφρων idem fere hoc loco valet atque σῶς, vivus, cf. v. 106 — 66. καί νυν· νυν etiam in formula καί νυν corripere ausus est Pindarus O. III 34. VII 13. X 78. P. IV 42. IX 71 — θερμᾶν νόσων, febrilium morborum — 67. Λατοΐδα κεκλημένον ἢ πατερός· medicum (ἰατῆρα) seu Apollinis filium dictum (i. e. Ἀσκληπιόν) seu Jovis ipsius hominumque deumque patris (i. e. Ἀπόλλωνα). De dicendi formula conferre iuvat Soph. El. 365 ἐξὸν πατρὸς πάντων ἀρίστου παῖδα κεκλῆσθαι — 69. Αἰτναῖον ξένον· Aetnaeum audivisse Hieronem, quod Aetnam urbem condidit, ex P. I cognovimus, ξένον autem poeta eum appellat proleptice, quod ab eo, opinor, ut suo hospitio uteretur, invitatus erat; denique nomine βασιλέως eundem ornat, quod Ol. 76, 1 (v. schol. ad inscr. carm.) Aetna urbe condita Hiero se una cum filio Dinomene (v. P. I 60) reges nuncupari iussit, ut Aetnaeorum perinde atque Lacedaemoniorum bini reges essent — 72. διδύμας χάριτας, quae fuerint ut epexegesi explicet, addit ὑγίειαν et κῶμον — 75. φαμί rectae orationi interpositum est, ut passim ἔφη.

ἀλλ' ἐπεύξασθαι μὲν ἐγὼν ἐθέλω 'Αντ. δ'.
Ματρί, τὰν κοῦραι παρ' ἐμὸν πρόθυρον σὺν Πανὶ μέλπονται θαμὰ
σεμνὰν θεὸν ἐννύχιαι.
εἰ δὲ λόγων συνέμεν κορυφάν, Ἱέρων,
ὀρθὰν ἐπίστᾳ, μανθάνων οἶσθα προτέρων·
ἓν παρ' ἐσλὸν πήματα σύνδυο δαίονται βροτοῖς
ἀθάνατοι· τὰ μὲν ὦν
οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν,
ἀλλ' ἀγαθοί, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω.

τὶν δὲ μοῖρ' εὐδαιμονίας ἕπεται. 'Επ. δ'.
λαγέταν γάρ τοι τύραννον δέρκεται,
εἴ τιν' ἀνθρώπων, ὁ μέγας πότμος. αἰὼν δ' ἀσφαλὴς

---

78. *μέλποντι C* — 79. *σεμνὸν D*^{ac}? — *θεᾶν* vel *θεῶν C*^{ac} — 80. *ἐπίστασαι μαθών* coni. Naber probabiliter — 81. *δαίονται BCD*: *δέοντι* schol. ad O. I 97, unde *δαίοντι* Mommsen — 85. *τοι* om. *C*^{1} — 86. *σ' ὁ μέγας* coni. Bergk —

77. Graecis minus quam nobis usurpato more poeta, quod medica arte Hieroni aegrotanti opitulari non posset, preces se pro eius salute fundere dixit — 77 sq. schol.: *Ἀριστόδημός φησιν Ὀλύμπιχον αὐλητὴν διδασκόμενον ὑπὸ Πινδάρου γενέσθαι κατὰ τὸ ὄρος, ὅπου τὴν μελέτην συνετίθει, καὶ ψόφον ἱκανὸν καὶ φλόγα ἰδεῖν καταφερομένην· τὸν δὲ Πίνδαρον ἐπαισθόμενον συνιδεῖν Μητρὸς θεῶν ἄγαλμα λίθινον* (Meteorstein) *τοῖς ποσὶν ἐπερχόμενον, ὅθεν αὐτὸν συνιδρύσασθαι πρὸς τῇ οἰκίᾳ Μητρὸς θεῶν καὶ Πανὸς ἄγαλμα· τοὺς δὲ πολίτας πέμψαντας ἐς θεοῦ πυνθάνεσθαι περὶ τῶν ἐκβησομένων· τὸν δὲ ἀνειπεῖν, ἱερὸν Μητρὸς θεῶν ἱδρύσασθαι· τοὺς δὲ ἐκπλαγέντας τὸν Πίνδαρον διὰ τὸ προειληφέναι τὸν χρησμόν, ὁμοίως τῷ Πινδάρῳ ἐκεῖσε* (pro *ἐκεῖ*) *τιμᾶν τὴν θεὸν τελεταῖς.* Ad hanc fabulam, quam Aristodemus ex commentariis sacerdotum templi matris deae sumpsisse videtur, pertinet commentum vitae Pind. Vrat. in Prol. c 17 — 78. *σὺν Πανί·* schol.: *οὐχ ὅτι αἱ κόραι σὺν τῷ Πανὶ χορεύουσι καὶ ἀνυμνοῦσι τὴν Ῥέαν, ἀλλὰ τὴν Ῥέαν καὶ τὸν Πᾶνα ἀνυμνοῦσι. πάρεδρος γὰρ ὁ Πὰν τῇ Ῥέᾳ, ὡς αὐτὸς ὁ Πίνδαρος ἐν τοῖς κεχωρισμένοις τῶν Παρθενίων φησίν· Ὦ Πὰν Ἀρκαδίας μεδέων, ἕως τοῦ, Ματρὸς μεγάλας ὀπαδὲ σεμνῶν Χαρίτων μέλημα τερπνόν* (fr. 95) — *ἄλλως· πρὸς τῇ οἰκίᾳ τοῦ Πινδάρου Μητρὸς θεῶν ἵδρυτο ἱερὸν καὶ Πανός, ὅπερ αὐτὸς ἱδρύσατο·* cf. vit. Pind. in Prol. p. c. Contra Welckerus ad Philostrat. p. 465 et Michaelis, Il dio Pan colle ore e con nimfe, annal. del. Istit. arch. 1863 p. 331, loco Philostr. II 12 '*ἐλέγοντο καὶ αἱ Νύμφαι χορεῦσαι οἱ* (*τῇ Ῥέᾳ*) *καὶ ἀνασκιρτῆσαι τὸν Πᾶνα*' et simili loco Eur. Ion. 492 ss. '*χοροὺς στείβουσι ποδοῖν Ἀγραύλου κόραι τρίγονοι . . . ὅταν αὐλίοις σωρίζῃς, ὦ Πάν*', his locis commoti, cum *κούρας* Nymphas intellexissent, Nymphas una cum Pane Magnam deam celebrare opinati sunt. Scholiastarum interpretationem adiuvari etiam pulchro anaglypho Boeotio prope Tanagram reperto adnotant Furtwängler, Satyr aus Pergamon p. 28 et L. Gurlitt Arch. Zeit. 1880 p. 188 — 80. *προτέρων·* cum proverbialis et popularis esset sententia *ἓν παρ' ἐσλὸν πήματα δύο*, qua sententia sapientiae summam (*κορυφάν*) contineri poeta dicit, veteres sapientes eius auctores esse ferebantur — 84 ss. quam vera ista sententia sit, exemplis Pelei et Cadmi comprobat, qui cum summa potentia floruerint, tamen malis non caruerunt — 85. *τύραννον·* regem, non regem crudelem suaque potestate abutentem vox tyranni hic significat, ut in fabula Sophoclea *Οἰδίποδος τυράννου*, cuius de fabulae titulo confer doctam commentationem Aristophanis in hypothesi illius fabulae —

οὐκ ἔγεντ᾽ οὔτ᾽ Αἰακίδᾳ παρὰ Πηλεῖ
οὔτε παρ᾽ ἀντιθέῳ Κάδμῳ· λέγονται μὰν βροτῶν
ὄλβον ὑπέρτατον οἳ σχεῖν, οἵτε καὶ χρυσαμπύκων
μελπομενᾶν ἐν ὄρει Μοισᾶν καὶ ἐν ἑπταπύλοις
ἄιον Θήβαις, ὁπόθ᾽ Ἁρμονίαν γᾶμεν βοῶπιν,
ὁ δὲ Νηρέος εὐβούλου Θέτιν παῖδα κλυτάν.

καὶ θεοὶ δαίσαντο παρ᾽ ἀμφοτέροις, Στρ. ε΄.
καὶ Κρόνου παῖδας βασιλῆας ἴδον χρυσέαις ἐν ἕδραις, ἕδνα τε
δέξαντο· Διὸς δὲ χάριν
ἐκ προτέρων μεταμειψάμενοι καμάτων
ἔστασαν ὀρθὰν καρδίαν. ἐν δ᾽ αὖτε χρόνῳ
τὸν μὲν ὀξείαισι θύγατρες ἐρήμωσαν πάθαις
εὐφροσύνας μέρος αἱ
τρεῖς· ἀτὰρ λευκωλένῳ γε Ζεὺς πατὴρ
ἤλυθεν ἐς λέχος ἱμερτὸν Θυώνᾳ.

τοῦ δὲ παῖς, ὅνπερ μόνον ἀθανάτα Ἀντ. ε΄.
τίκτεν ἐν Φθίᾳ Θέτις, ἐν πολέμῳ τόξοις ἀπὸ ψυχὰν λιπὼν
ὦρσεν πυρὶ καιόμενος
ἐκ Δαναῶν γόον. εἰ δὲ νόῳ τις ἔχει
θνατῶν ἀλαθείας ὁδόν, χρὴ πρὸς μακάρων
τυγχάνοντ᾽ εὖ πασχέμεν. ἄλλοτε δ᾽ ἀλλοῖαι πνοαὶ

87. ἔγεντ᾽ B^{pc} *D*, ἔγεντο B^{ac}, ἐγένετ᾽ *C* — 88. λέγονταί γε μὰν *B C D*, γε eiec. Mosch. — 98. γε om. *D*, γ᾽ αὖ Hermann — 99. ἦλθεν *C* — 100. ἀθάνατος *E* — 101. λιπών: βαλών coni. Hecker coll. O. VIII 39, δικών Herwerden — 102. ὦρσεν ἐν πυρὶ *B D* —

87. ἔγεντο· pro ἐγένετο per syncopen, ut P. VI 28 et Hes. theog. 199 — 90. ἐν ὄρει i. e. Pelio Musae Peleo et Thetidi (cf. N. V 22), in urbe Thebis Cadmo et Harmoniae hymenaeos cecinisse ferebantur. Hymenaeum carmen nuptiarum Cadmi et Harmoniae Pindarus ipse panxerat in hymno Thebano, cuius exstant fr. 29—33. Eodem pertinet Eur. Phoen. 922: Ἁρμονίας δέ ποτ᾽ εἰς ὑμεναίους ἤλυθον Οὐρανίδαι, φόρμιγγί τε τείχεα Θήβας τᾶς Ἀμφιονίας τε λύρας ὕπο πύργος ἀνέστα. Etiam Pausaniae (IX 12. 5) aetate in arce Cadmea locus, quo Musae hymenaeum cecinissent, ostendebatur: Ἑλλήνων δὲ τοῖς ἀποδεχομένοις ᾆσαι Μούσας ἐς τὸν Ἁρμονίας γάμον τὸ χωρίον ἐστὶν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, ἔνθα δή φασι τὰς θεὰς ᾆσαι. In sella vero Amyclaea teste Paus. III 18, 12 ἐς τὸν γάμον Ἁρμονίας δῶρα κομίζουσιν οἱ θεοί — 91. γᾶμεν, Κάδμος, quo ducebat quod proxime antecedit Θήβαις — 94 sq. eandem rem (nuptias Thetidis et Pelei) similibus verbis Pindarus, epicum carmen Cypriorum secutus, N. IV 66 ss. III 56 et Catullus carm. 64 descripserunt atque artifices cum alii tum Clitias (v. Mon. Inst. IV 54 ss., Baumeister Denkm. n. 1883) picturis illustraverunt, nisi quod hi deos curru vehentes, non in sedilibus (ἕδραις) sedentes ponebant — — 97. θύγατρες . . . αἱ τρεῖς· Ino Agave Autonoe; paulo aliter fata Cadmeae domus narravit O. II 25 ss. — 99. Θυώνᾳ· eidem Semelae nomen dedit O. II 28 — 101. τόξοις. Paridis, ut in Aethiopide narratum erat — 102. πυρὶ καιόμενος, in rogo concrematus Achilles — 104. τυγχάνοντ᾽ εὖ πασχέμεν· εὖ cum ad al-

ὑψιπετᾶν ἀνέμων.
ὄλβος οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται
σῶς, πολὺς εὖτ' ἂν ἐπιβρίσαις ἕπηται.

σμικρὸς ἐν σμικροῖς, μέγας ἐν μεγάλοις *Ἐπ. ε'.*
ἔσσομαι· τὸν ἀμφέποντ' αἰεὶ φρασὶν
δαίμον' ἀσκήσω κατ' ἐμὰν θεραπεύων μαχανάν.
εἰ δέ μοι πλοῦτον θεὸς ἁβρὸν ὀρέξαι,
ἐλπίδ' ἔχω κλέος εὑρέσθαι κεν ὑψηλὸν πρόσω.
Νέστορα καὶ Λύκιον Σαρπηδόν', ἀνθρώπων φάτις,
ἐξ ἐπέων κελαδεννῶν, τέκτονες οἷα σοφοὶ
ἅρμοσαν, γινώσκομεν. ἁ δ' ἀρετὰ κλειναῖς ἀοιδαῖς
χρονία τελέθει, παύροις δὲ πράξασθ' εὐμαρές.

---

105. *ὄλβος δ'* *BCD*, *δ'* eiec. Tricl. — **106.** **σῶς** coni. Emperius: **ὃς** codd.; *πάμπολυς* coni. Dissen. — *ἐβρίσας* C^{ac} — **110.** **πλοῦτον: πότμον** coni. Hartung — **111.** **κεν: καὶ** C^1 — **112.** **σαρπηδ.** codd., **σαρπαδ.** in lapide Farnesiano exstare animadvertit Ahrens d. gr. ling. dial. II 144 — **113.** **κελαδεν.** *C* ex **κελαδειν.** corr. — **114.** **γινώσκομεν. ἁ δ' ἀρ.** Schmid: **γινωσκομένα δ' ἀρ.** codd.

terum membrum (**πασχέμεν**) adiectum sit, ad utrumque membrum (**πάσχοντ'** et **πασχέμεν**) pertinet, ut simile quid de negatione et praepositionibus vidimus O. XI 18 et P. II 59. Praeivit Pindarus Horatio ep. I 11, 22: *tu quamcunque deus tibi fortunaverit horam, grata sume manu* — 105. summae felicitati maxime impendere periculum adversae fortunae, res est ab omnibus omnium temporum poetis decantata; simili imagine aurae secundae et adversae Pindarus usus est O. VII 95: **ἄλλοτ' ἀλλοῖαι διαιθύσσοισιν αὖραι** — **107.** **σμικροῖς** et **μεγάλοις** neutr. gen. — **110.** ut itentidem in hoc carmine, sic hoc quoque loco poeta sub sua persona Hieroni consilia dat: si mihi deus, ait, gratas divitias det, magnam me sperem famam assecuturum esse, poetas scilicet largis muneribus adducentem, ut mea praeclara facta carminibus illustrent. Sic Hieronis liberalitatem efflagitat, poetarum admonens ope factum esse, ut Sarpedonis bellicae virtutes et Nestoris prudentia consilia in ore hominum etiamtum vigeant. Ceterum conferre iuvat Theocriti carm. 16, quo ille similiter se Hieroni iuniori praeconem praeclare factorum offert — **112.** **φάτις·** pro **φάτιας·** est enim appositio nominum *Νέστορα καὶ Σαρπηδόνα* — **113.** **τέκτονες·** cf. Cratineum **τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων** in Aristoph. eq. 577 — **115.** **πράξασθαι**, efficere carminibus, ut virtutes immortalitate floreant, non res praeclare facere, vel comparare qui virtutes praedicent poetas; suam enim artem efferre et cum fortibus factis suorum clientium componere in fine carminum consuevit, ut **O. I 117. VI 105. IX 107. XIII 115. P. II 96. IV 299. V 124. N. III 80. IX 54. I. V 63. VI 75.**

ΠΥΘΙΟΝ. Δ'.

ΑΡΚΕΣΙΛΑι ΚΥΡΗΝΑΙΩι

ΑΡΜΑΤΙ.

Strophae.



Epodi.



Argumentum.

Arcesilaus IV. Batti IV. filius, qui Cyrenarum octavus post Battum I. rex fuit (v. Prol. cxxvi), Pythiade 31 = 466 (462) a. Chr. quadrigis Pythia vicit. Eundem Ol. 80 = 460 a. Chr. Olympicam victoriam obtinuisse scholia ad P. IV inscr. tradunt, eumque iam tum, cum P. V canebatur, Olympicum certamen animo volvisse Pindarus ipse extremo carmine quinto (v. 124) significat. Arcesilai nostri proavus et regiae stirpis Cyrenaicae auctor Battus ab Herodoto IV 150 dicitur *Βάττος ὁ Πολυμνήστου ἐὼν γένος Εὐφημίδης τῶν Μινυέων.* Atque Euphemi nomen uni ex comitibus Batti, conditoris urbis, fuisse idemque aequali cuidam nostri victoris Arcesilai, quo ad mercennarios milites in Graecia conducendos ille usus sit, Didymus in scholiis ad P. IV 455 docte exponit. Minyeae autem originis indicia ex nominibus Cyrenaicorum magistratuum *Ἰάσονος* et *Αἴσωνος* Boeckhius Expl. 264 bene repetivit. Iam cum reges Cyrenarum et a Minyis se

ortos profiterentur et Euphemum, quem auctorem gentis ferebant, olim Taenari in agro Lacedaemonio suam sedem habuisse crederent, duas res genealogi Cyrenaici ita contaminaverunt, ut Euphemum unum ex Argonautis, quos Pindarus ipse P. IV 69 Minyas dixit, fuisse et eius progeniem, quam ex Minya femina Lemni insulae genuisset, primum Lacedaemonem et deinde Theram venisse fabularentur (cf. Herod. IV 145. 147). Haec ficta et commenticia esse et Minyas, priusquam Lacedaemonii coloniam Theram deducerent, insulam Theram tenuisse post Odofredi Mülleri sagacissimum de Minyis librum inter omnes constat. Sed non id hoc loco quaeritur, sed quid Cyrenaei crediderint et Pindarus ab iis acceptum habuerit. His certe, cum a Minyis et Euphemo originem ducerent, fabula Argonautarum et vetus Minyarum fama gratissimae fuerunt. — Praeter Argonauticas res Damophili cuiusdam Cyrenaei causam huic epinicio poeta intexuit. Nostri enim Arcesilai regnum, ut iam maiorum eius, Arcesilaorum II. et III. (v. Herod. IV 160. 162), civilibus seditionibus magnopere vexatum fuit, cum et regiae domus gentiles inter se dissiderent, et plebis factiones regiae potestatis iura et privilegia impugnarent. Ex iis autem, qui civili tumultu represso in exilium exacti erant, etiam Damophilus fuit, de quo scholia ad P. IV 467 haec adnotant: *ἐν τοῖς οὖν στασιώταις ἦν καὶ Δημόφιλος, ὃς καὶ αὐτὸς ἀνάστατος γέγονε τῆς πατρίδος καὶ φυγαδευθεὶς ἔρχεται εἰς Θήβας καὶ ἀξιοῖ τὸν Πίνδαρον.* Pindarus igitur cum huic Damophilo admodum faveret et hospitio eum Thebis excepisset (v. 299), narrationi prolixae de expeditione Argonautarum preces pro salute hospitis et amici subiecit; neque a vero aberrare mihi videor, si Pindarum hoc Damophilo carminum suorum chorodidascalo vel rhapsodo uti voluisse (v. 294. 299) coniecturam facio.

Post breve prooemium, quo Musas poeta ut stantes Arcesilai victoriam Delphis partam praedicent cohortatur (1—3), ab oraculo, quod Pythia Batto, proavo victoris, dederat, exorsus, huic oraculo vaticinium Medeae intexit, quo divina illa femina Theraeos, quod fatalis gleba, quam Euphemus Argonauta ab possessore Libyae dono acceperat, prope Theram insulam ex navi in mare decidisset, Libyae aliquando conditores futuros esse praedixerat. Hac parte fabulae Argonauticae narrata (9—53), poeta ad oraculum Pythium redit Arcesilaumque victorem debita laude ornat (54—69). Atque in hac re poeta consistere et epinicio finem imponere potuit, sed cum magis epicam rhapsodiam quam lyricum carmen pangere sibi proposuisset et Cyrenaeos fabulis Argonautarum inprimis gaudere nosset, post brevem commemorationem victoriae Arcesilai ad Argonautas rediit, ut totam fabulam inde a principio contexeret: Iasonem a Chirone educatum in patriam redire et sceptrum regium a Pelia repetere; Argo navem ab Iasone, ut Phrixi animam et aureum vellus reduceret, adornari militibusque compleri; Argonautas iter per Symplegadas in Colchidem terram suscipere; Iasonem a Medea adiutum certaminum ab Aeta propositorum pericula feliciter peragere; Medeam Iasonis uxorem factam patrem et patriam fugere; denique Argonautas per Oceanum, rubrum mare, Lemnum insulam domum redire (70—257). Haec autem ita poeta narravit, ut non omnes partes pari prolixitate exponeret, sed quae magis ad Minyarum Iasonisque laudes pertinerent, copiosius, reliqua compendiosa oratione referret. Neque temporum ordinem ubique poeta servavit,

sed eximia quadam arte primum in medias res nos ducit (70—100), 158—164; cf. O. XIII 76 ss.), deinde ad ea, quae ante gesta erant, deinceps oratione revoluta (101—119) extremo loco concubitum Argonautarum et Lemniarum feminarum ponit (252—256), unde ad Euphemum et Cyrenas rediret. Atque haec quasi corpus carminis efficiunt; in epilogo vero (263—299) poeta pulcherrimo aenigmate usus quercus etiam post casus tempestatum speciem prisci roboris exhibentis, Demophilum Cyrenaeum exulem clementiae regis commendat; esse enim eum a factionum turbis alienum, liberalibus artibus deditum musicaeque facultate ornatum, denique nuper sibi Thebis hospitem factum.

Rhapsodici carminis indoles secum fert, ut, etiamsi ab ineptiis eorum, qui poetae carmina tamquam scriptoris historias dissecant, longissime abhorreamus, tamen unde poeta fabulam hauserit, quae a maioribus accepisse, quae ipse finxisse videatur quaeramus. Quamvis enim Pindarus nova ipse invenire et comminisci minime sperneret, tamen vestigia antiquiorum auctorum ut in aliis fabulis, sic in hac quoque Argonautica eum secutum esse, ipsa rerum natura comprobatur. Atque Homeri quidem temporibus carmen de Argonautis exstitit (cf. Od. μ 70 *Ἀργὼ πᾶσι μέλουσα*), sed illius carminis non solum nullam notitiam grammatici Alexandrini scholiastaeque habebant, sed ne Pindarus quidem habuisse videtur. At habebant procul dubio et Hesiodus, qui in tertio libro Catalogi de Argonautis exposuit (schol. Apoll. Rh. II 181), et qui Hesiodi vestigia legebant poetae genealogici. Horum igitur ex carminibus lineamenta fabulae Pindaro reconcinnanda erant; quae qualia fuissent, hoc loco colligere olim in animo fuit. Sed postquam totam hanc materiem in Prolegomenorum quinto libro adumbrari melius esse duximus, lectores ad hunc librum et inprimis p. CXXV sq. delegamus. Hic solum monemus, quod in hoc carmine Argonautas redeuntes, non in Colchidem tendentes, Lemno appulisse legimus, hoc Pindarum, ut oeconomiae carminis consuleret, novasse videri, eundem autem, quod pauciores quam Apollonius duces Argonauticae expeditionis participes fuisse narrat, ad genuinam formam veteris famae propius quam poetam Alexandrinum accedere. Argonautica enim expeditio antiquitus solius fuit stirpis Aeolidarum, ut Thebana bella Labdacidarum et Argivorum, Troianum bellum gentis Atridarum et Dardanidarum. Atque hoc iam ex antiquioribus auctoribus Pindarus sumpsisse videtur, quod non solum Aeolides, qui in Thessalico agro regnabant, sed etiam eos, qui in Peloponnesum migraverant, consortes expeditionis fecit. Unum tamen nescio an ipse Hesiodi personati, qui in *Κήυκος γάμῳ* Herculem ab Argonautis circa Magnesiam relictum esse rettulerat (schol. Apoll. I 128, 9), vestigia secutus novaverit, quod una cum Ledae filiis etiam Alcmenae filium Herculem Colchos navigantem fecit. Is enim non solum nulla cum Thessaliae priscis regibus affinitate coniunctus erat, sed etiam post Argonauticam expeditionem floruisse olim credebatur, ut maxime ex eo apparet, quod Megaram, filiam Creontis, uxorem duxisse ferebatur. Nihil autem miri habet, quod Pindarus, quo studio Doricorum institutorum flagrabat, auctorem Doricae gentis Herculem a clarissimo coetu Argonautarum abesse noluit. Ceterum confer de Iasone et Argonautis Seeliger, Roscher lex. myth. II 63 ss. I 502 ss.

De metris.

Metra huius epinicii sunt dactylo-epitritica, quorum gravitas atque simplicitas carmini a stante (v. 1) cantore vel choro — hoc enim diiudicare non ausim — in comissatione (v. 2. 294) cantando et in fabulis narrandis potissimum versanti quam maxime aptae erant. Gravitas autem et constantia, quae huius generis modorum propriae sunt, etiam auctae sunt a poeta aequabili et continuo numerorum cursu. Namque nusquam ille in mediis versibus praeterquam sub finem strophae interruptus est, quin etiam supra finem versus continuatus est in strophae et epodi versibus quarto et quinto continuis numeris sese excipientibus. Utrum autem etiam versus tertius et quartus strophae, quintus et sextus epodi numeris cohaereant, an post tertium versum strophae, quintum epodi maius intervallum, quo pericopae strophae (1—3. 4—6. 7—8) et epodi (1—2. 3—5. 6—7) disiungantur, intericiendum sit, dubitare possis. Breves duas initiales ultimi versus strophae, quibus bene ante sedatum exitum rhythmus denuo concitatur, num in unam longam contrahere poeta sibi permiserit, a lectione v. 31 pendet. De tetrapodiis dactylicis (str. 4. 6. ep. 5) tripodiis commixtis confer versus similiter compositos O. vi ep. 2. N. i 6. ep. 2. 3. v ep. 6. I. v ep. 8. Denique et in numerorum genere et in lacteo flumine epicae narrationis Pindarus vestigia Stesichori pressisse videtur, quem Quintilianus inst. orat. x 1, 62 epici carminis onera lyra sustinuisse laudat.

Σάμερον μὲν χρή σε παρ' ἀνδρὶ φίλῳ Στρ. α'.
στᾶμεν, εὐίππου βασιλῆι Κυράνας, ὄφρα κωμάζοντι σὺν Ἀρκεσίλᾳ,
Μοῖσα, Λατοίδαισιν ὀφειλόμενον Πυθῶνί τ' αὔξῃς οὖρον ὕμνων,
ἔνθα ποτὲ χρυσέων Διὸς αἰητῶν πάρεδρος
οὐκ ἀποδάμου Ἀπόλλωνος τυχόντος ἱέρεα
χρῆσεν οἰκιστῆρα Βάττον καρποφόρου Λιβύας, ἱερὰν
νᾶσον ὡς ἤδη λιπὼν κτίσσειεν εὐ-άρματον
πόλιν ἐν ἀργινόεντι μαστῷ,

VARIA LECTIO. Inscr. *Ἀρκεσίλᾳ* (*-λάῳ E*) *Κυρ. ἅρμ. CE* et *B* sec. man. — Schol.: *γέγραπται ἡ ᾠδὴ Ἀρκεσιλάῳ Πολυμνήστου παιδὶ* (cf. v. 59) *Κυρηναίῳ τὸ γένος τῆς Λιβύης, νικήσαντι τὴν τριακοστὴν πρώτην Πυθιάδα, ἔνιοι δὲ καὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα· ἀλλ' οὐκ ἔγραψεν εἰς τὴν Ὀλυμπιακὴν αὐτοῦ νίκην, καίτοι μετὰ τὴν Πυθικὴν γενομένην, ἀλλ' εἰς τὰ Πύθια μόνον* — 3. *αὔξαις C* — 4. *αἰητῶν* Mosch.: *αἰετῶν* (*ἀετ. D*) *BCD*; *ἀετῶν Ζηνὸς* Tricl. — 5. *ἱέρεα BCD*, *ἱέρεια* Steph., *ἱρέα* coni. Boeckh, *Πυθία* Ahlwardt — 7. *κτίσειεν* (*κτησ. D*) *BCD* — 8. *ἀργάεντι*

COMMENTARII. v. 1. *στᾶμεν*· carmen a stante rhapsodo, non tripudiante choro cantandum esse (*στάσιμον μέλος*) significat — 2. *εὐίππου*· epitheton bene et genti rei equestris studiosae (cf. P. iv 17. P. v 85. ix 4. 123. Soph. El. 680) et victoriae equis partae adcommodatum est — 3. *Λατοίδαισιν*, Apollini et Dianae, quae N. ix 5 *Πυθῶνος αἰπεινᾶς ὁμόκλαροι ἐπόπται* dicuntur — *οὖρον ὕμνων*, ut N. vi 32 *ἐπέων οὖρον*, metaphora a navigatione ducta — 4. *αἰητῶν*· schol.: *ὅτι ὑπὸ Διὸς ἀφεθέντες ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς συνέπεσον ἐνταῦθα, καὶ οὕτως ἐγνώσθη τὸ μέσον τῆς γῆς· ὧν εἰκόνες οἱ χρυσοῖ ἀνέκειντο παρὰ τὸν ὀμφαλὸν ἀετοί, ἥρθησαν δὲ ἐν τῷ Φωκικῷ πολέμῳ, ὃν Φιλόμηλος συνεστήσατο*· cf. Paus. x 16, 2. De oraculo ipso confer Herod. iv 155 — 6. *χρῆσεν οἰκιστῆρα*· structura Graecis sollemni subiectum enuntiati subiuncti (*κτίσσειε*) obiectum enuntiati regentis (*χρῆσεν*) factum est; cf. O. vii 32 *ὁ Χρυσοκόμας πλόον εἶπεν* — 8. *ἀργι-*

καὶ τὸ Μηδείας ἔπος ἀγκομίσαι *Ἀντ. α΄.*
ἑβδόμᾳ καὶ σὺν δεκάτᾳ γενεᾷ Θήραιον, Αἰήτα τό ποτε ζαμενὴς
παῖς ἀπέπνευσ᾽ ἀθανάτου στόματος, δέσποινα Κόλχων. εἶπε δ᾽ οὕτως
ἡμιθέοισιν Ἰάσονος αἰχματᾶο ναύταις·
Κέκλυτε, παῖδες ὑπερθύμων τε φωτῶν καὶ θεῶν·
φαμὶ γὰρ τᾶσδ᾽ ἐξ ἁλιπλάκτου ποτὲ γᾶς Ἐπάφοιο κόραν
ἀστέων ῥίζαν φυτεύσεσθαι μελη- σίμβροτον
Διὸς ἐν Ἄμμωνος θεμέθλοις.

Ἐπ. α΄.

ἀντὶ δελφίνων δ᾽ ἐλαχυπτερύγων ἵππους ἀμείψαντες θοάς,
ἁνία τ᾽ ἀντ᾽ ἐρετμῶν δίφρους τε νωμάσοισιν ἀελλόποδας.
κεῖνος ὄρνις ἐκτελευτάσει μεγαλᾶν πολίων
ματρόπολιν Θήραν γενέσθαι, τόν ποτε Τριτωνίδος ἐν προχοαῖς
λίμνας θεῷ ἀνέρι ϝειδομένῳ γαῖαν διδόντι
ξείνια πρῴραθεν Εὔφαμος καταβὰς
δέξατ᾽· αἴσιον δ᾽ ἐπί ϝοι Κρονίων
Ζεὺς πατὴρ ἔκλαγξε βροντάν·

Hermann — 9. *ἀγκομίσαι* scholia: *ἀγκομίσαιθ᾽* (*ἐγκ.* *C*) *B C D*; cf. P. IV 179 — 10. *ἑβδόμᾳ σὺν καὶ δεκ.* Herwerden — 14. *ἁλιπλάκτου B*: *ἁλιπλέγκτου C*, *ἁλιπλάτου D* — 15. *μελισόμβ. C* — 16. om. B^1 — *ἐν* om. *D* — 17. fort. *ἐλαφροπτερύγων* — 18. *νωμάσσ. C* — 20. *τήν B* — 22. *πρώρ.* codd. — 23. *δέξαιτ᾽ D* —

νόεντι μαστῷ· schol.: *Ἀρίσταρχος μὲν τὸ Ὁμηρικὸν οὖθαρ ἀρούρης παράγειν αὐτόν φησι πιθανῶς ὑπαλλαξάμενον τὸν μαστόν. Ἱεροκλῆς δέ φησι κεῖσθαι τὴν πόλιν ἐπὶ λόφου μαστοειδοῦς λευκογείου.* Atque non pinguem, sed albicantem et cretaceum collem a poeta significatum esse situ urbis confirmatur, de quo v. Studniczka, Kyrene p. 167 ss. — 10. *σύν·* de tempore usurpatum, ut P. XI 10 et fr. 123 — *ἑβδόμᾳ καὶ σὺν δεκάτᾳ γενεᾷ·* septendecim aetatum intervallum inter tempus Argonauticae expeditionis et annum, quo Cyrenae condebantur, interiectum esse chronographi veteres computabant, qua de re v. Prol. p. CXXVI — 14. *Ἐπάφοιο κόραν·* schol.: *τὴν Λιβύην· ὅτι ἡ χώρα Λιβύης τῆς Ἐπάφου τοῦ Διὸς καὶ Ἰοῦς τῆς Ἰνάχου συνώνυμος· εἰώθασι δὲ οἱ ποιηταὶ συμπλέκειν τὰ τῶν χωρῶν ἢ τῶν πόλεων καὶ τὰ τῶν ἡρωΐδων ὀνόματα διακοινοποιοῦντες, οἷον Εὐάρματε χρυσοχίτων, ἱερώτατον ἄγαλμα Θήβα·* cf. P. XI in. N. I in. Fabulam de gleba Libyae telluris ad Theram perlata, a qua augurium coloniae a Theraeis in Libya olim condendae fieret, ex hoc Pindari carmine Apollonius Arg. IV 1731 ss., Callimachus hymn. II 74 ss. repetiverunt et logographi Libyci uberius persecuti sunt, quibusde v. schol. in Apoll. IV 1750: *ἱστορεῖται ταῦτα παρὰ Πινδάρῳ ἐν Πυθιονίκαις, ἐπιμελέστερον δὲ παρὰ Θεοχρήστῳ ἐν πρώτῳ Λιβυκῶν καὶ παρὰ Ἀκεσάνδρῳ ἐν πρώτῳ περὶ Κυρήνης* — 15. *ἀστέων ῥίζαν, τὴν Κυρήνην· ἐξ αὐτῆς γὰρ καὶ Ἀπολλωνία καὶ Τεύχειρα ἐκτίσθησαν* schol. Inprimis autem poeta hoc versu et v. 20 Arcesilai consilium in Hesperidas insulas colonos deducendi illustrare voluisse videtur — 17. *δελφίνων·* de delphinorum velocitate proverbiali copiose disserit O. Keller, Thiere des class. Alt. 232 — *ἵππους·* apposite equos et curulia studia Cyrenaeorum laudat in carmine ad curulem victoriam illustrandam facto — 19. *κεῖνος ὄρνις*, illud augurium glebae, de quo iam dictura est — 21. *θεῷ·* pendet a verbo *δέξατο*, de qua structura v. P. XII 5 — 22. *πρῴραθεν·* quod *πρῳρέα* Euphamum fuisse, *πρυμνέα* Iasonem Pindarus fingebat consentiens cum Apollonio, sed dissentiens a Philostrato imagg. II 15 —

ἀνίκ' ἄγκυραν ποτὶ χαλκόγενυν   Στρ. β'.
ναΐ κρημνάντων ἐπέτοσσε, θοᾶς Ἀργοῦς χαλινόν. δώδεκα δὲ πρότερον
ἀμέρας ἐξ Ὠκεανοῦ φέρομεν νώτων ὕπερ γαίας ἐρήμων
εἰνάλιον δόρυ, μήδεσιν ἀνσπάσσαντες ἀμοῖς.
τουτάκι δ' οἰοπόλος δαίμων ἐπῆλθεν, φαιδίμαν
ἀνδρὸς αἰδοίου πρόσοψιν θηκάμενος· φιλίων δ' ἐπέων
ἄρχετο, ξείνοις ἅτ' ἐλθόντεσσιν εὐ-εργέται
ξένι' ἐπαγγέλλοντι πρῶτον.

ἀλλὰ γὰρ νόστου πρόφασις γλυκεροῦ   Ἀντ. β'.
κώλυεν μεῖναι. φάτο δ' Εὐρύπυλος Γαιαόχου παῖς ἀφθίτου Ἐννοσίδα
ἔμμεναι· γίνωσκε δ' ἐπειγομένους· ἂν δ' εὐθὺς ἁρπάξαις ἀρούρας
δεξιτερᾷ προτυχὸν ξένιον μάστευσε δοῦναι.
οὐδ' ἀπίθησέν ἰν, ἀλλ' ἥρως ἐπ' ἀκταῖσιν θορὼν
χειρί ϝοι χεῖρ' ἀντερείσαις δέξατο βώλακα δαιμονίαν.
πεύθομαι δ' αὐτὰν κατακλυσθεῖσαν ἐκ - δούρατος
ἐναλίαν βᾶμεν σὺν ἅλμᾳ

24. *ἀγγύραν* D^{ac} — 25. *κριμνάντων B* — *ἐπέτοσε C*, *ἔποσσε* B^{1} *E* — 26. *ἐρήμων BCD*: *ἐρήμου E* et schol. — 27. *ἐναλ. BCD*; cf. O. IX 99 — *μήδεσσιν BD* — *ἀνσπάσαντες* (*ἀνασπ. D*) *BCD* — *ὠμοῖς C* — 29. *πρόσοψιν* (*πρόσωψ. C*) codd.: *περ' ὄψιν* Bergk — 30. *ἄρχεται CD* — *ξεν. CD* — 31. *ξένι'* coni. Bergk: *δεῖπν' BC* et schol., *δεῖπνον D*, *δέπας* ex coni. Mommsen — *ἐπαγγέλοντι CD* — 34. *γιγν. BD* — *ἄν τ'* mavult Bergk — 35. *προτυχὸν* B^{s} C^{pc} *D*: *προτυχὼν* B^{i} C^{ac}, *παρατυχὸν* Chaeris in schol. — *ξειν. BCD* — 36. *ἀπίθησέ νιν* codd., *ἀπίθησέν ἰν* (*ϝιν* Heimer) Hermann, *ἀθέριξέ νιν* Mor. Schmidt Pind. Ol. Sieg. p. CIV — 39. *ἐναλίαν* coni. Thiersch: *ἐναλία BCD*, *ἐναλίᾳ* schol. —

26. *ἐξ Ὠκεανοῦ*· ex Phaside Colchico Argonautas Pindarus fingit primum in Oceanum orientalem delatos esse, deinde in rubrum mare (v. 251), hinc per deserta Libyae (v. 26) eos navem duodecim diebus humeris portasse ad Tritonidem paludem, unde cum in mare mediterraneum navigaturi essent, Eurypylum iis obviam venisse — 27. *μήδεσιν*, *Μηδείας*, etymologico lusu — 28. *δαίμων*· *Τρίτων* audit apud Apoll. Rhod. IV 1552, unde collatis P. IV 33 et Apoll. Rhod. IV 1551 ss. schol.: *ὁ Τρίτων Εὐρυπύλῳ ὁμοιούμενος Κυρήνης βασιλεῖ* — 30. *ἔπεα ξένια*, verba hospitalia, advenam ad hospitalem mensam invitantia, unde interpolamentum *δεῖπνα* ortum est, quod quamvis contra metrum peccet, tamen iam scholiastarum aetate genuinum verbum *ξένια* expulerat — 32. *πρόφασις*· vox media causam quam quisque profatur significat sive falsam sive veram — 33. *Γαιαόχου*· Neptuni filium Eurypylum Pindarus glebam porrigentem facit, ut filius Neptuni Eurypylus Neptuni filio Euphamo glebam tradat. Schol.: *τοῦτο καινοτέρως ὁ Πίνδαρος ἱστορεῖ, ὅτι θεὸς Εὐρυπύλῳ παρεικασθεὶς παρέστη τοῖς Ἀργοναύταις* — 35. *προτυχόν*· cum aliud munus hospitale non ad manus esset, quod ei obvium erat munus glebae dedit; glebam autem dabant Graeci et Saxones tamquam signum ditionis — 36. *ἴν*, quod Hermannus restituit, dativus tertiae personae est, formatus ad analogiam dativi secundae *τίν* — *ἥρως*· cum alteri verbo adiectum sit, ad utrumque, *ἀπίθησε* et *δέξατο*, pertinet — 38 ss. Euphemum de industria a Tritone commotum glebam illo loco in mare deiecisse et inde insulam *Καλλίστην* ortam esse narrat Apollon. Arg. IV 1756 ss. — 39. *ἐναλίαν βᾶμεν* dictum est, ut *θυραῖον οἰχνεῖν* Soph. El. 313, *πεδάρσιοι ναίου-*

Ἐπ. β'.

ἑσπέρας, ὑγρῷ πελάγει σπομέναν. ἦ μάν νιν ὤτρυνον θαμὰ
λυσιπόνοις θεραπόντεσσιν φυλάξαι· τῶν δ' ἐλάθοντο φρένες·
καί νυν ἐν τᾶδ' ἄφθιτον νάσῳ κέχυται Λιβύας
εὐρυχόρου σπέρμα πρὶν ὥρας. εἰ γὰρ οἴκοι νιν βάλε παρ χθόνιον
Ἄιδα στόμα, Ταίναρον εἰς ἱερὰν Εὔφαμος ἐλθών,
υἱὸς ἱππάρχου Ποσειδάωνος ἄναξ,
τόν ποτ' Εὐρώπα Τιτυοῦ θυγάτηρ
τίκτε Καφισοῦ παρ' ὄχθαις,

Στρ. γ'.

τετράτων παίδων κ' ἐπιγεινομένων
αἷμά ϝοι κείναν λάβε σὺν Δαναοῖς εὐρεῖαν ἄπειρον. τότε γὰρ μεγάλας
ἐξανίστανται Λακεδαίμονος Ἀργείου τε κόλπου καὶ Μυκηνᾶν.
νῦν γε μὲν ἀλλοδαπᾶν κριτὸν εὑρήσει γυναικῶν
ἐν λέχεσιν γένος, οἵ κεν τάνδε σὺν τιμᾷ θεῶν

---

40. σπωμ. *C*; fort. πελάγει 'σπομέναν — ὀτρ. *B C* — 41. λυσιπόνοισι *C* — 42. ἀφθίτω *D* — 43. εὐρυχωρ. *C D* — 45. ποσειδάονος *B* — 46. Εὐρώπα: Εὐρώτα schol. ad v. 15; at v. Studniczka, Kyrene p. 65 sq. — τίκτει *B D* — 49. μηκυν. *C D* — 50. μὲν *Byz.*: μὰν *B C D* — 51. λεχέεσσι *C* — τάνδε ex τάδε corr. m. rec. *B* —

σιν Aesch. Prom. 710. ἐναλίᾳ ἅλμᾳ quod codices praebent, bis idem diceret — 40. ἑσπέρας, quod frustra sollicitavit Hecker Phil. v 444, consulto poeta addidit, quod vesperi somnus supercilia animantium obrepere solet — 41. λυσιπόνοις, si quando de labore et vigilantia remittebant; sic λυσίπονον τελευτάν dixit fr. 131; cf. Horat. C. III 27, 16 *famulis operum solutis* — 43. πρὶν ὥρας, ante iustum tempus; cf. πρὶν φάους ap. Arrian. anab. III 18, 6 — 45. Euphamum Neptuni filium hic et infra v. 175 dixit Hesiodi Eoeas (v. schol. ad v. 35) secutus, qui tamen non ex Europa, sed ex Mecionica Neptunum Euphemum genuisse dixerat — 46. Καφισοῦ· amnis Boeotici, cui Orchomenus urbs Minyarum adiacebat — 47. τετράτων παίδων, quod Heraclidae, qui cum Doribus Peloponnesum invaserunt veteresque incolas de sedibus suis expulerunt, ab Hercule, qui unus ex Argonautis fuit (v. 172), quarto gradu descenderunt; cf. Prol. CXXIV. Quodsi glebam Africae telluris Euphamus Taenarum patriam detulisset, iam tum, cum a Doribus et Heraclidis eius progenies domo pellebatur, Africa Graecos colonos sortita esset — 49. τότε . . . ἐξανίστανται· praesens pro futuro positum est, quod tempus adverbio τότε iam indicatum erat, qua simili de causa Graeci adverbia πρότερον (P. IV 25) et πάλαι, Indi *purā*, Latini *dum* cum praesenti iungunt. — 50. hic et infra v. 252 Pindarus ab aliis poetis hoc nomine differt, quod illi Argonautas cum Colchidem peterent, hic cum Colchide redirent, Lemnum insulam appulisse narrat; cf. Gröger, de Argonautarum fabularum historia p. 59. Pindarus autem hoc ita instituisse videtur, ut commode in fine narrationis ab Argonautis cum Minyis mulieribus concubantibus ad conditores Cyrenarum transiret — ἀλλοδαπᾶν· Lemniarum — κριτόν, egregium, ut Latini *lectos iudices* dicunt — 51. οἵ κεν τάνδε . . . νᾶσον ἐλθόντες· hinc quominus concludas poetam veterem famam secutum Lemnios Minyas a Lemno insula ipsa insulam Theram petivisse putasse, obstant loci P. IV 258 et V 73 ss., unde Euphami et Lemniae mulieris progeniem primum Lacedaemonem venisse et inde una cum aliis Lacedaemoniis Theram migrasse patet —

νᾶσον ἐλθόντες τέκωνται φῶτα κελαινεφέων πεδίων
δεσπόταν· τὸν μὲν πολυχρύσῳ ποτ᾽ ἐν - δώματι
Φοῖβος ἀμνάσει θέμισσιν,

Πύθιον ναὸν καταβάντα χρόνῳ 'Αντ. γ΄.
ὑστέρῳ, νάεσσι πολεῖς ἀγαγεῖν Νείλοιο πρὸς πῖον τέμενος
Κρονίδα.
ἦ ῥα Μηδείας ἐπέων στίχες. ἔπταξαν δ᾽ ἀκίνητοι σιωπᾷ
ἥρωες ἀντίθεοι πυκινὰν μῆτιν κλύοντες.
ὦ μάκαρ υἱὲ Πολυμνάστου, σὲ δ᾽ ἐν τούτῳ λόγῳ
χρησμὸς ὤρθωσεν μελίσσας Δελφίδος αὐτομάτῳ κελάδῳ·
ἅ σε χαίρειν ἐστρὶς αὐδάσαισα πε-πρωμένον
βασιλέ᾽ ἄμφανεν Κυράνᾳ,

'Επ. γ΄.
δυσθρόου φωνᾶς ἀνακρινόμενον ποινὰ τίς ἔσται πρὸς θεῶν.
ἦ μάλα δὴ μετὰ καὶ νῦν, ὧτε φοινικανθέμου ἦρος ἀκμᾷ,
παισὶ τούτοις ὄγδοον θάλλει μέρος 'Αρκεσίλας·

54. *ἀμμν.* *B D* — *θέμισιν* *D* — 55. *χρόνῳ δ᾽ ὑστέρῳ* *B C D* et schol., *δ᾽* del. Schmid, *χρόνῳ δευτέρῳ* coni. M. Schmidt, Pind. Ol. Sieg. p. CIV — 56. *ἀγαγεῖν* *C* et schol.: *ἄγαγε* *B D*, *ἀγαγὲν* E e corr. — 57. *αἴ ῥα* Boeckh in pr. ed. — 61. *εἰς τρὶς* *B C D* — *αὐδάσαισαι* *B* — 62. *κυράνᾳ* *C D* et schol.: *κυράνας* *B* — 63. *δυσερόου* B^{ac}, *δυσαθρόου* C^1 — 64. *ὧτε* Bergk: *ὥστε* *B*, om. *C D* — *ἦρος ἀκμᾷ* *C*: *ἦρος ἐν ἀκμᾷ* *B D* — 65. fort. *τούτοι᾽*, *οὕτως* coni. Emperius — *μέλος* C^2, *γένος* coni. Herwerden —

52. *κελαινεφέων*, fertilitatem regionis ubertate pluviarum auctam significat, quod cum rerum naturae contrarium sit, vix tum temporis iam poeta Libyam et Cyrenas viderat. Quodsi nigrum colorem cutis humanae ad agros Africae regionis poetam traxisse putare malis, non multo melior causa poetae eiusque peritiae fiet — 53. *δεσπόταν·* Battum, unde redit ad oraculum, quod Batto Pythiam dedisse narrare coeperat v. 6 — 54. *θέμισσιν·* oraculis sanctis, unde Themin deam ante Apollinem Delphis oracula edidisse fingit Aeschyl. Eum. 2 — 56. *Νείλοιο . . . Κρονίδα·* profectus Pindarus est a versu Homeri Od. IV 581 *ἂψ δ᾽ εἰς Αἰγύπτοιο Διϊπετέος ποταμοῖο*, sed utrum Nilum Cronidam dicere voluerit, quae scholiastae sententia est (*τὸν Νεῖλον ἀντὶ Διός φησιν, ἐπειδὴ παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις τιμᾶται ὡς θεός*), an campum Nili opimum esse Cronidae i. e. Iovis Ammonis, filii Saturni, significaverit, ambiguum est — 57. *ἦ·* Homerico usu post orationem finitam positum primum valuit 'sic', ut in sanscrita lingua *iti*, postea pro truncata forma verbi *φῆ* habitum est — *ἐπέων στίχες·* *στιχομυθίαν* scholia interpretantur — *ἔπταξαν ἀκίνητοι σιωπᾷ·* cf. Soph. Ai. 171 *σιγῇ πτήξειαν ἄφωνοι* — 59. *υἱὲ Πολυμνάστου·* Battus, conditor Cyrenarum, Polymnesti filius esse prohibebatur; falso autem grammaticos veteres hoc loco, ut victorem nostrum Arcesilaum Polymnesti filium putarent, commotos esse Boeckhius coarguit — 60. *μελίσσας·* schol.: *μελίσσας δὲ κυρίως μὲν τὰς τῆς Δήμητρος ἱερείας φασί, καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὰς πάσας, διὰ τὸ τοῦ ζώου καθαρόν* — *αὐτομάτῳ κελάδῳ*, quoniam de alia re Pythia a Batto rogata erat. Simili oraculo Pythia coloniam Rhodum deduci iussit O. VII 32 — 63. *δυσθρόου φωνᾶς·* fabulabantur enim etymo nominis *Βάττου* abusi, ab oraculo illum remedium balbutientis vocis petivisse; confer ipsa verba Pythiae apud Herod. IV 155: *Βάττ᾽, ἐπὶ φωνὴν ἦλθες· ἄναξ δέ σε Φοῖβος 'Απόλλων | ἐς Λιβύην πέμπει μηλοτρόφον οἰκιστῆρα* — 65. *ὄγδοον·* antecesserant, ut ex Herodoto IV 159 ss. novimus, septem hi reges Battus I., Arcesilaus I., Battus II. *ὁ εὐδαί-*

τῷ μὲν Ἀπόλλων ἅ τε Πυθὼ κῦδος ἐξ ἀμφικτιόνων ἔπορεν
ἱπποδρομίας. ἀπὸ δ' αὐτὸν ἐγὼ Μοίσαισι δώσω
καὶ τὸ πάγχρυσον νάκος κριοῦ· μετὰ γὰρ
κεῖνο πλευσάντων Μινυᾶν, θεόπομ-
ποί σφισιν τιμαὶ φύτευθεν.

τίς γὰρ ἀρχὰ δέξατο ναυτιλίας; Στρ. δ'.
τίς δὲ κίνδυνος κρατεροῖς ἀδάμαντος δῆσεν ἅλοις; θέσφατον
ἦν Πελίαν
ἐξ ἀγαυῶν Αἰολιδᾶν θανέμεν χείρεσσιν ἢ βουλαῖς ἀκάμπτοις.
ἦλθε δέ ϝοι κρυόεν πυκινῷ μάντευμα θυμῷ,
παρ μέσον ὀμφαλὸν εὐδένδροιο ῥηθὲν ματέρος·
τὸν μονοκρήπιδα πάντως ἐν φυλακᾷ σχεθέμεν μεγάλᾳ,
εὖτ' ἂν αἰπεινῶν ἀπὸ σταθμῶν ἐς εὐ- δείελον
χθόνα μόλῃ κλειτᾶς Ἰωλκοῦ,

ξεῖνος αἴτ' ὦν ἀστός. ὁ δ' ἆρα χρόνῳ Ἀντ. δ'.

---

66. ἀμφικτυ codd. — 70. τίς σφ' ἄρ' coni. Herwerden — ἀρχὴ δέξατο B^{pc}, ἄρχ' ἐδέξ. B^{ac} CD — ναυτιλλ. C — 71. ἄλλοις D — 72. ἀκάμπτοις Hermann: ἀκνάμπτοις B D, quod ἀγνάμπτοις scribendum fuit, ἀκάμποις C; βουλαῖσι κρυπταῖς vel βουλαῖς καλυπταῖς dubitantur coni. Herwerden —

μων, Arcesilaus II. ὁ χαλεπός, Battus III. ὁ χωλός, Arcesilaus III., Battus IV. ὁ καλός — 66. ἐξ ἀμφικτιόνων· ludos Delphicos ab Amphictionibus adornatos esse inter omnes constat — 69. Μινυᾶν· Minyes Argonautas a Pindaro appellatos esse scholiastae Appollonium Arg. I 230 secuti interpretantur, quod plerique eorum a Minya, Neptuni et Tritogeniae filia, prognati fuerint. At vereor ut hanc fabulam Pindarus noverit; immo hic melioribus testibus usus, veteres incolas Iolci, Orchomeni (O. XIV 3. Il. II 511. Her. I 146), Lemni (Her. IV 145) e gente Minyarum fuisse putabat — σφισιν· regibus Cyrenarum vel ipsis Cyrenaeis; schol.: σφισιν· αὐτοῖς τοῖς Κυρηναίοις τοῖς ἐς Θήραν τὴν ἀποικίαν στειλαμένοις.

70 ss. fabulam Argonauticam inde ab initio pandit; orditur autem, ut in medias res nos ducat, ab Iasone in patriam redeunte et a Pelia sceptrum patrium repetente. Hanc vero partem fabulae Argonauticae peropportune poeta selegit, quod similibus dissidiis etiam regia domus Cyrenaica vexata erat; v. Her. IV 162 — 70. δέξατο sine obiecto, ut ἄγει P. II 17 — 71. δῆσεν ἅλοις· clavi sunt fati, quales necessitatis ap. Hor. C. I 35, 17. III 24, 5; cf. Suchier Philol. 33, 340 ss. — θέσφατον ἦν κτλ. schol.: Ὁμηρικῷ ζήλῳ μετὰ τὴν ἐρώτησιν ἐπάγει τὸ αἴτιον· periculum autem, quod Peliae, cui per Aeolidas perire fatale fuit, impendebat, causa fuit, cur fatali quadam necessitate Minyae Medeam, quae Peliam interimeret (v. 250), ex Colchide arcesserent — 72. Αἰολιδᾶν· Iason, cuius uxor Medea ut Peliam occideret in fatis erat, filius fuit Aesonis (v. 118), nepos Crethei, pronepos Aeoli; cf. Prol. CXVI — 73. οἷ . . . πυκινῷ θυμῷ, eius callido animo, ut supra v. 48 αἷμά οἱ — 74. εὐδένδροιο ματέρος· Telluris, cuius umbilicus ager Delphicus fuisse credebatur; vide ad v. 4 — 75. τὸν μονοκρήπιδα· cur uno calceo Iason usus sit, veteres iam quaesivisse et varias causas commentos esse (cf. Roscher lex. myth. II 65, Holzinger ad Lycophr. 1310) scholia docent, ex quibus notabilis est haec: εἰσὶ δὲ καὶ Αἰτωλοὶ πάντες μονοκρήπιδες διὰ τὸ πολεμικώτατοι εἶναι (cf. schol. Eur. Phoen. 138), quo de more docte disputavit Wissowa, de Macrobii Saturnaliorum fontibus p. 46 sq. — 76. εὐδείελος, solis radiis clara, ut εὐδείελος ἀκτή apud. Hom. Od. XIII 234 —

ἵκετ' αἰχμαῖσιν διδύμαισιν ἀνὴρ ἔκπαγλος· ἐσθὰς δ' ἀμφοτέρα
νιν ἔχεν,
ἅ τε Μαγνήτων ἐπιχώριος ἁρμόζοισα θαητοῖσι γυίοις,
ἀμφὶ δὲ παρδαλέᾳ στέγετο φρίσσοντας ὄμβρους·
οὐδὲ κομᾶν πλόκαμοι κερθέντες ᾤχοντ' ἀγλαοί,
ἀλλ' ἅπαν νῶτον καταίθυσσον. τάχα δ' εὐθὺς ἰὼν σφετέρας
ἐστάθη γνώμας ἀταρβάκτοιο πει-ρώμενος
ἐν ἀγορᾷ πλήθοντος ὄχλου.

Ἐπ. δ'.

τὸν μὲν οὐ γίνωσκον· ὀπιζομένων δ' ἔμπας τις εἶπεν καὶ τόδε·
Οὔ τί που οὗτος Ἀπόλλων, οὐδὲ μὰν χαλκάρματός ἐστι πόσις
Ἀφροδίτας· ἐν δὲ Νάξῳ φαντὶ θανεῖν λιπαρᾷ
Ἰφιμεδείας παῖδας, Ὦτον καὶ σέ, τολμάεις Ἐφιάλτα ϝάναξ.
καὶ μὰν Τιτυὸν βέλος Ἀρτέμιδος θήρευσε κραιπνόν,
ἐξ ἀνικάτου φαρέτρας ὀρνύμενον,
ὄφρα τις τᾶν ἐν δυνατῷ φιλοτά-
των ἐπιψαύειν ἔραται.

τοὶ μὲν ἀλλάλοισιν ἀμειβόμενοι *Στρ. ε'.*
γάρυον τοιαῦτ'· ἀνὰ δ' ἡμιόνοις ξεστᾷ τ' ἀπήνᾳ προτροπάδαν
Πελίας
ἵκετο σπεύδων· τάφε δ' αὐτίκα παπτάναις ἀρίγνωτον πέδιλον
δεξιτερῷ μόνον ἀμφὶ ποδί. κλέπτων δὲ θυμῷ

---

79. *ἀμφοτέρα E*, quocum conspirat scholium *ἐσθῆς δὲ διπλῆ συνεῖχεν αὐτόν*: *ἀμφότερον BCD* — 81. *παρδαλίᾳ G* ex corr., *παρδαλέα BCD* et schol. — 82. *ᾤχοντ'* Boeckh: *οἴχοντ' BCD* — 84. *ἀταρβάκτοιο BCD*: *ἀταρβύκτοιο* lemma in *E*, *ἀταρμύκτοιο* coni. Hermann collato Bentleio ad Hor. C. I 3, 18 — 86. *οὐκ ἐγίν. B*, *οὐ γίγν. D* — 87. *οὔ τοι C* — 88. *ἐν Νάξῳ . . . Ἐπιάλτα* schol. Od. λ. 309 — *λιπαρᾶς* B^{ac} — 90. *τερπνὸν C* — 94. *ἐπὶ δὲ B* — 95. *παπτήνας* (*-ήνας B*) *BCD* —

79. *αἰχμαῖσιν διδύμαισιν*, more Homericorum heroum — 80. *ἁρμόζοισα* adstricta artubus vestis, contra libere fluens pellis pardalis vesti superiecta; simili modo indutum Paridem fingit Homerus Il. III 17; paulo differt Philostratus iun. im. 7: *λευκὸν χιτῶνα ἔζωσται* (*Ἰάσων*) *λεοντῆν ἐξηρτημένος*. — 82. tamquam alter Apollo *ἀκερσεκόμης* intonsus erat; heroicis enim temporibus comam capitis alebant liberi Graeci, *καρηκομόοντες Ἀχαιοί*. Optime autem poeta accuratius formam egregiam iuvenis poeta descripsit, ut admirationem hominum movere potuisse crederetur — 83. *σφετέρας*, suae Iasonis; de hoc usu Pindarico cf. O. IX 78 — 85. *ἐν ἀγορᾷ πλήθοντος ὄχλου*· i..e. *ἐν ἀγορᾷ πληθούσῃ*· palam medio die, non clam in tenebris noctis — 86. *τις εἶπεν* secundum Homericum *ὧδε δέ τις εἴπεσκε* — 87. *Ἀπόλλων*· latius hanc similitudinem persequitur Apoll. Rhod. I 307 ss. — *πόσις Ἀφροδίτας*· *Ἄρης* — 89. a diis iuvenili forma insignibus descendit poeta ad heroas formosissimos, inter quos primos nominat Aloidas, quos Homerus Od. XI 310 *καλλίστους μετά γε κλυτὸν Ὠρίωνα* praedicaverat, secundo loco Tityum, quem Diana, ut illos Apollo, suis sagittis interemerat (Od. XI 580) — 92. *ἔραται*· coniunctivus Doricae dialecti; v. Ahrens de gr. ling. dial. II 313 — 94. *ἀπήνα*· rhedae mulares Thessalorum nobiles erant, unde primum rheda Thersiam Thessalum Olympia vicisse tradit

δεῖμα προσέννεπε· Ποίαν γαῖαν, ὦ ξεῖν᾽, εὔχεαι
πατρίδ᾽ ἔμμεν; καὶ τίς ἀνθρώπων σε χαμαιγενέων πολιᾶς
ἐξανῆκεν γαστρός; ἐχθίστοισι μὴ - ψεύδεσιν
καταμιάναις εἰπὲ γένναν.

τὸν δὲ θαρσήσαις ἀγανοῖσι λόγοις 'Αντ. ε'.
ὧδ᾽ ἀμείφθη· Φαμὶ διδασκαλίαν Χείρωνος οἴσειν· ἄντροθε γὰρ νέομαι
παρ Χαρικλοῦς καὶ Φιλύρας, ἵνα Κενταύρου με κοῦραι θρέψαν ἁγναί.
εἴκοσι δ᾽ ἐκτελέσαις ἐνιαυτοὺς οὔτε Ϝέργον
οὔτ᾽ ἔπος ἐκτράπελον κείνοισιν εἰπὼν ἱκόμαν
οἴκαδ᾽, ἀρχὰν ἀγκομίζων πατρὸς ἐμοῦ, βασιλευομέναν
οὐ κατ᾽ αἶσαν, τάν ποτε Ζεὺς ὤπασεν - λαγέτᾳ
Αἰόλῳ καὶ παισὶ τιμάν.

'Επ. ε'.

πεύθομαι γάρ νιν Πελίαν ἄθεμιν λευκαῖς πιθήσαντα φρασὶν
ἁμετέρων ἀποσυλᾶσαι βιαίως ἀρχεδικᾶν τοκέων·

97. προσένεπε *B*, προσήνεπε *C*, προσήνεπε *D* — ξέν᾽ *B C D* — 98. χαμαιγαίων *D* — πολιᾶς: ποτε Ϝᾶς coni. Herwerden — 99. ἐχθίστοις σε coni. Mingarelli, αἰσχίστοισι coni. Hecker. — 101. θαρρ. *D* — 102. ναίομ. C^{ac} — 103. φιλλυρ. *C* — 105. ἐκτράπ. coni. Heyne: ἐντράπ. *B C D*, utrumque schol. — κείνοισιν: ξείνοισιν coni. Wilamowitz Herm. 14, 171 — κείναισιν Pauw. — 106. ἀρχὰν ἀγκομ. em. Chaeris; ἀρχαίαν κομ. (καιν. $B\,D^s$) codd. — 110. ἁμετέρων (ἡμετέραν B^s) . . ἀρχεδικᾶν codd. ex emendatione Chairidis: ἁμετέραν . . ἀρχεδίκαν vetus lectio ante Chaeridem — τοκήων *B* —

Paus. v 9, 1 — 97. imitatur Homericam formulam τίς πόθεν ἔσσ᾽ ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες (Od. i 170) — 98. πολιᾶς . . . γαστρός, neque senilem matrem, ut Boeckhius, neque sordidam, ut Wilamowitzius Eur. Herc. ii 183 voluit, significat; nullus enim contumeliae aut ironiae hic locus est; neque Hermannum probo Opusc. vii 139 filium τηλύγετον vocabulo πολιᾶς significari opinantem; immo uterum matris pullum dici, ex quo in claram lucem infantes prodeant, ostendit comparatio locorum O. vi 43 et N. i 35 — 99. ἐχθίστοισι, commonet loci clarissimi Homeri Il. ix 312 ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ἀνὴρ ὁμῶς 'Αίδαο πύλησιν, | ὅς χ᾽ ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν ἄλλο δὲ εἴπῃ — 102. ἀμείφθη· pro ἠμείψατο· eadem forma usus est Xen. anab. ii 5, 15. Theocr. vii 27 — φαμὶ . . . οἴσειν· bene institutum a Chirone me probabo, ut et vera dicam et pius erga parentes sim; hoc enim cum maxime ὑποθῆκαι Χείρωνος praecipiebant. Eximie autem Iason orationem praemunit nec continuo quis sit praefatur — 103. Philyra mater, Chariclo uxor Chironis esse perhibebantur; eaedem paulo post Κενταύρου κοῦραι ἁγναί praedicantur; contra Clitias, pictor amphorae Francoisii (Baum. Denkm. n. 1883) Pindaro fere aequalis, Chariclo deam fingit una cum Cerere et Vesta Peleo et Thetidi blanditiam (χάριν) afferentem — 105. κείνοισιν· Chironi eiusque matri et uxori — 108. τιμάν, dignitatem regiam; cf. P. i 48 — 109. λευκαῖς· ἐπιπολαίους interpretatur scholiasta, φρένας λευκὰς φρεσὶν ἀμφιμελαίναις Homeri Il. xvii 83 opponens; similiter Hesychius λευκῶν πραπίδων· κακῶν φρενῶν; apte vero Usenerus R. M. 1869 p. 382 monuit ab Alexandro probl. iv 58 albas notas ungium digitorum signum amorum et mendaciorum dici. Tamen Hermanni magis mihi arridet sententia, Pindarum etymologiae falsa specie commotum verbis λευκαῖς πιθήσαντα φρασὶν Homerica verba φρεσὶ λευγαλέῃσι πιθήσας (Il. ix 119) reddere voluisse putantis — 110. ἀρχεδικᾶν· quibus primum

τοί μ', ἐπεὶ πάμπρωτον εἶδον φέγγος, ὑπερφιάλου
ἁγεμόνος δείσαντες ὕβριν, κᾶδος ὡσείτε φθιμένου δνοφερὸν
ἐν δώμασι θηκάμενοι μίγα κωκυτῷ γυναικῶν,
κρύβδα πέμπον σπαργάνοις ἐν πορφυρέοις,
νυκτὶ κοινάσαντες ὁδόν, Κρονίδᾳ
δὲ τράφειν Χείρωνι δῶκαν.

ἀλλὰ τούτων μὲν κεφάλαια λόγων Στρ. ϛ'.
ἴστε. λευκίππων δὲ δόμους πατέρων, κεδνοὶ πολῖται, φράσ-
σατέ μοι σαφέως·
Αἴσονος γὰρ παῖς ἐπιχώριος οὐ ξείναν μὲν ἵκω γαῖαν ἄλλων.
Φὴρ δέ με θεῖος Ἰάσονα κικλήσκων προσαύδα.
ὣς φάτο. τὸν μὲν ἐσελθόντ' ἔγνον ὀφθαλμοὶ πατρός.
ἐκ δ' ἄρ' αὐτῷ πομφόλυξαν δάκρυα γηραλέων γλεφάρων,
ἂν περὶ ψυχὰν ἐπεὶ γάθησεν ἐξ-αίρετον
γόνον ἰδὼν κάλλιστον ἀνδρῶν.

καὶ κασίγνητοί σφισιν ἀμφότεροι Ἀντ. ϛ'.
ἤλυθον κείνου γε κατὰ κλέος· ἐγγὺς μὲν Φέρης κράναν Ὑπερῇδα
λιπών,
ἐκ δὲ Μεσσάνας Ἀμυθάν. ταχέως δ' Ἄδματος ἷκεν καὶ Μέ-
λαμπος

---

113. *μίγα* D C^{pc} E^{pc}: *μετὰ* B, *μέγα* E^{ac} — 115. *τράφειν* coni. Hartung: *τράφεν* (*τράφε* C^{ac}) B C D et schol. — 118. *μὲν ἵκω* scripsi: *ἱκόμαν* (*ἱκόμην* B) codd., *ἱκοίμαν* coni. Hermann, *οὐ μὰν ξεῖνος ἵκω* Bergk, *οὐ ξεῖνος ξέναν ἵκοιμ' ἂν αἶαν* Jurenka — 119. *προσηύδα* codd. — 120. *εἰσελθ.* B C D — *ἔγνων* C D, *ἐγν . .* B in perforata charta — 121. *αὐτῷ* coni. Bergk: *αὐτοῦ* codd. — 122. *περὶ*: *πέρι* Hermann; *ὑπὲρ* malo — 124. *σφιν* C D — 126. *μεσαν.* B C D — *ἧκε* B —

ius regnandi suppetit — 113. *μίγα κωκυτῷ*· similiter *μίγδα* cum dativo iunxit Homerus Il. III 437 — 114. *πέμπον* cum vi aoristi, conf. ad I. II 16 — *πορφυρέοις*, ut Herculis *κροκωτὸν σπάργανον* dixit N. I 38 — 115. *νυκτί*· nocti tamquam fideli sociae iter committentes — *Κρονίδᾳ Χείρωνι*, Chironi a Saturno sato; cf. N. III 47 *Κρονίδαν Κένταυρον* — 117. *λευκίππων*· albi equi sunt principum; sic Amphiarai O. VI 14, Tyndaridarum P. I 66, Cadmeorum P. IX 83, Mycenaeorum fr. 202, Molionidarum ap. Athen. II 58 a, Zethi et Amphionis ap. Eur. Phoen. 606; forma autem *λεύκιππος*, quae natura nominis proprii servata remansit, eo tempore orta est, quo nomen *ἵππος* (lat. *equus*, scr. *açvas*) nondum falsam aspirationem assumpserat — 119. *Φήρ*· Centaurus Chiron; cf. P. III 6 — 121. *αὐτῷ*· dativus ethicus suaviorem reddit orationem quam genetivus; cf. P. III 73. IV 48. N. III 10 — *πομφόλυξαν*· Homerico more neutrum plurale nominis cum plurali verbi iunxit, ut O. II 92. X 85. P. I 63 — 122. *ἂν περὶ ψυχάν*· schol.: *κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἐξαιρέτως καὶ ὑπερβεβλημένως ἥσθη*, unde Hermannus adverbium *πέρι* restituendum duxit, conferens Homericum *γεγήθει δὲ φρένα*. Immo patrem senem magis quam sua vita gavisum esse filio sibi reddito poeta significare voluisse videtur; quae vis si praepositioni *περὶ* non inesse videatur, *ἂν ὑπὲρ ψυχὰν* emendandi tibi auctor sum — 124. *κασίγνητοι*· Aesonis patris, non Iasonis fratres Pheres et Amythaon erant. Fratribus dein patrueles (*ἀνεψιοί*) opponuntur, fratrum filii, Admetus et Melampus; v. Prol. CXVI sq. — 125. *κείνου γε κατὰ κλέος*, illius quidem rumor cum perlatus esset —

εὐμενέοντες ἀνεψιοί. ἐν δαιτὸς δὲ μοίρᾳ
μειλιχίοισι λόγοις αὐτοὺς Ἰάσων δέγμενος,
ξείνι᾽ ἁρμόζοντα τεύχων, πᾶσαν ἐυφροσύναν τάνυεν,
ἀθρόαις πέντε δραπὼν νύκτεσσιν ἔν - θ᾽ ἁμέραις
ἱερὸν εὐζώας ἄωτον.

Ἐπ. ϛ΄.

ἀλλ᾽ ἐν ἕκτᾳ πάντα λόγον θέμενος σπουδαῖον ἐξ ἀρχᾶς ἀνὴρ
συγγενέσιν παρεκοινᾶθ᾽· οἵ δ᾽ ἐπέσποντ᾽. αἶψα δ᾽ ἀπὸ κλισιᾶν
ὦρτο σὺν κείνοισι. καί ῥ᾽ ἦλθον Πελία μέγαρον,
ἐσσύμενοι δ᾽ εἴσω κατέσταν. τῶν δ᾽ ἀκούσαις αὐτὸς ὑπαντίασεν
Τυροῦς ἐρασιπλοκάμου γενεά· πραῢν δ᾽ Ἰάσων
μαλθακᾷ φωνᾷ ποτιστάζων ὄαρον
βάλλετο κρηπῖδα σοφῶν ἐπέων·
Παῖ Ποσειδᾶνος Πετραίου,

ἐντὶ μὲν θνατῶν φρένες ὠκύτεραι Στρ. ζ΄.

Μέλαμπος BCDE: *Μελάμπους F*pc *R* fort recte — 127. *ἀνεψιοί R* et Hartung: *ἀνεψιόν* codd. rell. — 129. *τεύξων C* — *πᾶσαν ἐυφρ.* coni. Bergk: *πᾶσαν εὐφρ. B*, *πᾶσαν ἐς* (*εἰς C*) *εὐφρ. CD* — 130. *ἔν τ᾽ ἁμ. C* — 133. *συγγενέσσι B* — 134. *ἦλθε C* — 135. *εἴσω* Mosch.: *ἔσω BCD*; *εἴσω* an *ἔσσω* poeta voluerit non liquet — 136. *ἐλασ. C*i, *ἐρασ. C*s — 138. *ποσειδῶνος B* — 139. *ὠκύποροι* coni. Naber —

129. largas epulas, quales Thessalorum *εὐωχίαν* decebat, per quinque, non solum per tres dies noctesque continuatas lepide describit — *ξείνι᾽ ἁρμόζοντα τεύχων*, epulas largas parans, quales decet hospitibus apponi; cf. N. I 21 *ἁρμόδιον δεῖπνον* — 132. *πάντα·* plenam orationem compendiosae versus 116 contrariam; item *σπουδαῖον* addidit, ut seria colloquia facetiis convivii opponeret — *λόγον θέμενος* periphrastice, ut *μῆκος τῶν λόγων ἔθου* Soph. OC. 1139, *θέμεν σπουδὴν* P. IV 276, *κρύφον τιθέμεν·* O. II 107, *θέμεν αἶνον* N. I 5; cf. Ph. Thielmann, Das Verbum dare im Lateinischen p. 26 sq. — 133. *ἐπέσποντο·* scholia interpretantur *ἠκολούθησαν·* immo valet *ἐπῄνεσαν*, quoniam de profectione comitum postea sermo est. Videtur igitur hoc verbum a radice *sep* scr. *sak'*, a qua *ἔννεπε* (= *ἔνσεπε*) et *insece* descendunt, derivandum esse — *κλισιᾶν·* non de tentoriis, quibus nullus hic locus est, sed de sellis, quae sollemnis huius vocabuli notio apud Homerum est — 136. *Τυροῦς . . . γενεά·* Pelias, quem ex Tyro Neptunus genuerat — 138. *βάλλετο κρηπῖδα·* principium orationis iecit, cuius principii munus est, ut auditorem benevolum faciat; cf. P. VII 3 *κρηπῖδ᾽ ἀοιδᾶν βαλέσθαι* — *Πετραίου·* epitheton dei est ab aquis Penei fluminis saxa Ossae montis perrumpentibus tractum. Schol.: *ἐπίθετον Ποσειδῶνος ὁ Πετραῖος. φασὶ δὲ καὶ ἀγῶνα διατίθεσθαι τῷ Πετραίῳ Ποσειδῶνι, ὅπου ἀπὸ τῆς πέτρας ἐξεπήδησεν ὁ πρῶτος ἵππος· διὸ καὶ Ἵππιος ὁ Ποσειδῶν.* Uberius causam epitheti prius scholium exponit: *Πετραῖος τιμᾶται Ποσειδῶν παρὰ Θετταλοῖς, ὅτι διατεμὼν τὰ ὄρη τὰ Θετταλικά, λέγω δὲ τὰ Τέμπη, πεποίηκε δι᾽ αὐτῶν ἐπιτρέχειν τὸν ποταμὸν Πηνειόν, πρότερον διὰ μέσης τῆς πόλεως* (fort. *πεδιάδος*) *ῥέοντα καὶ πολλὰ τῶν χωρίων διαφθείροντα· καὶ Καλλίμαχος· φεῦγε δὲ καὶ Πηνειὸς ἑλισσόμενος διὰ Τεμπέων. οἱ δὲ ὅτι ἐπί τινος πέτρας κοιμηθεὶς ἀπεσπερμάτισε, καὶ τὸν θορὸν δεξαμένη ἡ γῆ ἀνέδωκεν ἵππον πρῶτον, ὃν ἀπωνόμασε Σκύφιον.* Hanc fabulam, quam etiam Herodotus VII 129 refert, illustrari tabula a Philostrato imagg. I 14 descripta sagaciter perspexit G. Wentzel, Aus der Anomia p. 134 ss., quamquam aliena eum admiscuisse docuerunt Gurlitt Gött. Gel. Anz. 1892 p. 524 et Benndorf in edit. Philostrati a sodalibus semin. Vindob.

κέρδος αἰνῆσαι πρὸ δίκας δόλιον, τραχεῖαν ἑρπόντων πρὸς ἐπίβδαν ὅμως·
ἀλλ' ἐμὲ χρὴ καὶ σὲ θεμισσαμένους ὀργὰς ὑφαίνειν λοιπὸν ὄλβον.
εἰδότι τοι ϝερέω· μία βοῦς Κρηθεῖ τε μάτηρ
καὶ θρασυμήδεϊ Σαλμωνεῖ· τρίταισιν δ' ἐν γοναῖς
ἄμμες αὖ κείνων φυτευθέντες σθένος ἀελίου χρύσεον
λεύσσομεν. Μοῖραι δ' ἀφίσταντ', εἴ τις ἔχ-θρα πέλει
ὁμογόνοις, αἰδῶ καλύψαι.

οὐ πρέπει νῷν χαλκοτόροις ξίφεσιν 'Αντ. ζ'.
οὐδ' ἀκόντεσσιν μεγάλαν προγόνων τιμὰν δάσασθαι. μῆλά τε γάρ τοι ἐγὼ
καὶ βοῶν ξανθὰς ἀγέλας ἀφίημ' ἀγρούς τε πάντας, τοὺς ἀπούραις
ἀμετέρων τοκέων νέμεαι, πλοῦτον πιαίνων·
κοὔ με πονεῖ τεὸν οἶκον ταῦτα πορσύνοντ' ἄγαν,
ἀλλὰ καὶ σκᾶπτον μόναρχον καὶ θρόνος, ᾧ ποτε Κρηθεΐδας
ἐγκαθίζων ἱππόταις εὔθυνε λα-οῖς δίκας·
τὰ μὲν ἄνευ ξυνᾶς ἀνίας

141. *χρὴ* om. C^1 — 144. *ἄμμες* B^s: *ἀμὲς* B^i *C D*, cf. O. IX 106 — 145. *λεύσομ.* *B C* — *ἀμφίστ.* *C D*; *ἀφίσταιντ'* corr. Chairis — 146. *αἰδῶ*: *αἰδώς* coni. Leop. Schmidt Pind. Leb. 301, *αἰδοῖ* Hermann opusc. VII 140, postquam antea *αἰδῶ καλύψαι* cum sequentibus verbis *οὐ πρέπει* coniunxit — *αἰδοῖ καλύψαι* coni. Hermann — 147. *χαλκοτόροισι* (-*τέροισι* *B C*) *B C D* — *ξίφεσσι* *B* — 148. *μεγάλων* C^1 — *προγόναν* *B* — 149. *οὓς* *B D* — *ἀπούρας* codd. — 150. *νέμεαι* | C^{pc} *D*: *νύμες* *B*, *νέμεν* C^{ac} — 152. *καὶ*: *κνᾶ* coni. M. Schmidt — *θρόνον* *F* — *ποτ' ὁ* *D* — 153. *ἱππότας* B^s —

parata a. 1893 p. 87 — 140. *κέρδος αἰνῆσαι πρὸ δίκας·* similiter Plat. rep. II p. 361 e *τοὺς ἐπαινοῦντας πρὸ δικαιοσύνης ἀδικίαν* —

142. *μία βοῦς*, Enarea coniux Aeoli, quae peperit Cretheum, cuius nepos Iason, et Salmoneum, cuius nepos Pelias. Eadem metaphora usus est Aesch. Ag. 1125 *ἄπεχε τᾶς βοὸς τὸν ταῦρον* — 144. *σθένος ἀελίου*, periphrastice ut *σθένος ἡμιόνων* O. VI 22 — 145. *ἀφίσταντ'*, Parcae, quae gignentibus hominibus adstant (cf. O. VI 42. O. X 52), decedunt, si cognatis inimicitiae incidunt, sicuti in anaglypho ap. Campana Op. in plast. 46 Pudicitia dea aufugit, impia dona meretriculae aversata — 146. *αἰδῶ καλύψαι·* utrum a verbo *πέλει* an a verbo *ἀφίσταντ'* infinitivus *καλύψαι* pendeat quaeritur; priorem sententiam equidem scholia secutus amplecti malim, quod et verbum *πέλει* propius adest et activa forma infinitivi *καλύψαι* non admittit Dissenii interpretationem 'ad pudorem suum occultandum'. Inimicitias igitur tantas dici puto, ut pudorem abiciant. Ceterum egregie hoc loco poeta epilogum carminis praeparat; ut enim Iason Peliam commonet, ne necessitudinis pudorem abiciat, ita Arcesilao poeta tecte quidem, sed impense suadet, ut cum Damophilo suo cognato in gratiam redeat — 150. *πλοῦτον πιαίνων·* vocabula haec duo alliterationis figura arctius coniuncta sunt — 151. *πονεῖ· λυπεῖ*, cuius verbi subiecta sunt *ταῦτα* et *καὶ* (adeo) *σκᾶπτον καὶ θρόνος·* cum verbo hoc iungas adverbium *ἄγαν* — *Κρηθεΐδας*, Aeson Crethei f. pater meus — 153. *ἱππόταις·* equites Thessali in omnium ore erant — *εὔθυνε·* similiter Solon fr. 15, 36 *εὐθύνει δὲ δίκας σκολιάς·* praeterea conferre

'Επ. ζ'.

λῦσον ἄμμιν, μή τι νεώτερον ἐξ αὐτῶν ἀνασταίη κακόν.
ὣς ἄρ' ἔειπεν. ἀκᾷ δ' ἀνταγόρευσεν καὶ Πελίας· Ἔσομαι
τοῖος. ἀλλ' ἤδη με γηραιὸν μέρος ἁλικίας
ἀμφιπολεῖ· σὸν δ' ἄνθος ἥβας ἄρτι κυμαίνει· δύνασαι δ' ἀφελεῖν
μᾶνιν χθονίων. κέλεται γὰρ ἑὰν ψυχὰν κομίξαι
Φρίξος ἐλθόντας πρὸς Αἰήτα θαλάμους,
δέρμα τε κριοῦ βαθύμαλλον ἄγειν,
τῷ ποτ' ἐκ πόντου σαώθη

ἔκ τε ματρυιᾶς ἀθέων βελέων. Στρ. η'.
ταῦτά μοι θαυμαστὸς ὄνειρος ἰὼν φώνει. μεμάντευμαι δ' ἐπὶ
Κασταλίᾳ,
εἰ μετάλλατόν τι. καὶ ὡς τάχος ὀτρύνει με τεύχειν ναῒ πομπάν.
τοῦτον ἄεθλον ἑκὼν τέλεσον· καί τοι μοναρχεῖν
καὶ βασιλευέμεν ὄμνυμι προήσειν. καρτερὸς
ὅρκος ἄμμιν μάρτυς ἔστω Ζεὺς ὁ γενέθλιος ἀμφοτέροις.
σύνθεσιν ταύταν ἐπαινήσαντες οἱ - μὲν κρίθεν.
ἀτὰρ Ἰάσων αὐτὸς ἤδη

ὤρνυεν κάρυκας ἐόντα πλόον 'Αντ. η'.
φαινέμεν παντᾶ. τάχα δὲ Κρονίδαο Ζηνὸς υἱοὶ τρεῖς ἀκα-
μαντομάχαι
ἦλθον Ἀλκμήνας θ' ἑλικοβλεφάρου Λήδας τε, δοιοὶ δ' ὑψι-
χαῖται

---

155. *ἀναστήῃ* (*ἀναστήῃ* cum G. Curtio praefert Schroeder) coni. Hermann, *ἀναστήσῃς* *B*[ac] *CD* et v. l. schol., *ἀναστήσῃ* *B*[pc], *ἀνασταίη* v. l. schol., unde *ἀνασταίη* Ahrens — 156. *ἔσσομαι* *BCD* — 157. *τοῖος* Mosch.: *τοιοῦτος* *BCDE* — *γερ.* *D* — 161. *βαθύμαλον* *BD* — 162. *ἔκ τε*: *ἐκ τῶν* *B* — *βουλέων* *D* — 163. *φώνει* schol.: *φωνεῖ* codd. — 164. *μεταλλακτόν* mavult Bergk, hoc vel *κατάλλακτον* Herwerden Stud. Pind. 34 — *με*: *σε* *B* — 165. *τέλεσσ.* *BCD* — 169. *αὐτὰρ* *BC* — 170. *ὤρνυεν* Boeckh: *ὄρνυεν* *BCD* — *κάρυκας τᾶς ἐόντα* *C*[1] — *ἐόντα* codd.: *ἑπόντα* coni. Jurenka, *ἕταισι* coni. Bergk; fort. *ἰόντα* — 172. *τ' ἑλ.*

iuvat nostrum *richten* — 156. *καί·* Pelias et ipse placida oratione utitur — 159. *ψυχὰν κομίξαι, ἀνακλήσει*, ter anima hominis in peregrina terra mortui vocanda et sic quasi in patriam reducenda, ut notum est ex Hom. Od. x 64 — 161. de Phrixo insidias novercae fugiente et in dorso arietis per mare vehente omnia nota. Schol.: *ἐκακώθη γὰρ διὰ τὴν μητρυιὰν ἐρασθεῖσαν αὐτοῦ καὶ ἐπεβουλεύθη, ὥστε φυγεῖν. ταύτην δὲ ὁ μὲν Πίνδαρος ἐν Ὕμνοις Δημοδίκην φησί, Ἱππίας δὲ Γοργῶπιν, Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀθάμαντι Νεφέλην, Φερεκύδης Θεμιστώ· ὃς καί φησι τῶν καρπῶν φθειρομένων ἐκ ταὐτομάτου ἐθελούσιον δοῦναι ἑαυτὸν εἰς σφαγήν. τὸ δε ἀθέων βέλεων ἀλληγορικῶς ἀντὶ τοῦ βουλευμάτων ἢ λόγων ἢ πραγμάτων* — 164. *εἰ μεταλλατόν τι·* an quid curandum sit, cum somnia sint partim vera partim falsa — *ὀτρύνει·* scil. *Ἀπόλλων*, qui nomine *Κασταλίᾳ* satis significatus est — *πομπάν·* expeditionem — 167. *Ζεὺς ὁ γενέθλιος ἀμφοτέροις*, Iupiter, a quo, cum Hellenem, patrem Aeoli, genuisse ferretur, uterque genus derivavit — 168. *κρίθεν· διεκρίθησαν.*

170 ss. enumerantur Argonautarum principes, de quibus v. Prol. cxxv — 171. *τρεῖς·* Hercules, Alcmenae filius, Castor et Pollux, Ledae filii —

ἀνέρες, Ἐννοσίδα γένος, αἰδεσθέντες ἀλκάν,
ἔκ τε Πύλου καὶ ἀπ᾽ ἄκρας Ταινάρου. τῶν μὲν κλέος
ἐσλὸν Εὐφάμου τ᾽ ἐκράνθη σόν τε, Περικλύμεν᾽ εὐρυβία.
ἐξ Ἀπόλλωνος δὲ φορμικτὰς ἀοι-δᾶν πατὴρ
ἔμολεν, εὐαίνητος Ὀρφεύς.

Ἐπ. η΄.

πέμπε δ᾽ Ἑρμᾶς χρυσόραπις διδύμους υἱοὺς ἐπ᾽ ἄτρυτον πόνον,
τὸν μὲν Ἐχίονα, κεχλάδοντας ἥβᾳ, τὸν δ᾽ Ἔρυτον. ταχέες
δ᾽ ἀμφὶ Παγγαίου θεμέθλοις ναιετάοντες ἔβαν·
καὶ γὰρ ἑκὼν θυμῷ γελανεῖ θᾶσσον ἔντυεν βασιλεὺς ἀνέμων
Ζήταν Κάλαΐν τε πατὴρ Βορέας, ἄνδρας πτεροῖσιν
νῶτα πεφρίκοντας ἄμφω πορφυρέοις.
τὸν δὲ παμπειθῆ γλυκὺν ἡμιθέοι-
σιν πόθον ἔνδαιεν Ἥρα

ναὸς Ἀργοῦς, μή τινα λειπόμενον Στρ. θ΄.
τὰν ἀκίνδυνον παρὰ ματρὶ μένειν αἰῶνα πέσσοντ᾽, ἀλλ᾽ ἐπὶ
καὶ θανάτῳ

(ἑλ. D) BD — ἑλικοβλεφάρων D — δυοὶ B — 173. αἰδεσθέντες codd. et schol.: ἀλδήσκοντες Mor. Schmidt, αἴν᾽ ἑσθέντες Jurenka, ἃ Ϝασθέντες ἀλκᾷ Bergk — 176. φορμιγκτ. C — 178. χρυσόρρ. BCD — 179. κεχλαδότας D — Ἔρυτον coni. Schmid: εὔρυτον BCD — ταχέες δ᾽ BCD, ταχέως δ᾽ VE^2 in lit., δ᾽ eiec. Boeckh; cf. P. IV 9 — 180. θεμέθλοις coni. Boeckh: θέμεθλα $B^2 C$, om. B^1 DGP — 181. ἔντυνε $C^1 V$: ἔντυεν BC^2D — 183. πεφρικότας D et lemma in B — 184. παμπληθῆ D — πόθον γ᾽ Mosch., πόθον τόνδ᾽ αὖεν coni. Emperius; at v. not. ad O. VI 28 — ἔνδαιεν B in lemm. C^2 D: ἔδαιεν B C^1, πρόσδαιεν Boeckh, δαίεσκεν Hermann — 185. ναοῦς B — 186. μητέρι CD —

173. Ἐννοσίδα γένος· Euphamus, qui Taenaro venit, Neptuni filius, et Periclymenus, qui Pylo venit, Pelei filius et Neptuni nepos — αἰδεσθέντες ἀλκάν, qui fortitudinem tamquam deam reverebantur; locutionem singularem formasse Pindarus videtur ex Homeri oratione Il. XV 561 ὦ φίλοι ἀνέρες ἔστε καὶ αἰδῶ θέσθ᾽ ἐνὶ θυμῷ — 176. ἐξ Ἀπόλλωνος· schol.: Ἀπόλλωνος τὸν Ὀρφέα φησὶν εἶναι, ὃν καὶ αὐτὸς ὁ Πίνδαρος (fr. 139) καὶ ἄλλοι Οἰάγρου λέγουσιν. Dubito tamen an poeta verbis ἐξ Ἀπόλλωνος potius Thraciam urbem Ἀπολλωνίαν, unde Thracius poeta venerit, significare voluerit — 179. κεχλάδοντας· schema Alcmanicum, quod Alcman frequenter pluralem priori nomini, priusquam alterum additum esset, adiungere solebat; sed iam Homerus Il. V 774 ἧχι ῥοὰς Σιμόεις συμβάλλετον ἠδὲ Σκάμανδρος, et Il. XX 138. Od. X 513 — Ἔρυτος (sic etiam Apoll. Argon. I 52) in scholiis et apud Apollod. I 112 Εὔρυτος audit — 180. Παγγαίου· Pangaeus mons, unde Boreae filii alati venerunt, in Thraciae et Macedoniae confiniis fuit — ἔβαν· Boreadae, qui Thraciae montes tenebant et proximis versibus nominatim declarantur — 183. πορφυρέοις· epitheton non tam coloris quam splendoris significandi gratia additum esse videtur; cf. N. XI 28 et Hor. C. IV 1, 10 *purpureis oloribus.* Alae Boreae Boreadarumque ex vasibus aliisque monumentis artis satis notae sunt; conf. Welcker, Alte Denkm. III 144 ss. — Ceterum paucorum tantum heroum, qui ipso genere insignes erant, nomina poeta attulit; praeterea a Pindaro ipso O. IV 21 Erginus Clymeni filius, fr. 172 Telamon, fr. 48 Peleus, in Cypseli cista (Paus. V 17, 9) Pisus et Asterio, multi alii ab Apollonio inter Argonautas fuisse feruntur — 186. τὰν αἰῶνα· schol.: θηλυκῶς κατὰ τὸ ἴδιον ἔθος ἐξήνεγκε· item P. V 7. N. IX 44; contra masculino genere utitur O. IX 60. N. III 75; de locutione αἰῶνα πέσσοντα cf. O.

φάρμακον κάλλιστον ἑᾶς ἀρετᾶς ἄλιξιν εὑρέσθαι σὺν ἄλλοις.
ἐς δὲ Ἰωλκὸν ἐπεὶ κατέβα ναυτᾶν ἄωτος,
λέξατο πάντας ἐπαινήσαις Ἰάσων. καί ῥά Ϝοι
μάντις ὀρνίχεσσι καὶ κλάροισι θεοπροπέων ἱεροῖς
Μόψος ἄμβασε στρατὸν πρόφρων. ἐπεὶ - δ᾽ ἐμβόλου
κρέμασαν ἀγκύρας ὕπερθεν,

Ἀντ. θ΄.

χρυσέαν χείρεσσι λαβὼν φιάλαν
ἀρχὸς ἐν πρύμνᾳ πατέρ᾽ Οὐρανιδᾶν ἐγχεικέραυνον Ζῆνα, καὶ ὠκυπόρους
κυμάτων ῥιπὰς ἀνέμων τ᾽ ἐκάλει, νύκτας τε καὶ πόντου κελεύθους
ἄματά τ᾽ εὔφρονα καὶ φιλίαν νόστοιο μοῖραν·
ἐκ νεφέων δέ Ϝοι ἀντάυσε βροντᾶς αἴσιον
φθέγμα· λαμπραὶ δ᾽ ἦλθον ἀκτῖνες στεροπᾶς ἀπορηγνύμεναι.
ἀμπνοὰν δ᾽ ἥρωες ἔστασαν θεοῦ - σάμασιν
πιθόμενοι· κάρυξε δ᾽ αὐτοῖς

Ἐπ. θ΄.

ἐμβαλεῖν κώπαισι τερασκόπος, ἁδείας ἐνίπτων ἐλπίδας.
εἰρεσία δ᾽ ὑπεχώρησεν ταχειᾶν ἐκ παλαμᾶν ἄκορος.
σὺν Νότου δ᾽ αὔραις ἐπ᾽ Ἀξείνου στόμα πεμπόμενοι
ἤλυθον· ἔνθ᾽ ἁγνὸν Ποσειδάωνος ἕσσαντ᾽ εἰναλίου τέμενος,

187. *ἰᾶς B* — 188. *δ᾽ Ἰαωλκὸν* coni. Schmid — *κατέβαν D* — 190. *θεοπρεπ. B* — 191. *ἄμβαισε B* — 193. *φιάλαν*: *ἄγκυραν* B^{ac} — 195. *ἀνέμων PQ*: *ἀνέμους BCDE* — 197. *ἀντάνυσε* C^1 — 198. *ἀπορρ. BC* — 199. *ἄμπλοον* coni. Coraes — 200. *πιθ.* Mosch.; *πειθ. BCDE* — 202. *τραχειᾶν C* — 203. *ἀξείν. BE* et schol.: *εὐξείν. CD* — 204. *ποσειδᾶνος B* — *ἕσσαντ᾽*: fort. *ἕσσυντ᾽* vel potius

I 85 — 187. *φάρμακον ἀρετᾶς* laus dicitur, ut Eur. Bacch. 283 *φάρμακον πόνων*, N. IV 1 *εὐφροσύνα πόνων ἰατρός* — *ἑᾶς* ad plures hic relatum est, ut vice versa *σφέτερος* ad singulos — 189. *λέξατο·* recensuit, simul ad virtutem cohortatus ad exemplar Agamemnonis Il. IV 231 ss. — 190. *ὀρνίχεσσι καὶ κλάροις*, cum *ἄμβασε*, quam cum *θεοπροπέων* iungere malo — *κλάροις . . . ἱεροῖς·* sortibus sacris, non profanis — 194. *ἀρχός·* dux navis Iason, cum ancoras ex utraque parte prorae (*ἀγκύρας*, non *ἀγκύραν*) solutas suspendissent, libationem ante profectionem fecit; cf. Thucyd. VI 32, Arrian. anab. VI 3 — *ἐν πρύμνᾳ·* quae sedes ducis navis erat; contra in prora Euphamus suam sedem habebat; vide v. 22 — 195. *ῥιπὰς ἀνέμων·* cf. P. IX 48. N. III 59. fr. 88. Soph. Ant. 929 — 198. *αἴσιον*, faustum; cf. Hom. *B* 353 *ἀστράπτων ἐπιδέξι᾽ ἐναίσιμα σήματα φαίνων* — 199. *ἀμπνοὰν ἔστασαν*, periphrastice pro *ἀνέπνευσαν*, ut *ἐλπίδα στῆσαι* ap. Eur. Iph. Aul. 788 — 201. *τερασκόπος·* Mopsus signa Iovis interpretans et bonam spem animis Argonautarum iniciens — 203. *σὺν Νότου δ᾽ αὔραις·* Notus a meridie flans navem ad ostium ponti ferebat, ubi celebre erat delubrum (*Ἱερόν*) duodecim deorum, de quo v. Apoll. Arg. II 532 et Wieseler, Spicilegium de locis scriptorum veterum ad Bosporum Thracium spectantibus p. 32 — 204 *ἕσσαντ᾽*, scholia *ἔκτισαν* interpretantur, reddentes, opinor, *δωμήσαντες βωμόν* Apollonii Arg. II 531; quod si recte faciunt, Argonautae ipsi illud delubrum condidisse putandi sunt. At cum iam exstare (*ὑπάρχειν*) ara dicatur nuper, scilicet a Phrixo, condita, exspectamus notionem intrandi, unde *ἔσδυν* i. e. *ἐσέδυσαν*

φοίνισσα δὲ Θρηικίων ἀγέλα ταύρων ὑπᾶρχεν
καὶ νεόκτιστον λίθων βωμοῖο θέναρ.
ἐς δὲ κίνδυνον βαθὺν ἱέμενοι
δεσπόταν λίσσοντο ναῶν,

συνδρόμων κινηθμὸν ἀμαιμάκετον *Στρ. ι'.*
ἐκφυγεῖν πετρᾶν. δίδυμαι γὰρ ἔσαν ζωαί, κυλινδέσκοντό τε
κραιπνότεραι
ἢ βαρυγδούπων ἀνέμων στίχες· ἀλλ' ἤδη τελευτὰν κεῖνος
αὐταῖς
ἡμιθέων πλόος ἄγαγεν. ἐς Φᾶσιν δ' ἔπειτεν
ἤλυθον· ἔνθα κελαινώπεσσι Κόλχοισιν βίαν
μῖξαν Αἰήτᾳ τ' ἀγαυῷ. πότνια δ' ὀξυτάτων βελέων
ποικίλαν ἴυγγα τετράκναμον Οὐ-λυμπόθεν
ἐν ἀλύτῳ ζεύξαισα κύκλῳ,

μαινάδ' ὄρνιν Κυπρογένεια φέρεν *'Αντ. ι'.*

ἔσδυν — *ἐναλ.* *B C D* — 206. *λίθων* Tricl.: *λίθινον* *B C D E*; *θέναρ βωμοῦ λίθινον* coni. Ahlwardt — 208. *σύνδρομον* *E* — 209. *δίδυμαι* *D*: *δίδυμοι* *B C* — *κραιπνὸν* *D* (accentus et *ν* in lit.) — 211. *δ'*: *γ'* *C*, quod ex *τε* ortum videtur — *ἔπειτ' ἀνήλ.* *B*, *ἔπειτ' . . ἤλ.* *D* (lit. inter *τ* et *ἤ*) — 212. *-πεσι* *C* — 213. *τ' ἀγαυῷ* coni. Herwerden: *παρ' αὐτῷ* codd., *τ' ἀγαυρῷ* coni. M. Schmidt — *ὀξυτ.* *C* et schol.: *ὠκυτ.* *B D* — 216. *ἔρνιν* *B* —

legendum esse conieci. Aliter Timosthenes in scholiis Apollonii II 532 rei difficultatem expedire conatus est: *Τιμοσθένης δέ φησι τοὺς μὲν Φρίξου παῖδας βωμοὺς δώδεκα ἱδρύσασθαι τῶν θεῶν, τοὺς δὲ 'Αργοναύτας τοῦ Ποσειδῶνος* scil. *ἐναλίου* — 205. *φοίνισσα* scrupulos veteribus grammaticis movit, quoniam nigri tauri Neptuni sacri erant; vide tamen O. XIII 69 — *Θρηικίων*· cum delubrum illud in Asiatico litore positum esset, Thraces intellegendi sunt Bithyni, quos Herodotus VII 75 ex Europa in Asiam traiecisse tradit: *οὗτοι μὲν (Θρήικες) διαβάντες μὲν ἐς τὴν 'Ασίην ἐκλήθησαν Βιθυνοί* — 306. *θέναρ* scholia interpretantur *τὸ τοῦ βωμοῦ κοίλωμα τὸ ὑποδεχόμενον τὰ θύματα*, qua a significatione non abhorret trita locutio *θέναρ χειρός* — 208. *συνδρόμων . . . πετρᾶν*, quae vulgo *Συμπληγάδες* audiunt et iam Homero *μ* 69 notae erant; eas *συνορμάδας* (an *συνδρομάδας*?) Simonidem dixisse tradit schol. Eur. Med. 2 — 210. *ἀνέμων στίχες*· ventorum tamquam acies inter se confligere dicuntur — 212. *κελαινώπεσσι*· fuscos finxisse poeta videtur Colchos, quod Oceano et orientalibus Aethiopibus propinquos eos esse opinabatur; eosdem tamen etiam Herod. II 104 *μελάγχροας* fuisse tradit, eos ab Aegyptiis militibus ortos esse ratus; conf. Lycophr. 1312 et Holzingeri comm. ad h. l. — 212 s. *βίαν μίξαν*· Dissenius Boeckhio auctore Argonautas statuit primum, cum urbem peterent, a Colchis prohibitos esse et armis viam sibi parasse, deinde autem inter Colchos et Argonautas convenisse, ut vellus certis condicionibus redderetur. At hoc nimis obscure poeta narrasset, quamobrem dubito an rectius scholiasta verba interpretatus sit: *βίαν μίξαν· ἀντὶ τοῦ συνῆλθον, ἐπιμιχθῆναι ἐποίησαν τὴν ἑαυτῶν βίαν ἐκείνοις, τουτέστιν ἐμίγησαν αὐτοῖς* — 214. *ἴυγγα*· torquilla seu verticilla avis mobilitate sua agitationem aestuantis amoris significare videbatur, unde in incantationibus ea utebantur illigata rotae, quam circumagebant; hoc autem incantationis genus Venerem tum primum, ut Iasonem suumadiuvaret, de caelo mortalibus intulisse poeta fingit; cf. N. IV 35 *ἴυγγι ἕλκομαι ἦτορ*, Plaut. Cistell. II 1, 4 *versor in amoris rota miser* —

πρῶτον ἀνθρώποισι, λιτάς τ' ἐπαοιδὰς ἐκδιδάσκησεν σοφὸν
Αἰσονίδαν·
ὄφρα Μηδείας τοκέων ἀφέλοιτ' αἰδῶ, ποθεινὰ δ' Ἑλλὰς αὐτὰν
ἐν φρασὶ καιομέναν δονέοι μάστιγι Πειθοῦς.
καὶ τάχα πείρατ' ἀέθλων δείκνυεν πατρωίων·
σὺν δ' ἐλαίῳ φαρμακώσαισ' ἀντίτομα στερεᾶν ὀδυνᾶν
δῶκε χρίεσθαι. καταίνησάν τε κοι-νὸν γάμον
γλυκὺν ἐν ἀλλάλοισι μίξειν.

Ἐπ. ι'.

ἀλλ' ὅτ' Αἰήτας ἀδαμάντινον ἐν μέσσοις ἄροτρον σκίμψατο
καὶ βόας, οἳ φλόγ' ἀπὸ ξανθᾶν γενύων πνέον καιομένοιο
πυρός,
χαλκέαις δ' ὁπλαῖς ἀράσσεσκον χθόν' ἀμειβόμενοι·
τοὺς ἀγαγὼν ζεύγλᾳ πέλασσεν μοῦνος· ὀρθὰς δ' αὔλακας
ἐντανύσαις
ἤλαυν', ἀνὰ βωλακίας δ' ὀρόγυιαν σχίζε νῶτον
γᾶς. ἔειπεν δ' ὧδε· Τοῦτ' ἔργον βασιλεύς,
ὅστις ἄρχει ναός, ἐμοὶ τελέσαις
ἄφθιτον στρωμνὰν ἀγέσθω,

κῶας αἰγλᾶεν χρυσέῳ θυσάνῳ. *Στρ. ια'.*
ὣς ἄρ' αὐδάσαντος ἀπὸ κροκόεν ῥίψαις Ἰάσων εἷμα θεῷ πί-
συνος
εἴχετ' ἔργου· πῦρ δέ νιν οὐκ ἐόλει παμφαρμάκου ξείνας ἐφετ-
μαῖς.

---

217. *ἐδιδ. B* — *-νίδα D* — 218. *Μήδειαν* coni. Beck — 220. *πατρωΐων Byz.*: *πατρώων B C D* — 223. *ἐν* om. *C* — *μίξειν* (*μίξιν D*) *B D E*: *μίξαι C* — 224. *μέσοις C D* — 225. *γενῦν* coni. Dindorf bene, *γνάθων* coni. Boeckh — 227. *ἐκτανύσαις* coni. Hecker — 228. *ἀναβωλακίας B C D*, *ἀνὰ βώλακας, ἐς δ' ὀρ.* coni. Hartung — *ὀρόγυιαν* coni. Hermann: *ὄργυιαν B C D* — 229. fort. *τωὖτ'* — 231. *χρυσέῳ* om. *C* — 232. *κροκόεν B*: *κρόκεον C D* — 233. *ἐόλει* coni.

218. *τοκέων ἀφέλοιτ' αἰδῶ·* cf. O. XIII 53 — *ποθεινὰ Ἑλλάς· ποθουμένη Ἑλλάς*, vel *πόθος Ἑλλάδος* — 219. *μάστιγι Πειθοῦς·* Veneri, cuius socia amorumque conciliatrix *Πειθὼ* perhibebatur (P. IX 39. fr. 122, 2. 123, 10), flagellum tribuit Hor. C. III 26, 11 — 221. *φαρμακώσαισ' ἀντίτομα·* herbas et radices, quae contra spiritum boum valerent, decisas oleo unguens; cf. Aesch. Agam. 17 *ὕπνου τόδ' ἀντίμολπον ἐντέμνων ἄκος* — 224. *ἀδαμάντινον ἄροτρον·* cf. Apoll. Arg. III 1284 *ἀδάμαντος ἄροτρον* — 225. *ξανθᾶν γενύων·* cf. P. IV 149 *βοῶν ξανθὰς ἀγέλας*, 205 *φοίνισσα ἀγέλα ταύρων* — 227 ss. Aetes prior tauros flammivomos iunxit sulcosque rectos firma manu arvo impressos (*ἐντανύσας*) duxit, ut Iason Solis filium aemulatus idem hoc facinus perpetraret — 228. *ἀνὰ βωλακίας ὀρόγυιαν·* in ulnae altitudinem; *βωλακίας* quaeritur adiectivumne sit nominis *γᾶς*, glebosae terrae, an nomen formatum a *βῶλος* vel *βῶλαξ*, ut *χαρακία* a *χάραξ*. Equidem ob verborum ordinem alterum praeferendum duxi — 229. *βασιλεύς·* ironice Aetes rex Iasonem regulum alloquitur — 232. *αὐδάσαντος·* participii absoluti similia exempla habes N. X 89. P. VIII 43. 85 — 233. *εἴχετ' ἔργου·* aggrediebatur rem, ut Herod. VII 5 *λόγου εἴχετο* — *ἐόλει* plusquamperfectum est

σπασσάμενος δ' ἄροτρον, βοέους δήσαις ἀνάγκας
ἔντεσιν αὐχένας, ἐμβάλλων τ' ἐριπλεύρῳ φυᾷ
κέντρον αἰανὲς βιατὰς ἐξεπόνασ' ἐπιτακτὸν ἀνὴρ
μέτρον. ἴυξεν δ' ἀφωνήτῳ περ ἔμ-πας ἄχει,
δύνασιν Αἰήτας ἀγασθείς.

πρὸς δ' ἑταῖροι καρτερὸν ἄνδρα φίλας *Ἀντ. ια΄.*
ὤρεγον χεῖρας, στεφάνοισί τέ νιν ποίας ἔρεπτον, μειλιχίοις τε λόγοις
ἀγαπάζοντ'. αὐτίκα δ' Ἀελίου θαυμαστὸς υἱὸς δέρμα λαμπρὸν
ἔννεπεν, ἔνθα νιν ἐκτάνυσαν Φρίξου μάχαιραι·
ἤλπετο δ' οὐκέτι ϝοι κεῖνόν γε πράξεσθαι πόνον.
κεῖτο γὰρ λόχμᾳ, δράκοντος δ' εἴχετο λαβροτατᾶν γενύων,
ὃς πάχει μάκει τε πεντηκόντορον - ναῦν κράτει,
τέλεσαν ἂν πλαγαὶ σιδάρου.

Ἐπ. ια΄.
μακρά μοι νεῖσθαι κατ' ἀμαξιτόν· ὥρα γὰρ συνάπτει καί τινα
οἶμον ἴσαμι βραχύν· πολλοῖσι δ' ἅγημαι σοφίας ἑτέροις.
κτεῖνε μὲν γλαυκῶπα τέχναις ποικιλόνωτον ὄφιν,
ὦ 'ρκεσίλα, κλέψεν τε Μήδειαν σὺν αὐτᾷ, τὰν Πελίαο φόνον·

Boeckh: *αἰόλλει* codd., *αἰόλει* Pauw. — 234. *σπασάμ.* *BCD* — *βοέους* *C*: *βοέοις* *B*² (in loco perforato) *D* et schol — *δήσας* *DE*, *δῆσεν* *B*² *C* — *ἀνάγκας* *B*²*CD*: *ἀνάγκας* et *ἀνάγκᾳ* schol., quorum alterum praetulit Hermannus opusc. VII 142 — 235. *ἐμβάλλων* *BP*: *ἐμβαλὼν* *CDE* — 237. *ἀμφων.* *C* — 239. *ἑταῖροι* *Byz.*: *ἑτάροι* *B*? *CD*ᵖᶜ, *ἕτεροι* *D*ᵃᶜ — 243. *πράξεσθαι* coni. Herrmann: *πράξασθαι* codd.; cf. 223 — 244 *λαβροτάταιν γενύοιν* coni. Bergk. — 246. *τέλεσσαν* *BDE*, *τέλεσεν* v. l. schol. — 248. *πολλοῖς* *B* — 250. *'κκλέψεν* coni. Herwerden — *σὺν αὐτῷ* *C* et v. l. schol., *σὺν αὐώτῳ Πελ.* coni. Bergk — *φονόν* requirit Gildersleeve —

ab radice *ϝελ* formatum ut *ἔοργα*, *ἔοικα* — 234. *ἀνάγκας ἔντεσιν*· loris ita collum constringentibus, ut extrahi nequeat — 234 sq. *σπασσάμενος . . . δήσαις . . . ἐμβάλλων*· trium actionum prima, qua aratrum Iason in sulcum traxit, reliquis duabus particula *τε* arctius inter se coniunctis antecessit; harum autem iterum prior, qua loris cervices constrinxit, antecessit alteri, qua stimulos lateribus iniecit — 237. *ἴυγξεν δ' ἀφωνήτῳ περ ἄχει*· oxymoron ita explicandum est, ut Aetes, quamvis prae dolore verba non fecerit, tamen voce inarticulata admirationem expressisse dicatur — 240. *στεφάνοισι ποίας*· coronis ex herbis, velut apio, flexis; cf. P. VIII 20 *ποίᾳ Παρνασίδι* — 242. *Φρίξου μάχαιραι*· arietis vellus cultris abstractum Phrixus in denso dumeto suspenderat — 244. *εἴχετο λαβροτατᾶν γενύων*· periphrasta cum interpretetur *κατείχετο τὸ κῶας ὑπὸ τῶν δεινοτάτων τοῦ δράκοντος γενύων*, *λαβροτάταις γένυσιν* vel *λαβροτάταιν γενύοιν* legisse videtur.

247 ss. casus reditus Argonautarum plene referre ad consilium, quod in hoc carmine sibi poeta proposuerat, nihil attinebat, qua de causa semita compendiaria se rediturum promittit — *ὥρα γὰρ συνάπτει*· schol.: *καιρὸς γάρ μ' ἐπείγει*· cf. N. IV 34 *ὧραι ἐπειγόμεναι* — 248. *πολλοῖσι . . . ἑτέροις*· sententia poetae suam artem iactantis, ad rem tamen nihil attinens; cf. P. III 20 — 250. *σὺν αὐτᾷ*· sua sponte Medeam secutam, non vi raptam esse lepide poeta significat, unde apud Lycophronem v. 1317 Iason dicitur *αὐτόκλητον ἁρπάσας*

ἔν τ' Ὠκεανοῦ πελάγεσσι μίγεν πόντῳ τ' Ἐρυθρῷ
Λαμνιᾶν τ' ἔθνει γυναικῶν ἀνδροφόνων·
ἔνθα καὶ γυίων ἀέθλοις ἐπεδεί-
ξαντο Ϝῖν' ἐσθᾶτος ἀμφίς,

καὶ συνεύνασθεν. καὶ ἐν ἀλλοδαπαῖς Στρ. ιβ'.
σπέρμ' ἀρούραις τουτάκις ὑμετέρας ἀκτῖνος ὄλβου δέξατο μοιρίδιον
ἆμαρ ἢ νύκτες. τόθι γὰρ γένος Εὐφάμου φυτευθὲν λοιπὸν αἰεὶ
τέλλετο· καὶ Λακεδαιμονίων μιχθέντες ἀνδρῶν
ἤθεσι τάν ποτε Καλλίσταν ἀπῴκησαν χρόνῳ
νᾶσον· ἔνθεν δ' ὔμμι Λατοίδας ἔπορεν Λιβύας πεδίον
σὺν θεῶν τιμαῖς ὀφέλλειν κἄστυ χρυ-σοθρόνου
διανέμειν θεῖον Κυράνας,

ὀρθόβουλον μῆτιν ἐφευρομένοις. Ἀντ. ιβ'.
γνῶθι νῦν τὰν Οἰδιπόδα σοφίαν. εἰ γάρ τις ὄζους ὀξυτόμῳ πελέκει

---

251. *τενάγεσσι* coni. Bergk, *περάτεσσι* Hecker coll. Od. XI 13 — 253. *Ϝῖν'* coni. Kayser: *κρίσιν* codd. et schol., *κρῖμ'* vel *ἐπέδειξαν κρίσις* coni. Hermann, *ἐπέδειξαν βίαν* coni. Oelschläger — *ἀμφί* C^2 — 255. *σπέρμ' . . . ἀκτῖνος* coni. Hermann: *περ . . . ἀκτῖνας* codd. — *ὄλβου* *B? E*: *ὄλβῳ* *D* et schol, *ὄλβον* *B? C* — 256. *νύκτες* *B* C^1 et schol.: *νυκτός* C^s *D* — 257 *τέλλετε* *B* — 258. *τὰν* coni. Boeckh: *ἄν* *BCD* et v. l. schol.: *ἄν* i. e. *ἀνά* Hermann, *ἐν* Chairis in scholiis — *ἀπῴκισαν* *BC* — 260. *θεῶν* codd.: *θεῷ* schol. — *κἄστυ* coni. Dawes: *ἄστυ* codd. et schol. — 263. *ὀξυτόμῳ* *C*: *ὀξυτάτῳ* *BD* —

κεραΐδα | *τὴν γνωτοφόντιν καὶ τέκνων ἀλάστορα* — *τὰν Πελίαο φόνον·* redit poeta ad v. 71, quod Pelias ut necaretur, in fatis fuit; de locutione cf. O. II 107 *κρύφον τιθέμεν ἐσλῶν καλοῖς* — 252. cur Argonautas redeuntes Lemnum insulam appellentes Pindarus fecerit, vide ad v. 50 — 251. de Hypsipyla Lemnia in honorem Thoantis uxoris mortui gymnica certamina instituente confer O. IV 21 ss. — 254. *ἐσθᾶτος ἀμφίς·* si vestem mercedem victori propositam fuisse poeta dicere voluit, *ἀμφί* scribere debuit; quod in optimis codicibus est *ἀμφίς*, *absque veste* vertendum est, ut gymnici ludi fuisse indicentur. Priorem sententiam Simonidem in carmine nescio quo proposuisse auctor est scholiasta: *καὶ γὰρ καὶ παρὰ Σιμωνίδῃ ἐστὶν ἡ ἱστορία, ὅτι περὶ ἐσθῆτος ἠγωνίσαντο· καὶ Πίνδαρος ἐν Ὀλυμπιονίκαις* (O. IX 97) — 256. *ἀρούραις·* ut saepe translata vi de feminae ventre usurpatum est; construe *σπέρμα ὑμετέρας ἀκτῖνος ὄλβου*, semen vestri splendoris prosperitatis, quod utrum die an nocte conceptum sit, non liquere festive poeta dicit. Schol.: *οἱ γὰρ Ἀργοναῦται ἐν τῇ Λήμνῳ ταῖς Λημνιάσι ἐπλησίασαν, ἐν οἷς καὶ Εὔφημος Μαλάχῃ συνελθὼν Λευκοφάνη ἐποίησεν, ἀφ' οὗ Ἀριστοτέλης ὁ πρόγονος Ἀρκεσιλάου* — 257. *Λακεδαιμονίων μιχθέντες ἀνδρῶν ἤθεσι . . . ἀπῴκησαν* primum igitur qui ab Euphamo et Lemnia muliere progeniti erant, Lacedaemonem venerunt, unde postquam Lacedaemoniorum mores acceperunt, in Theram insulam migraverunt — 258. *Καλλίσταν*, hoc cognomine etiam Herodotus IV 147 insulam Theram nuncupat — 259. *ἔνθεν·* hinc iam redire coepit ad Cyrenas et argumentum carminis proprium — 260. *θεῶν τιμαῖς ὀφέλλειν·* templis conditis sacrisque deorum institutis; cf. P. V 89.

263 ss. Cyrenaeos quod sapientes et acutos praedicavit, Arcesilao aenigma

ἐξερείψῃ μὲν μεγάλας δρυός, αἰσχύνῃ δέ ϝοι θαητὸν εἶδος,
καὶ φθινόκαρπος ἐοῖσα διδοῖ ψᾶφον περ' αὐτᾶς,
εἴ ποτε χειμέριον πῦρ ἐξίκηται λοίσθιον,
ἢ σὺν ὀρθαῖς κιόνεσσιν δεσποσύναισιν ἐρειδομένα
μόχθον ἄλλοις ἀμφέπῃ δύστανον ἐν - τείχεσιν,
ἑὸν ἐρημώσαισα χῶρον.

Ἐπ. ιβ'.

ἐσσὶ δ' ἰατὴρ ἐπικαιρότατος, Παιάν τέ σοι τιμᾷ φάος.
χρὴ μαλακὰν χέρα προσβάλλοντα τρώμαν ἕλκεος ἀμφιπολεῖν.
ῥᾴδιον μὲν γὰρ πόλιν σεῖσαι καὶ ἀφαυροτέροις·
ἀλλ' ἐπὶ χώρας αὖτις ἕσσαι δυσπαλὲς δὴ γίνεται, ἐξαπίνας
εἰ μὴ θεὸς ἁγεμόνεσσι κυβερνατὴρ γένηται.
τὶν δὲ τούτων ἐξυφαίνονται χάριτες·
τλᾶθι τᾶς εὐδαίμονος ἀμφὶ Κυρά-
νας θέμεν σπουδὰν ἅπασαν.

τῶν δ' Ὁμήρου καὶ τόδε συνθέμενος *Στρ. ιγ'.*
ῥῆμα πόρσυν'· ἄγγελον ἐσλὸν ἔφα τιμὰν μεγίσταν πράγματι
παντὶ φέρειν.
αὔξεται καὶ Μοῖσα δι' ἀγγελίας ὀρθᾶς. ἐπέγνω μὲν Κυράνα
καὶ τὸ κλεεννότατον μέγαρον Βάττου δικαιᾶν
Δαμοφίλου πραπίδων. κεῖνος γὰρ ἐν παισὶν νέος,

---

264. *ἐξερείψῃ* coni. Hermann: *ἐξερείψαι* (-*ρίψ*. *BC*) *BCD* — *μὲν* Hermann: *κε BCDE* — 265. *φθινόπωρος* paraphrasis — 268. *ἀμφέπῃ* coni. Heyne: *ἀμφέπει* codd. — 271. *τραῦμα C* — 272. *φαυρ*. *C* — 273. fort. *ἐξ ἀνίας* — 276. *σπουδὴν BCD* — 278. *ὃ φᾷ* coni. Bergk — 280. *μέγαρον βάττου* Mosch.: *βάττου μέγαρον BCD* — 281. *δαμοφίλουσι D*, *Δαμόφιλον* coni. Beck et probat Madvigius Adv. I 187 — *ἐν πράξει* coni. Herwerden —

tamquam Oedipodi alteri solvendum proponit; pulcherrime autem fabula (apologo) ex arborum genere ducta sortem Damophili exulis adumbrat — 265. *φθινόκαρπος*, fructus perdens vel non iam pariens, ut *φθινοπωρίς* P. V 102 — *περ'* pro *περὶ* usu Aeolico, ut O. VI 38 — 367. *ἐρειδομένα*· columna quercea una cum aliis columnis vestibulo domus suffulta, quibus moles epistylii imponatur — 267. **δύστανον**, miserum onus — 268. *ἄλλοις*, alienis, ut ex opposito *ἑὸν* apparet — 270. *τιμᾷ φάος*, favet spendori tuae fortunae — 272. *σεῖσαι . . . ἐπὶ χώρας ἕσσαι*· concutere et rursus erigere dicit in eadem metaphorae specie permanens, deinde ad navigationis imaginem deflectit; simili metaphora utitur Soph. Ant. 162 *τὰ μὲν δὴ πόλεος ἀσφαλῶς θεοὶ | πολλῷ σάλῳ σείσαντες ὤρθωσαν πάλιν* — 275. *τούτων . . . χάριτες*· attractionis quadam vi pluralis *χάριτες* pluralem *τούτων* procreavit; nam una de re agitur, quod Arcesilao grata copia turbatam rempublicam pacandi concessa est — 277. respicere videtur Hom. *O* 207: *ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται, ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ*· orat enim poeta Arcesilaum, ut sibi permittat nuntium reconciliatae gratiae Damophilo reddere — *συνθέμενος*· cf. Hom. Od. ρ 153 *ἐμεῖο δὲ σύνθεο μῦθον* — 279. *ἐπέγνω . . . πραπίδων*· genet. defenditur similibus exemplis Homeri, ut *γνώτην ἀλλήλων* (φ 36), *γνωσόμεθ' ἀλλήλων* (Ψ 109) — 281. *ἐν παισὶν νέος*· quasi dicat *ἐν παιδιαῖς νέος, οἷα νέος παίζει*· cf. v. 294 —

ἐν δὲ βουλαῖς πρέσβυς ἐγκύρσαις ἑκατονταετεῖ βιοτᾷ·
ὀρφανίζει μὲν κακᾶς γλῶσσαν φαεν-νὰν ὀπός,
ἔμαθε δ' ὑβρίζοντα μισεῖν,

οὐκ ἐρίζων ἀντία τοῖς ἀγαθοῖς, *Ἀντ. ιγ'.*
οὐδὲ μακύνων τέλος οὐδέν. ὁ γὰρ καιρὸς πρὸς ἀνθρώπων βραχὺ μέτρον ἔχει.
εὖ νιν ἔγνωκεν· θεράπων δέ Ϝοι, οὐ δράστας ὀπαδεῖ. φαντὶ δ' ἔμμεν
τοῦτ' ἀνιαρότατον, καλὰ γινώσκοντ' ἀνάγκᾳ
ἐκτὸς ἔχειν πόδα· καὶ μὰν κεῖνος Ἄτλας οὐρανῷ
προσπαλαίει νῦν γε πατρῴας ἀπὸ γᾶς ἀπό τε κτεάνων.
λῦσε δὲ Ζεὺς ἄφθιτος Τιτᾶνας. ἐν - δὲ χρόνῳ
μεταβολαὶ λήξαντος οὔρου

Ἐπ. ιγ'.

ἱστίων. ἀλλ' εὔχεται οὐλομέναν νοῦσον διαντλήσαις ποτὲ
οἶκον ἰδεῖν, ἐπ' Ἀπόλλωνός τε κράνᾳ συμποσίας ἐφέπων

---

283. *ὀρφ. μὲν κακ.* om. *D* — *κακᾶς γλῶσσαν φαεννὰν* coni. Herwerden: *κακὰν γλῶσσαν φαεννᾶς* (*φαενᾶς* *B* C^2) codd. — 285. *ἐξερίζων* *C* — 288. *ἀνιαρώτ.* *CD* — *γιγν.* *B* — 291. *ἀφθίτους* mavult Bergk — 294 *κράνᾳ*: *κυράνα* *D* —

282. *πρέσβυς ἐγκύρσαις ἑκατονταετεῖ βιοτᾷ*, senex centenarius — 283. facilem et commodam sententiam praebet Herwerdeni emendatio *κακᾶς γλῶσσαν φαεννὰν ὀπός*, atque dubito num traditam lectionem in similem sententiam interpretari liceat: contumeliosam linguam splendida oratione orbat neque animi malignitatem verborum specie dissimulat — 284. praeceptum Hesiodi opp. 714 spectat *μηδὲ κακῶν ἕταρον μηδ' ἐσθλῶν νεικητῆρα* — 286. *ἔγνωκεν*, *Δαμόφιλος καιρόν*, non *καιρὸς μέτρον* — 287. *θεράπων·* minister, qui constanti animo rem opportunam administrat, et *δράστας* servus, qui facta copia aufugit (*ἀπέδρα*), inter se opponuntur, unde recte vertit Hecker Phil. v 440: servus fidus nec umquam fugitivus; cf. Pind. fr. 134 *εὐδαιμόνων δραπέτας οὐκ ἔστιν ὄλβος* — 288. *τοῦτ' ἀνιαρότατον . . . πόδα·* bene contulit Jebb Journ. of Hell. stud. III 156 Herod. IX 16: *ἐχθίστη δὲ ὀδύνη ἐστὶ τῶν ἐν ἀνθρώποισιν αὕτη, πολλὰ φρονέοντα μηδενὸς κρατέειν* — 289. *κεῖνος Ἄτλας*, Damophilus nunc quidem exul procul patria aerumnas exantlat, ut Atlas in extremis terrae oris onus caeli sustinens — *νῦν γε* cum emphasi poeta addit, quod sperat Damophilum mox ab Arcesilao rege patriae redditum domum rediturum esse, ut Titanas Iupiter rex deorum ex vinculis solvit. Non bene autem poeta exemplo Atlantis usus est, ut qui etiam nunc caeli onus sustineat nec spem habeat ab onere se umquam liberatum iri; hoc recte iam veteres reprehendisse scholia adnotant: *ἐγκαλοῦσι δέ τινες τῷ Πινδάρῳ, ὅτι οὐκ οἰκείως ἐπὶ τῆς διαλλαγῆς τὸν Ἄτλαντα παρείληφε· διηνεκῶς γὰρ μοχθεῖ* — 294. *ἐπ' Ἀπόλλωνος κράνᾳ·* huius fontis, unde urbs Cyrene nomen traxit, Callimachus meminit in hymn. Apoll. 88: *οἱ δ' οὔπω πηγαῖσι Κυρῆς ἐδύναντο πελάσσαι Δωριέες.* Cave autem, ne usu particularum *τε . . . τε* seductus *Ἀπόλλωνός τε κράνᾳ* et *ἔν τε σοφοῖς* sibi respondere putes; re enim ipsa admonemur, ut Apollinis fontem communem sedem ludibundorum et gravium carminum esse existimemus. Ceterum Arcesilaum ipsum, ut Hieronem Syracusanum (v. O. I 17), a poeticis studiis non abhorruisse patet ex P. v 107. 114 —

θυμὸν ἐκδόσθαι πρὸς ἥβαν πολλάκις, ἔν τε σοφοῖς
δαιδαλέαν φόρμιγγα βαστάζων πολίταις ἡσυχίᾳ θιγέμεν,
μήτ᾽ ὦν τινι πῆμα πορών, ἀπαθὴς δ᾽ αὐτὸς πρὸς ἀστῶν.
καί κε μυθήσαιθ᾽ ὁποίαν Ἀρκεσίλα
εὗρε παγὰν ἀμβροσίων ἐπέων,
πρόσφατον Θήβᾳ ξενωθείς.

---

296. *δαιδαλέοις D* — 298. *μυθήσαιθ᾽ ὁποίαν C*: *μυθήσαιτο ποίαν B D* — *Ἀρκεσίλα B C D*: *Ἀρκεσίλᾳ* Stephanus.

296. *ἡσυχίᾳ θιγέμεν·* de dat. cf. P. VIII 22 — 299. *παγὰν ἀμβροσίων ἐπέων·* ipsam hanc odam, quam Damophilo Pindarus canendam mandaverit, intellegendam esse in commentariolo odae praemisso monui.

ΠΥΘΙΟΝ. Ε'.

ΑΡΚΕΣΙΛΑͺ ΚΥΡΗΝΑΙΩͺ

ΑΡΜΑΤΙ.

Strophae.



Epodi.



Argumentum.

De Arcesilao rege Cyrenaico eiusque victoria Pythiade 31 = 466 (462) a. Chr. quadrigis reportata vide quae ad P. IV praefati sumus. Cum autem duobus carminibus eadem victoria illustrata sit, quaeritur, utrum utro prius Pindarus fecerit. Boeckhius igitur, cum priore carmine poeta victoriam paucis verbis attigerit eiusque pericula ne verbo quidem commemoraverit, alterum carmen, P. v, iustum epinicium esse ideoque ante P. IV esse factum statuit. Atque hoc quidem recte vir

clarissimus iudicavit, prioris carminis cardinem magis circa fata Argonautarum et Demophili sortem quam circa victoriam Arcesilai verti, sed inde nondum illud, quod de carmine quinto ante quartum facto conclusit, consequitur. Immo pluribus causis in contrariam sententiam nos deducimur. Primum enim poeta in carmine P. v situm urbis tam vividis et veris coloribus depinxit, ut cum tum suis iam oculis urbem et agrum Cyrenaicum lustrasse sentias; eius autem rei cum in carmine P. IV nulla prorsus indicia compareant, hoc carmen probabile fit poetam, priusquam Cyrenam urbem vidisset, composuisse. Deinde Carnea quotannis septimo die mensis Metagitnionis acta esse ex Plut. symp. VIII 1, 2, paulo ante Olympia (sic Unger Philol. 33, 231, recte; non multo post Olympia, Nissen Rh. Mus. 40, 352) ex Herod. VIII 72 efficitur, unde non eodem quo victoria Delphis parta est anno carmen P. v scribi, nedum agi potuit, sed uno pluribusve annis interiectis. Denique duo loci sunt carminis P. v 29 et 62, quibus poeta ipse res in carmine quarto relatas respicere videatur. Quae cum ita sint, equidem nullus dubito sententiae accedere Leopoldi Schmidtii, Pind. Leb. p. 283, et Rehmii mei, Comm. philol. Monac. p. 150, qui P. v aliquanto post P. IV, cum auriga Arcesilai Carrhotus ex Graecia rediisset, scriptum et cantatum esse statuerunt. Quantum autem temporis inter victoriam Pythicam et Carnea, quibus hoc carmen cantabatur, interlapsum sit, huius rei indicium latere videtur in fine carminis, quo Arcesilao victoriam Olympicam, quam eum Ol. 80 consecutum esse schol. ad P. IV inscr. testantur, poeta auguratur. Verum certi nihil inde effici potest, quia et quam in Olympiadem Pythias tricesima prima inciderit viri docti litigant, et facile fieri potuit, ut Arcesilaus iam Ol. 79 certamina Olympica obiret, sed non hac sed proxima Olympiade palmam victoriae ferret.

Multiplex argumentum carminis ex variis rebus compositum est, quae ut tenui filo cum consilio poetae victoriam Arcesilai celebrandi cohaerent, ita paulo arctius cum tempore et loco, quibus carmen cantabatur, coniunctae sunt. In prooemio igitur divitias cum virtute coniunctas poeta laudat, quibus Arcesilaus, cui beneficio Castoris et regia potestas post civiles turbas restituta sit et magnifica victoria Pythica obvenerit, nunc cum maxime eminere praedicatur (1—22). Inprimis Carrhotum aurigam sua laude ornandum esse, qui ex magno naufragio, quo quadraginta currus Delphis corruerant, integer et victor domum redierit (23—53). Quodsi victoriam ille per laborem comparaverit, id a rebus Batti, conditoris urbis Cyrenarum, non abhorrere, qui quamvis aerumnis non caruerit, tamen insigne decus suae gentis exstiterit, in condenda urbe numine Apollinis adiutus (54—69), cuius eiusdem dei oraculo etiam Herculis filii ad occupandam Lacedaemonem compulsi sint. Ex agro Lacedaemonio Aegidas primum Theram insulam, deinde in Libyam venisse, Carnea sacra ex metropoli in colonias ferentes (69—81); Cyrenas autem cum antea Antenoridae Troiani obtinuissent, Battum quasi denuo condidisse et magnifice auxisse (82—93). Denique a conditore urbis veteribusque regibus, quorum sepulcra pompa praetervehebatur (94—101), ad Arcesilai virtutes praedicandas poeta redit et pro eius futura salute victoriaque Olympica pia vota facit (102—124).

De metris.

Carminis huius numeri sunt paeonici, aptissimi illi carmini speciem paeanis referenti et a choro saltante in Carneis sacris Apollinis cantandi. Paeonicis creticisque pedibus dipodiae trochaicae purae et choriambi dactylique cyclici admixti sunt. Ancipitis syllabae mora, ut quae ab concitatis numeris paeonicis abhorreat, semel tantum in versu 93 admissa est. Eodem pertinet, quod pausae emmetroi inter singulos versus exiguae et paene nullae intermissae sunt; unde strophae versus 1—4 et epodi 1—2 arctius inter se cohaerere concludo. Ordinibus singulis similiter atque in carmine Olympico secundo nonnumquam iambus (str. 8. ep. 1. 5) antecedit, quem posteriorem partem pedis acephali esse vel rhythmum in fine praecedentis versus inchoatum complere duco. Talis iambica anacrusis utrum etiam versibus strophae tertio, quarto, sexto et epodi secundo praemissa sit, an in bacchios vel ionicos illi versus dividendi sint dubitare possis. Magna vero negotia in hoc quoque carmine tripodiae catalecticae faciunt; atque nihil ego moror illas in fine versus collocatas (ep. 2) aut suum versum efficientes (str. 4); etiam geminae tripodiae epodi versus tertii facili opera hac percussione removeri possunt

⏗ ⏑ –⏑ ⏑ ⏗ ⏑ ⏑⏑ ⏗⏑ ⏑ – vel ⏗ ⏑ –⏑ ⏑ ⏗ ⏑⏑ ⏑ ⏗⏑ ⏑ –

Sed epodi versum sextum, licet in v. 59 *σφιν ἀπένειχεν ὑπερ-ποντίαν* ipsa sententia indicio sit, syllabam *περ* intumuisse, tamen tripodiam in ambitum duorum creticorum extrahere dubitavi; verum si tripodiam inter dipodias in carmine hyporchematico ferri posse negas, nihil relinquitur, nisi ut aut longae finali spatium quinque morarum tribuas aut hunc in modum versum dimetiaris

⏗⏑ ⏑ – ⏑̇⏑ ⏑ – ⏑ ⌊̇– – ⏑ ⏗

Ceterum in hoc carmine paeonico similiter atque in O. II adeo divisio versus in pedes praevalet, ut fines membrorum (*κώλων*) vix definiri possint neque in diagrammate a me notati sint. — Cantatum est carmen Cyrenae sacris Apollinis Carneis, quae cum quo tempore Carrhotus auriga Delphis redierat agerentur, Arcesilaus rex hac opportunitate usus est, ut victoriam suam Pythicam iterum praedicandam curaret (cf. O. III). Poetam autem praesentem carmen agendum curasse atque chori magistri munere functum esse ex eo colligo, quod v. 75 Aegidas suos maiores dixit. Namque quod Studniczka, Kyrene p. 74, verba *ἐμοὶ πατέρες* de choro Cyrenaeorum accipienda esse putat, id contra constantem usum Pindari peccat; v. Prol. XCVII.

Ὁ πλοῦτος εὐρυσθενής, *Στρ. α'.*
ὅταν τις ἀρετᾷ κεκραμένον καθαρᾷ
βροτήσιος ἀνὴρ πότμου
παραδόντος αὐτὸν ἀνάγῃ,

VARIA LECTIO. Inscr. om. *B*, *τῷ αὐτῷ C*, *τῷ αὐτῷ Ἀρκεσιλάῳ D* — Schol.: *γέγραπται καὶ αὕτη ἡ ᾠδὴ νικήσαντι τῷ αὐτῷ Ἀρκεσιλάῳ ἅρματι τὴν τριακοστὴν πρώτην Πυθιάδα* — 2. *ἀρετᾷ* codd. et schol.: *ὀργᾷ* coni. Hermann —

COMMENTARII. v. 1. divitias cum virtute ccniunctas similiter laudat O. II 58

πολύφιλον ἑπέταν.
ὦ θεόμορ' Ἀρκεσίλα,
σύ τοί νιν κλυτᾶς
αἰῶνος ἀκρᾶν βαθμίδων ἄπο
σὺν εὐδοξίᾳ μετανίσσεαι
ἕκατι χρυσαρμάτου Κάστορος,
εὐδίαν ὃς μετὰ χειμέριον ὄμβρον τεὰν
καταιθύσσει μάκαιραν ἑστίαν.

σοφοὶ δέ τοι κάλλιον 'Αντ. α'.
φέροντι καὶ τὰν θεόσδοτον δύναμιν.
σὲ δ' ἐρχόμενον ἐν δίκᾳ
πολὺς ὄλβος ἀμφινέμεται·
τὸ μὲν ὅτι βασιλεὺς
ἐσσὶ μεγαλᾶν πολίων,
ἔχει συγγενές τ'
ὀφθαλμὸς αἰδοιότατον γέρας,

---

5. *θεόμορ'* coni. Schmid: *θεόμοιρ'* *BCD* — 6. *νιν* *B C*[pc] *D* et schol.: *νυν* *C*[ac] — 7. *ἀπὸ βαθμίδων* inverso ordine maluit Boeckh. — 8. *μετανίσ.* *B C D* — 10. *εὐδιανὸς* coni. Schneider, *εὐδιάν' ὡς* coni. Bergk — *ἐὰν* *C* — *κάτ' αἰθύσσει* in proecdosi scripseram — 12. *δέ τοι* Mosch.: *δ' ἔτι* (*δέ τι* *C*) *B C D* — 13. *ἐρχόμενος* coni. Drachmann — 16. *ἐσι* *D* — 17. *συγγενὲς* coni. Bergk: *συγγενὴς* codd. et schol. — *τ'* add. Mommsen: *δ'* add. Cratandrina; *ἐπεὶ συγγενὴς* coni. Hermann — 18. *αἰδοιότατον* coni. Schmid: *αἰδοιέστατον* codd. et schol. —

— 4. *πολύφιλον ἑπέταν*, comitem multos amicos afferentem, ut in Ovidiano *donec eris felix, multos numerabis amicos* — 7. *ἀκρᾶν βαθμίδων ἄπο*, inde a primis gradibus vitae tuae beatae opes cum virtute coniunctas venaris — 9. *Κάστορος*· Tyndaridarum sacra a Lacedaemone per Theram insulam Cyrenas allata erant, unde eis in strata via urbis aedes exstructa erat; cf. schol. ad v. 121: *λέγεται δὲ καὶ τὸ ἱερὸν τῶν Διοσκούρων ἐν ἐκείνῃ τῇ πλατείᾳ εἶναι.* Etiam in nummis Cyrenarum silphium, quae planta Cyrenaico in agro uberrime nascebatur, cum stellis Dioscurorum coniunctum exstat. Peropportune autem felicitatem Arcesilai beneficio Castoris factam dicit, ut qui et equestrium certaminum praeses sit et serenum caelum post turbidas procellas reducere credatur; cf. Hor. C. I 12, 25. Recte enim ad turbas civiles, quibus Damophilum quoque in exilium actum esse supra P. IV 263 ss. cognovimus, iam veteres scholiastae locum rettulerunt: *τοῦτο δέ φησιν, ὅτι ἐστασίαστο τὰ περὶ τὴν Κυρήνην πράγματα τῷ Ἀρκεσιλάῳ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ.* Quod ad structuram verborum attinet, accusativus *τεὰν ἑστίαν* pendet a praepositione *κατὰ* verbi compositi *καταιθύσσει*, ut P. IV 83 *πλόκαμοι νῶτον καταίθυσσον*, accusativus *εὐδίαν* autem rem significat, quae ex Castore focum Arcesilai illuminante efficiatur — 13. *θεόσδοτον*· a deo datum; idem nomen fr. 42 redit et iam ab Hesiodo opp. 320 usurpatum est, ad analogiam compositi *διόσ-δοτος* falso illud formatum — 15 ss. fortunatum dicit Arcesilaum, quod et regia potestate ornatus sit a maioribus hereditario iure accepta, et nunc ob victoriam Delphis partam comissatione iuvenum celebretur — 18. *ὀφθαλμός*· non est cur cum plerisque editoribus *ὀφθαλμὸν* metaphorice lumen fortunae interpreteris; immo *ὀφθαλμὸς* est ipsius Arcesilai, qui vultu gravitatem et maiestatem regiae dignitatis prae se ferebat, quam innatam (*συγγενές*) et a maioribus acceptam habebat. Rem contrario exemplo illustrat Cicero in Verr. IV 29: *os hominis insignemque im-*

τεᾷ τοῦτο μιγνύμενον φρενί·
μάκαρ δὲ καὶ νῦν, κλεενᾶς ὅτι
εὖχος ἤδη παρὰ Πυθιάδος ἵπποις ἑλὼν
δέδεξαι τόνδε κῶμον ἀνέρων,

Ἐπ. α΄.

Ἀπολλώνιον ἄθυρμα. τῷ σε μὴ λαθέτω,
Κυράνᾳ γλυκὺν ἀμφὶ κᾶπον
Ἀφροδίτας ἀειδόμενον,
παντὶ μὲν θεὸν αἴ-τιον ὑπερτιθέμεν,
φιλεῖν δὲ Κάρρωτον ἔξοχ᾽ ἑταίρων,
ὃς οὐ τὰν Ἐπιμαθέος ἄγων
ὀψινόου - θυγατέρα πρόφασιν - Βαττιδᾶν
ἀφίκετο δόμους θεμισκρεόντων·
ἀλλ᾽ ἀρισθάρματον
ὕδατι Κασταλίας ξενω-
θεὶς γέρας ἀμφέβαλε τεαῖ-σιν κόμαις,

---

22. *δέδεξο D* in lit. — 23. *σε μὴ* coni. Schmid: *μή σε* codd. — 24. *Κυράνᾳ* Schmid: *κυράνα* codd. et schol., *Κυράναν* coni. Hartung, *Κυράνας* Schroeder Jahrb. f. Phil. 1877 p. 24 — *ἀειδόμενον B C D*: *ἀειδομένα* legisse videtur scholiasta, *ἀειδομένη* C^s — 26. *φιλεῖν* codd. cum Aristarcho: *φίλει* ante Aristarchum vulgatum fuisse testantur scholia — 27. *ἐπιμηθ.* codd. — 28. *ὀψινόου* (*ὑψ.* C^i) *B* C^s *D*, *ὀψινόον P*, utramque lectionem agnoscunt schol. — *Βαττιδ.* Mosch.: *βαττιαδ. BCD* — 29. *ἀφῖκται* coni. Hermann — *θεμικρ.* coni. Hartung — 31. *ξυνωθ. B* —

pudentiam cognoscite — 22. *κῶμον ἀνέρων·* cum infra v. 104 poeta eandem rem verbis *ἀοιδᾷ νέων* significet, viri non iuvenibus et pueris, sed virginibus et feminis hoc loco opponuntur — 23. *Ἀπολλώνιον ἄθυρμα·* comissationem bene Apollineum lusum dicit, quod et sacris Apollinis Carneis fiat et in honorem Pythicae victoriae; similiter auctor Anacreontei 53 dixit *Ἀφροδίσιον ἄθυρμα.*

23 ss. transit ad causam comissationis, victoriam Delphicam arte Carrhoti aurigae partam — 24. *Κυράνᾳ . . . ἀμφὶ κᾶπον Ἀφροδίτας*, Cyrenis in horto Veneris; Veneris autem hortum agrum Cyrenaicum dicit ob amoenitatem et fertilitatem eius; cf. P. VI 1. IX 29 et Soph. O. C. 693 — 26. *Κάρρωτος*, cui post deum maxime gloriam victoriae deberi dicit, ambigunt veteres grammatici simplexne auriga fuerit, an frater uxoris Arcesilai, cui praeterea munus iniunctum fuerit colonos per Graeciam colligendi in coloniam Hesperidum deducendos; quarum sententiarum alteri favet et eximia laus, qua poeta virum minime sordidum ornat, et id quod longe post victoriam Delphis partam haec comissatio facta est. Carrhotus enim domum non rediisse videtur, antequam colonorum idoneum numerum collegisset. Quid? quod poeta ipse una cum illo Cyrenas venisse et in itinere ab eo accuratiora de discriminibus victoriae accepisse videtur. Mirum autem illud est, quod scholia ex Theotimi libro de rebus Cyrenaicis non Carrhotum, sed Euphemum quendam equos rexisse et Pindarum laudes Euphemi in Carrhotum transtulisse tradunt — 27. *Ἐπιμαθέος . . . πρόφασιν·* conf. *Προμαθέος αἰδώς* O. VII 44. Originem nominis Promethei a prospiciendo et Epimethei a poenitendo derivatam novit iam Hesiodus opp. 84 et theog. 510 — 29. *θεμισκρεόντων·* respicere videtur P. IV 54 *Φοῖβος ἀμνάσει θέμισσιν*, ut Battiadae non tam iudicia exercere quam consiliis Apollinis regnare dicantur — 30. *ἀρισθάρματον . . . γέρας*, laudem optimi currus ceterorum curribus praestantis —

ἀκηράτοις ἀνίαις Στρ. β′.
ποταρκέων δώδεκ᾽ ἂν δρόμων τέμενος.
κατέκλασε γὰρ ἐντέων
σθένος οὐδέν· ἀλλὰ κρέμαται,
ὁπόσα χεριαρᾶν
τεκτόνων δαίδαλ᾽ ἄγων
Κρισαῖον λόφον
ἄμειψεν ἐν κοιλόπεδον νάπος
θεοῦ· τῷ σφ᾽ ἔχει κυπαρίσσινον
μέλαθρον ἀμφ᾽ ἀνδριάντι σχεδόν,
Κρῆτες ὃν τοξοφόροι τέγεϊ Παρνασίῳ
κάθεσσαν, τὸν μονόδροπον φυτόν.

ἑκόντι τοίνυν πρέπει Ἀντ. β′.
νόῳ τὸν εὐεργέταν ὑπαντιάσαι.

---

32. *ἀκηράτοις C*: *ἀκηράτοισι B D* — 33. **ποταρκέων** coni. Boeckh: *ποδαρκέων* codd., *ἐπαρκέων* schol. interpretantur — *δώδεκ᾽ ἂν δρόμων* coni. Thiersch: *δωδεκαδρόμων BC*, *δυώδεκα δρόμων D*, *δωδεκάδρομον* Mosch. — 36. *δαίδαλ᾽* coni. Pauw (cf. Hom. *T* 13, 19, *τ* 227): *δαιδάλματ᾽* codd.; *χεριάρα τέκτονος ἀγάλματ᾽* coni. Schmid, *τεκτόνια δαίδαλ᾽* Hermann — 38. post *ἄμειψεν* interpunxit Bergk, ut *ἐν κοιλόπεδον νάπος* ad *κρέμαται* referatur — 39. *θεοῦ. τὸ* codd., *θεῷ· τοῦ* coni. Bergk, *θεοῦ· τῷ* Rauchenstein, *νάπος· θεοῦ τέ σφ᾽ ἔχει* Hartung — 41. *Παρνασσ. C D* — 42. *κάθεσσαν τὸν* coni. Boeckh: *καθέσσαντο* vel *καθέσσαν. τὸ* codd. — *μονόδρυον τύπον* coni. Herwerden —

33. **ποταρκέων**, sufficiens, quem vires non deficiant duodecies curriculum integris habenis permetientem. De duodecim cursibus equorum v. O. II 55 — 34. *ἐντέων σθένος*, periphrastice ut *σθένος ἀελίου* P. IV 144, *σθένος ἡμιόνων* O. VI 22 — 35. *δαίδαλα*, artificiosa ornamenta currus, fabrorum manu facta; cf. Hom. *T* 13. 19, *τ* 227 — *τεκτόνων χεριαρᾶν*, fabrorum manu artifice insignium — 37. *Κρισαῖον λόφον*· collem dicit inter campum Crisaeum, ubi equi decurrebant, et Delphos urbem montanam situm, qui cum et ab iis, qui Delphis in campum descendebant, et ab iis, qui e campo ad templum dei redibant, praetereundus esset, alterum iter post victoriam curulem in Crisaeo campo reportatam unice huic loco accommodatum esse patet, ut Leop. Schmidtium, Pind. Leb. p. 305 contrariam sententiam amplecti et defendere mireris. Anathema istud Pausanias non iam vidit, licet praeter signum Iovis Ammonis a Cyrenaeis dedicatum (Paus. X 13, 5) magnificum monumentum Batti curru a Cyrene recto in Libyam vehentis (Paus. X 15, 6) viderit — 39. **θεοῦ** cum proprie ad *νάπος*, ut quod nomen proxime antecedat, referendum sit, tamen etiam ad verbum *κρέμαται* pertinet, quoniam in vallem dei Carrhotus profectus est, ut ibi armamenta currus victoris suspenderet — *τό* si recte se habet neque in *τοῦ* vel potius *τῷ* emendandum est, valet ‘idcirco’; cf. O. VI 56 — 40. *κυπαρίσσινον μέλαθρον*· cupressina aedicula, quae thesaurorum instar currus artificiosa armamenta e columnis trabibusque tecti suspensa recipiebat, cuius moris currus armaque victoriae diis consecrandi (cf. O. V 3. Paus. VI 9, 4) insignia monumenta in Etruria Perusiae reperta sunt, quibus de v. Mitteil. d. Röm. Inst. 1894 — 42. *μονόδροπον φυτόν*· arboream statuam ex uno trunco factam, non ex pluribus partibus compositam — 44. *εὐεργέταν*· Carrhotum aurigam, cui victoriam Arcesilaus debet, non deum Apollinem; Pindarus autem, ut adsolet, laudationi admonitionem immiscet; videtur enim Arcesilaus minus propensus fuisse ad merita ministrorum suorum remuneranda —

Ἀλεξιβιάδα, σὲ δ' ἠύκο-
μοι φλέγοντι Χάριτες·
μακάριος ὃς ἔχεις
καὶ πεδὰ μέγαν κάματον
λόγων φερτάτων
μναμήι'. ἐν τεσσαράκοντα γὰρ
πετόντεσσιν ἁνιόχοις ὅλον
δίφρον κομίξαις ἀταρβεῖ φρενί
ἦλθες ἤδη Λιβύας πεδίον ἐξ ἀγλαῶν
ἀέθλων καὶ πατρωίαν πόλιν.

Ἐπ. β'.

πόνων δ' οὔ τις ἀπόκλαρός ἐστιν οὔτ' ἔσεται·
ὁ Βάττου δ' ἕπεται παλαιὸς
ὄλβος ἔμπαν τὰ καὶ τὰ νέμων,
πύργος ἄστεος ὄμ-μα τε φαεννότατον
ξένοισι. κεῖνόν γε καὶ βαρύκομποι
λέοντες περὶ δείματι φύγον,
γλῶσσαν ἐπεί - σφιν ἀπένεικεν ὑπερ - ποντίαν·
ὁ δ' ἀρχαγέτας ἔδωκ' Ἀπόλλων
θῆρας αἰνῷ φόβῳ,

---

49. *μναμήια* *D* et schol.: *μναμήιον* (*μνημ.* *B*) *B C* — 50. *ἁνιόχοισιν* *C* — 51. hic desinit *C* — 52. *ἀγλαῶν* Mosch.: *ἀγαθῶν* *B D* — *ἔσεται* Mosch.: *ἔσσεται* *B D E* — 57. *ξεν.* *X*: *ξείν.* *B D E* — 58. *φύγον* Mosch.: *φεῦγον* *B D E* — 59. *ἐπένεικεν* lemma cod. *U* probante Heynio —

45. *Ἀλεξιβιάδα·* Carrhote, Alexibiae fili — *ἠύκομοι* pro *εὔκομοι* ad normam Homericorum nominum *ἠύκομος, ἠυγένεια* — *φλέγοντι*, illustrant, ut O. IX 21 — 47. *πεδά·* Aeolica forma praepositionis, ut *ἐν* cum acc. pro dat. v. 38, Aeolicos numeros huius carminis decet; mirum tamen, quod iuxta Aeolicam formam *πεδά* etiam vulgaris *μετά* v. 94 usurpata est, scribarum, opinor, neglegentia — 52. *πεδίον . . . πόλιν·* de accusativo ad locum, quem quis petit, significandum vide ad O. X 87 — 54. sententia simillima O. X 22 — *τε . . . οὔτε·* etiam I. VI 26 et N. XI 39 sibi respondent.

55. ad laudes maiorum victoris transit, cum Apollinis laude eas coniungens: quamvis enim non sine laboribus prosper eventus certaminis comparatus sit, similem tamen (*ἔμπαν*) veteris Batti fortunam ad eius progeniem propagari — *τὰ καὶ τὰ νέμων·* secunda et adversa afferens, ut I. III 51 — 55. *ἕπεται·* conspirat Batti sors et fausta et adversa secum ferens cum eo, quod de laboribus cum prosperitate coniunctis dixi, unde scholiasta verbum *ἕπεται* O. II 24 interpretatur *ἁρμόζει* — 57. *ξένοισι·* laudis gratia augetur, si Pindarum tum ipsum hospitalitate regis usum statuamus — 57 ss. miraculum leonum a Batto, conditore Cyrenarum, in fugam compulsorum auget etiam Paus. X 15, 6: *ἐπεὶ ᾤκισε Βάττος τὴν Κυρήνην, λέγεται καὶ τῆς φωνῆς γενέσθαι οἱ τοιόνδε ἴαμα· ἐπιὼν τῶν Κυρηναίων τὴν χώραν ἐν τοῖς ἐσχάτοις αὐτῆς ἐρήμοις αἰφνιδίως θεᾶται λέοντα, καὶ αὐτὸν τὸ δεῖμα τὸ ἐκ τῆς θέας βοῆσαι σαφὲς καὶ μέγα ἠνάγκασεν* Contra Pindarus voce e navi super mare missa Battum leones in fugam vertisse fingit. De fabulis hominum cum leonibus in Libya dimicantibus vide ad P. IX 27 — 58. *περὶ δείματι*, prae metu; cf. *περὶ φόβῳ* Aesch. Choeph. 35, *περὶ τάρβει* Aesch. Pers. 696 —

ὄφρα μὴ ταμίᾳ Κυρά-
  νας ἀτελὴς γένοιτο μαντεύ-μασιν.

ὃ καὶ βαρειᾶν νόσων   Στρ. γ'.
ἀκέσματ' ἄνδρεσσι καὶ γυναιξὶ νέμει,
πόρεν τε κίθαριν δίδωσί τε
  Μοῖσαν οἷς ἂν ἐθέλῃ,
ἀπόλεμον ἀγαγὼν
ἐς πραπίδας εὐνομίαν,
μυχόν τ' ἀμφέπει
μαντήϊον· τῷ Λακεδαίμονι
ἐν Ἄργει τε καὶ ζαθέᾳ Πύλῳ
ἔνασσεν ἀλκᾶντας Ἡρακλέος
ἐκγόνους Αἰγιμιοῦ τε. τὸ δ' ἐμόν, γαρύειν
ἀπὸ Σπάρτας ἐπήρατον κλέος·

---

69. *μαντήιον τῷ καὶ Λακ.* *B D E*, *καὶ* eiec. Pauw schol. secutus, *μαντεῖον, τῷ καὶ* coni. Hermann — 71. *ἔννασεν* *D* — 72. *γαρύειν* coni. Hermann: *γαρύετ'* *B D* (sed *D* in lit., unde *γαρύεντ'* antiquitus scriptum fuisse suspiceris) *E* et schol., *γαρύεντ'* *P Q R*, unde *γαρύειν τἀπὸ* olim conieceram — 73. *Σπαρτῶν* coni. Hecker —

62. *μαντεύμασιν*, quae Batto Apollo Delphis dederat; breviter rem adumbrare poetae licuit, quod eam iam antea P. IV 6 ss. plene narraverat — 63 ss. Apollo non solum ipse hominibus mederi, sed etiam medicorum Cyrenaeorum artem promovere dicitur; v. Herod. III 131 *πρῶτοι μὲν Κροτωνιῆται ἰητροὶ ἐλέγοντο ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα εἶναι, δεύτεροι δὲ Κυρηναῖοι* — 65. de Cyrenaeorum studiis musicis conf. vv. 103. 114. P. IV 295 — 66. cf. Hor. C. III 4, 41 *vos lene consilium et datis et dato gaudetis*, Anton. Liberal. 4 *παῦσαι* (*Ἀπόλλωνα*) *ἐμφύλιον πόλεμον καὶ ἔριδας καὶ στάσιν, ἐμποιῆσαι ἀντὶ τούτων δ' εὐνομίαν καὶ θέμιν καὶ δίκην* — 69 ss. oracula Apollinis, quibus Heraclidae et Aegimius, rex Dorum, ut in Peloponneso novas sedes quaererent, compulsi sunt, poeta praedicat, ut ad Doricam originem Cyrenaeorum viam sibi paret — 70 *Πύλῳ*· schol.: *ἀπὸ οὖν τῆς Πύλου τὴν Μεσσήνην σημαίνει· οἱ γὰρ νεώτεροι* (i. e. poetae post Homerum) *τὴν Πύλον, ἧς ὁ Νέστωρ ἡγεῖτο, οὐ περὶ τὴν Τριφυλίαν τῆς Ἀρκαδίας, ἀλλὰ περὶ τὴν Μεσσήνην διδόασιν.* cf. P. VI 35 — 72. *τὸ δ' ἐμόν*· ex constanti usu Pindari ad poetam ipsum, non ad chorum referendum est; cf. Rehm, comm. phil. Monac. 146 ss.; suum igitur esse poeta dicit, ut Spartae praeclaram famam illustret, unde maiores sui Aegidae Theram venerint. Aegidas autem sibi patres dicit, quod illi Thebis Lacedaemonem venisse et Spartanos in Amyclis expugnandis adiuvisse ferebantur; cf. I. VII 15, Aristot. in schol. ad h. l. Theram vero eos venisse narrat, quod inter Lacones, quos ex Lacedaemone Theram migrasse et cum Minyis Lemniis commixtos esse constat (v. Herod. IV 148), Aegidas quoque fuisse collegit, quandoquidem Carnea Spartae, Therae, Cyrenis agebantur eademque sacra domestica et hereditaria gentis Thebanae Aegidarum esse credebantur. Atque illud quidem historica fide confirmatum est, unde Callimachus quoque fatur hymn. II 72 ss: *Σπάρτη τοι, Καρνεῖε, τόδε πρώτιστον ἕδεθλον, | δεύτερον αὖ Θήρη, τρίτατόν γε μὲν ἄστυ Κυρήνης. | ἐκ μέν σε Σπάρτης ἕκτον γένος Οἰδιπόδαο | ἤγαγε Θηραίην ἐς ἀπόκτισιν· ἐκ δέ σε Θήρης | οὖλος Ἀριστοτέλης Ἀσβυστίδι πάρθετο γαίῃ.* Alterum Pindarus quidem credidit vel credere se simulavit, magnae autem dubitationi obnoxium esse puto. Certe nemo scriptorum Thebis historico tempore Carnea acta esse testatus est neque quisquam, ne Luebberto quidem excepto, idoneis argumentis hoc comprobavit. Quamquam enim nomen

ὅθεν γεγενναμένοι ᾿Αντ. γ'.
ἵκοντο Θήρανδε φῶτες Αἰγεΐδαι,
ἐμοὶ πατέρες, οὐ θεῶν
ἄτερ, ἀλλὰ μοῖρά τις ἄγεν.
πολύθυτον ἔρανον
ἔνθεν ἀναδεξάμενοι,
῎Απολλον, τεᾷ,
Καρνήι', ἐν δαιτὶ σεβίζομεν
Κυράνας ἀγακτιμέναν πόλιν·
ἔχοντι τὰν χαλκοχάρμαι ξένοι
Τρῶες ᾿Αντανορίδαι. σὺν ῾Ελένᾳ γὰρ μόλον,
καπνωθεῖσαν πάτραν ἐπεὶ ϝίδον
᾿Επ. γ'.
ἐν ῎Αρει. τὸ δ' ἐλάσιππον ἔθνος ἐνδυκέως

---

77. *πολύθυτον ἐς ἐρ.* *B D F G P O R V*, *ἐς* om. *E* et Mosch. neque legisse videntur schol.; *ἄγ' ἐν* coni. Mingarelli commate ante *πολύθ.* sublato — 78. *ἀναδεξαμέναν* et *σεβιζέμεν* coni. Hermann — 80. *Καρνήϊ' ἐν* Boeckh: *καρνεῖ' ἐν* *B D E*, *Καρνεῖε σ' ἐν* et deinde *Κυράνας τ'* coni. Bergk — *σεβιζέμεν* coni. Pauw, probavit Hermann — 81. *ἀγακτιμέναν* codd.: *ἀγακλυμέναν* coni. Hecker, *ἀν' εὐκτιμέναν* coni. Schömann Op. IV 78 — 84. *εἶδον* *D* — 85. *ἐνδικαίως* *D*pc — *δέχονται* *D* — *ἄνδρας οἰχνέοντας σφι* ex scholiis Hartung: *ἄνδρες οἰχνέοντές σφε* *B D E* et pars scholiorum —

Pindari in inscriptionibus Anaphae, insulae vicinae Therae, recurrere (CIG. 2480. 2480 b. 2480 d) admodum memorabile est neque veri dissimile *Καρνειάδας* (v. P. IX 71), a Carneis sacris illos denominatos, gentis Aegidarum fuisse, tamen inde neque Aegidas omni tempore sacra Carnea administrasse efficitur neque Thebis Lacedaemonem illa sacra perlata esse. Plus fidei habet, quod Pindarum ipsum e gente Aegidarum progenitum esse credunt, nisi vero hoc poetam sibi arrogasse putas, ut arctiore necessitudinis vinculo se cum civibus Cyrenaeis coniunctum iactaret; cf. P. IX arg. et nott. ad I. VII 15 et Luebbert, Diatriba in Pindari locum de Aegidis et sacris Carneis, Bonn. 1883 — 77. *πολύθυτον ἔρανον*, Carnea sacra, quae operantes multas victimas offerunt — 78. *ἔνθεν*, ab insula Thera; relativum postpositum est ut vv. 10. 41. 46; Mingarellii speciosa coniectura *ἄγ' ἐν πολύθυτον ἔρανον· ἔνθεν* nititur fabula ex Ephoro a scholiastis excerpta de Aristodemo et Doriensibus Aegidas Thebanos sacra diis facientes invenientibus, quae vereor ut iam Pindaro innotuerit — 80. *῎Απολλον, τεᾷ, Καρνήι', ἐν δαιτί·* confer O. XI 11 *᾿Αρχεστράτου παῖ, τεᾶς, ᾿Αγησίδαμε, πυγμαχίας* — 81. *σεβίζομεν·* celebramus ego cum choreutis Cyrenaeis, non ego cum meis popularibus Thebanis; nimirum Pindarus ipse ad comissationem feriis Carneis faciendam Thebis Cyrenas venisse videtur.

82 ss. transit ad veteres heroas urbis, Antenoridas Dardanos, qui primi Troia in Libyam venerant, et Battiadas Minyas, qui aliquanto post Thera accesserunt; de fabula Antenoridarum cum Helena in Libyam profectorum conferre iuvat schol.: *περὶ τῆς εἰς Κυρήνην ἀφίξεως τῶν ᾿Αντηνοριδῶν Λυσίμαχος ἐν πρώτῳ τῶν νόστων ἱστορεῖ, παρ' ῎Αμνακι βασιλεῖ αὐτοὺς ᾠκηκέναι μὴ βουλομένους συνοικεῖν τοῖς τὸ ῎Ιλιον πεπορθηκόσι, καὶ ὅτι ἔκτισε μεθ' ἱκανὸν χρόνον τὸν μεταξὺ Κυρήνης καὶ τῆς θαλάσσης κείμενον λόφον ᾿Αντηνοριδῶν ἐπικεκλημένον.* Fuit autem unus de cyclicis poetis Eugammus Cyrenaeus, cuius Telegoniam Proclus in sua chrestomathia excerpsit — 85. *τὸ δ' ἐλάσιππον ἔθνος*, Cyrenaei cives, qui etiamtum Antenoridas mortuos (*οἰχνέοντας· τεθνηκότας* schol.) sacrificiis aut advenientes symbolicis cerimoniis inter sacrificia diligenter placabant; per synesin enim pluralis verbi cum singulari nominis coniunctus est, neque Dissenius probandus, qui cum *δέκονται* praesens historicum esse dureret, otiosum

δέκονται θυσίαισιν ἄνδρας
οἰχέοντάς σφι δωροφόροι.
τοὺς ⟨δ'⟩ Ἀριστοτέλης ἄγαγε, ναυσὶ θοαῖς
ἁλὸς βαθεῖαν κέλευθον ἀνοίγων.
κτίσεν δ' ἄλσεα μείζονα θεῶν,
εὐθύτομόν - τε κατέθηκεν Ἀπολ-λωνίαις
ἀλεξιμβρότοις πεδιάδα πομπαῖς
ἔμμεν ἱππόκροτον
σκυρωτὰν ὁδόν, ἔνθα πρυμ-
νοῖς ἀγορᾶς ἔπι δίχα κεῖται θανών.

μάκαρ μὲν ἀνδρῶν μέτα Στρ. δ'.
ἔναιεν, ἥρως δ' ἔπειτα λαοσεβής.
ἄτερθε δὲ πρὸ δωμάτων
ἕτεροι λαχόντες ἀίδαν
βασιλέες ἱεροὶ
ἐντί· μεγάλαν δ' ἀρετὰν
δρόσῳ μαλθακᾷ
ῥανθεῖσαν ὕμνων ὑπὸ χεύμασιν
ἀκούοντί που χθονίᾳ φρενί,

---

87. *τοὺς δ' Ἀρ.* scripsi: *τοὺς Ἀρ.* codd. — 88. *βαθείας* ex scholiis Bergk — 90. *εὐθύτονον* ex scholiis Schmid; at. cf. I. VI 22 — 98. *μεγάλαν δ' ἀρετᾶν . . . ῥανθεισᾶν* B D E, et genetivos et accusativos agnoscunt schol. — 100. *ὕμνων* ex scholiis Beck: *κώμων θ'* B D E, *θ'* om. X Z Mosch. — 101. *που* ex scholiis Hermann: *ποι* codd., *τοι* Boeckh —

nominativum *οἰχνέοντες* 'adeuntes' retinuit — 87. *τοὺς δ' Ἀριστοτέλης·* Δ, quod facile ante A intercidere potuit, addendum censui, ut expositio, cur Cyrenae *ἀγακτιμένα πόλις* dicatur (v. 81), verbis *ἔχοντι . . . Ἀντανορίδαι* inchoata, iam altera ex parte continuetur et perficiatur — 89. *μείζονα*, quam quae Antenoridae condiderant — 90. *εὐθύτομον·* via pavita (*σκυρωτά*), quae proprio nomine *Σκυρωτὰ* audivisse in scholiis dicitur et etiam nunc admirationem peregrinantium movet, aequo iure dicitur e saxo excisa (*εὐθύτομος*) et recta (*εὐθύτονος*); eam cum Battus pompis, quibus Apollinis opem contra morbos pestiferos implorarent, idoneam fecisset, tum temporis choreutae hoc carmen canentes incedebant. Simili modo Romae carmina salutaria, quae pestilentiam averterent, canentes vias urbis peragrabant, quo de more dixi Stzb. d. b. Ak. 1893 p. 143 — 93. *πρυμνοῖς ἀγορᾶς ἔπι·* in extrema parte fori, quo Apollinaris illa via ducebat, Batti veteris sepulcrum erat, a Catullo 7, 6 commemoratum; forum enim etiam Mycenis et Megarae et Sicyone venerandis sepulcris et monumentis conditorum (*κτιστῶν*) urbis destinatum fuit; cf. Schliemann, Mykenae p. 147 — *λαοσεβής*, cum vita decessisset, tamquam heros a populo pie cultus est — 96. *πρὸ δωμάτων ἕτεροι·* ceteris regibus separatim a conditore urbis pro sua cuique domo, in utroque latere viae pompalis sepulcra exstructa erant; vix enim *πρὸ δωμάτων* idem atque *πρὸ πυλῶν*, ut scholiastae interpretari maluerunt, significare potest — 98. *ἀρετὰν . . . χεύμασι·* virtutis laudem tenero rore tinctae sub libaminibus hymnorum; cf. O. VIII 6 — 101. *ἀκούοντι·* Battus conditor urbis et ceteri reges mortui — *χθονίᾳ φρενί*, periphrastice pro *ἐν χθονί*, ut *νέᾳ κεφαλᾷ* P. XI 34; recte schol.: *χθονίᾳ δὲ φρενί φησι, παρόσον τεθνήκασι καὶ ἐν τῇ γῇ κεῖνται.* immerito Jebb. Journ. of Hell. stud. III (1882) 153 certam quandam naturam animarum in Orco degentium his verbis significari putavit —

σφὸν ὄλβον υἱῷ τε κοινὰν χάριν
ἔνδικόν τ' Ἀρκεσίλᾳ. τὸν ἐν ἀοιδᾷ νέων
πρέπει χρυσάορα Φοῖβον ἀπύειν,

ἔχοντα Πυθωνόθεν Ἀντ. δ'.
τὸ καλλίνικον λυτήριον δαπανᾶν
μέλος χαρίεν. ἄνδρα κεῖνον ἐπ-
αινέοντι συνετοί.
λεγόμενον ἐρέω·
κρέσσονα μὲν ἁλικίας
νόον φέρβεται
γλῶσσάν τε· θάρσος δὲ τανύπτερος
ἐν ὄρνιξιν αἰετὸς ἔπλετο·
ἀγωνίας δ' ἔρκος οἷον σθένος·
ἔν τε Μοίσαισι ποτανὸς ἀπὸ ματρὸς φίλας,
πέφανταί θ' ἁρματηλάτας σοφός·

Ἐπ. δ'.
ὅσαι τ' εἰσὶν ἐπιχωρίων καλῶν ἔσοδοι,
τετόλμακε. θεός τέ ϝοι τὸ
νῦν τε πρόφρων τελεῖ δύνασιν,
καὶ τὸ λοιπὸν ὁμοῖ-α, Κρονίδαι μάκαρες,

102. *σφιν I* et fort. schol. — 103. *Ἀρκεσίλᾳ* Stephanus: *Ἀρκεσίλα B D E* — 107. *ἐπαιν.* Mosch.: *αἰν. B D E* — 111. *θάρσος δὲ* e scholiis restit. Schneidewin: *θάρσος τε* codd. vett. — *τανυπτέροις* Bergk — 112. *ὄρνυξιν D* — 113. *ἀγωνίαις* ex scholiis Bergk — 114. *ποτηνὸς B, πτηνὸς D* — 115. *πέφανται, χάρμ.* Hartung — 116. *ὅσαι* Mosch.: *ὅσσαι B D E* — 118. *λοιπὸν ὦ Κρον. B D E,*

102. *σφὸν ὄλβον . . . ἔνδικον·* appositiones sunt verborum *ἀρετὰν . . . χεύμαισιν·* praeconium virtutis suum decus et communem gratiam sibi et Arcesilao esse ducunt. Simili modo sub finem carminum O. VIII. XIV. N. IV mortuos laudibus victorum gaudere earumque consortes fieri dicit.

103 ss. aptissime a maioribus victoris, qui etiam in Orco praesentis felicitatis consortes sunt, ad victorem ipsum redit — 103. *τόν*, Arcesilaum, cui Apollinem praedicandum esse monet, seu ipse thiasota fuit seu thiasum adornavit — 104. *χρυσάορα·* aureo instrumento (i. e. cithara) instructum; eodem epitheto Orpheus ornatur fr. 139 — 106. *δαπανᾶν*, sumptuum, qui equis alendis et poeta conducendo fiunt; cf. N. IV 1 — 108. *λεγόμενον ἐρέω·* laudem virtutum regis, quam iam prompturus est, non suam solius sed communem omnium civium esse significat, ut P. III 2 — 109. super aetatem sapit et loquitur; iuvenis enim etiamtum fuisse videtur — 111. *θάρσος δὲ· δὲ* pro *τε* probavi, quod oratio et ratio apte iuxta ponuntur, fortitudo autem illis opponitur; sublimiter vero fortitudine Arcesilaus dicitur quasi aquila esse latis alis insignis inter ceteras aves — 113. *ἀγωνίας ἔρκος* praedicati, *σθένος* scil. *Ἀρκεσίλα* subiecti vice fungitur, *οἷον* autem est admirantis cum exclamatione robur eius corporis — 114. *ἀπὸ ματρός·* aut a prima aetate sublimis (cf. I. I 64) in Musis dicitur aut, quod ob additum nomen *φίλας* praefero, a dulci matre arte imbutus — 115. *πέφανται θ' ἁρμ.* particula *τε* proprie ad nomen *ἁρματηλάτας* pertinet, sed omni sententiae adiuncta est; cf. P. IV 294 — 116. *ἐπιχωρίων καλῶν*, domesticorum certaminum Libyae, quae eadem commemorat P. IX 103 —

διδοῖτ᾽ ἐπ᾽ ἔργοισιν ἀμφί τε βουλαῖς
ἔχειν, μὴ φθινοπωρὶς ἀνέμων
χειμερία - κατὰ πνοὰ δαμαλί-ζοι χρόνον.
Διός τοι νόος μέγας κυβερνᾷ
δαίμον᾽ ἀνδρῶν φίλων.
εὔχομαί νιν Ὀλυμπίᾳ
τωὔτὸ δόμεν γέρας ἔπι Βάττου γένει.

λοιπὸν ὦ πλεῖστα Κρον. Mosch., *λοιπὸν ὅμως ἒ Κρον.* coni. Bergk; *ὦ* eiecto suppleverunt *ὁμοῖα* Hartung, *ἔπειτα* Hermann, *ὄπισθε* Boeckh — 121. *καταπνοὰ δαμ.* vulgo — *δνοπαλίζοι* coni. Bergk, *πελεμίζοι* coni. Herwerden — *χρόνον* codd.: *βίον* interpretantur scholia, *χλόαν* coni. Bergk probabiliter — 123. *φιλίων* *B* — 124. *τωὔτὸ* Bergk: *τοῦτο* codd. — *ἔπι* Tricl.: *ἐπὶ B D*, *ἔτι* coni. Heyne.

120. similiter atque O. VII et VIII sub finem carminis poeta, qui vere vates fuit, commonet periculorum, quae insignibus opibus, tamquam brumalis ventus graminibus et arborum foliis (*χλόῳ*), impendent — 123. *δαίμονα*, cuiusque hominis genitalem deum significat ut O. XIII 28 — 124. victoriam proximis Olympiis reportandam significat, de qua ad P. V arg. p. 171 disserui — *ἔπι* tmesi a suo verbo *δόμεν* seiunctum esse duco, ut *δόμεν ἔπι* idem fere valeat, quod *δόμεν ἔτι* ab Heynio propositum.

ΞΕΝΟΚΡΑΤΕΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩι

ΑΡΜΑΤΙ.

Strophae.

∪ ⁝ ∪ – ∪∪ ∪ –∪ ∪ ⊥ ∪ – ⏓
∪ ⁝ ∪ –∪ ∪ ⏓
∪∪ ∪ –∪ ∪ | ⊥ ∪ ∪∪ ⊥ ∪ ⏓
∪∪ | – ⊥ ∪ – ∪ ⊥∪ ∪ –
–∪ ∪ ⊥ ∪ | – ⊥ ∪ – ∪ ⊥∪ ∪ –
∪∪ ∪ –∪ ∪ ⊥ ∪ – ⊥ ∪ ∪∪ ⊥ |
∪ ⁝ ∪ – ⊥ |
– ⁝ ∪ –∪ ∪ ⊥ –
∪ ⊥ – ∪ ⊥ ∪ – ⏑̄ ⊥ ∪ ⏓

Argumentum.

Xenocrates Aenesidami filius Agrigentinus ex nobilissima gente Emmenidarum (v. 5), cuius victoriam Delphicam Pythiade 24 = 494 (490) a. Chr. partam hoc carmen spectat, una cum fratre Therone, duce Agrigentinorum, in equestria et curulia studia impense incubuit multasque victorias in ludicris certaminibus reportavit; cf. I. ɪɪ et O. ɪɪ 54 sq. Direxisse autem poeta hoc carmen ad filium eius Thrasybulum videtur, quod is in Pythico certamine aurigae munere functus erat. Eidem Thrasybulo Pindarus, quo amore egregie cordatum iuvenem prosequebatur, epinicium I. ɪɪ et scolion, cuius fragmentum illustre (fr. 124) servatum est, misisse fertur. Quam antiquis autem temporibus Graeci Siciliae cum Delphici templi sacerdotibus familiaritatem contraxerint, titulus testatur Delphicus saec. vɪ *βουστροφηδὸν* scriptus et a Selinuntiis positus, quode v. Pomptow Stzb. d. pr. Ak. 1887 p. 705 et Beiträge zur Topographie von Delphi 1889 p. 72.

In prooemio poeta se fingit tamquam unum e choro amoenum agrum Delphicum, Veneri et Gratiis consecratum, peragrantem et in honorem victoriae Xenocratis hymnum dicentem, qui praeclarius et firmius gloriae partae monumentum sit quam thesaurus imbrium impetui obnoxius (1—18). Victoriam istam cum Thrasybulus filius aurigae munere fungens patri parasse videatur, poeta in principali parte carminis pietatem filii praedicat eumque praecepta sapientis Chironis eximie observare et exemplum Antilochi, qui patri Nestori propugnans mortem oc-

cubuerat, praeclare aemulari laudat (19—46). Ad postremum iuvenis dilecti ceteras virtutes, modestiam, studium poeticum, morum comitatem praedicat (47—54).

Carmen, quod Pindarus iuvenis panxit, audacia comparationum et tumore orationis iuvenilem animum poetae prodit. Illud ipsum, quod Thrasybulum pro patre equos regentem cum Antilocho pro patre fortiter dimicante et mortem occumbente comparavit, iustos fines similitudinis excedere videtur. Nihilo tamen secius, si hoc carmen Pindaricum cum antiquissimo, P. x, contuleris, magnopere paucis annis artem poetae provectam et corroboratam esse invenies.

De metris.

Carminis huius numeri Aeolici sunt paeonicis mixti, unde pro trochaica dipodia saepe creticus et vel paeonicus pes usurpatus est. In dipodias, quas in embaterio carmine quam maxime exspectes, omnes versus dividendos curavi, quod ut in plerisque versibus facile cessit, ita in versibus quinto et sexto dimetiendis gravissimas difficultates paravit, quae cum pluribus modis expediri possent, eum, qui mihi potior esse videbatur, in schemate hoc metrico exhibui, alterum in Prol. p. LVI proposui. Ceterum confer quae de similibus versibus supra ad O. x adnotavimus. — Carmen cantatum esse videtur Delphis post ipsam victoriam in pompa ad templum Apollinis a Thrasybulo eiusque comitibus instituta (vv. 1—4). Nam primis carminis versibus chorum ipsum in Delphica area choreas ducentem audire et spectare nobis videmur. Aptissima vero incedenti choro fuit monostrophica compositio carminis; v. Prol. LX. Neque ultimis carminis verbis, quibus epularem comissationem ad victoriam celebrandam factam indicari Boeckhius putavit, a proposita sententia revocor. Possunt enim illa verba etiam ad morum comitatem Thrasybuli universam aut ad epulas post pompam apparandas referri.

Ἀκούσατ'· ἦ - γὰρ ἑλικώπιδος Ἀφροδίτας *Στρ. α'.*
ἄρουραν ἢ Χαρίτων
ἀναπολίζομεν, ὀμφαλὸν ἐριβρόμου
χθονὸς ἐς - νάϊον προσοιχόμενοι·

VARIA LECTIO. Inscr. *Ξενοκράτει Ἀκραγαντίνῳ ἅρματι* B D — Schol.: *γέγραπται Ξενοκράτει Ἀκραγαντίνῳ νενικηκότι κατὰ τὴν κδ' Πυθιάδα*; conf. I. II inscr. — 3. *ἀναπολήσομεν* coni. Schmid — 4. *νάϊον* coni. Hermann: *ναὸν* codd., *λαϊνὸν* coni. Bergk —

COMMENTARII. v. 1. *ἀκούσατε·* Horatius C. III 4, 5 *auditis? an me ludit amabilis insania? audire et videor pios errare per lucos* non recte Graecum exemplar expressit; etenim *ἀκούσατε* non est interrogantis, sed admonentis homines praeconis ritu, ut audiant et linguis faveant — *Ἀφροδίτας ἄρουραν ἢ Χαρίτων·* Veneris et Gratiarum arva poetam et chorum canentem orbiculatim peragrare (schol. *ὑπὸ τὸ χωρίον ἀναστρεφόμεθα*) poeta dicit. Veneris autem hortis idem poesim comparat, quod utraque amoenitate excellunt (cf. P. v 24 et fr. 90); noli enim cum Dissenio de carmine amatorio cogitare — 3. *ὀμφαλὸν ἐριβρόμου χθονὸς ἐς νάϊον·* in umbilico orbis terrarum Delphicum templum positum credi nota res est, de qua sodes conferas P. IV 4; *ἐρίβρομος* autem hic locus dicitur partim propter rivorum curruumque strepitum, partim propter repercussam

Πυθιόνικος ἔνθ' - ὀλβίοισιν Ἐμμενίδαις
ποταμίᾳ τ' Ἀκράγαντι καὶ μὰν Ξενοκράτει
ἑτοῖμος ὕμνων
θησαυρὸς ἐν πολυχρύσῳ
Ἀπολλωνίᾳ τετείχισται νάπᾳ·

τὸν οὔτε χει-μέριος ὄμβρος ἐπακτὸς ἐλθών, Στρ. β'.
ἐριβρόμου νεφέλας
στρατὸς ἀμείλιχος, οὔτ' ἄνεμος ἐς μυχοὺς
ἁλὸς ἄξ-οισι παμφόρῳ χεράδι
τυπτόμενον. φάει - δὲ πρόσωπον ἐν καθαρῷ
πατρὶ τεῷ, Θρασύβουλε, κοινάν τε γενεᾷ
λόγοισι θνατῶν
εὔδοξον ἅρματι νίκαν
Κρισαίαις ἐνὶ πτυχαῖς ἀπαγγελεῖ.

---

10. *οὔτε V* et scholia: *οὐ B D E*, *οὐχὶ* Tricl. — *ἐπακτὸς* coni. Bergk: *ἐπακτὸς* codd. — 12. *ἄνεμος B D*: *ἄνεμοι E* et schol. — 13. fort. *ἄξοντι*, at conf. P. IX 63. X 43. XII 26. N. IX 41. I. VI 66 — 14. *τυπτόμενον* coni. Dawes: *τυπτόμενοι B D E* et schol., *τυπτόμενος V*, *χεράδει σποδέων* aut legit aut interpretatur Et. M. 808, 32, *ἄξοιτο παμφόρος* et *ἐνσποδέων* coni. Bornemann Philol. 51, 469, *τυπτομένους* coni. Leutsch — 18. *κρισαίαισιν ἐνὶ πτυχαῖσιν BD*, corr. Mosch. — *ἀπαγγελεῖ Byz.*: *-έλλει B*, *-έλει D*, *ἀπαγγελεῖς* coni. Heyne —

imaginem vocis chori — 5. *Ἐμμενίδαις*, genti Xenocratis et Theronis Agrigentinae, de qua vide O. III 38 et O. II arg. — 6. *καὶ μὰν Ξενοκράτει·* Xenocrati patri Thrasybuli, qui victor renuntiatus erat — 8. *θησαυρός·* carmina comparantur thesauro, quales multas civitates ad recipienda dona et monumenta Delphis et Olympiae aedificatos habuisse constat; atque nescio an Pindarus Thrasybulo amico auctor fuerit carmine canoro potius quam lapideo thesauro gloriam gentis illustrandi. Agrigentinorum quidem thesaurum Pythicum Pausanias novit nullum — *πολυχρύσῳ·* cf. Soph. OR. 151 *τᾶς πολυχρύσου Πυθῶνος* — 10. *χειμέριος ὄμβρος·* imitatus est hunc locum Horatius C. III 30, 1: *exegi monumentum . . . . quod non imber edax, non Aquilo impotens possit diruere* — 11. imber hibernalis irruens pulchre dicitur exercitus asper tonantis nubis — 13. *ἄξοισι·* plurali poeta utitur, quod coniunctis viribus imbris et venti lapideus thesaurus destruitur; ceterum similem structuram habes Eur. Alc. 360. Hor. C. I 13, 5 — *χεράδι·* colluvie omnis generis, glarea limo lapillis, quibus thesaurus vi venti deiectus et imbris impetu delatus feriri fingitur — 14. *φάει πρόσωπον ἐν καθαρῷ·* accusativo relationis (acc. der beziehung) *πρόσωπον* poeta insolite usus est, tamquam *ὕμνος φαεννὸς* pro *ὕμνος ἐν φάει* dixisset — 15. *Θρασύβουλε·* utrum ipse equos in illo certamine rexisse, an solum patris equilibus praefuisse Thrasybulus putandus esset, iam veteres grammaticos quaesivisse scholia docent; commoti autem isti esse videntur loco I. II 22, quo Xenocrates Nicomacho auriga Athenis et Olympiae usus esse dicitur. At mira esset comparatio Thrasybuli cum Antilocho, si ne equos regendi quidem periculum ipse sustinuisset — *κοινάν τε γενεᾷ·* commune fuisse certamen Xenocratis et fratris eius Theronis ex Pindaro ipso O. II 54 comperimus; quid? quod ex schol. ad O. II 87 efficitur Aristotelem in catalogum victorum non Xenocratem, sed Theronem relatum invenisse — *τε* cum ad totam locutionem *κοινὰν γενεᾷ* positum sit, proprie pertinet ad *γενεᾷ*, non ad *κοινάν*: *νίκαν κοινὰν πατρὶ τεῷ γενεᾷ τε Ἐμμενιδῶν* — 18. *Κρισαίαις ἐνὶ πτυχαῖς* iunge cum *νίκαν* potius quam cum *ἀπαγγελεῖ* — *ἀπαγγελεῖ*, mortalium sermonibus denuntiabit, i. e. hominibus, ut sermonibus victoriam celebrent; cf. P. I 93.

σύ τοι σχέθων - νυν ἐπιδέξια χειρὸς ὀρθὰν Στρ. γ΄.
ἄγεις ἐφημοσύναν,
τά ποτ᾽ ἐν οὔρεσι φαντὶ μεγαλοσθενεῖ
Φιλύρας - υἱὸν ὀρφανιζομένῳ
Πηλεΐδᾳ παραι-νεῖν· μάλιστα μὲν Κρονίδαν,
βαρυόπαν στεροπᾶν κεραυνῶν τε πρύτανιν,
θεῶν σέβεσθαι·
ταύτας δὲ μή ποτε τιμᾶς
ἀμείρειν γονέων βίον πεπρωμένον.

ἔγεντο καὶ - πρότερον Ἀντίλοχος βιατὰς Στρ. δ΄.
νόημα τοῦτο φέρων,
ὃς ὑπερέφθιτο πατρός, ἐναρίμβροτον
ἀναμεί-ναις στράταρχον Αἰθιόπων
Μέμνονα. Νεστόρει-ον γὰρ ἵππος ἅρμ᾽ ἐπέδα
Πάριος ἐκ βελέων δαϊχθείς· ὁ δ᾽ ἔφεπεν
κραταιὸν ἔγχος·
Μεσσανίου δὲ γέροντος
δονηθεῖσα φρὴν βόασε παῖδα ϝόν·

---

19. *νῦν* *B* et schol.: *νιν* *D E* — 21. *τὰ* Schmid: *τὰν* *B D E* et schol., *τὸ* Tricl. — *μεγαλοσθενεῖ* codd.: *μεγαλοσθενῆ* coni. Bergk — 25. *θεὸν* *B* — 26. *τακτᾶς* Herwerden — 28. *ἔγεντο* Tricl.: *ἐγένετο* *B D* — 30. *ἐναριβρ.* *D* — 31. *ἀναμ.* Tricl.: *ἀμμ.* *B D* — 32. *νεστόρειον* Tricl.: *νεστόρεον* *B D* — 33. *δαχθεὶς* *B* — 36. *δονηθ.* *B D E* — *βόασε* *B D*: *βόασεν* Schmid —

19. a laude victoriae Thrasybuli ad pietatem eius praedicandam transit — *νυν* quamvis correptum sit, tamen opponitur particulae *ποτέ* v. 21; cf. P. III 66 — *ἐπιδέξια χειρός*· reverentiae gratia ad dextram ducere Thrasybulus praeceptum dicitur metaphora satis audaci; cf. Hom. Od. V 277 *τὴν* (*ἄρκτον*) *ἐπ᾽ ἀριστερὰ χειρὸς ἔχοντα* — 21. *τά*, ad *ἐφημοσύναν* libere relatum, ut *οἷα* P. II 75, *ὅσα* P. VIII 69 — *μεγαλοσθενῆ* pro *μεγαλοσθενεῖ* Bergkius reposuit, ut uterque, Achilles et Chiron, suo epitheto gauderet neve Achillis pueri praepostere robur laudaretur; nescio tamen an poeta respexerit quae de Achillis pueri insolita virtute paulo ante N. III 44 ss. exposuerat — 22. *Φιλύρας υἱόν*, Chironem; cf. P. III 1 — *ὀρφανιζομένῳ*· non orbo, sed in tempus orbato et a parentibus Chironi ad educandum tradito — 23 sq. cf. Eur. fr. 219: *θεούς τε τιμᾶν τούς τε θρέψαντας γονεῖς.* Copiose de hac sententia ab Hesiodo personato in *Χείρωνος ὑποθήκαις* (v. schol. et P. IV 102) proposita et ab Orphicis divulgata nuper disseruit Dietrich, Necyia 166 f. — 27. *βίον πεπρωμένον*, vitam parentium, quamdiu eis a fato concessa erit.

28 ss. Thrasybuli pietas erga suum parentem illustratur exemplo Antilochi, filii Nestoris, cuius pietas cum iam ab Homero Il. VIII 86 significata esset, egregie ab Arctino in Aethiopide exornata est, in quo carmine Antilochus, dum patri Nestori a Memnone vexato, equo eius Paridis sagitta vulnerato, succurrit, ipse mortem occubuisse narrabatur. Ea autem fama huius facinoris fuit, ut Xenophon Cyneg. I 14 dixerit: *Ἀντίλοχος τοῦ πατρὸς ὑπεραποθανὼν τοσαύτης ἔτυχεν εὐκλείας, ὥστε μόνος φιλοπάτωρ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀναγορευθῆναι* — 28. *ἔγεντο* pro *ἐγένετο*, cf. P. III 87 — 33. *ὁ δ᾽*, Memnon, qui non arcum, ut Paris, sed ferocem hastam manu gestabat — 35. *Μεσσανίου*· quod Pylus, Nestoris patria, in Messenia sita esse a Pindaro (cf. P. V 70) putabatur — *γέροντος φρήν* periphrastice

χαμαιπετὲς - δ' ἄρ' ἔπος οὐκ ἀπέριψεν· αὐτοῦ Στρ. ε'.
μένων [δ'] ὁ θεῖος ἀνὴρ
πρίατο μὲν θανάτοιο κομιδὰν πατρός,
ἐδόκη-σέν τε τῶν πάλαι γενεᾷ
ὁπλοτέροισιν, ἔρ-γον πελώριον τελέσαις,
ὕπατος ἀμφὶ τοκεῦσιν ἔμμεν πρὸς ἀρετάν.
τὰ μὲν παρίκει·
τῶν νῦν δὲ καὶ Θρασύβουλος
πατρῴαν μάλιστα πρὸς στάθμαν ἔβα,

πάτρῳ τ' ἐπερ-χόμενος ἀγλαΐαν ἅπασαν. Στρ. ϛ'.
νόῳ δὲ πλοῦτον ἄγει,
ἄδικον οὔθ' ὑπέροπλον ἥβαν δρέπων,
σοφίαν - δ' ἐν μυχοῖσι Πιερίδων·
τίν τ', Ἐλέλιχθον, ὀρ-γᾶς ὃς ἱππειᾶν ἐσόδων,
μάλα ϝαδόντι νόῳ, Ποσειδᾶν, προσέχεται.

---

37. ἀπερρ *B* — ἀπέριψεν αὐτοῦ· ante Heynium, ἀπέριψεν· αὐτοῦ commendavit Heyne — 38. δ' ὁ *B E* et paraphr.: δὲ (om. ὁ) *D*, δ' abiecit Bergk bene — 40. τέ codd.: δὲ Beck cum paraphr.; fort. ἐδόκησ' ἐν δὲ — 43. παρήκει *D* — 44. τῶν: τὰ *D* — νῦν δὲ Tricl.: δὲ νῦν *B D E* — 46. πάτρωϊ (πάτρῳ *B*) *B D*, πάτρω F^{ac} — τ' codd.: γ' in proecdosi scripseram — ἀγλαΐαν ἔδειξεν ἅπασαν *B D E*, ἅπασαν om. *Byz.*, mihi potius ut Bergkio[3] ἔδειξεν interpolatorem redolere videtur; ἀγλαΐαν πέπαται M. Schmidt Pind. Siegesges. p. CVII — 47. ἄγειν *D* — 48. ἥβαν codd. et schol.: ἀνάταν coni. Hermann collato P. II 28 — 49. μυχοῖσι: πτυχαῖσι coni. Leutsch Phil. 39, 395 — 50. τίν: τήν *D* — ὀργᾶς ὃς ἱππειᾶν ἐσόδων de coni. scripsi: ὀργαῖς πάσαις ὃς (ὅσον *B*) ἱππείαν ἔσοδον *B D E*; schol.: ὃς εὗρες ἱππείας ἐσόδους, unde ὅσθ' εὗρες ἱππίαν ἔσοδον Boeckh, ἃς εὗρες ἱππείας ἐσόδους Mommsen — Ἐλάσιχθον coni. Bergk e fr. 18 probabiliter — 51. προσέχεται Schmid: προσέρχεται *B D E* et schol. —

neque apte huic loco; melius Horatius C. III 5, 13: *hoc caverat mens provida Reguli* — 37. αὐτοῦ, illico; quodsi αὐτοῦ cum ἔπος, interpunctione post ἀπέριψεν sublata, coniunxeris, et mutatio subiecti (βόασε Νέστωρ, ἀπέριψεν Ἀντίλοχος) dura fiet et pronomen αὐτοῦ, quamvis insigni loco positum, sua vi carebit — 40. ἐδόκησε, non tam iuvenum priscae aetatis plausum tulisse, quam inter iuvenes priscae aetatis Antilochum excellentissimum visum esse exspectamus, unde nescio an ἐν ὁπλοτέροισι τῶν πάλαι γενεᾷ Pindarus dixerit — 44. καί· non quod praeter Thrasybulum alii qui patris normam sequerentur fuerint, sed quod etiam praesenti tempore erat qui Antilocho conferri posset — 46. πάτρῳ τ' similiter atque Πυθέα τε I. V 19 ita dictum esse sentio, ut Thrasybulus et patri Xenocrati et patruo Theroni obsequi dicatur, unde verba πατρῴαν πρὸς στάθμαν ἔβα πάτρῳ τ' ἐπερχόμενος idem valeant atque ἔβα πρὸς πατρῴαν στάθμαν βαίνων πάτρῳ τ' ἐπερχόμενος· quod si tibi argutius esse videatur, meam priorem emendationem πάτρῳ γ' comprobare debebis; nam ἔδειξεν, quod codices post ἀγλαΐαν addunt, ab interpolatore, qui locum intricatum expedire voluerit, additum esse in aprico est — 48. ἄδικον οὔθ' ὑπέροπλον pro οὔτ' ἄδικον οὔθ' ὑπέροπλον· cf. O. XI 18 — 49. ἐν μυχοῖσι, recessus saltuum amant Musae, non turbas fori — 50. ἱππειᾶν ἐσόδων, equestrium certaminum; cf. P. V 116; locum conclamatum ita restitui, ut coniunctio relativa ὃς primo vocabulo relativi enunciati postposita sit, id quod nihil habet offensionis in Pindaro; cf. O. V 12. P. II 5. III 89. V 10. 41. 78. VI 5. N. VII 90 — 51. ἁδόντι νόῳ· non coactus, sed lubens, ut est in titulis votivis —

γλυκεῖα δὲ φρὴν
καὶ συμπόταισιν ὁμιλεῖν
μελισσᾶν ἀμείβεται τρητὸν πόνον.

---

53. *ὁμιλῶν* coni. Pauw.

52 sq. infinitivus *ὁμιλεῖν* pendet a nomine *γλυκεῖα*, i. e. *γλυκεῖα ὥστε ὁμιλεῖν*, *καὶ* autem additum est, ut Thrasybulus non solum sapientes sermones, sed pro tempore etiam amabilem consuetudinem et convivii facetias amare dicatur — 54 *μελισσᾶν*· confer fabulam de apibus labra poetarum et amabilium scriptorum insidentibus, quae ipsa vita Pindari (v. Prol. c 5) egregie illustratur.

ΠΥΘΙΟΝ. Ζ'.

ΜΕΓΑΚΛΕΙ ΑΘΗΝΑΙΩι

ΤΕΘΡΙΠΠΩι.

Strophae.

– – ⏑ – ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ – – |
⏑ –⏑ ⏑ – – ⏑ – | ⏑̄ – ⏑ –⏑ ⏑ –
– – ⏑ – – |
– –⏑ ⏑ – ⏓
⏑ – | ⏑⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓ |
– –⏑ ⏑ – ⏑ – |
⏑⏑ ⏑ – ⏑ ⏓
⏑̄ ⏑⏑ ⏑ – – |

Epodi.

– ⏑ –⏑ ⏑ – | – ⏑ –⏑ ⏑ – |
⏑ – – – ⏑ – |
– –⏑ ⏑ – ⏑ – |
⏑⏑ ⏑ –⏑ ⏑ ⏓ |
⏑⏑ ⏑ – ⏑ –⏑ ⏑ – |
– – ⏑ – ⏑ –⏑ ⏑ – |
– – ⏑ – –⏑ ⏑ – |
⏑ –⏑ ⏑ – – |

Argumentum.

Carmen hoc scriptum est in honorem Pythiae victoriae curulis Megaclis Hippocratis Atheniensis. Ortus is erat de illustrissima gente Attica Alcmaeonidarum, de qua uberrime olim Boeckhius Expl. 300 ss., nuper Toepferus, Attische Genealogie 225 ff. disputaverunt. Atque Alcmaeonidae quidem non solum summa in republica Atheniensi auctoritate et potentia florebant, sed etiam sacrorum ludorum splendore gloriam suae domus magnopere augebant, siquidem et templum Apollinis, cum a Pisistratidis in exilium exacti essent, magnifice exaedificaverunt (P. VII 10. Her. V 62. Paus. X 5, 13) et Alcmaeo Ol. 47 (potius 57 sec. Boeckhium et Herodoti interpp.) nobilissimam victoriam Olympicam quadrigis consecutus est (v. schol. ad inscr. et Herod. VI 125). Is quoque, qui hoc carmine praedicatur, Megacles ante Pythiam victoriam alias victorias Isthmicas et Pythicas reportaverat, quamquam, qua ambiguitate dicendi Pindarus v. 17

utitur, non accurate discernere licet, quas victorias ipse, quas maiores eius adepti sint. De tempore, quo haec Pythia victoria parta sit, iam Boeckhio suboluit verbis *φθόνον ἀμειβόμενον τὰ καλὰ ἔργα* fugam patriae Megacli testarum suffragio irrogatam indicari; testimonium vero huius rei luculentum, quo aegre vir clarissimus carebat, iam nobis suppeditatum est Aristotelis libro *περὶ Ἀθηναίων πολιτείας* invento, cuius ex c. 22 Megaclem Hippocratis filium ex demo Alopece anno 487/6 ostracismo in exilium eiectum esse comperimus. Atque hac de re primum iuvenis amicus Rehmius me commonuit, postea a Wilamowitzio, Aristot. u. Athen. II 323 accuratissime disputari cognovi. Inde iam constat victoriam Pythiam, quam hoc carmen spectet, Ol. 73, 3 sive a. 486 a. Chr. Delphis reportatam esse. Sed qua Pythiade id factum sit, ne sic quidem exploratum est, quandoquidem codices scholiorum inter numeros *κε΄* et *πη΄* et *κϛ΄* et *πϛ΄* vacillant, unde lites veteres, a quo tandem anno Pythiades numeratae sint (v. Proleg. LXXXVI), ne nunc quidem compositae sunt.

Exorditur poeta a splendore urbis Athenarum et gentis Alcmaeonidarum (1—10). Deinde aedem Apollinis ab illis exaedificatam et victorias praeclaras a Megacle eiusque maioribus reportatas esse refert (11—18). Denique in epilogo unum illud conqueritur, quod ob invidiam civium integra ac plena felicitas hominibus non concessa sit, et nunc quoque bono (victoriae) malum (exilium) commixtum sit (18—22).

Optimatium imperium cum Athenis mature in populare vertisset, cives Attici laudi rerum strenue gestarum magis quam ludorum victoriis studere coeperunt, unde Pericles rebus musicis potius quam ignava et rudi palaestra plebem delectandam et educandam censuit (Plut. vit. Pericl. 11; cf. Eurip. fr. 282). Inde Atheniensibus Pindarus nec multa nec longa epinicia fecit. Quid? quod ex duobus, quae Atheniensibus composuit, epiniciis, P. VII et N. II, prius certe non Athenis, sed Delphis cantatum est. Idem autem celeberrimum dithyrambum civitati Atheniensi scripsit (fr. 75. 76. 77), quapropter a suis civibus mulcta mille drachmarum punitus, ab Atheniensibus duplo maiorem mercedem accepisse fertur. Denique eum pro Hippocrate, patre nostri Megaclis, threnum composuisse scholiasta ad P. VII 17 memoriae prodit, cuius tamen threni nulla iam exstant fragmenta.

De metris.

Metra huius carminis sunt logaoedica, insolita brevitate versuum memorabilia. In versibus dividendis cum ex ipso carmine propter insolentiam metrorum et exiguum numerum stropharum certa indicia peti nequeant, veteris colometriae vestigiis hic magis quam alias insistendum esse putavi. Adeo vero in hoc carmine ad numerorum aequabilitatem revocando mihi ipse diffisus sum, ut punctis ictus et rhythmos signare non auderem. Vereor enim ne solito maior pars intervallorum in hoc carmine pausis et tibiarum sonis expleta sit. Stropha anacrusi quinti versus in duas pericopas dirimitur, quae metrica structura etiam sententiarum conformatione adiuta est. Primi versus mensura pendet a varietate lectionis, de qua vide not. crit. ad vv. 1. 9. Carmen Delphis cantatum esse nunc Aristotelis testimonio etiam verisimilius factum est; inde autem nescio an etiam brevitas carminis explicanda sit.

Κάλλιστον αἱ μεγαλοπόλιες Ἀθᾶναι Στρ.
προοίμιον Ἀλκ-
μανιδᾶν εὐρυσθενεῖ γενεᾷ,
κρηπῖδ' ἀοιδᾶν
ἵπποισι βαλέσθαι·
ἐπεὶ τίνα πάτραν, τίνα ϝοῖκον
αἰνέων ὀνυμάξομαι
ἐπιφανέστερον
Ἑλλάδι πυθέσθαι;

πάσαισι γὰρ πολίεσι λόγος ὁμιλεῖ Ἀντ.
Ἐρεχθέος ἀσ-
τῶν, Ἄπολλον, οἳ τεόν γε δόμον
Πυθῶνι δίᾳ

VARIA LECTIO. Inscr. *Μεγ. Ἀθ. ἵπποις ὀλύμπια ἴσθμια πύθια D*, quid habuerit *B* non iam liquet — Schol.: *γέγραπται ἡ ᾠδὴ Μεγακλεῖ Ἀθηναίῳ νικήσαντι τὴν κε´* (sic *D E G V*: *πη´ B* quod ex *κϛ* corruptum puto) *Πυθιάδα τεθρίππῳ. ἔστι δὲ οὗτος οὐχ ὁ τὰ Ὀλύμπια νενικηκώς, ἀλλ' ἕτερος, τὴν δὲ ἐκείνου νίκην τούτῳ προσάπτει Πίνδαρος, συνήθως αὐτῷ· τὴν γὰρ τεσσαρακοστὴν* (*πεντηκοστὴν* coni. Boeckh Expl. 304) *ἑβδόμην ἐκεῖνος Ὀλυμπιάδα ἀναγράφεται νενικηκώς, ὁ δὲ τὴν κϛ´* (sic *D*: *πη´ B*, *πϛ´ E G V*, quod Schroeder Phil. 54, 282 probat et hoc modo supplet: *ὁ δὲ τὴν πϛ´* (scil. *ὀλυμπιάδα νενικηκώς, τὸ μὲν γένος Ἀλκμεωνίδης, Μεγακλῆς δὲ τοὔνομα*), *κε´ Πυθιάδα* coni. Boeckh; Pythiadem indicari ipse quoque puto; Olympiadem in corrupto numero latere opinatus Wilamowitzius alterum *δ'* post *ἕτερος* eiciendum censuit), *ἕτερος δ' ἂν εἴη Μεγακλῆς τούτῳ ὁμώνυμος.* — 1. *μεγαλοπτόλ.* coni. Boeckh, *μεγαλοπόλ.* codd. et metr. schol. — 2. *εὐρυσθ. B D* et schol.: *ἐρισθ.* Tricl. — 4. *ἵπποισι Byz.*: *ἵπποις B D E* — 5. *τίν' οἶκον D, τίνα τ' οἶκον B E* et schol.; *τ* ex digammo natum esse videtur — 6. *αἰνέων* coni. Kayser: *ναίων* codd. quod antiquitus lectum et Didymo probatum esse testantur scholia, *ναίοντ'* et *αἰῶν'* coniecturae in scholiis commemoratae, *δίων* coni. Bergk, *ὑμῶν* Wölfflin Phil. 7, 210, *λαῶν* vel *θνατῶν* Schneidewin — *ὀνυμάξομαι* Tricl. cum scholiis: *ὀνυμάξαι* (*ὀνομ. D*) *B D* — 9. *πολίεσι* Tricl.: *πολίεσσι B D*; cf. v. 1 — *ὁ λόγος B D*, *ὁ* om. *V* Mosch. — 10. *Ἀπόλλων* Ald. fort. recte — *τεόν γε* Mosch.: *τεόν τε B D E*; *τεὸν μέγαρον* coni. Rauchenstein —

COMMENTARII. v. 1. *μεγαλοπόλιες·* eodem epitheto Syracusae ornantur P. II 1; cf. Herod. V 66: *Ἀθῆναι ἐοῦσαι καὶ πρὶν μεγάλαι, τότε ἀπαλλαχθεῖσαι τῶν τυράννων ἐγένοντο μέζονες.* Inde a Cleochare in prosodio nuper Delphis in thesauro Atheniensi invento praedicatur *κλυτὰ μεγαλόπολις Ἀθθίς* — 2. Athenas pulcherrimum prooemium dicit, si quis Alcmaeonidarum genti carminum fundamentum iacere velit, quandoquidem gloria reipublicae Atheniensis factis illustribus illius gentis maximam partem contineatur — *ἀοιδᾶν ἵπποισι·* carminum ad praedicandam victoriam equis sive quadrigis reportatam; cf. I. I 14 — 5. *πάτραν*, patriam urbem, qualis Atheniensium, *οἶκον*, gentem, qualis Alcmaeonidarum fuit — 10. *Ἐρεχθέος ἀστῶν·* reddit Homericum *δῆμον Ἐρεχθῆος* (Il. II 547); similiter I. II 19 *Ἐρεχθείδας* Athenienses ab Erechtheo vetustissimo rege Atticae appellavit — *τεόν γε δόμον·* templum Delphicum, Ol. 58, 1 = 548 a. Chr. igne deletum, denuo Alcmaeonidas splendide exstruxisse narrat Herod. V 62. Ceterum merito Pindarum reprehendunt, quod Alcmaeonidarum infenso erga cives suos animo hoc dedit, ut summam gloriam urbis Athenarum nuper victoria Marathonia partam silentio praeteriret — *Ἄπολλον·* cuius circa templum hoc carmen cantatum esse videtur —

θαητὸν ἔτευξαν.
ἄγοντι δέ με πέντε μὲν Ἰσθμοῖ
νῖκαι, μία δ' ἐκπρεπὴς
Διὸς Ὀλυμπιάς,
δύο δ' ἀπὸ Κίρρας,

ὦ Μεγάκλεες, ὑμαί τε καὶ προγόνων. Ἐπ.
νέᾳ δ' εὐπραγίᾳ
χαίρω τι· τὸ δ' ἄχνυμαι,
φθόνον ἀμειβόμενον
τὰ καλὰ ϝέργα. φαντί γε μὰν
οὕτω κεν ἀνδρὶ παρμονίμαν
θάλλοισαν εὐδαιμονίαν
τὰ καὶ τὰ φέρεσθαι.

---

16. δοιὼ ἀπὸ Tricl. — 18. τι codd.: τε coni. Hartung — 22. οὔπω coni. Goram — 22. παρμενέμεν coni. Hartung.

13 ss. victorias maiorum Megaclis ita laudi praesenti victoris Megaclis poeta commiscet, ut cuius quaeque victoria sit discerni nequeat. Atque gentilium decora praeter praesens decus Pindarus in aliis quoque epiniciis recenset, sed hic nihil distinguit, idque idcirco, opinor, quod Megacles ipse aut nullas aut paucas victorias praeter hanc Pythicam reportaverat — 15. Διὸς Ὀλυμπιάς· v. arg. carminis p. 188 — 17. ὑμαί· aut pluralis pro singulari σαί usurpatus est, ut pronomina ἁμέτερος et ἁμός ad singulos relata exstant O III 2. XI 8. P. III 41. IV 27. I. VI 45, aut cum Boeckhio victoriae Megaclis et Alcmaeonidarum Megaclis aequalium intellegendae sunt; cf. ὑμαῖς P. VIII 66 — 19. χαίρω τι· pronomini τι ea est vis, ut poeta se quidem gaudere, sed non plane gaudere, quod gaudio dolor admixtus sit, significet — 20. φθόνον, non deorum, sed civium, qui Megaclem testarum iudicio in exilium eiecerant; cuius invidiae causam Boeckhius ex iis, quae de proditionis crimine Alcmaeonidarum Herodotus VII 115 narrat, repetivit. Quod autem scholia perhibent Ἀρίσταρχος συμβεβηκέναι αὐτῷ τι σύμπτωμα περὶ τὴν νίκην ταύτην, ὅθεν καί φησι τὸ μὲν χαίρειν, τὸ δ' ἄχνυσθαι, φθόνου τινὸς παρακειμένου τοῖς καλοῖς ἔργοις, hoc ut recte loci sententiam reddit, ita praeclarum grammaticum arguit coniecturae potius indulsisse quam annalium scriptores evolvisse — 22. οὕτω si recte se habet, ita tantum stabilem felicitatem hominibus (ἀνδρὶ) esse significat, ut etiam adversa secum ferat; vis autem particulae κεν apertior fiet, si pro participio θάλλοισαν optativum posueris: φαντί γε, ὡς οὕτω ἂν ἀνδρὶ βροτῷ παρμονίμα θάλλοι εὐδαιμονία, ὥστε τὰ καὶ τὰ φέρεσθαι. De ἂν c. partic. v. Kühner § 398 Anm. 4 — 23. εὐδαιμονίαν· latius hoc nomen patere quam εὐπραγίαν et originatione et usu vocabulorum constat — 24. τὰ καὶ τά· cf. I. III 51 τῶν καὶ τῶν, Theogn. 398 χρὴ τά τε καὶ τὰ φέρειν.

ΠΥΘΙΟΝ. Η΄.

ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΕΙ ΑΙΓΙΝΗΤῌ

ΠΑΛΑΙΣΤῌ.

Strophae.

⏑⏑ ⏑ –⏑ ⏑ – ⏑ ⏒ |
– ⏑ –⏑ ⏑ ⏑|⏑ ⏑ ⏑ |
– – ⏑ –⏑ ⏑ ⏒ |
⏑ – ⏑ – –⏑|⏑ – ⏑ ⏒
–⏑ ⏑ – –|⏑ – ⏑ –⏑ ⏑ –|⏑ ⏒
⏓ – ⏑ –⏑ ⏑ – –,|⏓ – ⏑ – ⏑ ⏒
⏓ – ⏑ –|⏓ – ⏑ – ⏑ ⏒|

Epodi.

⏑ – ⏑ –⏑ ⏑ – ⏑ – –|⏑ – ⏑ ⏑
⏓ – ⏑ –⏑ ⏑ – –|⏓ –⏑ ⏑ – ⏒
– ⏓ –⏑ ⏑ – ⏑ – –,| – –⏑ ⏑ – –|
– –⏑ ⏑ – –|⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ –|
⏑ – –⏑ ⏑ – ⏑ –| – ⏑ –⏑ ⏑ – ⏑ ⏒|
– – ⏑ – ⏓ –⏑ ⏑|– ⏑ – ⏑ – ⏒

Argumentum.

Aristomenes Xenarcis filius Aegineta e nobili gente Midylidarum (v. 38) Pythiade 35 = 450 (446) a. Chr. lucta Delphis vicisse a scholiastis traditur. Verum de tempore primum ab Od. Muellero, Aeginet. p. 177, tum a Boeckhio Bergkio Luebberto vehementer dubitatum est, qui cum a. 456 Aeginetae ab Atheniensibus victi naves tradere, muros diruere, tributum pendere coacti essent, eo autem tempore, quo hoc carmen cantabatur, Aegina libertate frui diceretur (v. 98), numerum codicum λε΄ in λγ΄ (Boeckh) vel λβ΄ (Luebbert) emendandum esse censuerunt, ut hoc carmen ante Aeginam subactam, sed cum iam saluti insulae grave periculum impenderet, anno 458 (Boeckh) vel 462 scriptum esse perhiberent. Atque si codicum fides vellicanda est, Luebberti potius quam Boeckhii sententiae meum calculum adiciam. Hermanni enim sententiam carmen hoc Pythiade κη΄ vel anno 478 a. Chr. scriptum esse opinantis et Porphyrione atque Typhone (v. 12. 16) Xerxem, Persarum regem, significari sentientis (Opusc. VII 155 ss.) nihil moror, quandoquidem

totus tenor carminis tristitiam senis redolet et descriptio certaminis versibus 81—87 facta simillima est versuum 67—69 carminis O. VIII anno 460 facti. Sed quaeritur num omnino quidquam mutandum sit et exordium carminis ad intestinos tumultus turbulentorum civium quam ad arma Atheniensium referre praestet; v. schol. ad v. 3 *ἰδίᾳ Αἰγινήταις ἦσαν στάσεις περὶ τὸν τῆς νίκης τοῦ Ἀριστομένους καιρόν.* Iniit hanc interpretandi viam K. W. Krueger Stud. hist. phil. p. 177 ss., neque video, cur non statuere liceat Aeginetas etiam post pugnam apud Cecryphaliam et expugnationem murorum (458—56), priusquam anno 431 in ditionem ab Atheniensibus redigerentur (Thuc. II 27), specie libertatis uti et res publicas ipsos administrare perrexisse, ut poetae maiora pericula a factionibus civium timenti in fine carminis anxio animo dicere licuerit *ἐλευθέρῳ στόλῳ πόλιν τάνδε κόμιζε·* cf. commentationem meam, Zur Chronol. Pind. in Stzb. d. b. Ak. 1889 p. 1 ss. Pulchritudo autem carminis in ipsa illa animi anxietate et tristitia inest, quam totum carmen tam egregie spirat, ut nos quoque vehementer animo commoveamur. Quamquam inter veteres fuerunt qui hoc reprehenderent (schol. ad v. 136) et hoc carmen magis threnum quam epinicium esse dicerent. Sed ut ad res ludicras redeam, Midylidarum gens Aeginetica similiter atque Bassidarum multis et insignibus victoriis ludorum agonisticorum clara inter Graecos fuit. Pindarus praeter hanc odam aliam quoque, cuius fragmentum (fr. 190) scholia ad P. VIII 53 afferunt, in laudem huius gentis victoriae Isthmicae composuit. Aristomenem vero iuvenem vicisse ex verbis *Ξενάρκειον υἱόν* (v. 19), *ὦ παῖ* (v. 33), *πατέρων παισί* (v. 45) colligunt, quamquam poeta non, ut in puerorum certamine facere consuevit, aliptae eius mentionem fecit.

In principio Hesychiam poeta invocat, ut coronam ab Aristomene Pythiis partam propitia accipiat (1—5); esse enim eam deam potentissimam, qua ferocium hominum irae reprimantur, ut Porphyrionis Gigantumque minae olim Apollinis telis prostratae sint (6—19). Apollinis mentione iniecta ad praedicandam victoriam, quam ab eodem Apolline Aristomenes nactus erat, revocatus, primum insulae universae gloriam virtutibus clarorum heroum et fortium virorum comparatam laudat (21—28). Deinde ne longiore carmine fastidium hominum moveat, ad munus sibi iniunctum ita transit (29—34), ut victorem Aristomenem exempla suorum maiorum, inprimis avunculorum Theogneti et Clitomachi, feliciter aemulatum esse et praesagium Amphiarai de fortibus filiis ex fortibus parentibus nascentibus sua parte optime comprobasse dicat (35—56). Ad hanc autem comparationem filiorum Amphiarai et Xenarcis poeta adductus est, quod Alcmaeon, de exitu certaminis ab Aristomene sive a Pindaro rogatus, fausta vaticinatus erat (57—60). Ex hac igitur digressione ad Aristomenem oratione reflexa, eius victorias Delphis Aeginae Megarae Marathone Argis partas praedicat (61—87). Hinc ad generales sententias de fragilitate et infirmitate rerum humanarum delapsus, omnia bona a deorum numine pendere monet, hominem esse tamquam umbrae somnium; denique in fine Aeginam deam invocat, ut cum Iove et heroibus Aeaco Peleo Telamone Achille libertatem et incolumitatem civitatis tueantur (98—100).

Totius carminis quinque pericopae (stropha antistropha epodus) sunt,

quarum unaquaeque sententiam in se conclusam continet, nisi quod pericopae secunda et tertia paulo arctius inter se cohaerent. Perfectam autem hanc compositionis formam Pindarus, ut supra ad O. XIII exposuimus, provecta aetate excoluit.

De metris.

Carminis huius suavissimi numeri sunt logaoedici, similes illi carminum N. II. IV. O. IX. Principale metrum est Glyconeum, quod cum ex dipodiis duabus constare certum sit, reliquos quoque versus in dipodias sive *πόδας ἑξασήμους* ita dividendos curavi, ut tripodiis nisi in fine versuum locum non concederem. Hoc autem eo magis faciendum esse duxi, quod carmen a comitibus Aristomenis victoris in pompa, dum ad fanum vel aram Hesychiae accederent, cantatum esse perhibetur (vv. 1—5. 20. 70.) Neque ad restituendos *πόδας ἑξασήμους* immanibus machinis opus est, modo tu tempora inania, quae in Prol. p. LVII definire ausus sum, adsciscere sustineas et magis pedibus compositis senum temporum quam membris versuum dividendis operam advertas. Quamquam facilior divisio membrorum fieret, si tertium versum epodi in duos versus dispescere et in priore eius parte ordinem rhythmicum a secundo pede incipere auderes hoc modo:

– ⏒ –̇⏑ ⏑ – ⏑ –̇ –
–̇ –⏑ ⏑ –̇ –

Responsionem vero stropharum ut severioribus legibus adstringeret, emendandi viam satis audacem G. Hermannus opusc. VII 158 ss. iniit (v. not. crit. ad vv. 45. 52. 100). Harum emendationum maxime ea placet, qua versu 45 correcto omnibus in strophis caesuram post syllabam quintam versus restituit; nescio tamen an duas has formas versus

–⏑ ⏑ – – ∧ ⏓ – ⏑ –⏑ ⏑ – ⏑ –
–⏑ ⏑ – ∧ – ⏑ – ⏑ –⏑ ⏑ – ⏑ –

sibi respondere poeta voluerit. — Verbis *Δωριεῖ κώμῳ* (v. 20) utrum poeta solum significaverit ex Doribus viris chorum constare an etiam Doricam esse modorum harmoniam adsignificaverit dubium est. Doricae quidem harmoniae aptissima est lyra, cuius fidibus voci cantorum accini versu 31 docemur.

Φιλόφρον Ἡσυχία, Δίκας *Στρ. α′.*
ὦ μεγιστόπολι θύγατερ,

VARIA LECTIO. Inscr. *Ἀριστομένει Αἰγινήτῃ παλαιστῇ νικήσαντι λε′ ὀλ. D* — Schol.: *γέγραπται ἡ ᾠδὴ Ἀριστομένει Αἰγινήτῃ παλαιστῇ νικήσαντι τὴν λε′ Πυθιάδα· λβ′ Πυθ.* corr. Od. Mueller, Aeginet. p. 177, *λα′* Krueger Stud. hist. et phil. 190 et Luebbert, De Pind. carm. Aegineticis Kiliae 1879 p. 14. —

COMMENTARII. v. 1. *Ἡσυχία·* collatis similibus locis, quibus deus vel dea coronam et comissationem accipere rogatur (O. IV 6. V 3. VIII 10. P. XII 5. N. X 13), probabile fit, Hesychiae tamquam deae, ut aliis abstractis numinibus Athenis (v. Paus. I 17, 1), aram Aeginae exstructam fuisse, in qua coronam Pythiis partam Aristomenes deponeret — *φιλόφρον·* cf. Aristoph. av. 1321 *τᾶς ἀγανόφρονος Ἡσυχίας εὐάμερον πρόσωπον·* Pind. fr. 109 — *Δίκας·* Iustitia, quae hoc loco mater

βουλᾶν τε καὶ πολέμων
ἔχοισα κλα-ΐδας ὑπερτάτας,
Πυθιόνικον
τιμὰν Ἀριστομένει δέκευ.
τὺ γὰρ τὸ μαλθακὸν ἔρξαι
τε καὶ παθεῖν ὁμῶς
ἐπίστασαι καιρῷ σὺν ἀτρεκεῖ.

τὺ δ', ὁπόταν τις ἀμείλιχον *Ἀντ. α'.*
καρδίᾳ κότον ἐνελάσῃ,
τραχεῖα δυσμενέων
ὑπαντιάξ-αισα κράτει τιθεῖς
ὕβριν ἐν ἄντλῳ.
τὰν οὐδὲ Πορφυρίων λάθεν
παρ' αἶσαν ἐξερεθίζων.
κέρδος δὲ φίλτατον,
ἑκόντος εἴ τις ἐκ δόμων φέροι·

βία δὲ καὶ μεγάλαυχον ἔσ- *Ἐπ. α'.*
φαλεν ἐν χρόνῳ.

---

4. *κλᾶδας* *B* — *ὑπερτάτους* *D* — 5. *ἀριστομένους* D^s — 6. *ὅπως* *B* — 11. *τιθεῖς*: *τίθῃς* malo — 12. *λάθεν* coni. Mathiae Obs. misc. II 11: *μάθε* (*μάθεν* *D*) codd. et schol. — 14. *ἑκόντες* *B* — 15. *βία* *B D* et schol.: *βίᾳ* *Z* quod Heynius anteposuit —

Tranquillitatis dicitur, ipsa filia Themitis perhibetur O. XIII 7 — 4. ut hic Hesychia clavigera (*κληδοῦχος*) esse fingitur, sic *Πειθώ* P. IX 39, *Ἔρως* Eur. Hipp. 540, Minerva Aesch. Eum. 827 et Aristoph. Thesm. 1142 — 5. *Πυθιόνικον τιμάν*, coronam Pythiis partam et pompam in eius honorem institutam; cf. Aristoph. ran. 322: *ἐγκατακρούων ποδὶ τὰν ἀκόλαστον φιλοπαίγμονα τιμάν* — *Ἀριστομένει*· de dativo personae, a qua quis accipit vel, cui quis rem demit, vide ad P. XII 5 — 7. *καιρῷ σὺν ἀτρεκεῖ*· suo tempore placidam mitemque esse deam in cives iustos eandemque asperam in homines factiosos et hostes superbos — 9. *καρδίᾳ*, *ἑαυτοῦ* recte interpretatur scholiasta; confer Homericum *κότον ἔνθετο θυμῷ* Od. *ν* 342 — 11. *ὑπαντιάξαισα* hic cum dativo (*κράτει*) coniunctum est, ut saepe apud scriptores, cum acc. P. V 44 — 12. *τιθεῖς ὕβριν ἐν ἄντλῳ*, demergis insolentiam alta aqua; de locutionibus a navigatione ad res politicas translatis v. Lobeck Soph. Ai. 1083 — 13 ss. generalem sententiam de hominibus turbulentis a Tranquillitatis numine repressis egregie poeta exemplis a clade Gigantum et victoria almorum deorum petitis illustrat. Pindarum imitatus est Horatius C. III 4, 69: *testis mearum centimanus Gyas | sententiarum, notus et integrae | temptator Orion Dianae, | virginea domitus sagitta etc.* — 13. schol.: *τοῦτο δὲ εἶπεν, ὅτι Πορφυρίων ἐπεχείρησεν ἀποσπάσασθαι βοῦς Ἡρακλέος ἄκοντος αὐτοῦ.* Sed procul dubio poeta his verbis etiam factiones Aeginetarum democraticas carpit optimates opibus privantes — 14. conferre iuvat sententiam Biantis ap. Stob. flor. III 79: *πείσας λάβε, μὴ βιασάμενος* — 15. *βία* hominum superborum, qui ut quae cupiunt consequantur, vi utuntur non verbis ad persuadendum factis; qua de causa cum pronomen *νιν* v. 16 ad Hesychiam sive subiectum antecedentis enuntiati referendum sit, verba *βία . . . ἔσφαλεν* (aor. gnom.) *ἐν χρόνῳ* quasi parenthesi media interiecta esse puto —

Τυφὼς Κίλιξ ἑκατόγ-
  κρανος οὔ νιν ἅλυξεν,
οὐδὲ μὰν βασιλεὺς Γιγάντων·
  δμᾶθεν δὲ κεραυνῷ
τόξοισί τ' Ἀπόλ-λωνος· ὃς εὐμενεῖ νόῳ
Ξενάρκειον ἔδεκτο Κίρ-
  ραθεν ἐστεφανωμένον
υἱὸν ποίᾳ Παρνασίδι Δωριεῖ τε κώμῳ.

ἔπεσε δ' οὐ Χαρίτων ἑκὰς   Στρ. β'.
ἁ δικαιόπολις ἀρεταῖς
κλειναῖσιν Αἰακιδᾶν
θιγοῖσα νᾶ-σος· τελέαν δ' ἔχει
δόξαν ἀπ' ἀρχᾶς.
  πολλοῖσι μὲν γὰρ ἀείδεται,
νικαφόροις ἐν ἀέθλοις
  θρέψαισα καὶ θοαῖς
ὑπερτάτους ἥρωας ἐν μάχαις.

τὰ δὲ καὶ ἀνδράσιν ἐμπρέπει·   Ἀντ. β'.
εἰμὶ δ' ἄσχολος ἀναθέμεν

16. ἑκατόγκρανος coni. Schmid: ἑκατοντοκάρανος *B*, ἑκατοντάκρανος *D*, ἑκατοντακάρανος *E* — 17. δαμᾶθεν *B* — κερκυνῶ *D* — 20. παρνασίδι coni. Boeckh: παρνασίᾳ codd. — 21. ἔπεσε codd.: ἔπετε exspectes, cf. v. 81 — 24. δ' ἔχει om. *D* — 26. νικαφόροις *BD*: νικαφόρους *E* — 28. καὶ ἀνδρ. *V*: καὶ ἐν ἀνδρ. *BDE* —

16. de Typhoeo a Iove superato et punito monte Aetna superiecto v. P. I 15 ss. — 17. *βασιλεὺς Γιγάντων*, *Πορφυρίων* schol.; sed cum Porphyrio ante iam dictus sit, dubito an Pindarus alium ex Gigantibus, velut Eurymedontem, quem Gigantibus imperare Homerus Od. VII 58 dixit, regem poeta intellexerit; v. Welcker Griech. Götterlehre I 793 — 18. *Ἀπόλλωνος*· unus enim, ut scholia adnotant, Porphyrio sive rex Gigantum telis Apollinis, ceteri Gigantes ab aliis deis domiti esse ferebantur. Ceterum mentione Apollinis regem Gigantum domantis iniecta copia poetae facta est redeundi ad victoriam praesentem Aristomenis favore Apollinis Delphis comparatam — 19. *Ξενάρκειον . . . υἱόν*, Aristomenem Xenarcis filium — *ἔδεκτο*· de pompa Delphis a victore de stadio Cirrhaeo redeunte instituta Heynius, Boeckhius alii interpretati sunt; equidem pompam, in qua hoc carmen canebatur, Aeginae post reditum in patriam ab Aristomene institutam intellegere malo et aoristo *ἔδεκτο* tribuere vim significandi rem iam inchoatam; cf. O. VIII 55 — 20. *Δωριεῖ τε κώμῳ*· quod *Δωριεῖ*, non *Δωρίῳ* poeta dixit, chorum ex Doriensibus viris constare indicat, ut similiter O. VIII 30 Doricam originem Aeginetarum praedicat. Verum hoc loco etiam Doricam harmoniam carminis, quod iam canere choreutae coeperant, a poeta indicari admodum verisimile est.

21. *ἔπεσε*· locutio de sortitione ducta esse videtur — 22. *ἀρεταῖς . . . θιγοῖσα*· de verbis *θιγεῖν* et *ἅπτεσθαι* cum dat. iunctis cf. P. IV 296. IX 42. N. IV 35. P. VIII 60. X 28. I. III 30 — 25. *πολλοῖσι . . . ἀείδεται*· inprimis Homerum poeta respicit, qui Aiacem et Teucrum non solum fortiter cum hostibus pugnantes, sed etiam certamina (*ἀέθλοις* v. 26) naviter subeuntes induxit — 28. *ἀνδράσιν*· de heroibus ad homines Aeginetas transit, sed ne longius aberret, pugnas ad Salamina et Cecryphaliam aliasque singillatim referre supersedit — 29. *εἰμὶ*

πᾶσαν μακραγορίαν
λύρᾳ τε καὶ - φθέγματι μαλθακῷ,
μὴ κόρος ἐλθὼν
κνίσῃ. τὸ δ' ἐν ποσί μοι τράχον
ἴτω τεὸν χρέος, ὦ παῖ,
νεώτατον καλῶν,
ἐμᾷ ποτανὸν ἀμφὶ μαχανᾷ.

παλαισμάτεσσι γὰρ ἰχνεύων 'Επ. β'.
ματραδελφεοὺς
'Ολυμπίᾳ τε Θεόγ-
νητον οὐ κατελέγχεις,
οὐδὲ Κλειτομάχοιο νίκαν
'Ισθμοῖ θρασύγυιον·
αὔξων δὲ πάτραν - Μιδυλιδᾶν λόγον φέρεις
τόν, ὅνπερ ποτ' 'Οικλέος
παῖς ἐν ἑπταπύλοις ἰδὼν
υἱοὺς Θήβαις αἰνίξατο παρμένοντας αἰχμᾷ,

ὁπότ' ἀπ' ῎Αργεος ἤλυθον Στρ. γ'.
δευτέραν ὁδὸν 'Επίγονοι·
ὧδ' εἶπε μαρναμένων·
Φυᾷ τὸ γεν-ναῖον ἐπιπρέπει·

---

32. *κνίξῃ* coni. Schroeder — *μοι B*: *μου D* — 35. *παλαισμάταισι* B^1 — 40. *Θήβαις υἱοὺς* coni. Schmid — *αἰν.* Boeckh: *ἠν.* (*ἡν. D*) codd. — 43. *ὧδ' εἶπε* Tricl.: *ὧδε δ' εἶπε B D E* — 44. *ἐπιτρέπει D* —

ἄσχολος, non vacat omnes laudes, cum multae et longae sint, fidibus et cantui committere — 32. *μὴ κόρος . . . κνίσῃ·* conf. O. II 105. N. X 20 — *τὸ δ' ἐν ποσί μοι τράχον*, quod mihi ante pedes versatur, non ex remoto tempore petitum est — 33. *ἴτω . . ποτανόν·* gloria victoriae recentis alis carminis (cf. N. VII 22. P. V 114. VIII 91) efferatur — 34. *ἐμᾷ ἀμφὶ μαχανᾷ*, mea arte; cf. P. I 12 *ἀμφὶ Λατοΐδα σοφίᾳ* — 36. *'Ολυμπίᾳ* noli ad *κατελέγχεις*, sed ad *Θεόγνητον*, unum ex avunculis, referre; neque enim Aristomenes, sed solus Theognetus Olympiae vicerat, cuius de victoria Olympica et statua in eius memoriam posita v. Paus. VI 9, 1; ad eandem Schneidewinus refert epigramma Simonidis 206 — 37. *νίκαν θρασύγυιον·* epitheto *θρασύγυιον* victoria lucta reportata esse significatur; cf. O. I 99 — 39. *Οἰκλέος παῖς*, *'Αμφιάραος*, ut infra v. 56 poeta ipse declarat; apte autem Amphiaraus, licet mortuus, faustum augurium edidisse fertur, ut qui terrae voragine haustus Oropi oracula promere creditus sit; vidit igitur strenue pugnantes superiorum ducum filios non corporis oculis, sed mentis intuitu, quamquam merito Erw. Rohde, Psyche p. 497 adn. 5 necesse esse negavit, ut de oraculo Amphiarai ab Epigonis consulto cogitaremus. Pindaro vero in hac re narranda praeivisse videtur vetus auctor carminis epici *'Επιγόνων*, de quo vide Paus. I 34, 4. Eur. Suppl. 1223 ss. Bethe Thebanische Heldenlieder 116 s. — 43. *μαρναμένων·* huius genetivi absoluti similia exempla habes P. IV 232. VIII 85. N. X 89 — 44. *ἐπιπρέπει·* respicit Plut. Arat. 1: *ᾧ γε φύσει τὸ γενναῖον ἐπιπρέπει ἐκ πατέρων, κατὰ Πίνδαρον.* Post *ἐπιπρέπει* interpunxi, ut prior sententia *φυᾷ τὸ γενναῖον ἐπιπρέπει* altera *ἐκ πατέρων παισὶ λῆμα* explicetur —

ἐκ πατέρων
παισὶ λῆμα. ϑαέομαι σαφὲς
δράκοντα ποικίλον αἰϑᾶς
Ἀλκμᾶν᾽ ἐπ᾽ ἀσπίδος
νωμῶντα πρῶτον ἐν Κάδμου πύλαις.

ὁ δὲ καμὼν προτέρᾳ πάϑᾳ — Ἀντ. γ΄.
νῦν ἀρείονος ἐνέχεται
ὄρνιχος ἀγγελίᾳ
Ἄδραστος ἥ-ρως· τὸ δὲ ϝοίκοϑεν
ἀντία πράξει.
μόνος γὰρ ἐκ Δαναῶν στρατοῦ
ϑανόντος ὀστέα λέξαις
υἱοῦ, τύχᾳ ϑεῶν
ἀφίξεται λαῷ σὺν ἀβλαβεῖ

Ἄβαντος εὐρυχόρους ἀγυι- — Ἐπ. γ΄.
άς. τοιαῦτα μὲν
ἐφϑέγξατ᾽ Ἀμφιάρηος.
χαίρων δὲ καὶ αὐτὸς
Ἀλκμᾶνα στεφάνοισι βάλλω,
ῥαίνω δὲ καὶ ὕμνῳ,

---

45. *παισὶ BD*, *παισὶν Byz.*, *παῖ, σοὶ* interpunctione post *ἐπιπρέπει* deleta coni. Hermann opusc. VII 159 probabiliter — *ϑαέομαι* B^s: *ϑεάομαι* B^i *D* — 48. *ποτέρα D* — 52. *μόνος*: *μόνον* coni. Bornemann Phil. 1891 p. 231; *μοῦνος* hic et 72 *Ξείναρκες* cum *Byz.* Hermann; idem v. 92 *μέρμηραν* an scribendum sit dubitat opusc. VII 158 — 55. *εὐρυχώρου D* — 56. *ἀμφιάραος D* —

46. schol.: *τοῦτό φησιν ὡς τοῦ Ἀλκμάονος ἔχοντος ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ἐπίσημον δράκοντα . . . καϑὸ ἦν ἀπὸ Μελάμποδος·* serpentibus enim divinum quoddam inesse credebant; ceterum etiam alii heroes, ut Menelaus (v. Paus. x 26, 3), Aiax, Achilles in tabulis et vasculis draconem in clypeo gerebant; cf. Baumeister Denkm. d. kl. Alt. p. 2039 — 47. *νωμῶντα δράκοντα*, pro *νωμῶντα ἀσπίδα δράκοντα ἐπίσημον ἔχουσαν·* cf Aesch. Sept. 590 *τοιαῦϑ᾽ ὁ μάντις ἀσπίδ᾽ εὔκυκλον νέμων* — 50. *ὄρνιχος ἀγγελίᾳ*, quia aves augurales nuntiae deorum esse credebantur; cf. Hom. Il. XXIV 292. Od. XV 526 — 52. schol.: *μόνος γὰρ τὸν παῖδα ἀπολέσει· ἐν γὰρ τῇ πρώτῃ στρατείᾳ οἱ μὲν ἄλλοι ἓξ στρατηγοὶ ἀπώλοντο, ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, ὅτε οἱ Ἐπίγονοι, μόνος ὁ Ἀδράστου παῖς Αἰγιαλεὺς ἀπώλετο.* Cur hunc tristem casum filii Adrasti Pindarus commemoraverit, obscurum est. Equidem has res coniunctas eum in epico carmine invenisse conicio; Dissenio non improbabile esse videbatur ducem classis Aeginetarum in pugna ad Cecryphaliam e gente Midylidarum fuisse et revertisse *λαῷ σὺν ἀβλαβεῖ*, filio tamen amisso — 55. *Ἄβαντος ἀγυιάς*, Argos urbem ab Abante, filio Lyncei et Hypermnestrae, denominatam; cf. Prol. CXXI — 56. *καὶ αὐτός·* poeta nunc ipse, ut olim Amphiaraus — 57. *Ἀλκμᾶνα·* de Alcmaeone fausta vaticinantem Amphiaraum fecisse poeta videtur, quod ille de exitu certaminis ab Aristomene ineundi rogatus fausta vaticinatus erat. Miro enim interpretandi acumine Leop. Schmidt Pind. Leb. 403 poetam comminiscitur sub Alcmaeonis nomine suum ipsius filium inter

γείτων ὅτι μοι - καὶ κτεάνων φύλαξ ἐμῶν
ὑπάντασεν ἰόντι γᾶς
ὀμφαλὸν παρ' ἀοίδιμον,
μαντευμάτων τ' ἐφάψατο συγγόνοισι τέχναις.

τὺ δ', ἑκαταβόλε, πάνδοκον Στρ. δ'.
ναὸν εὐκλέα διανέμων
Πυθῶνος ἐν γυάλοις,
τὸ μὲν μέγισ-τον τόθι χαρμάτων
ὤπασας· οἴκοι
δὲ πρόσθεν ἁρπαλέαν δόσιν
πενταεθλίου σὺν ἑορταῖς
ὑμαῖς ἐπάγαγες.
ὦναξ, ἑκόντι δ' εὔχομαι νόῳ

κατά τιν ἁρμονίαν βλέπειν Ἀντ. δ'.
ἀμφ' ἕκαστον, ὅσα νέομαι.
κώμῳ μὲν ἁδυμελεῖ

---

58. *γείτων*: *τέγγων* L. Schmidt — 59. *ὑπάντασεν* Schmid: *ὑπαντίασεν BDE*, *ὑπάντασε τ'* ex scholiis Boeckh — *γᾶς* Tricl.: *γαίας BDE* — 60 *ἀοίδιμον μάντις, χρησμῶν τ' ἀμφ' ἅψ.* Hermann — 67. *ὦναξ BD*: *ἄναξ E* — *ἑκόντι σ' εὔχ.* coni. Jurenka; at cf. O. VIII 86 — 68. *τιν'* codd., *τὶν* pronomen esse voluerunt Pauw, Hermann alii — *βλέπειν* codd.: *ἕπειν* coni. Kayser, *ῥέπειν* Bergk — 69. *ὅσσα BD* —

Delphicos sacerdotes receptum significare — *ῥαίνω . . . ὕμνῳ*· de hac metaphora ex consuetudine arbores graminaque irrigandi tracta confer O. X 99. P. V 100. I. VI 21 — 58. *γείτων*· schol.: *τῇ Ἀριστομένους οἰκίᾳ παρίδρυτο Ἀλκμάονος ἡρῷον, ἴσως δὲ καὶ τῇ αὐτοῦ μαντείᾳ χρησάμενος ἐπὶ τὸν ἀγῶνα ἐπορεύθη καὶ ἐνίκησεν.* Rectius Dissenius de sacello Alcmaeonis Thebano prope domum Pindari, in cuius tutela eius bona erant, cogitavit; obviam autem heros venit poetae Delphos ituro in somnis — 60. *συγγόνοισι τέχναις*, quod pater Amphiaraus et frater Amphilochus et avus Melampus vaticinandi arte florebant; dativus *τέχναισι* pendet ab *ἐφάψατο*, genetivus *μαντευμάτων* a *τέχναισι*.

61. a vaticiniis Amphiarai et Alcmaeonis ad auctorem huius artis Apollinem deum transit, ut ex victoriis Aristomenis primas eas commemoret, quas ludis Apollinaribus Delphis (v. 63) et Aeginae (v. 66) reportaverat, ad ceteras eius victorias infra demum v. 78 transiturus — 63. *Πυθῶνος ἐν γυάλοις* montanam regionem Delphicam spectat — 66. *σὺν ἑορταῖς ὑμαῖς*, Delphiniis Aegineticis, quae feriae cum Apollinis eaedemque sororis eius Dianae fuisse videantur, plurali *ὑμαῖς* uti poeta ausus est; miscent enim res scholiastae cum dicant *τὸ δὲ ὑμαῖς ἀντὶ τοῦ σαῖς, καὶ πλεονάζει τούτῳ ὁ Πίνδαρος*· etenim saepe *σφέτερος* ad singulos Pindarus rettulit (cf. O. IX 78), rarius idem in pronomine primae, rarissime in pronomine secundae personae hoc facere sibi permisit; cf. P. VI 17 — 67. *ἑκόντι . . . νόῳ* utrum ad *εὔχομαι*, an ad *βλέπειν* pertineat, ab eo pendet, deusne respicere (*βλέπειν*) dicatur, quae scholiastae sententia est, an poeta, quod ipse praefero — 68. *κατά τιν' ἁρμονίαν*· schol.: *εὔχομαι ἐφορᾶν σε ἕκαστον τῶν ποιημάτων, ὅσα κατά τιν' ἁρμονίαν ἐπέρχομαι καὶ γράφω*; rettulit igitur scholiasta verba *κατά τιν' ἁρμονίαν* non ad proximum verbum *βλέπειν*, sed ad remotum *νέομαι*· cf. O. VIII 6 — *τινα* defendi potest simili loco O. IX 26; sed praetulimus dativum *τὶν* de dativo pro possessivo pronomine posito confer P. IV 47 *αἰμά οἱ* — 69. de plurali *ὅσα* post singularem *ἕκαστον* conf. P. VI 21 — 70. quod comissationi iustitiam adesse poeta dicit, hoc non

Δίκα παρέσ-τακε· θεῶν δ' ὄπιν
ἄφθιτον αἰτέω
Ξέναρκες, ὑμετέραις τύχαις.
εἰ γάρ τις ἐσλὰ πέπαται
μὴ σὺν μακρῷ πόνῳ,
πολλοῖς σοφὸς δοκεῖ πεδ' ἀφρόνων

βίον κορυσσέμεν ὀρθοβού- *Ἐπ. δ'.*
λοισι μαχαναῖς·
τὰ δ' οὐκ ἐπ' ἀνδράσι κεῖται·
δαίμων δὲ παρίσχει,
ἄλλοτ' ἄλλον ὕπερθε βάλλων,
ἄλλον δ' ὑπὸ χειρῶν·
μέτρῳ κατάβαιν'· - ἐν Μεγάροις δ' ἔχεις γέρας,
μυχῷ τ' ἐν Μαραθῶνος, Ἥ-
ρας τ' ἀγῶν' ἐπιχώριον
νικᾷς, τρισσοὺς δ', ὦ 'ριστόμενες, δάμασσας ἔργῳ.

τέτρασι δ' ἔμπετες ὑψόθεν *Στρ. ε'.*
σωμάτεσσι κακὰ φρονέων,

νέομαι codd. et schol.: *νέμομαι* coni. Mingarelli, *χέομαι* Jurenka — 72. *ἄφθιτον* *BD*: *γρ. καὶ ἄφθονον* *G* in marg. — 73. *πόνῳ*: *χρόνῳ* V^1 — 75. *κηρυσσ.* *D* — 77. *ἄλλοτ'* *Byz.*: *ἄλλοτε δ'* *BDE* — *χειρῶν μέτρῳ* (*μέτρον* D^s) iungunt codd. et schol.; *ὑπὸ χεῖρα. μέτρῳ* coni. Hartung — 78. *κατάβαιν', ἐν* coni. Bergk, qui tamen in novissima editione *καταβαίνειν* scripsit: *καταβαίνει. ἐν* codd. et schol. — 80. *νικᾷς, τρισσοὺς δ'* scripsi secutus Bergkium, qui tamen in editione quarta *νικᾷς τρὶς ἃς* scripsit: *νίκαισι* (*νίκαις* lemma *B*) *τρισσαῖς* *BDE* — *ὦ 'ριστ.* *BDE*: *'Αριστ.* sine *ὦ* *Z* probante Heynio — *δάμασσας* *Byz.*: *δαμάσσαις* *B*, *δάμασας* *DE* — *ἔργῳ*: *Ἄργει* susp. Bergk —

solum comissationem, sed etiam victoriam ipsam merito Aristomeni contigisse innuit — 74. nihil est causae, cur cum Tafelio contra verborum ordinem et dicendi usum *πεδ' ἀφρόνων* cum *πολλοῖς* iungas: multis ille sapiens inter insipientes vitae culmen videtur attingere suorum consiliorum dexteritate — 76. *ἐπ' ἀνδράσι κεῖται·* menti poetae obversabatur Homericum *θεῶν ἐν γούνασι κεῖται* — 77. *βάλλων·* deum hominum fortuna tamquam pila ludere poeta significat — 78 ss. iam pergit poeta in enarrandis ceteris victoriis Aristomenis, de quibus vide Prol. LXXXVIII ss. — *μέτρῳ* cum in principio novi versus positum sit, ab antecedente sententia, quae in se perfecta est, divelli et cum *κατάβαινε* coniunxi; variavit autem poeta vulgarem formulam *μέτρον ἄριστον* — 79. *Ἥρας τ' ἀγῶν' ἐπιχώριον·* schol.: *ὡς καὶ ἐν Αἰγίνῃ Ἡραίων ἀγομένων κατὰ μίμησιν τοῦ ἐν Ἄργει ἀγῶνος· ἄποικοι γὰρ Ἀργείων Αἰγινῆται. Δίδυμος δέ φησι τὰ Ἑκατόμβαια αὐτὸν νῦν λέγειν ἐπιχώριον ἀγῶνα Αἰγινητῶν διὰ τὴν συγγένειαν.* Cum de Heraeis Aegineticis nihil constet neque veteribus grammaticis quidquam constitisse appareat, equidem verbis illis Heraea Argiva indicari et nomen *ἐπιχώριον* iis ab eo, quod terra Argiva Iunonis sacra fuit, inditum esse crediderim. De *νικᾷς* pro *ἐνίκησας* conf. O. x 16.

81 ss. redit poeta ad nuperum certamen Delphicum, transitum autem sibi parat lusu verborum *τρισσοὺς* et *τέτρασι* — 81. *τέτρασι* et *τρισσούς* quomodo intellegenda sint, vide Prol. LXXX ss.; neque enim simul cum quatuor, ut scholiasta opinatur, sed deinceps cum quatuor adversariis luctatus est; ceterum conf. O. VIII 68 et epigr. Olymp. n. 128 et 130 in Arch. Zeit. 1878 — 82. *κακὰ*

τοῖς οὔτε νόστος ὁμῶς
ἔπαλπνος ἐν - Πυθιάδι κρίθη,
οὐδὲ μολόντων
παρ ματέρ' ἀμφὶ γέλως γλυκὺς
ὦρσεν χάριν· κατὰ λαύρας
δ' ἐχθρῶν ἀπάοροι
πτώσσοντι, συμφορᾷ δεδαιγμένοι.

ὁ δὲ καλόν τι νέον λαχὼν *'Αντ. ε'.*
ἁβρότατος ἔπι μεγάλας
ἐξ ἐλπίδος πέταται
ὑποπτέροις - ἀνορέαις, ἔχων
κρέσσονα πλούτου
μέριμναν. ἐν δ' ὀλίγῳ βροτῶν
τὸ τερπνὸν αὔξεται· οὕτω
δὲ καὶ πιτνεῖ χαμαί,
ἀποτρόπῳ γνώμᾳ σεσεισμένον.

ἐπάμεροι· τί δέ τις; τί δ' οὔ *'Επ. ε'.*
τις; σκιᾶς ὄναρ
ἄνθρωπος. ἀλλ' ὅταν αἴγλα
διόσδοτος ἔλθῃ,
λαμπρὸν φέγγος ἔπεστιν ἀνδρῶν
καὶ μείλιχος αἰών.

---

84. *ἐπ' ἀλπνὸς* Bergk — 85. *οὐδὲ* codd.: *οὔτε* coni. Hartung, probabiliter; confer tamen I. II 45 — 86. *δ' ἐχθρῶν*] *χορῶν* coni. Bergk — 87. *δεδαγμένοι* coni. Bergk — 88. *τι καὶ νέον B* — 89. *ἐπὶ B D, ἀπὸ E, ἔπι* Hermann — 90. *πέταται B D E: τέταται R* — 93. *τὸ* om. *D* — *καὶ ἐπιτνεῖ D* — 95. *οὔ τις: οὔτις* al. — 96. *ἄνθρωπος* Plut. de cons. 6: *ἄνθρωποι* codd. Pindari — 97. *φέγγος ἔπεστιν* coni. Heyne: *ἔπεστι φέγγος* codd., *φέγγος ἐπέσπεν* coni. Hartung —

φρονέων dixit Homerum secutus Il. XVI 783 *Πάτροκλος δὲ Τρωσὶ κακὰ φρονέων ἐπόρουσε* — 85. *ἀμφὶ* adverbii vim habet, ut P. IV 81; cf. Hom. *K* 535 *ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει* — 86. *κατὰ λαύρας·* per angiportus et latebras redeunt, ne si per plateas eant, cachinnis inimicorum derideantur — 89. *μεγάλας* utrum cum *ἁβρότατος* an cum *ἐλπίδος* coniungendum sit, si sententiam spectes, dubitare possis, unde metri indicium secutus cum *ἁβρότατος* coniungendum esse censui cum Hermanno — 91. *ὑποπτέροις·* cf. Theogn. 707 *φροντίδες ἀνθρώπων ἔλαχον πτερά* — *ἔχων κρέσσονα πλούτου μέριμναν*, si quidem animum habet divitiarum cupidine excelsiorem, i. e. maiora quam divitias appetentem; cf. N. IX 32. P. IX 31 — 92. *ἐν ὀλίγῳ* scil. *χρόνῳ* — 95. *σκιᾶς ὄναρ·* cf. Soph. Ai. 126 *ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν | εἴδωλ', ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν·* Soph. fr. 12 *ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα καὶ σκιά·* fr. 860 *ὡς οὐδὲν ἐσμὲν πλὴν σκιαῖς ἐοικότες·* Eur. Med. 1224 *τὰ θνητὰ δ' οὐ νῦν πρῶτον ἡγοῦμαι σκιάν.* Plut. cons. ad Apoll. 6 eximie laudat Pindari versum: *ἐκφαντικῶς σφόδρα καὶ φιλοτέχνως ὑπερβολῇ χρησάμενος τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ἐδήλωσε. τί γὰρ σκιᾶς ἀσθενέστερον; τὸ δὲ ταύτης ὄναρ οὐδ' ἂν ἐκφράσαι τις ἕτερος δυνηθείη σαφῶς* — 97. *ἀνδρῶν* pendet a praeverbio *ἐπὶ* verbi compositi *ἔπεστι* —

Αἴγινα, φίλα - μᾶτερ, ἐλευθέρῳ στόλῳ
πόλιν τάνδε κόμιζε Δὶ
καὶ κρέοντι σὺν Αἰακῷ
Πηλεῖ τε κἀγαθῷ Τελαμῶνι σύν τ' Ἀχιλλεῖ.

---

100. *καὶ ἀγαθῷ B D*: *κἀρίστῳ* Tricl., *Πηλεῖ τ' ἐσθλῷ καὶ σὺν Τελ.* Hermann opusc. VII 160.

98. *ἐλευθέρῳ στόλῳ*, metaphora a navigatione petita, qua merces ad suum locum deferuntur; latet vero in his verbis anxia quaedam sollicitudo de libertate insulae sive ne incursionibus Atheniensium hostium occumbat, sive ne funditus perdatur civilibus factionibus — 99 s. praepositio *σύν*, quamquam uni nomini praeposita est, tamen ad omnia pertinet; cf. P. II 59.

ΤΕΛΕΣΙΚΡΑΤΕΙ ΚΥΡΗΝΑΙΩι

ΟΠΛΙΤΟΔΡΟΜΩι

Strophae.

⏖ – ⏓ –́ ⏖ – ⏖ – – |
–́ ⏑ – – –́ ⏑ – – ⏓
⏖ – | ⏑ –́ ⏖ – ⏖ – ⏓ |
–́ ⏖ – ⏖ – | – –́ ⏖ – ⏖ – ⏓ |
–́ ⏑ – – –́ ⏖ – | ⏖ – – –́ ⏑ – – | –́ ⏖ – ⏖ ⏓ |
–́ ⏖ – ⏖ – – | –́ ⏖ – ⏖ –, | – –́ ⏖ – ⏖ – ⏓ |
–́ ⏖ – ⏖ – | –́ ⏑ – – –́ ⏑ – |
–́ ⏑ – – –́ ⏑ – | – –́ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏓ |

Epodi.

– –́ ⏖ – ⏖ – – –́ ⏑ – |
–́ ⏖ – ⏖ – – | –́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ ⏓
–́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ – – –́ ⏑ ⏓ |
–́ ⏑ – – –́ ⏑ – – |
–́ ⏑ – ⏓ –́ ⏖ – | ⏖ – ⏓ –́ ⏑ –
–́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ ⏓ |
–́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ – –, | –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏓
–́ ⏖ – ⏖ ⏓ |
–́ ⏑ – – –́ ⏖ – ⏖ – –

Argumentum.

Telesicrates Carneadis filius (v. 51), e nobili gente Cyrenaica (v. 105) ortus, duas victorias Delphis reportavit, unam armato cursu Pythiade 28, alteram stadio Pythiade 30. Prioris victoriae monumentum Delphis exstabat, statua viri casside armati; hanc eandem victoriam cum solam respiciat hoc carmen Pythiade 28 = 478 (474) a. Chr. scriptum est. Poeta vero iuvenis egregii formam et virtutem tam enixe laudat, ut interiore quadam familiaritate ei coniunctus esse videatur. Atque Odofredus Muellerus Orchom. 340 utrumque, poetam et victorem, eiusdem gentis Aegidarum fuisse aut saltem habitos fuisse sagacissime collegit; quae coniectura licet non omni ex parte confirmata sit, magnam tamen habet probabilitatem. Carmen ut Thebis cantaretur destinatum fuisse

Boeckhius intellexit; huc enim deducimur verbis *τάνδε πόλιν* v. 91, quae, nisi codicum fidem convellere audeas, ad urbem Thebas referas necesse est. Locum quoque urbis, ubi carmen cantaretur, prope stadium Iolai et sepulcra familiae Pindari (v. Paus. IX 23, 2) situm fuisse, ex versibus 79 ss. idem vir doctissimus Expl. 326 conclusit. Fabula autem de Cyrena virgine ab Apolline in Libyam traducta et futurum *δέξεται* v. 73 indicio mihi sunt, Telesicratem tum iam reditum in patriam urbem meditatum esse; neque refragabor, si quis hoc carmen Pindari similiter atque Horatii carmen saeculare bis, primum Thebis, deinde Cyrenis cantatum esse sumserit.

Brevi prooemio poeta Pythiam victoriam Telesicratis ope Musarum sibi praedicandam proponit (1—4). A nomine Cyrenae profectus fabulam narrat de Cyrena virgine ab Apolline deo ex Pelio monte in Libyam translata et cognomine urbe in fertilissimo agro Libyae condita (5—70). Inde ad victoriam, quam Telesicrates Delphis reportaverat, redit neque tamen amplius eam sibi exaggerandam esse dixit, quod omnibus in rebus modus et opportunitas plurimi aestimanda essent (71—79). Hoc ipso nomine cum Iolaum, qui Eurystheum interimendi opportunitate egregie usus esset, laudasset, Telesicratem etiam Iolaiorum victoriam consecutum esse significat (79—90), unde ceteras quoque victorias, quas ille et in Graeciae multis civitatibus et in domesticis ludis reportaverat, recenset (91—103). Denique quasi corollarii instar lepidam fabulam domesticam subtexit de victoria, qua Alexidamus, unus ex maioribus Telesicratis, Antaei, regis Irasorum, filiam praemium cursus consecutus sit (104—125). Omne carmen dulcedine Venereorum lusuum iucundissime perfusum est; etenim amorem spirant et Cyrena virgo ab Apolline rapta et mulierculae Athenienses iuvenem victorem depereuntes (v. 98 ss.) et filia regis Libyci procis a patre pro mercede certaminum proposita. Neque tamen quidquam reconditi in his narrationibus latere putaverim, nisi quod poetam suam Musam moribus et amoribus iuvenis victoris pulcherrime adcommodasse sentio. Subtiliora quaedam de futuro et sperato conubio Telesicratis (Boeckh) vel de Telesicrate virgini honestae insidiato et ad iustum matrimonium ineundum admonendo (Dissen) excogitaverunt Boeckhius (Kl. Schr. VII 389 ss.), Dissenius, Mezgerus, Welckerus (Kl. Schr. II 198 ss.), quorum commenta merito reiecit Drachmann, De recentiorum interpretatione Pindarica cap. VI.

Trium carminum (P. IV. V. IX), quae Pindarus Cyrenaeis victoribus panxit, hoc antiquissimum est; neque quae in hoc carmine de urbe Cyrena et ora Libyae dicit, tam veris coloribus tincta sunt, ut tum iam in illam regionem venisse et suis oculis agrum Cyrenaicum lustrasse videatur. Verum cum Thebana gens Aegidarum per Lacedaemonem et Theram in Libyam venisse et una cum Minyis Cyrenam urbem condidisse crederetur (v. P. V 75 ss.), poeta Thebanus mature cum civibus Cyrenaeis familiaritatem contraxisse et si qui ex iis ludorum certaminibus operam navarent atque praeconem suarum victoriarum quaererent, suam operam obtulisse videtur. Telesicrates vero ipso nomine patris Carneadis speciem quandam affinitatis cum Thebano poeta prae se ferebat, quod Aegidae Carneorum sacrorum Apollinis antistites et sacerdotes inde ex vetustissimis temporibus fuisse perhibebantur. Simile vero exemplum nominis a Car-

neis sacris ducti philosophus Carneades praebet, quem quod Carneis Cyrenaeis natus esset, nomen Carneadis accepisse narrat Plut. Sympos. VIII 1, 2.

Poetae narratio de Apolline cum Cyrena in Africam tendente et ibi a dea Libyae benigne accepto artifici Amphioni obversata est, qui paulo post Pindari mortem anathema Delphis posuit, quod Paus. x 15, 6 sic describit: *Κυρηναῖοι δὲ ἀνέθεσαν ἐν Δελφοῖς Βάττον ἐπὶ ἅρματι, ὃς ἐς Λιβύην ἤγαγε σφᾶς ναυσὶν ἐκ Θήρας. ἡνίοχος μὲν τοῦ ἅρματός ἐστι Κυρήνη, ἐπὶ δὲ τῷ ἅρματι Βάττος τε καὶ Λιβύη στεφανοῦσά ἐστιν αὐτόν· ἐποίησε δὲ Ἀμφίων Ἀκέστορος Κνώσιος*, quo de opere disputavi Stzb. d. b. Ak. 1895 p. 21.

De metris.

Metra pulcherrimae huius odae sunt dactylo-epitritica, a vetere severitate huius carminum generis et minore ambitu versuum et frequentia anacrusis nonnihil declinata. Strophae versus secundus, licet in fine eius non solum ancipitis syllabae licentia bis (vv. 27. 102), sed etiam hiatus ter (vv. 5. 60. 110) admissus sit, tamen numerorum continuitate cum tertio versu ita cohaerere videtur, ut pausae breve spatium in fine versus secundi admissum acceleratis numeris pedum initialium tertii versus compensetur. Sextus versus strophae, cum ob syllabam ancipitem v. 114 *ἅπαντα χορὸν ἐν τέρμασι* in duos versus discerpi possit, integer a me servatus est, ut quinto versui similis maneret. — Carmen destinatum esse videtur, ut in convivio ab amicis et propinquis Telesicratis victoris adornato caneretur; in pompa enim quominus cantatum esse statuamus, caesura post catalecticam tripodiam septimi versus strophae ter neglecta (vv. 15. 107. 115) impedimento est. Chorus constabat ex comitibus Telesicratis, verum ita eum poeta de iis, quae una cum illis fecerat et viderat, loquentem fecit (vv. 89—92. 98), tamquam ipse unus ex choreutis esset.

Ἐθέλω χαλκάσπιδα Πυθιονίκαν — *Στρ. α'.*
σὺν βαθυζώνοισιν ἀγγέλλων
Τελεσικράτη Χαρίτεσσι γεγωνεῖν,
ὄλβιον ἄνδρα, διωξίππου στεφάνωμα Κυράνας·
τὰν ὁ χαιτάεις ἀνεμοσφαράγων ἐκ Παλίου κόλπων ποτὲ Λατοΐδας

VARIA LECTIO. Inscr. om. *B*, *Τελεσικράτει Κυρηναίῳ ὁπλιτοδρόμῳ* *D* — Schol.: *γράφεται Τελεσικράτει Κυρηναίῳ ὁπλιτοδρόμῳ νικήσαντι τὴν κη' Πυθιάδα, τῇ δὲ λ' στάδιον, παρὸ δὴ οὐ μνημονεύει τῆς ἐν τῷ σταδίῳ νίκης· τούτου δὲ ἀνάκειται ἐν Δελφοῖς ἀνδριὰς ἔχων κράνος.* — 2. *ἀγγέλων* *D* —

COMMENTARII. v. 1. *χαλκασπίδα·* cursorem armatum (*ὁπλιτοδρόμον*) clypeum cassidem ocreas gessisse ex Paus. VI 10, 4 apparet; sed horum armorum clypeus potissima pars fuit (cf. I. I 23. Paus. II 11, 8 *νίκας ἀνείλετο . . καὶ γυμνὸς καὶ μετὰ τῆς ἀσπίδος*), licet statuarius, ne forma corporis obscuraretur, Telesicratem casside indutum fingere maluerit (v. schol. ad inscr.) — 3. *Χαρίτεσσι·* Gratiae et ipsae per se et cum Musis coniunctae carmini chorico atque comissationi praesunt; v. O. IV 10. VII 11. IX 27. P. VI 2. IX 3. N. VI 42. X 1. I. V 21. VIII 16 — 4. *διωξίππου·* cf. P. IV 17 — *στεφάνωμα·* victorem decus, quo Cyrena quasi coronetur, esse dicit; cf. *τιμὰν πλούτου στεφάνωμα* P. I 50.

5 ss. poeta aliter atque in ceteris epiniciis a fabula narranda exorditur idemque in fabulam desinit (105—125), suavissime illud et aptissime, quoniam

ἅρπασ', ἔνεγκέ τε χρυσέῳ παρθένον ἀγροτέραν δίφρῳ, τόθι νιν πολυμήλου
καὶ πολυκαρποτάτας
θῆκε δέσποιναν χθονός,
ῥίζαν ἀπείρου τρίταν εὐήρατον θάλλοισαν οἰκεῖν.

ὑπέδεκτο δ' ἀργυρόπεζ' Ἀφροδίτα 'Αντ. α'.
Δάλιον ξεῖνον, θεοδμάτων
ὀχέων ἐφαπτομένα χερὶ κούφᾳ·
καί σφιν ἐπὶ γλυκεραῖς εὐναῖς ἐρατὰν βάλεν αἰδῶ,
ξυνὸν ἁρμόζοισα θεῷ τε γάμον μιχθέντα κούρᾳ θ' Ὑψέος εὐρυβία·
ὃς Λαπιθᾶν ὑπεροπλων τουτάκις ἦν βασιλεύς, ἐξ Ὠκεανοῦ γένος ἥρως
δεύτερος· ὅν ποτε Πίν-
δου κλεενναῖς ἐν πτυχαῖς
Ναῒς εὐφρανθεῖσα Πηνειοῦ λέχει Κρείοισ' ἔτικτεν,

Γαίας θυγάτηρ. ὁ δὲ τὰν εὐώλενον 'Επ. α'.

---

6. ἅρπασεν *BD* — ἔνεγκε *BDE*: ἔνεικε *V*; cf. v. 36 et 53 — νιν *E* et fort. *B*ac: νῦν *B*pc *D* — 8. τρίταν *D*: τριτάταν *B* — 10. ξένον *D* — θεοδμάτων *BD*: θεοδώτων *E*, θεοσδότων *V* — 11. κούφᾳ *G*: κούφα *BDE* — 12. ἐρατὰν *B*: ἀρετάν *D* — 13. μιχθέντα *B*: μιχθέντι *D* — 16. Κρείοισ' *Byz.*: κρέοισ' *BDE* — 17. γαίαι *D* fortasse recte, cf. N. III 10 — εὐώλενον codd.: λευκώλενον ex paraphrasi λευκόπηχυν expiscatus est Lehrs, probabiliter —

Telesicratem fabulis cum aliis tum amatoriis maxime gavisum esse apparet et facta eius parum amplam materiem epinicio carmini suppeditabant. Prioris fabulae argumentum Pindarus ab Hesiodi Eoeis petiit, ut ex scholiis certiores facti sumus; sed num iam Hesiodus Cyrenam ab Apolline in Libyam translatam induxerit, merito dubitat Luebbert, De Pindari studiis Hesiodeis et Homericis p. 7. Fabula vero Cyrenae Thessalicae nymphae in Libyam nescio an translata sit, quod species viraginis cum leonibus pugnantis optime in terram leonum nutricem quadrare videbatur — 6. ἀγροτέραν non agrestem, ut P. III 4, sed venatricem, ut O. II 60 — 8. ῥίζαν ἀπείρου τρίταν . . . οἰκεῖν, ibi virginem collocavit ut habitaret; cf. O. I 42. Tres Pindarus, ut plerique scriptores veteres (cf. Herod. IV 42), continentis partes esse statuit, Europam Asiam Libyam, quae cum ex communi fundo maris mediterranei quasi nasci viderentur, oram Cyrenaicam radicem tertiam continentis dixit — θάλλοισαν· δέσποιναν, non ῥίζαν, ut ne iusto pluribus epithetis unum nomen ornetur — 9. ὑπέδεκτο· praeverbium ὑπο et amantibus opitulantem Venerem significat et de curru alto istos sublevantem; cf. Eur. Iph. Aul. 615 ὑμεῖς δὲ νεάνιδές νιν ἀγκάλαις ἔπι | δέξασθε καὶ πορεύσατ' ἐξ ὀχημάτων — Ἀφροδίτα· Venerem, quamvis non praecipuo cultu in Libya frueretur, tamen ob amoenitatem regionis ibi regnantem poeta fecit, qua de re cf. P. V 24 — 13. construe ξυνὸν ἁρμόζοισα γάμον μιχθέντα θεῷ τε κούρᾳ θ' Ὑψέος· rem illustrat similis locus P. IV 223 καταίνησάν τε κοινὸν γάμον γλυκὺν ἐν ἀλλάλοισι μῖξαι — 15. Hypseum Penei filium et Oceani nepotem, eius amatam Creusam filiam Telluris perhibet; v. schol.: Ναΐδος δὲ καὶ Πηνειοῦ τὸν Ὑψέα Φερεκύδης, Ἀκέσανδρος δὲ Φιλλύρας τῆς Ἀσωποῦ καὶ Πηνειοῦ ἱστορεῖ τὸν Ὑψέα —

θρέψατο παῖδα Κυράναν· ἁ μὲν οὔθ᾽ ἱστῶν παλιμβάμους ἐφίλησεν ὁδούς,
οὔτε δείπνων οἰκοριᾶν μεθ᾽ ἑταιρᾶν τέρψιας,
ἀλλ᾽ ἀκόντεσσίν τε χαλκέοις
φασγάνῳ τε μαρναμένα κεράιζεν ἀγρίους
θῆρας, ἦ πολλάν τε καὶ ἡσύχιον
βουσὶν εἰρήναν παρέχοισα πατρῴαις, τὸν δὲ σύγκοιτον γλυκὺν
παῦρον ἐπὶ γλεφάροις
ὕπνον ἀναλίσκοισα ῥέποντα πρὸς ἀῶ.

κίχε νιν λέοντί ποτ᾽ εὐρυφαρέτρας Στρ. β΄.
ὀβρίμῳ μούναν παλαίοισαν
ἄτερ ἐγχέων ἑκάεργος Ἀπόλλων.
αὐτίκα δ᾽ ἐκ μεγάρων Χείρωνα προσέννεπε φωνᾷ·
Σεμνὸν ἄντρον, Φιλυρίδα, προλιπὼν θυμὸν γυναικὸς καὶ μεγάλαν δύνασιν

---

19. δείπνων *B D*[1]: δεῖπνον *D*[s] et v. l. schol., δείνων coni. Bergk — οἰκουριᾶν (οἰκοριᾶν Mosch., οἰκοοριᾶν Schroeder) μεθ᾽ ἑταιρᾶν τέρψιας codd.: τέρψιας οὔθ᾽ ἑταρᾶν οἰκουρίαν ex scholiis elicuit Bergk — 22. ἁσυχ. *B D* — 24. γλεφ. *V*: βλεφ. *B D* — ὕπνον . . . παῦρον *V*, ὕπνον ἐπὶ γλεφάροις παῦρ᾽ ἀναλίσκοισα coni. Bergk; ἀλδήσκουσα pro ἀναλίσκοισα coni. M. Schmid — 27. ὀβρ. *B D*, ὀμβρ. *P*, cf. O. IV 7 — 29. ἐκ μεγάρων codd.: δὲ σμαραγῶν coni.

18. παλιμβάμους ὁδούς Heynius de radio interpretatur per tramam eunte et redeunte, Boeckhius de mulieribus iugum textorium ambientibus. Boeckhii interpretationem illustrant scholia: παλιμβάμους· ἀντὶ τοῦ παλιμπορεύτους, αἱ γὰρ ὀρθαὶ ὑφαίνουσαι προπορεύονται καὶ πάλιν τὸν αὐτὸν πορεύονται τόπον καὶ ὑποστρέφουσιν — 19. scholiastae cum οὔτε τῶν δείπνων τὰς τέρψιας οὔτε τῶν ἑταίρων τῶν τοῦ οἴκου δεσποζουσῶν τὰς τέρψιας interpretentur, ipsam codicum lectionem confirmant, sed parum commode tres res, quibus virgines aequales (ἑταῖραι) delectentur, Cyrenam aspernatam esse statuerunt, opus textorium, conviviorum gaudia, domus administrationem. Apte enim Cyrena conviviorum una cum sodalibus domum custodientibus obeundorum gaudia respuisse dicitur. Offensioni sane est forma οἰκουριᾶν non tam genere feminino (-ᾶν pro -ῶν) quam correpta diphthongo ου· nescio tamen an haec correptio Aeolica dialecto et analogia duplicium formarum μοῦνος et μόνος, κοῦρος et κόρος, νοῦσος et νόσος, οὖρος et ὄρος satis defendi possit — 20. χαλκέοις· aeneis, non ferreis, ad aevum heroum significandum; cf. O. I 78. IV 24. N. I 58. X 61 — 25. ὕπνον ῥέποντα πρὸς ἀῶ· cf. Eur. Rhes. 555 ὕπνος· ἥδιστος γὰρ ἔβα βλεφάροις πρὸς ἀοῦς, quae pars somni cum dulcissima sit, maxime venatoribus fugienda est. Recta via vetus paraphrasta aberravit interpretans: τοῦτο δέ φησιν ὡς τὰς νύκτας ὅλας περὶ τὰ κυνηγέσια γινομένης, πρὸς ὄρθρον δὲ κοιταζομένης· immo mane surgebat somni dulcedine spreta — 26. futuram dominam terrae leonum nutricis (cf. P. V 58) pugna cum leone decebat; quam autem pugnam Pindarus et Callimachus hy. II 91. III 208 Cyrenam cum leone in Pelio monte committentem facit, eam in Libya factam alii postea narraverunt, qua de re vide uberrime disputantem Studniczka, Herm. 28, 1 ss. — 28. ἄτερ ἐγχέων epexegesis esse videtur nominis μούναν; cf. N. III 31 — 29. ἐκ μεγάρων· ex regione ante domum, quae notio ex locutionibus ἐκ δεξιᾶς, ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν nata est, nisi ἐκ μεγάρων προσέννεπε idem valere ducis atque ἐκ μεγάρων πρὸς ἑαυτὸν ἐκάλεσε. Certe aliena ab hoc loco aedes Apollinis Delphica est, ex qua Apollinem Chironem alloquentem facit Boeckhius — 30. Φιλυρίδα, Philyrae fili, cf. P. III 1 —

θαύμασον, οἷον ἀταρβεῖ νεῖκος ἄγει κεφαλᾷ, μόχθου καθύ-
περθε νεᾶνις
ἦτορ ἔχοισα· φόβῳ δ'
οὐ κεχείμανται φρένες.
τίς νιν ἀνθρώπων τέκεν; ποίας δ' ἀποσπασθεῖσα φύτλας

ὀρέων κευθμῶνας ἔχει σκιοέντων; 'Αντ. β'.
γεύεται δ' ἀλκᾶς ἀπειράντου.
ὁσία κλυτὰν χέρα ϝοι προσενεγκεῖν,
ἦ ῥα καὶ ἐκ λεχέων κεῖραι μελιαδέα ποίαν;
τὸν δὲ Κένταυρος ζαμενής, ἀγανᾷ χλαρὸν γελάσσαις ὀφρύι,
μῆτιν ἑὰν
εὐθὺς ἀμείβετο· Κρυπταὶ κλαΐδες ἐντὶ σοφᾶς Πειθοῦς ἱερᾶν
φιλοτάτων,
Φοῖβε, καὶ ἔν τε θεοῖς
τοῦτο κἀνθρώποις ὁμῶς
αἰδέοντ', ἀμφανδὸν ἁδείας τυχεῖν τοπρῶτον εὐνᾶς.

καὶ γάρ σέ, τὸν οὐ θεμιτὸν ψεύδει θιγεῖν, 'Επ. β'.
ἔτραπε μείλιχος ὀργὰ παρφάμεν τοῦτον λόγον· κούρας δ', ὁπό-
θεν, γενεὰν
ἐξερωτᾷς, ὦ ϝάνα, κύριον ὃς πάντων τέλος
οἶσθα καὶ πάσας κελεύθους·

M. Schmidt Pind. Olymp. p. cix, δ' ἐκκαλέων coni. Herwerden — προσήνεπε *B D*, cf. Prol. xi — 31. νεῖκος *B D*[1]: νῖκος *D*[s], νίκην interpretatur schol. — κεφαλᾷ codd.: κραδίᾳ coni. Schneidewin — 32. οὐκ ἐχείμανθεν coni. Mommsen ex paraphrasi ἐχειμάσθησαν — φρένας coni. Bergk probabiliter — 33. νιν *B*: μὲν *D* — ἀποσπαρθεῖσα interpretatur schol. — 34. σκιούντων *D* — 36. ὁσία *D*: ὅσια *B* — κλυτὰν *F V*: κλειτὰν *B D* — 37. ἦ ῥα *B D*: ἢ ῥα Hermann — κεῖρε *B* — 38. χλαρὸν *P*: χλιαρόν *B D E* — 41. ἀμφανδὸν coni. Schmid: ἀμφαδὸν *B D E* — 43. γενεάν *B D*: γενετὰν *E*, γενεὰ ex scholiis Hermann —

31. ἀταρβεῖ . . . κεφαλᾷ· periphrastice nomine κεφαλᾷ usus est etiam O. vi 60. vii 67. P. xi 35 — μόχθου καθύπερθε . . . ἦτορ ἔχοισα· cf. P. viii 92 ἔχων κρέσσονα πλούτου μέριμναν — 32. κεχείμανται pluraliter dictum est ut κέκρανται συμφοραί (συμφορά corr. Elmsley) Eur. Hipp. 1255, δέδοκται τλήμονες φυγαί Eur. Bacch. 1350; cf. Curtius, Verbum ii 223 — 35. ἀλκᾶς, ἑαυτοῦ, non λέοντος· cf. N. iii 42 — ὁσία non adiectivum esse pro ὅσιον, ut δικαία pro δίκαιον, sed nomen abstractum evincit Homericum οὐχ ὁσίη κταμένοισι ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι Od. xxii 412. xvi 423 — 36. κλυτάν· in epica narratione epicis epithetis ornantibus uti Pindarus amat — 37. κεῖραι μελιαδέα ποίαν, ut infra v. 110 Ἥβας καρπὸν ἀνθήσαντ' ἀποδρέψαι, et fr. 122, 8 ὥρας ἀπὸ καρπὸν δρέπεσθαι — 39. de Suadae clavibus v. P. viii 4, σοφὰ autem Πειθώ audit, quod non vi, sed persuasione et orationis blanditiis suam rem peragit — 42. ψευδεῖ θιγεῖν· de dativo v. P. viii 22 — similia habes in epinicio P. iii 29, quod carmen cum eodem fere tempore scriptum sit, cum fabula hoc in carmine narrata multa communia habet — 43. παρφάμεν, dicere contra animi sententiam, simulate dicere; cf. O. vii 66. N. x 30 —

ὅσσα τε χθὼν ἠρινὰ φύλλ' ἀναπέμπει, χὠπόσαι
ἐν θαλάσσᾳ καὶ ποταμοῖς ψάμαθοι
κύμασι ῥιπαῖς τ' ἀνέμων κλονέονται, χὤ τι μέλλει, χὠπόθεν
ἔσσεται, εὖ καθορᾷς.
εἰ δὲ χρὴ καὶ παρ σοφὸν ἀντιφερίξαι,

ἐρέω. ταύτᾳ πόσις ἵκεο βᾶσσαν Στρ. γ'.
τάνδε, καὶ μέλλεις ὑπὲρ πόντου
Διὸς ἔξοχον ποτὶ κᾶπον ἐνεῖκαι·
ἔνθα νιν ἀρχέπολιν θήσεις, ἐπὶ λαὸν ἀγείραις
νασιώταν ὄχθον ἐς ἀμφίπεδον· νῦν δ' εὐρυλείμων πότνιά σοι
Λιβύα
δέξεται εὐκλέα νύμφαν δώμασιν ἐν χρυσέοις πρόφρων· ἵνα
ϝοι χθονὸς αἶσαν
αὐτίκα συντελέθειν
ἔννομον δωρήσεται,
οὔτε παγκάρπων φυτῶν νήποινον, οὔτ' ἀγνῶτα θηρῶν.

τόθι παῖδα τέξεται, ὃν κλυτὸς Ἑρμᾶς Ἀντ. γ'.
εὐθρόνοις Ὥραισι καὶ Γαίᾳ
ἀνελὼν φίλας ὑπὸ ματέρος οἴσει.
ταὶ δ' ἐπιγουνίδιον θαησάμεναι βρέφος αὐγαῖς,
νέκταρ ἐν χείλεσσι καὶ ἀμβροσίαν στάξοισι, θήσονταί τέ νιν
ἀθάνατον
Ζῆνα καὶ ἁγνὸν Ἀπόλλων', ἀνδράσι χάρμα φίλοις, ἄγχιστον
ὀπάονα μήλων,

47. *ψαμμ.* D — 48. *κύμασι* codd. vett., *κύμασιν* recc.; cf. P. I 45 — *χωπόθεν* coni. Schmid: *χ' ὥτι πόθεν* B D E, *χ' ὧ τί ποτ'* Byz. — 50. *ἀντιφερίξαν* D — 52. *ὑπερποντίου* D — 54. *ἀρχάπολιν* D — *ἀγείρας* B D — 57. *ἐννόμως* Hartung — 59. *ὃν* om. D — 62. *θαησάμεναι* ex paraphrasi *θαυμάσασαι* restit. Bergk: *θακάμεναι* B, *θηκάμεναι* D, *κατθηκάμεναι* Mosch. — *αὐγαῖς* coni. Bergk: *αὐταῖς* B, *αὐταῖς* D — 63. fort. *στάξοντι*, cf. P. VI 13 — *τέ* B: *γέ* E, om. D — 64. *ἄγχιστον*: *ἄλπνιστον* coni. Hermann collato I. V 12 —

46. imitatur Homerum Il. II 468: *ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρῃ·* confer oraculum Delphicum apud Herod. I 47: *οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης* — 53. *Διός*, *Ἄμμωνος·* cf. P. IV 16. 56. V 24. I. II 27 — 55. *λαὸν νασιώταν*, ex insula Thera, ut carminibus P. IV et V prolixe narratum est — 57. *συντελέθειν ἔννομον·* schol.: *ὥστε συντελεῖν ἐννόμως αὐτῇ*, unde poeta istam portionem terrae fructibus non carere addit; contra notionem incolae vocabulo *ἐννόμου* tribuit Aesch. Suppl. 565 *βροτοὶ δ' οἳ γᾶς τότ' ἦσαν ἔννομοι* — 59. *Ἑρμᾶς*, ut minister deorum; neque enim insigni cultu ille Cyrenis florebat — 60. *Γαίᾳ*, quod mater matris Cyrenae fuit (v. 17) eademque matris Horarum (v. Hes. theog. 901); aptissima autem erat nutriendo infantem genibus insidentem tamquam *κουροτρόφος θεά·* cf. Roscher Lex. myth. I 1575 — 61. *ὑπὸ·* de sous; cf. O. VI 43. N. I 35 — 63. cf. hymn. Apoll. Del. 124 *οὐδ' ἄρ' Ἀπόλλωνα χρυσάορα θήσατο μήτηρ, | ἀλλὰ Θέμις νέκταρ τε καὶ ἀμβροσίην ἐρατεινὴν | ἀθανάτοις χείλεσσιν ἐπήρξατο* — 64. *Ζῆνα καὶ ἁγνὸν Ἀπόλλωνα·* fecerunt eum immortalem, ut

Ἀγρέα καὶ Νόμιον,
τοῖς δ᾽ Ἀρισταῖον καλεῖν.
ὣς ἄρ᾽ εἰπὼν ἔντυεν τερπνὰν γάμου κραίνειν τελευτάν.

ὠκεῖα δ᾽ ἐπειγομένων ἤδη θεῶν Ἐπ. γ΄.
πρᾶξις ὁδοί τε βραχεῖαι. κεῖνο κεῖν᾽ ἆμαρ διαίτασεν· θαλάμῳ δὲ μίγεν
ἐν πολυχρύσῳ Λιβύας· ἵνα καλλίσταν πόλιν
ἀμφέπει κλεινάν τ᾽ ἀέθλοις.
καί νυν ἐν Πυθῶνί νιν ἀγαθέᾳ Καρνειάδα
υἱὸς εὐθαλεῖ συνέμιξε τύχᾳ·
ἔνθα νικάσαις ἀνέφανε Κυράναν, ἅ νιν εὔφρων δέξεται,
καλλιγύναικι πάτρᾳ
δόξαν ἱμερτὰν ἀγαγόντ᾽ ἀπὸ Δελφῶν.

ἀρεταὶ δ᾽ αἰεὶ μεγάλαι πολύμυθοι· Στρ. δ΄.
βαιὰ δ᾽ ἐν μακροῖσι ποικίλλειν
ἀκοὰ σοφοῖς· ὁ δὲ καιρὸς ὁμοίως
παντὸς ἔχει κορυφάν. ἔγνον ποτὲ καὶ Ἰόλαον
οὐκ ἀτιμάσαντά νιν ἑπτάπυλοι Θῆβαι· τόν, Εὐρυσθῆος ἐπεὶ κεφαλὰν
ἔπραθε φασγάνου ἀκμᾷ, κρύψαν ἔνερθ᾽ ὑπὸ γᾶν διφρηλάτα Ἀμφιτρύωνος
σάματι, πατροπάτωρ
ἔνθα ϝοι Σπαρτῶν ξένος
κεῖτο, λευκίπποισι Καδμείων μετοικήσαις ἀγυιαῖς.

65. *ἀγραία* B[1] — 67. *ὠκεῖα . . . πρᾶξις* B: *ὠκεῖαι . . . πράξεις* D — 71. *ἀγαθέᾳ* interpretantur scholia: *ἀγαθέα* BD — *καρνιάδα* BD — 73. *νικάσας* BD — 78. *σοφοῖο* B — 79. *ἔγνον* Ahrens collatis P. IV 120 et P. I 42: *ἔγνων* codd. — 80. *ἀτιμώσ.* B[1] — *Εὐρυσθῆος* Byz.: *Εὐρυσθέος* B D — 82. *σάματι πατρο-*

esset Iupiter quidam et Apollo Nomius, unde ab aliis *Ἀγρεύς* et *Νόμιος*, patronus venatorum et gregum, ab aliis *Ἀρισταῖος* appellaretur. Aristaei huius fata venuste Vergil. Georg. IV 317 ss. exornavit, tamquam matri eius thalamus in flumine Peneo fuisset — 69. *Λιβύας·* terrae, licet antea v. 55 Libya dea esse perhibita sit.

70 ss. a Cyrene nympha, cuius urbem Telesicrates nuper victoria Delphica ornaverat, ad victorem ipsum eiusque laudes transit — 73. *δέξεται*, redeuntem Telesicratem, qui etiamtum in Graecia versabatur (v. 91), sed iam reditionem parabat — 77. *βαιὰ δ᾽ ἐν μακροῖσι ποικίλλειν·* in larga materie pauca ornate dicere; cf. Soph. El. 688 *ἐν πολλοῖσι παῦρά σοι λέγω* — 78. *ἀκοὰ σοφοῖς*, acroamen sapientibus est, qui verborum prolixitatem spernunt; cf. O. II 93 *φωνάεντα συνετοῖσιν* et not. ad N. IV 37 s. — 79. Schol.: *ὁ γὰρ Ἰόλαος τεθνηκὼς ἐπειδὴ ἔμαθεν Εὐρυσθέα ἐξαιτούμενον παρ᾽ Ἀθηναίων τοὺς Ἡρακλείδας καὶ ἀπειλοῦντα πόλεμον, εἰ μὴ δώσουσιν, εὔξατο ἀναβιῶναι, καὶ ἀναβιοὺς ἀπέκτεινε τὸν Εὐρυσθέα καὶ πάλιν τέθνηκε.* Alii eodem scholiasta teste non mortuum Iolaum revixisse, sed decrepitum iam factum brevem vigorem virium a Iove petiisse narrabant. Laude opportunitatis, quam Iolaus meruit, poeta utitur, ut ad Iolaia et victoriam Telesicratis ibi partam transitum sibi paret — 82. *Ἀμφι-*

τέκε Ϝοῖ καὶ Ζηνὶ μιγεῖσα δαΐφρων 'Αντ. δ'.
ἐν μόναις ὠδῖσιν 'Αλκμήνα
διδύμων κρατησίμαχον σθένος υἱῶν.
κωφὸς ἀνήρ τις, ὃς Ἡρακλεῖ στόμα μὴ περιβάλλει,
μηδὲ Διρκαίων ὑδάτων ἀὲ μέμναται, τά νιν θρέψαντο καὶ 'Ιφικλέα.
τοῖσι τέλειον ἐπ' εὐχᾷ κωμάσομαί τι παθὼν ἐσλόν. Χαρίτων κελαδεννᾶν
μή με λίποι καθαρὸν
φέγγος. Αἰγίνᾳ τε γὰρ
φαμὶ Νίσου τ' ἐν λόφῳ, τρὶς δὴ πόλιν τάνδ' εὐκλεΐξαι,

σιγαλὸν ἀμαχανίαν ἔργῳ φυγών. 'Επ. δ'.
οὕνεκεν, εἰ φίλος ἀστῶν, εἴ τις ἀντάεις, τό γ' ἐν ξυνῷ πεπονημένον εὖ
μὴ λόγον βλάπτων ἁλίοιο γέροντος κρυπτέτω.

πάτωρ codd.: *σάματι πάρ, προπάτωρ* ex scholiis elicuit Hartung — 85. *μόναις*] *μον'* *D* — *ἀλκμήνα* *D*: *ἀλκμάνα* *B*, cf. Prol. x — 87. *περιβάλλει* *B E*: *παραβάλλει* *D* — 88. *διρκέων* *D* — *ἀὲ* Hermann: *αἰεὶ* *BDE*, *ἀναμέμναται* coni. Pauw, *ἀΐων μνᾶται* Bergk scholiastam *αἰσθάνεται καὶ ἔχει μνήμην* interpretantem secutus; *ἀὲ* Pisandrum usurpasse testatur gramm. anon. ap. Cram. An. Par. III 321, 28 — 91. *φαμὶ . . . εὐκλείξαι . . . φυγών* codd.: *φατὶ* coni. Schneidewin, *εὐκλέιξεν* Pauw, *εὐκλέϊξας* Hermann, *φυγόντ'* Beck, *τόνδ' . . . φυγόνθ'* Dissen — 92. *ἀμηχ.* *D* — 93. *οὔν.* *BD* *τοὔν.* Bergk — *πεποναμένον* codd.; cf. O. VI 11 —

τρύωνος σάματι· de communi sepulcro Amphitryonis et Iolai ad portas Proetides et de ludis ibi in gymnasio Iolai actis v. schol. O. IX 148, Paus. IX 23, 1, Prol. XCI — 83. *λευκίπποισι Καδμείων ἀγυιαῖς*, pro *λευκίππων Καδμείων ἀγυιαῖς*· qua de figura traiectionis v. Lobeck ad Soph. Ai. 7 — 89. hoc versu poeta vota pro se et Telesicrate se fecisse significat, quibus impletis carmine se iam res bene gestas illustraturum esse fatetur, id quod fecit hoc ipso versu; cf. O. VII 20. Vota autem illa non tam certamina Aeginetica et Megarensia (*Νίσου ἐν λόφῳ* v. 91) spectasse videntur quam Iolaia Thebana, quae et ipsa Telesicratem vicisse poeta verbis *τι παθὼν ἐσλὸν* licet non disertim declaret, tamen sapienti satis perspicue significat — *ἐπ' εὐχᾷ*· conf. *ἐπὶ ἐλπίδεσσι* P. II 49 — 90. *μή με λίποι*· Gratiarum clara lux ne se deficiat poeta precatur, quod praeter res antea iam commemoratas nova praeterea decora sibi carmine illustranda sint — *Αἰγίνᾳ τε γὰρ . . . Νίσου τ' ἐν λόφῳ*· priore particula *τε* hoc enuntiatum cum superiore copulari duco, ut Thebis et Megarae et Aeginae vicisse et in summa tres (*τρὶς*) victorias reportasse dicatur — 91. *φαμὶ . . . φυγών*, si recte verba tradita se habent – et dubia profecto est eorum emendatio – non possunt non ad poetam ipsum referri carmine laudatorio (*ἔργῳ*) laurum prae ceteris poetis merentem et sic patriae suae laudem adstruentem; *πόλιν τάνδε* enim Thebas non Cyrenas intellegendas esse ex futuro *δέξεται* v. 73 apparet. Simul autem his verbis etiam Telesicrates praedicatur, quandoquidem nisi ille antea vicisset, copia laudandi poetae defuisset. Neque enim de quovis certamine poetico, sed solis de epiniciis in honorem Telesicratis factis hoc loco agi cum nexus sententiarum et indoles totius carminis epinicii tum particula *καὶ* versus 97 demonstrant; vertas igitur: ego cum meo cliente iuvene glorior inertiam nos fugisse — 92. *ἀμαχανίαν*, inopiam taciturnam carminum; contrarium poeta dixit loco paene gemino I. III 20 *ὦ Μέλισσ' εὐμαχανίαν γὰρ ἔφανας 'Ισθμίοις* — 94. *ἁλίοιο γέροντος*, *Νηρέως*, qui epitheto *ἁλίοιο γέροντος* ornatur

κεῖνος αἰνεῖν καὶ τὸν ἐχθρὸν
παντὶ θυμῷ σύν γε δίκᾳ καλὰ ῥέζοντ' ἔννεπεν.
πλεῖστα νικάσαντά σε καὶ τελεταῖς
ὡρίαις ἐν Παλλάδος εἶδον, ἄφωνοί θ' ὡς ἕκασται φίλτατον
παρθενικαὶ πόσιν ἢ
υἱὸν εὔχοντ', ὦ Τελεσίκρατες, ἔμμεν,

ἐν Ὀλυμπίοισί τε καὶ βαθυκόλπου *Στρ. ε'.*
Γᾶς ἀέθλοις, ἔν τε καὶ πᾶσιν
ἐπιχωρίοις. ἐμὲ δ' ὦν τις ἀοιδὰν
διψάδ' ἀκειόμενον πράσσει χρέος αὖτις ἐγεῖραι

---

96. *σύν γε* coni. Boeckh: *σύν τε* codd. et schol. — 97. *νικήσ.* *BD* — 98. *ἕκασται* *B*: *ἑκάστα* *D* — 99. *παρθενικᾷ* Bergk — *ἢ* codd.: *αἱ δ'* coni. Hartung — 101. *ἔν τ' Ὀλ.* *BDE*, *τ'* eiec. *Byz.* — 103. *δ' ὦν* Hermann: *δ' οὖν* *BDE*, *δ' οὔ* lemma cod. *B* — *ἀοιδὰν διψάδ'* ex schol. Hermann: *ἀοιδᾶν δίψαν* codd. —

ab Homero Il. XVIII 141; versus Nerei ipse non servatus est — 96. *σύν γε δίκᾳ·* etiam adversarium laudari oportet, si quidem cum iustitia praeclara faciat — 98. *τελεταῖς ὡρίαις ἐν Παλλάδος·* Panathenaica sacra (cf. O. III 41) intellegit scholiasta, recte, ut mihi quidem videtur, quandoquidem in domesticis ludis Libyae Telesicratem vincentem Pindarus videre non potuit, verbum autem *εἶδον*, si tertia persona dictum esset, omni gratia destitueretur. Difficillimum vero ad explorandum est, quosnam ludos poeta proximis verbis *ἐν Ὀλυμπίοισί τε καὶ βαθυκόλπου Γᾶς ἀέθλοις* significaverit. Hermannus quidem opusc. VII 161 ludos Olympicos Delphicosque intellegere non dubitavit. At ut mittam obscurissime verbis *Γᾶς βαθυκόλπου* Delphicos ludos indicari, ne Olympicos quidem ludos commemorandi aptus hic locus erat; verissime enim scholiasta adnotavit: *Ὀλυμπίοις· οὐ τοῖς ἐν Πίσῃ νῦν· οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἔρριψεν ἁπλῶς τὸν λόγον·* quo accedit, quod Pindarus Olympicos ludos nusquam *Ὀλύμπια*, sed *Ὀλυμπιάδα* vel *Ὀλυμπίας ἀγῶνα* dicit. Quae autem idem scholiasta addidit *ἀλλὰ τοῖς ἐν Ἀθήναις, ἐκ κοινοῦ νικήσαντα εἶδον καὶ ἐν τοῖς ἀγομένοις ἀγῶσι τῇ Γῇ, λέγει δὲ ἐν Ἀθήναις· τὸ δὲ γῆς, ὅτι καὶ αὐτῆς ἀγὼν ἄγεται ἐν Ἀθήναις, ὥς φησι Δίδυμος*, haec parum mihi probantur, quandoquidem cum Olympiis sacris Atheniensibus ludos coniunctos fuisse, nihil memoriae proditum est (v. Prol. LXXXIX), et num epheborum certamen Scirris institutum (v. Athen. XI p. 495 f.) ad Thesmophoria sive sacra Magnae deae trahere liceat, viri docti dubitant. Sin autem Athenienses ludos Olympios et Thesmophorios intellegere merito dubitas, nihil relinquitur quam ut inter ludos domesticos et Libycos (cf. v. 70) etiam Iovis Olympii et Telluris ludos fuisse, et verbum *εἶδον*, cum proprie ad Panathenaea spectet, etiam ad ceteros ludos zeugmate a poeta tractum esse statuas — 99. *παρθενικαὶ πόσιν, ἢ (γυναῖκες) υἱὸν εὔχοντ' ἔμμεν·* menti poetae obversabatur Nausicaa apud Hom. Od. VI 244 optans: *αἲ γὰρ ἐμοὶ τοιόσδε πόσις κεκλημένος εἴη.*

103 ss. lepidissima fabula de Alexidamo filiam Antaei mercedem cursus nanciscente carmen pulcherrimum clauditur. Hac cum fabula conferre iuvat narratiunculas de Hippodamia (O. I 70 ss.) Penelopa (Paus. III 12, 2) Atalanta necnon quae de Indis refert Strabo XV p. 717: *τὸ τὰς παρθένους ἆθλον παρά τισι προκεῖσθαι τῷ πυγμὴν νικήσαντι* — 103. *διψάδα·* scholiastam, cum *διψῶσαν ᾠδὴν* interpretetur, *ἀοιδὰν διψάδα* pro *ἀοιδᾶν δίψαν* legisse acute Hermannus perspexit, quod eo magis mihi probatur, quod etiam alteri parti sententiae lectio *ἀοιδὰ διψὰς* quam *ἀοιδᾶν δίψα* aptior est — *τις·* Alexidamus, si codicum auctoritatem secutus *τεῶν* scripseris, Telesicrates, si Hermanno duce *ἑῶν* praetuleris — 104. *χρέος αὖτις ἐγεῖραι·* munus mihi iniunctum postulat, ut rursus suscitem carmen, cuius sitim iam exstincturus eram, et gloriam maiorum carmine illustrandam —

καὶ τεῶν δόξαν παλαιῶν προγόνων· οἷοι Λιβύσσας ἀμφὶ γυναικὸς ἔβαν
Ἴρασα πρὸς πόλιν, Ἀνταίου μετὰ καλλίκομον μναστῆρες ἀγακλέα κούραν·
τὰν μάλα πολλοὶ ἀρισ-
τῆες ἀνδρῶν αἴτεον
σύγγονοι, πολλοὶ δὲ καὶ ξείνων. ἐπεὶ θαητὸν εἶδος

ἔπλετο· χρυσοστεφάνου δέ Ϝοι Ἥβας Ἀντ. ε'.
καρπὸν ἀνθήσαντ' ἀποδρέψαι
ἔθελον. πατὴρ δὲ θυγατρὶ φυτεύων
κλεινότερον γάμον, ἄκουσεν Δαναόν ποτ' ἐν Ἄργει,
οἷον εὗρεν τεσσαράκοντα καὶ ὀκτὼ παρθένοισι, πρὶν μέσον ἆμαρ ἑλεῖν,
ὠκύτατον γάμον. ἔστασεν γὰρ ἅπαντα χορὸν ἐν τέρμασιν αὐτίκ' ἀγῶνος.
σὺν δ' ἀέθλοις ἐκέλευ-
σεν διακρῖναι ποδῶν,
ἅντινα σχήσοι τις ἡρώων, ὅσοι γαμβροί σφιν ἦλθον.

οὕτω δ' ἐδίδου Λίβυς ἁρμόζων κόρᾳ Ἐπ. ε'.
νυμφίον ἄνδρα· ποτὶ γραμμᾷ μὲν αὐτὰν στᾶσε κοσμήσαις τέλος ἔμμεν ἄκρον,
εἶπε δ' ἐν μέσσοις ἀπάγεσθαι, ὃς ἂν πρῶτος θορὼν
ἀμφί Ϝοι ψαύσειε πέπλοις.
ἔνθ' Ἀλεξίδαμος, ἐπεὶ φύγε λαιψηρὸν δρόμον,

105. *καὶ τεῶν δόξαν παλαιῶν προγόνων* transpos. Bergk: *καὶ παλαιῶν δόξαν τεῶν προγόνων* *B D E*, *παλαιὰν* Mosch., *παλαιὰ δόξα* Schmid, *ἑῶν* cum Moschopulo Hermann — 106. *Ἴρασα* Heyne: *Ἴρασσαν* *B D E*; *Ἴρασαν ἐς* Tricl. — 112. *ἄκουσε* *D* — 113. *ἑλεῖν* (*ἑλ.* P^1) *G* P^1: *ἐλθεῖν* *B D E*, *ἐλᾶν* coni. Bergk — 115. *ἀέθλοις* *E*: *ἀέθλοισιν* *B D* — 116. *σχήσοι* *B*: *σχήσει* *D*, *σχοίση* *E* — 117. *οὕτω* *B*: *οὕτως* *D* — 119. *μέσοις* *B* — *ἀγαγέσθαι* coni. Naber —

106. *Ἴρασα* urbem Libyae commemorat Herod. IV 158 — *Ἀνταίου·* regis cognominis regi Libyae ab Hercule superato; nam longe post Herculis aetatem Graeci Cyrenas condiderunt, et diligens in servandis temporibus Pindarus est — 108. *ἀριστῆες ἀνδρῶν·* principes virorum, quae dignitas communis erat et propinquorum procorum et peregre venientium — 109 *Ἥβας καρπὸν*, pubertatem: cf. O. VI 58 *χρυσοστεφάνοιο λάβεν καρπὸν Ἥβας·* fr. 122, 8 *ἐν εὐναῖς μαλθακᾶς ὥρας ἀπὸ καρπὸν δρέπεσθαι* — 113. *τεσσαράκοντα καὶ ὀκτώ*, non quinquaginta filias Danaus praemia celeritatis pedum proponit, quod Hypermnestra iam Lynceo nupserat et Amymone Neptuni amata erat — *πρὶν μέσον ἦμαρ ἑλεῖν* sine obiecto (*αὐτὸν* vel *αὐτάς*), ut in formula *ὁ λόγος αἱρεῖ* — 114. *χορόν·* gregem virginum filiarum, ut N. V 23 *Μουσᾶν ὁ κάλλιστος χορός* — 116. *σφιν·* ei, ut saepe *σφέτερος* de singulis a Pindaro dicitur; cf. O. IX 78 — 119. *ἐν μέσσοις* ad *εἶπε*, non ad *ἀπάγεσθαι* pertinet — 120. *οἷ πέπλοις* coniungit scholiasta,

παρθένον κεδνὰν χερὶ χειρὸς ἑλὼν
ἆγεν ἱππευτᾶν Νομάδων δι' ὅμιλον. πολλὰ μὲν κεῖνοι δίκον
φύλλ' ἔπι καὶ στεφάνους,
πολλὰ δὲ πρόσθεν πτερὰ δέξατο Νίκας.

---

122. *χερὶ χερὸς D* — 123. *μὲν* coni. Boeckh: *μιν BDE* — 125. *νίκας BD*: *νικᾶν V.*

interpretans *ὅστις ἂν πρῶτος τῶν πέπλων αὐτῆς ἐφάψηται*; cf. *αἷμά οἱ* P. IV 48, *ἐμοὶ πατέρες* P. V 70, *κρέοντι θύγατερ* N. III 10. — *ὃς ἂν·* de *ὃς ἂν* cum optativo in oratione obliqua conf. Hes. theog. 392, Kühner gram. gr. § 594, 4 — 122. *χερὶ χειρός·* cf. P. IV 37 *χειρί οἱ χεῖρα* — 124. *φύλλ' ἔπι καὶ στεφάνους·* Boeckhius confert Clem. Alex. Paedag. II 8: *ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι πρῶτον ἡ τῶν ἄθλων δόσις ἦν, δεύτερον δὲ ὁ ἐπαγερμός, τρίτον ἦν φυλλοβολία, τελευταῖον ὁ στέφανος ἐπίδοσιν λαβούσης εἰς τρυφὴν τῆς Ἑλλάδος μετὰ τὰ Μηδικά* — 125. pulcherrimum carmen paene indignor quod tenuissima sententia poeta claudit, cum Alexidamum iam antea multa praemia certaminum consecutum esse dicat — *πτερὰ* sunt taeniae coronarum, de quibus v. O. XIV 22.

ΠΥΘΙΟΝ. Ι′.

ΙΠΠΟΚΛΕΑι ΘΕΣΣΑΛΩι

ΠΑΙΔΙ ΔΙΑΥΛΟΔΡΟΜΩι.

Strophae.



Epodi.



Argumentum.

Hippocleas Phriciae filius (v. 16) Pelinnaeus Pythiade 22 = 502 (498) a. Chr. puer diaulo Delphis vicit. Eundem non solum postea bis Olympia, sed etiam eadem Pythiade stadio vicisse scholia tradunt, quibus in tali re obloqui difficile est, quamvis admodum mirum sit Pindarum duplicis victoriae, qua gloriam victoris non mediocriter auctam esse patet, mentionem non fecisse. Neque multum equidem tribuo Boeckhii excusationi, qui scholiasta duce plures poetas ad celebrandum Hippoclem invitatos et Pindaro solius diaulo victoriae illustrandae munus iniunctum esse statuit. Immo maiore laude duplicis cursus *διαυλοδρόμου* (v. 9) minorem laudem victoriae simplicis stadii elevatam et quasi obscuratam esse crediderim. Quid? quod Pindarus ipse vv. 26 et 58 plurali *στεφάνων* non unam, sed plures victorias Pythicas Hippocli obtigisse significavit. — Carmen faciendum pactus erat Thorax, qui poetae hospes erat (v. 64) et Hippoclem puerum in diliciis habebat. Is fuit unus ex tribus fratribus nobilissimae gentis Aleuadarum, qui tum temporis Larissae urbi imperitabant (v. Herod. IX 58). Larissae quoque ad Peneum flumen (v. 56) carmen

cantatum esse Boeckhius statuit, qua tamen de re me non adsentientem vir doctissimus habet.

Exorditur poeta a clara gentę Heraclidarum, Thessalis aeque atque Lacedaemoniis imperitantium (1—3). Sed statim ab hac re, ut aliena a consilio sibi proposito, se revocat ad praedicandos Aleuadas et Hippoclem, qui diaulo victor Delphis renuntiatus patris, qui bis Olympia et semel Pythia vicerit, vestigia legat et ope deorum etiam plura decora consecuturus sit; omni quidem ex parte beatam vitam mortalibus non concessam esse neque viam ad Hyperboreorum beatam gentem patere (4—30). Hinc profectus fabulam subtexuit, tenui filo illam cum Pythica victoria cohaerentem, de Perseo, Danaae filio, usque ad Hyperboreos penetrante et sortem felicissimam visente istius gentis, quae sub tutela Apollinis morbis et senectutis malis careat et choreis comissationibusque vacans laetissimam vitam degat (31—50). Iterum a grata hac specie perfectae felicitatis se revocans ad Hippoclis praesentem fortunam sua Musa illustrandam redit (51—63). Sub finem a Thorace, uno ex Aleuadis, ad carmen faciendum invitatum se esse profitetur et gentis Aleuadarum regimen, quo Thessalorum res optime administrentur, candide laudat.

Pindarus admodum iuvenis hoc carmen panxit, sed iam in hoc carmine, omnium antiquissimo, egregie artem epiniciorum carminum expressit. Habes fabulam laudationi intextam, orationem splendidis comparationibus (27. 51. 54. 67) audacibusque metaphoris exornatam, chorum partes poetae non suas tuentem, denique sententiàs deorum reverentiam (20. 27. 44. 47) et optimatium favorem (71 sq.) spirantes. Altera ex parte non desunt huic carmini iuvenilis ardoris et audaciae indicia, unde quod filum orationis modo inchoatum (v. 4) abruperit, fabulam Hyperboreorum ex remotissimo loco arcessiverit (v. 31 ss.), regiones septentrionales et occidentales commutaverit (v. 46), denique frigidas et dithyrambicas elocutiones descriptionesque non fugerit (v. 36. 64), iam veterum criticorum in reprehensiones incurrit. — Ad postremum adnoto quatuor antiquissima epinicia Pindari omnia Pythia esse (P. x. xii. vi. vii), quod ex intima familiaritate, qua poeta cum sacerdotibus Delphicis coniunctus erat, explicandum esse videtur.

De metris.

Carminis huius, quod Pindarus iuvenis panxit, numeri sunt Aeolici, exultantes illi et ritu paeonum libere vagantes, ut saepe et sententiarum et numerorum rectus ordo interruptus sit. Divisio versuum in cola haud mediocres difficultates praebet, praesertim cum iuxta versus, qui procul dubio in dipodias dividendi sunt (str. 1. 2, ep. 1. 2), alii occurrant, quorum tetrapodiis tripodias commixtas esse vulgo statuunt (str. 3. 4. 6, ep. 6). Verum audacia si tibi non deerit, omnes versus me duce ad dipodicam scansionem ita revocabis, ut tripodiis nisi in fine versuum locus non relinquatur. Hoc quidem certum esse duco, syllabam initialem epodi versuum tertii quarti quinti non anacrusis vim habere, sed partem primae dipodiae efficere; minus hoc mihi constat, utrum strophae versus quartus et quintus a monosyllaba an ab iambica anacrusi incipiant. — Poetam victori carmen, quod chorus virorum Ephyraeorum in comissatione caneret (v. 6. 55), misisse duco, quamquam, si quis poe-

tam sollemnibus ipsum interfuisse ex v. 66 concludere audeat, equidem non intercedam. Chorum certe ita loquentem fecit, ut quae ipse sentiret, chorus interpretaretur (v. 50), et quas partes poeta cum choro intererat, recte suscipiebat, eas etiam cum aberat retineret. Epodorum vero ea conformatio est, ut unaquaeque earum pleno et perfecto sententiarum orbe claudatur (v. 18. 36. 54. 72), quod etsi admodum laudo, tamen id mirum est, quod artis lex, quam Pindarus in iis, quae senex scripsit carminibus excoluit (cf. arg. O. XIII), iam in iuvenili hoc carmine observata est.

Ὀλβία Λακεδαίμων· Στρ. α'.
μάκαιρα Θεσσαλία· πατρὸς
δ' ἀμφοτέραις ἐξ ἑνὸς
ἀριστομάχου γένος Ἡρακλέος βασιλεύει.
τί κομπέω παρὰ καιρόν; ἀλλά με Πυ-
θώ τε καὶ τὸ Πελιν-ναῖον ἀπύει
Ἀλεύα τε παῖδες, Ἱπποκλέᾳ θέλοντες
ἀγαγεῖν ἐπικωμίαν ἀνδρῶν κλυτὰν ὄπα.

γεύεται γὰρ ἀέθλων· Ἀντ. α'.

VARIA LECTIO. Inscr. om. *B D*, *Ἱπποκλεῖ Θεσσαλῷ παιδὶ διαυλοδρόμῳ E* — Schol.: *ἦν μὲν τὸ γένος ὁ προκείμενος νικηφόρος Θεσσαλός, πόλεως δὲ Πελινναίου· ἐνίκησε δὲ τὴν εἰκοστὴν δευτέραν Πυθιάδα, ἐνίκησε δὲ καὶ οβ' καὶ ογ' Ὀλυμπιάδα . . . ἐν δὲ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐνίκησε καὶ στάδιον, οὗ οὐκ ἐμνήσθη, ἴσως τοῦ διαύλου μόνου μισθὸν λαβών.* — 1. **λακεδαίμων** *B*[1] **λακεδαῖμον** *B*[s] *D* — 3. **Ἀριστομάχου** Heyne — 4. **τί; κομπέω παρὰ καιρόν;** interpunxit Mommsen — **παρὰ**: **κατὰ** schol. — **πελιναῖον** *D*, **παλινν.** *B*[1] — **ἀπύει** ex **ἀπύειν** corr. *D* — 5. **ἱπποκλέα** *B D* — 6. **ἀνδρῶν** codd.: **νέων** coni. Schmid —

COMMENTARII. v. 1—3. Lacedaemonis et Thessaliae reges ab Hercule originem duxisse constat, v. Prol. XXIII; quin etiam Thessaliam a Thessalo, Herculis filio, denominatam esse Strabo IX p. 444 tradidit: *τινὲς δὲ ἀπὸ Ἐφύρας τῆς Θεσπρωτίδος ἀπογόνους Ἀντίφου καὶ Φειδίππου, τῶν Θετταλοῦ τοῦ Ἡρακλέους, ἐπελθόντας ἀπὸ Θετταλοῦ τοῦ ἑαυτῶν προγόνου τὴν χώραν ὀνομάσαι.* Denique Aleuadas ab Heraclidis oriundos fuisse disertim refert Ulpianus ad Dem. Olymp. I: *Ἀλεύας ἀπόγονός τις τοῦ Ἡρακλέος Θετταλὸς ἐτυράννησε Θετταλῶν, εἶτα καὶ οἱ τούτου παῖδες.* Etiam Hippocleam eiusdem stirpis Herculeae fuisse ut suspicari licet, ita confirmare documentis non licet — 2. *μάκαιρα* plus valet quam *ὀλβία· μακάρων* enim epitheton deorum eorumque amicorum proprium est — 4. *τί κομπέω·* similiter dixit Eur. Alc. 807 *δόμων γὰρ ζῶσι τῶνδε δεσπόται. τί ζῶσιν;* — *Πελινναῖον·* oppidum Thessaliae, in quo Hippoclem victorem natum esse scholia tradunt. Nomen oppidi proprium *Πέλιννα* fuit, unde ad *τὸ Πελινναῖον* suppleo *ἄστυ* vel *ἱερόν* vel simile quiddam; articulum enim nomini proprio ipsi addere Pindaro non licuit. Similiter I. VI 31 Pergamum dixit *Περγαμίαν* sc. *πόλιν* — 5. *Ἀλεύα παῖδες*, Thorax Eurypylus Thrasydaeus, qui pro Hippocle comissationem faciendam curaverunt. Minus enim placet opinio scholiastae Thessalos omnes ab uno Aleua significatos intellegentis — 6. *ἐπικωμίαν ἀνδρῶν ὄπα*, vocem virorum in comissatione edendam quam poeta dicit non *ἐπινικίαν* sed *ἐπικωμίαν*, quod *κῶμος ἀνδρῶν* sollemnis formula erat; cf. N. VIII 50 *ἐπικώμιος ὕμνος* — 7. *γεύεται ἀέθλων*, gaudet certaminibus, quod libenter certamina subit; cf. N. VI 28 *πόνων ἐγεύσαντο* —

στρατῷ τ' ἀμφικτιόνων ὁ Παρ-
νάσιος αὐ-τὸν μυχὸς
διαυλοδρομᾶν ὕπατον παίδων ἀνέειπεν.
Ἄπολλον, γλυκὺ δ' ἀνθρώπων τέλος ἀρ-
χά τε δαίμονος ὀρ-νύντος αὔξεται·
ὁ μέν που τεοῖς γε μήδεσι τοῦτ' ἔπραξεν·
τὸ δὲ συγγενὲς ἐμβέβακεν ἴχνεσιν πατρός,

Ὀλυμπιονί-κα δὶς ἐν πολεμαδόκοις Ἐπ. α'.
Ἄρεος ὅπλοις·
θῆκεν δὲ καὶ βαθυλεί-
μων ὑπὸ Κίρ-ρας ἀγὼν
πέτραν κρατησίποδα - Φρικίαν.
ἕσποιτο μοῖρα καὶ ὑστέραισιν
ἐν ἁμέραις ἀγάνορα πλοῦτον ἀν-θεῖν σφίσιν.

τῶν δ' ἐν Ἑλλάδι τερπνῶν Στρ. β'.
λαχόντες οὐκ ὀλίγαν δόσιν,
μὴ φθονεραῖς ἐκ - θεῶν
μετατροπίαις ἐπικύρσαιεν. θεὸς αἰεί

---

8. *ἀμφικτυ.* codd.; *στρατῷ περικτιόνων θ'* coni. Hermann — *παρνάσιος* *D*: *παρνάσσιος* *B* — 9. *-δρόμων* B^{pc}, *-δρομῶν* B^{ac} — 11. *τεοῖς γε* Mosch.: *τεοῖσί τε* *B D* — 15. *θῆκεν δὲ καὶ* Boeckh: *ἔθηκε καὶ* codd. — *βαθυλείμων* *D*: *βαθυλείμωνα* *B* et schol. — *ὑπὸ Κίρρας ἀγὼν* Tricl.: *ἀγὼν ὑπὸ Κίρρας* *B D* — *πέτραν* codd.: *πέτρας* coni. Hartung; fort. *βαθυλείμων ὑπὸ Κίρρας πετρᾶν ἀγών* — 17. *ἕσποιτο* Mosch.: *ἕποιτο* *B D* — 21. *αἰεὶ* coni. Schneidewin: *εἴη* codd. et schol., *οἷος* coni. Hermann —

8. *στρατῷ ἀμφικτιόνων*, conventui populorum circumcolentium (Amphictyonum), quibus ludi Pythici curae erant; cf. Prol. LXXXVII — 9. *παίδων*, quod separata erant currendi certamina puerorum et virorum; cf. Prol. LXXIV — 10. *Ἄπολλον·* ut nunc faustum principium deus Pythius Hippocli dedit, sic ab eius numine etiam felix finis exspectandus est — 11. *τεοῖς γε μήδεσι·* cf. O. I 110 — 12. *τὸ δὲ συγγενές·* acc. absol. adverbii vicem obtinet: quod attinet ad eam, quae ei ingenita est, naturam. Namque hominum fortuna maxime ex dis pendet, secundo tamen gradu ex virtute a maioribus accepta; cf. P. V 17 — 13. *Ὀλυμπιονίκα·* schol.: *δὶς ἐνίκησεν ὁ Φρικίας ἐν Ὀλυμπίᾳ ὁ πατὴρ τοῦ Ἱπποκλέου· ἦν δὲ ὁπλίτης* — 15. *βαθυλείμων*, non *βαθυλείμων'* scribendum fuit, quoniam ut planities Cirrhaea, in qua certamina fiebant, pratosa recte dicitur, ita rupes supra illum campum (cf. P. V 37) pratosa dici non potuit; construe *βαθυλείμων ἀγὼν ὑπὸ Κίρρας πέτραν θῆκε Φρικίαν κρατησίποδα* — *Φρικίαν*, patrem Hippocleae, quem armato cursu vicisse verbis *κρατησιπόδα* (cf. N. IX 4) et *Ἄρεος ὅπλοις* indicatum est. Hermannus opusc. VII 165, cum v. 57 *τὸν Ἱπποκλέα* scripsisset, *Φρικίαν* aut alius cuiuspiam cognati aut equi nomen fuisse perperam putavit — 16. *πέτραν·* cf. Hom. hymn. Ap. Pyth. 106 de hoc ipso loco *αὐτὰρ ὕπερθεν | πέτρη ἐπικρέμαται, κοίλη δ' ὑποδέδρομε βῆσσα* — 17. *ἕσποιτο μοῖρα·* cf. Her. I 32 *ἡ τύχη ἐπίσποιτο* — 18. *ἀνθεῖν* = *ὥστε ἀνθεῖν·* cf. I 42. P. III 45. IV 146. IX 8. 69 — 19. *τῶν δ' ἐν Ἑλλάδι τερπνῶν·* respicit nomen *Ἑλληνικῶν ἀγώνων*, qui omnibus Graecis patebant; cf. Prol. LXXXV — 20. *φθονεραῖς·* deos hominum nimiae felicitati invidere communis Pindari et Hesiodi opinio fuit; cf. I. VII 39 *ὁ δ' ἀθανάτων μὴ θρασσέτω φθόνος*, Herod. I 32 *τὸ θεῖον πᾶν φθονερόν* —

ἀπήμων κέαρ· εὐδαίμων δὲ καὶ ὑμ-
νητὸς οὗτος ἀνὴρ - γίνεται σοφοῖς,
ὃς ἂν χερσὶν ἢ ποδῶν ἀρετᾷ κρατήσαις
τὰ μέγιστ' ἀέθλων ἕλῃ τόλμᾳ τε καὶ σθένει,

καὶ ζώων ἔτι νεαρὸν 'Αντ. β'.
κατ' αἶσαν υἱὸν ἴδῃ τυχόν-
τα στεφάνων - Πυθίων.
ὁ χάλκεος οὐρανὸς οὔ πως ἀμβατὸς αὐτῷ·
ὅσαις δὲ βροτὸν ἔθνος ἀγλαΐαις
ἁπτόμεσθα, περαί-νει πρὸς ἔσχατον
πλόον. ναυσὶ δ' οὔτε πεζὸς ἰὼν ἂν εὕροις
ἐς Ὑπερβορέων ἀγῶνα θαυματὰν ὁδόν.

παρ' οἷς ποτε Περ-σεὺς ἐδαίσατο λαγέτας, 'Επ. β'.
δώματ' ἐσελθών,
κλειτὰς ὄνων ἑκατόμ-
βας ἐπιτόσ-σαις θεῷ
ῥέζοντας· ὧν θαλίαις - ἔμπεδον

---

24. *ἕλῃ*: *ὅλη* B^1 — 26. *ἴδῃ* ed. Rom. cum scholiis: *ἴδοι B D* — 27. *οὔ πως* coni. Hermann: *οὔ ποτ' B D E*, *οὐ ποτάμβατος* Bergk — *αὐτῷ* Tricl. et alterum scholium: *αὐτοῖς B D* et prius scholium — 28. *βροτὸν* coni. Schmid: *βρότεον B D* — *ἁπτόμεσθα* Tricl.: *ἁπτόμεθα B D* — 29. *ἔσχατον· πλέων ναυσὶ* coni. Jurenka — *ἂν* om. *B D E*, add. Mosch., *κεν* Hermann, *τάχ'* ex scholiis Bergk — 30. *ἐς* om. *D* — *θαυματὰν* coni. Schmid: *θαυμαστὰν* codd. — 32. *δώματ' ἐλθ. D* —

22. *σοφοῖς*, poetis doctis; cf. O. I 9 — 23. *χερσὶν ἢ ποδῶν ἀρετᾷ*· cf. Hom. Od. VIII 147 *οὐ μὲν γὰρ μεῖζον κλέος ἀνέρος ὄφρα κεν ᾖσιν, ἢ ὅ τι ποσσὶν τε ῥέξῃ καὶ χερσὶν ἑῇσιν* — 26. *στεφάνων*· *σταδίου καὶ διαύλου* — 27. *οὐρανός*· cf. Horat. C. I 3, 38 *caelum ipsum petimus stultitia*, Cic. Tusc. I 46, 111 *Laconis illa vox, qui, cum Rhodius Diagoras Olympionices nobilis uno die duo suos filios victores Olympiae vidisset, accessit ad senem et gratulatus, morere Diagora, inquit, non enim in caelum ascensurus es* — 28. *περαίνει*· intrans. 'penetrat' — 29. *ναυσὶ δ' οὔτε πεζὸς* pro *οὔτε ναυσὶ δ' οὔτε πεζός*, ut v. 41, O. XI 18, P. VI 48. De variata structura *ναυσὶ* et *πεζὸς ἰὼν* cf. N. V 45 et Wilamowitz ad Eur. Herc. 225.

30 ss. digressio (*παρέκβασις*) ad Hyperboreos iam veteres grammaticos offendit; recentiores interpretes ut poetam excusarent, partim (v. Boeckh. expl. 331) Perseum inter maiores Herculis fuisse monuerunt eumque ab Aleuadis ut heroem gentilicium inprimis cultum esse suspicati sunt, partim (v. Tych. Mommsen, Pindaros p. 31) ad cognationem quandam Persei et Persarum (cf. Her. VII 150. Apollod. II 49) et Aleuadarum studia Persica confugerunt. Sed ipsa descriptio beatae vitae Hyperboreorum a praesenti festivitate epiniciorum et pii hymni cultorum Apollinis (37 ss.) a victoria in ludis Apollinaribus comparata non alieni erant — 30. *ἀγῶνα*, conventum festum; Pindari hunc locum ante oculos habuit Simias Rhodius in carmine de Apolline apud Tzetz. Chil. VII 693: *τηλυγέτων δ' ἀφίκανον Ὑπερβορέων ἀνὰ δῆμον, τοῖς δὴ καί ποτ' ἄναξ ἥρως παρεδαίσατο Περσεύς* — 33. *ὄνων ἑκατόμβας*· asinos ab Hyperboreis Apollini mactatos esse etiam Callimachus fr. 187. 188 (v. scholia et Clem. Alex. protr. 8; cf. Iuv. VI 470) refert, quin etiam Delphica asinorum sacrificia testatur lapis CIG. 1688 —

εὐφαμίαις τε μάλιστ' Ἀπόλλων
χαίρει, γελᾷ θ' ὁρῶν ὕβριν ὀρθίαν - κνωδάλων.
Μοῖσα δ' οὐκ ἀποδαμεῖ Στρ. γ'.
τρόποις ἐπὶ σφετέροισι· παν-
τᾷ δὲ χοροὶ - παρθένων
λυρᾶν τε βοαὶ καναχαί τ' αὐλῶν δονέονται·
δάφνᾳ τε χρυσέᾳ κόμας ἀναδή-
σαντες εἰλαπινά-ζοισιν εὐφρόνως.
νόσοι δ' οὔτε γῆρας οὐλόμενον κέκραται
ἱερᾷ γενεᾷ· πόνων δὲ καὶ μαχᾶν ἄτερ

οἰκέοισι φυγόντες Ἀντ. γ'.
ὑπέρδικον Νέμεσιν. θρασεί-
ᾳ δὲ πνέων - καρδίᾳ
μόλεν Δανάας ποτὲ παῖς, ἁγεῖτο δ' Ἀθάνα,
ἐς ἀνδρῶν μακάρων ὅμιλον· ἔπεφ-
νέν τε Γοργόνα, καὶ - ποικίλον κάρα
δρακόντων φόβαισιν ἤλυθε νασιώταις
λίθινον θάνατον φέρων. ἐμοὶ δὲ θαυμάσαι

θεῶν τελεσάν-των οὐδέν ποτε φαίνεται Ἐπ. γ'.

35. *εὐφαμίας D* — 36. *γελᾷ B*: *γαλᾶ D* — *ὀρθιᾶν B D*; *γελῶσ' ὕβριν Ὀρθία* coni. Crusius in Roscheri lex. myth. I 2816 adn. — 38. *δρόποις* coni. Bergk — *δὲ χοροὶ τὲ D* — 43. fort. *οἰκέοντι*, cf. P. VI 13 — 48. *θαυματὰ* coni. Hermann —

36. *ὕβριν ὀρθίαν*, libidinem salacium asinorum; cf. Aristoph. Lys. 995 *ὀρσὰ Λακεδαίμων πᾶσα καὶ τοὶ σύμμαχοι·* quo aspectu Apollinis dei risum moveri quod poeta lasciva Musa referret, merito a Didymo in scholiis vituperatus est; neque tamen Leop. Schmidtio ruditum asinorum, quem et ipsum verbo *ὑβρίζειν* Herodotus IV 125 indicet, intellegenti adstipulor, quoniam rudentes bestiae, ut recte Boeckhius monuit, risum non movent. Motus hyporchematicos Hyperboreorum (*κνωδάλων*) significari mire statuit Zielinski Rh. M. 38, 625 — 38. *παρθένων* . . . *δάφνᾳ·* parthenica carmina et daphnephorica lepide a poeta adsignificantur — 40. *χρυσέᾳ*, non de colore dictum, sed de dignitate et pulchritudine, v. O. VIII 1 — *εὐφρόνως·* cf. N. V 38 *εὔφρονες ἶλαι σὺν καλάμοιο βοᾷ θεὸν δέκονται*, Hom. Od. XX 8 *ἀλλήλῃσι γέλωτα καὶ εὐφροσύνην παρέχουσαι* — 41. *νόσοι δ' οὔτε γῆρας·* cf. v. 29 — 44. *ὑπέρδικον*, severe et vel supra modum iudicantem atque punientem; cf. Aesch. Agam. 1396 et Soph. Ai. 1119, quibus locis *ὑπέρδικα* modum *δικαίων* excedere dicuntur — 45. Perseus ope Minervae deae usus esse dicitur etiam P. XII 19, quo loco eadem fabula plenius narratur. Pindarum poetam iam veteres grammatici merito exagitaverunt, quod itinere Persei in terram Hyperboreorum et expeditione eius adversus Gorgones confusis contra historiam et rerum veritatem aut Gorgones in septentrionali aut Hyperboreos in occidentali parte Europae habitare putasset. Similiter autem etiam fabula de bobus Solis et pastore Geryone ex oriente in septentrionales regiones ab Herodoto IV 8, Aristea opinor duce, translata est, qua de re confer Stzb. d. b. Ac. 1895 p. 29 — 47. *κάρα* acc. obiecti, *θάνατον* acc. praedicati — 48. *θαυμάσαι* non cum *τελεσάντων*, sed cum *φαίνεται ἄπιστον* iungendum esse patet; expressit autem Pindarus Homericum *θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται* (Od. X 306).

ἔμμεν ἄπιστον.
κώπαν σχάσον, ταχὺ δ' ἄγ-
κυραν ἔρει-σον χθονὶ
πρῴραθε, χοιράδος ἄλ-καρ πέτρας.
ἐγκωμίων γὰρ ἄωτος ὕμνων
ἐπ' ἄλλοτ' ἄλλον ὥτε μέλισσα θύ-νει λόγον.

ἔλπομαι δ' Ἐφυραίων Στρ. δ'.
ὄπ' ἀμφὶ Πηνεϊὸν γλυκεῖ-
αν προχεόν-των ἐμὰν
τὸν Ἱπποκλέαν ἔτι καὶ μᾶλλον σὺν ἀοιδαῖς
ἕκατι στεφάνων θαητὸν ἐν ἅ-
λιξι θησέμεν ἐν - καὶ παλαιτέροις,
νέαισίν τε παρθένοισι μέλημα. καὶ γὰρ
ἑτέροις ἑτέρων ἔρως ὑπέκνιξε φρένας·

---

51. citat schol. Arist. Nub. 107 et 740 — 52. πρώραθε codd. — ἀλκὰν *D* — 54. ὥτε *G I*: ὥστε *B D E* — 57. Ἱπποκλέαν *F*: ἱπποκλέα *B D E*, τὸν Ἱπποκλέα Hermann, Ἱπποκλέα ποτε Kayser — 58. ἐν καὶ Tricl.: ἔν τε καὶ *B*[1] ἐν τε *B*[2]*D*, ἔν τ' αὖ Heyne — παλαιοτ. *D* — 60. ἑτέροις lemma in *V*: ἑτέροισιν *B D E* — ὑπέκνιξε ex scholiis Hermann: (-ξε̄ *B*) ἔκνιξε *B D*, ἔκνιξέ γε Mosch., ἔκνιξε τὰς Tricl. —

51. a digressione ad rem praesentem redit, eadem navigationis imagine usus, qua supra (28 s.) in transitu ad digressionem faciendo usus erat; cf. ad O. I 93 — κώπαν σχάσον, remum inhibe — πρῴραθε· in prora ancoras suspensas fuisse docemur P. IV 191; ancoram autem eici et terrae infigi iubet, ne navis scopulis illidat (ἄλκαρ πέτρας) — 53. ancoram eiciendam esse dicit, quod encomia carmina apum ritu vagari soleant, unde periculum esse, ne a proposito cursu longius aberrent — ἄωτος ὕμνων· flos hymnorum i. e. floridi hymni; cf. μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ O. I 15, Χαρίτων ἄωτον I. VIII 16 — 55. Ἐφυραίων· scholiasta Cineam auctorem secutus, itemque Strabo IX p. 442 et Stephanus Byz. s. v. Κραννών, Crannonem, urbem Thessaliae, similiter atque Corinthum, olim Ephyram dictam esse et eius incolas in Homeri versu N. 301 τὼ (Ἄρης καὶ Φόβος) μὲν ἄρ' ἐκ Θρῄκης Ἐφύρους μέτα θωρήσσεσθον ἠὲ μετὰ Φλέγυας μεγαλήτορας nomine Ἐφύρων declaratos esse duxerunt. Quod cum Boeckhius verum esse putasset, chorum ab Aleuadis, dominis Larissae, ex Crannoniis, qui Scopadis parebant, conductum esse opinatus est. At indignum et inauditum est neque Pelinnae neque Larissae fuisse, qui carmen canere et saltare possent; qua de causa Pindarum aliter atque Cineam et Strabonem locum Homericum interpretatum esse et Ἐφύρους Thessalos omnes, non incolas certae cuiusdam urbis Thessalicae intellexisse equidem duco — 56. ἀμφὶ Πηνεϊόν· hinc Larissae, in ipsa ripa Penei fluminis sitae, carmen cantatum esse Boeckhius statuit; sed Pelinna non tam longe a ripa afuit (v. Strab. IX 438, Bursian, Geogr. Griech. I 53), ut Dissenio adstipulari verear ad patriam victoris haec verba referenti; de choro interprete sententiae poetae vide Prol. XCVII. — 57. τὸν Ἱπποκλέαν· articulum praeter consuetudinem nomini proprio poeta addidit, ut ipsum Hippoclem, quem iam v. 5 dixerat, quasi digito monstraret — ἔτι καὶ μᾶλλον· certamina etiam Olympica ad exemplar patris subire Hippocleam meditatum esse poeta significat — 58. ἐν καὶ παλαιτέροις pro καὶ ἐν καὶ παλ. cf. O. II 31. VII 26 — 59. παρθένοισι μέλημα· nimirum gratus puellis est iuvenis laudibus et coronis ornatus — 60. ὑπέκνιξε, subditis stimulis egit; cf. Herod. VI 62 τὸν δὲ Ἀρίστωνα ἔκνιξε ἄρα τῆς γυναικὸς ταύτης ὁ ἔρως —

τῶν δ' ἕκαστος ὀρούει, 'Αντ. δ'.
τυχών κεν ἁρπαλέαν σχέθοι
φροντίδα τὰν - παρ ποδός·
τὰ δ' εἰς ἐνιαυτὸν ἀτέκμαρτον προνοῆσαι.
πέποιθα ξενίᾳ προσανέι Θώ-
ρακος, ὅσπερ ἐμὰν - ποιπνύων χάριν
τόδ' ἔζευξεν ἅρμα Πιερίδων τετράορον,
φιλέων φιλέοντ', ἄγων ἄγοντα προφρόνως.

πειρῶντι δὲ καὶ - χρυσὸς ἐν βασάνῳ πρέπει 'Επ. δ'.
καὶ νόος ὀρθός.
ἀδελφεούς τε μέγ' αἰ-
νήσομεν ἐσ-λούς, ὅτι
ὑψοῦ φέροντι νόμον - Θεσσαλῶν
αὔξοντες· ἐν δ' ἀγαθοῖσι κεῖνται
πατρώιαι κεδναὶ πολίων κυβερ-νάσιες.

---

61. *ὀρούῃ* mavult Bergk bene — 69. *ἀδελφεοὺς B D E*: *κἀδελφεοὺς* Tricl. — *τε μέγ' αἰν.* scripsi: *τ' ἔπαιν. BD*, *μὲν ἐπαιν.* Hermann, *ἐπί τ' αἰν.* Bergk — 71. *ἐν δ' B D*, *ἔνθ' U* Mommsen — *κεῖνται B*: *κεῖται D* et schol., conf. ad P. IV 246 et O. VIII 8.

61. *τῶν* ab *ὀρούει* pendet et ad *τυχών* supplendum est — 62. *τὰν παρ ποδός·* cf. Horatiana *carpe diem* et *quid sit futurum cras fuge quaerere*; de locutione *παρ ποδός* conf. P. VIII 32 *τὸ δ' ἐν ποσί μοι τράχον* — 64. *Θώρακος·* unius ex Aleuadis, quem pro dilecto puero comissationem instituendam curasse scholiasta adnotat; cf. Herod. IX 1 et 58 — 64. *ποιπνύων χάριν*, studiose poscens meam artem canendi, audacter dictum ad exemplum Homerici *ποιπνύοντα Α* 600. *Θ* 219. *Ξ* 155. *Ω* 600. *υ* 149, ubi tamen non cum accusativo hoc verbum iunctum est — 65. *ἅρμα Πιερίδων*, ut *Μουσαῖον ἅρμα* I. VIII 62; cf. O. VI 22. I. II in. — 67 sq. experientia et aurum spectari et mentis sinceritatem exponit etiam Bacchyl. fr. 22: *Λυδία μὲν γὰρ λίθος μανύει χρυσόν, ἀνδρῶν δ' ἀρετὰν σοφίαν τε παγκρατὴς ἐλέγχει ἀλάθεια* — 69. *ἀδελφεούς*, Eurypylum et Thrasydaeum Thoracis fratres fuisse narrat Herod. IX 58 — 70. *νόμον* utrum lege constitutam rempublicam, an terram (cf. O. VII 33) significet dubitare possis — 71. en sententia Theognide digna.

ΠΥΘΙΟΝ. ΙΑ'.

ΘΡΑΣΥΔΑΙΩι ΘΗΒΑΙΩι

ΠΑΙΔΙ ΣΤΑΔΙΕΙ.

Strophae.

– –́ ⏑ –⏑ ⏑ –́ | ⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –́ ⏑ – –́ ⏓ |

–́ – ⏑ –́⏑ ⏑ –, –́ ⏑ – | ⏑ ⏑ ⏑́⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏓ |

⏑́⏑ ⏑ – ⏑ ⏑́⏑ ⏑ –⏑ ⏑ ⏓ |

–́ ⏑̄ ⏕⏑ ⏑ –́ – –́ | ⏑ ⏑⏑ –́⏑ ⏑ ⏓ |

– –́ ⏑ –⏑ ⏑ –́ ⏑ | – –́ ⏑ – ⏑ ⏓ |

Epodi.

–́ ⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –́ – |

⏑́⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –́ ⏓ |

–́ –⏑ ⏑ –́ ⏑ – –́ ⏑ – ⏑ ⏑ |

⏑́⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –́ ⏑ – –́ ⏑ ⏓

⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ – ⏑́⏑ ⏑ –

⏓ – | ⏑ –́ ⏑ –⏑ ⏑ –́ – |

Argumentum.

Thrasydaeum Pythonici filium Thebanum Pythiade 28 puerum stadio, Pythiade 33 virum diaulo vicisse scholia tradunt. Namque quod in scholiis ad inscr. post *δίαυλον* scriptum est *ἢ στάδιον*, hoc ab iis, qui hoc carmine alteram victoriam illustrari putabant, ex versu 49 interpolatum esse veri simile est. Ex carmine Pindari ipso discimus patrem Thrasydaei Pythonicum Olympia curru vicisse (v. 46). Namque alium quendam ex maioribus Thrasydaei Olympicam istam victoriam reportasse quominus cum Boeckhio Expl. p. 337 statuamus, versus antecedentes, qui Pythonici et Thrasydaei solorum mentionem faciunt, impedimento sunt. Iam ex duabus Thrasydaei victoriis utra poetae hoc carmen faciendi copiam fecerit, nobis quaerendum est. Cum enim corona hoc carmine illustrata v. 14 tertia domus victricis esse dicatur, utrumque fieri potest, ut aut una victoria filii duae patris, aut duae filii una patris fuerint. Atque ut alteram victoriam Thrasydaei Pythiade 33 = 458 a. Chr. partam hoc carmine illustrari putarem, politicis rationibus et interiore quadam similitudine, quae inter fabulam huius carminis et Orestiam Aeschyleam, a. 458 in scenam productam, intercedit, olim commotus sum (Stzb. d. b. Ak. 1889 p 13 ss.). Etenim et similitudo ista ea est, ut poeta lyricus

tragicum magis quam tragicus lyricum imitatus esse videatur, et in annum 458, quo Thebani cum Lacedaemoniis foedere icto arma iunxerant, laus amicitiae Pyladis Phocensis et Orestae Laconis (v. 16) quam maxime quadrat. At altera ex parte victoria Thrasydaei stadio comparata esse aperte v. 49 dicitur, et Thrasydaeus ipse, cum in foco patris coronam deposuisse v. 14 dicatur, nondum sui iuris tum fuisse videtur, qua utraque ratione iam commoveor, ut ipse me corrigam et cum plerisque interpretibus hoc carmine priorem victoriam Thrasydaei, a. 478 partam, illustrari ducam. Inde patrem Thrasydaei bis, Olympiae curru, Delphis stadio, filium semel Pythiade 28 = 478 a. Chr. stadio vicisse versibus 46—50 significari existimo. Hoc vero ut iam statuam non solum ipsa verba poetae tantum non flagitant, sed etiam totius carminis color, imprimis importuna digressio fabulae (17—37), metaphorarum frequentia (38—40), dicendi audacia (vv. 1. 26. 35) iuvenilem fervorem animi prodere videntur. Quod autem politicas rationes attinet, optimates Thebani, inter quos Thrasydaeum fuisse ex versibus 50—58 apparet, etiam post cladem Plataeensem et Pausaniae in Thebanos infensum animum magis ad Lacedaemonios quam ad Athenienses inclinasse et a foedere cum Lacedaemoniis ineundo restitutionem suarum opum sperasse veri haud dissimile est.

Carmen ex tribus partibus constat. In prima parte, quae prooemii vice fungitur et primam triadicam pericopam amplectitur (1—16), heroinas Thebanas poeta convocat, ut sub vesperum in fanum Ismenium conveniant, ubi cum tripodes aurei antiquitus depositi essent, etiam Thrasydaeus suam coronam, in campo Cyrrhae reportatam, depositurus fuisse videtur. Cyrrhae, quae olim pars regni Pyladae erat, mentione iniecta poeta adducitur, ut in secunda parte carminis (17—37) fabulam de Oreste puero cruentis Clytaemnestrae manibus per Arsinoam nutricem subtracto et, cum in patriam rediisset, Clytaemnestram Aegisthumque trucidante prolixe narrat, unde Cassandrae triste fatum, Iphigeniae nefastam immolationem, causas impii parricidii Clytaemnestrae fabulae Orestis immisceat. Ab hac digressione ad munus sibi irrogatum reversus (38—42), in tertia parte carminis (43—64) Thrasydaei eiusque patris victorias illustrat et pudoris civilisque modestiae famam, qua maius bonum a parentibus liberis relinqui posse negat, exemplis Iolai, herois Thebani, et Castoris Pollucisque, heroum Laconicorum, eximie illustrat.

Totum carmen a victoria Pythica in secunda et longissima parte adeo deflectit, ut fuisse non mireris, qui interiore quodam vinculo digressionem istam cum causa victoris conexam fuisse opinarentur. Quod autem poeta ipse a recta via se declinasse dicit (38—40), hoc magis leges iustae compositionis neglectas excusat, quam nihil vinculi intercedere arguit. Quo cum accedat, quod in extrema parte poeta non tam virtutem et gloriam gymnicam domus victricis laudat quam affectationem tyrannidis dissuadet, merito me iudice Boeckhius fata domus oligarchicae Thrasydaei et gentis regiae Agamemnonis obscura quadam similitudine coniuncta fuisse suspicatus est. Neque deerat causa, cur nobiles cives Thebanos poeta ad modestiam cohortaretur, quando apud Thucydidem III 62 Thebani ipsi de reipublicae statu hoc modo queruntur: *ὅπερ ἐστὶ νόμοις μὲν καὶ τῷ σωφρονεστάτῳ ἐναντιώτατον, ἐγγυτάτω δὲ τυράννου, δυναστεία ὀλίγων ἀνδρῶν εἶχε τὰ πράγματα.*

De metris.

Carminis huius numeri medium locum inter paeonum impetum et logaoedicorum versuum lenitatem tenent. Primi versus strophae syllaba initialis utrum anacrusis extra ordinem rhythmicum positae locum obtineat an partem primae dipodiae efficiat dubitari potest. Equidem ne tripodia dipodiis immisceretur, priorem sententiam praeferendam duxi. Toto enim in carmine versus ad dipodicam scansionem, utpote quae pompae unice apta esset, redigere conatus sum. Quamquam similis dubitatio etiam in aliis versibus, praesertim in ultimo strophae et epodi recurrit, et quartum versum strophae erunt qui uno ex his modis dividere malint

–́ ⏓ –⏑ ⏑ ⌞–́ ⌞– –́⏑⏖ ⏑ –⏑ ⏑ –́
– ⏑ –⏑ ⏑ ⌞–́ – ⏓ ⏖́ ⏑ –⏑ ⏑ –́

et paeonem pro dactylo cyclico positum similibus exemplis poetarum tragicorum defendant, quae in meo libro Metr.[2] § 270 congessi. Ceterum conferre iuvat similia metra carminum P. II. V. X. O. X. — Carmen cantatum est in pompa vespertina (v. 10) a comitibus Thrasydaei victoris coronam Delphis partam in Ismenio sacello deae Meliae deponentis. Metrorum autem ex natura colligere posse mihi videor, chorum ex pueris constitisse (*παίδων χορόν*) et modis Aeolicis cum tripudio sollemnique saltatu incessisse.

Κάδμου κόραι, Σεμέλα μὲν Ὀλυμπιάδων ἀγυι-ᾶτις, *Στρ. α'.*
Ἰνὼ δὲ Λευκοθέα
ποντιᾶν ὁμοθάλαμε Νη-ρηΐδων,
ἴτε σὺν Ἡρακλέος ἀριστογόνῳ
ματρὶ πὰρ Μελίαν
χρυσέων ἐς ἄδυτον τριπόδων
θησαυρόν, ὃν περίαλλ' ἐτί-μασε Λοξίας,

VARIA LECTIO. Inscr. om. *BD* — Schol.: *γέγραπται ἡ ᾠδὴ Θρασυδαίῳ παιδὶ Θηβαίῳ σταδιεῖ νικήσαντι κη' Πυθιάδα, καὶ λγ' δίαυλον* [*ἢ στάδιον*] *ἄνδρας* — 1. fort. *ἀγυιᾶτι* — 2. *δὲ BD*: *τε* Boeckh — *Νηρηΐδων Byz.*: *νηρεΐδων BD* — 3. *ἀριστογόνῳ* (-*ω D*) *BD*, *ἀριστογόνου*, quod scholia interpretantur, praetulit Mommsen — 4. *ἐς* Tricl.: *εἰς BD* —

COMMENTARII. v. 1—8. Apollo in suum fanum Ismenium, quod ante portas Electrae fuit (Paus. IX 10, 2), heroinas Thebanas convocat, ut secum participes fiant publicae laetitiae et pompae a Thrasydaeo, Pythico victore, deo Pythio ducendae. Quod autem eae Pythonem atque umbilicum terrae primo vespero celebrare instituunt (v. 10), virgines imitantur, quae Daphnephoriis ramos laureos gestantes et hymnos concinentes praesule iuvene daphnephoro ad aedem Apollinis Ismenii pompam ducebant; v. Procl. chrest. c. 26 et Boeckhium ad Pind. parth. 1 — 1. *Ὀλυμπιάδων ἀγυιᾶτις* et *ὁμοθάλαμε Νηρηΐδων* cum iuxta ponantur, vix dubium est, quin vetus interpres priora verba recte interpretatus sit: *τῶν Ὀλυμπίων θεῶν σύνοικε·* licet et usu dicendi (cf. *ἀγυιάτης* Aesch. Agam. 1081) et etymologia magis notio 'tutoris platearum' quam 'socii et vicini' comprobetur. De Semela matre Bacchi inter caelicolas recepta v. O. II 28 — 2. *Ἰνὼ Λευκοθέα*, Cadmi et Harmoniae filia, quae duplici nomine etiam ab Homero ε 333 appellatur, inter deas marinas recepta et Nerei filiabus consociata est; cf. O. II 31 ss. — 3. *Ἡρακλέος ματρί·* Alcmenae cui clarissima proles fuit (*ἀριστογόνῳ*) — 4. Meliam ut conveniant reliquae heroinae convocantur, quod ea Apol-

Ἰσμήνειον δ' ὀνύμαξεν, ἀλαθέα μαντείων - θῶκον· *Ἀντ. α'.*
ὦ παῖδες Ἁρμονίας,
ἔνθα καί νυν ἐπίνομον ἡ-ρωίδων
στρατὸν ὁμαγυρέα καλεῖ συνίμεν,
ὄφρα Θέμιν ἱερὰν
Πυθῶνά τε καὶ ὀρθοδίκαν
γᾶς ὀμφαλὸν κελαδήσετ' ἄκ-ρᾳ σὺν ἑσπέρᾳ,

ἑπταπύλοισι Θήβαις *Ἐπ. α'.*
χάριν ἀγῶνί τε Κίρρας,
ἐν τῷ Θρασυδαῖος ἄμ-νασεν ἑστίαν
τρίτον ἔπι στέφανον πατρῴ-αν βαλών,
ἐν ἀφνεαῖς ἀρούραισι Πυλάδα
νικῶν ξένου Λάκωνος Ὀρέστα.

---

6. *ἰσμήνιον BD* — *ἀλαθεία D* — *μαντείων BD*: *μαντίων* Hermann — 8. *ὁμήγυρ. D*, *ὁμηγερ. B* — *συνίμεν B* et schol.: *συνέμεν D* — 10. *κελαδήσετ'* coni. Heyne: *κελαδῆτε* codd., coniecturae receptae favet paraphrasis *ὑμνήσητε*, *κελαδῆτον* Bergk — 13. *ἄμνασεν* ex scholiis Kayser: *ἔμνασε* codd., *ἔμνασέ μ'* Hermann — *ἑστιᾶν . . . πατρῳᾶν* coni. Rauchenstein probabiliter — *ἔπι* Hermann: *ἐπὶ* codd. — 16. *νικᾶν*

linis amata et Ismeni herois mater (fr. 29. Paus. IX 10, 6) esse ferebatur. Schol.: *Μελία Ὠκεανοῦ θυγάτηρ, ἐξ ἧς καὶ Ἀπόλλωνος Τήνερος ὁ μάντις, ὃς παρ' Ἰσμηνῷ τῷ ποταμῷ ἐμαντεύετο, καὶ αὐτόθι μαντεῖόν ἐστιν, ὃ καλεῖται Ἰσμήνιον· ἔστι δὲ καὶ πηγὴ ὁμώνυμος τῇ ἡρωΐδι* — *τριπόδων*· schol.: *τριπόδων δὲ εἶπε θησαυρὸν τὸ Ἰσμήνιον διὰ τὸ αὐτόθι πολλοὺς ἀνακεῖσθαι τρίποδας· οἱ γὰρ Θηβαγενεῖς ἐτριποδηφόρουν ἐκεῖσε. ἡ δὲ Μελία Ἰσμηνοῦ ἀδελφὴ ὑπὸ Ἀπόλλωνος φθαρεῖσα καὶ γεννήσασα Τήνερον, ἀφ' οὗ ἐν Θήβαις Τηνερικὸν πεδίον.* Conf. Herod. V 59. Paus. IX 10, 4. Similia de tripodibus templi Apollinis Triopici tradit Herod. I 144. Ceterum cum tripodes olim praemia certaminum gymnicorum atque musicorum fuissent, apte Thrasydaeum poeta fecit ad hanc potissimum aedem Apollinis gratiarum actionem deferentem — 6. *μαντείων θῶκον*· in Ismenio fano deum similiter atque Olympiae ex hostiis mactatis (*δι' ἐμπύρων*) consultum esse testantur Herod. VIII 134 et Soph. OR. 21. Acute autem Dissenius hanc vaticinandi artem etymologia nominis *Ἰσμηνοῦ* 'scientis' confirmari adnotat — 7. *ὦ παῖδες Ἁρμονίας*, Semela et Ino, quarum parte potiore simul Alcmena, Electryonis filia, indicatur. De *νὺν* idem quod *νῦν* significante v. O. III 24. VII 13. P. III 66 — 7. *ἐπίνομον*· ad analogiam vocabuli *ἐπιχώριον* formatum et a nomine *νομός* 'regio' deductum est. Alios *ἐπίνομον στρατὸν* interpretatos esse *τὰς ἐπινεμομένας καὶ ἐποπτευούσας* scholia tradunt — 8. *καλεῖ· Ἀπόλλων*· alii partim Meliam, partim Thrasydaeum convocare statuunt, sed Thrasydaei persona certe ab hoc loco aliena est — 9. *Θέμιν*, quae post *Γαῖαν* et ante Apollinem oraculum Delphicum tenuisse ferebatur; v. Aesch. Eum. 2 — 10. *γᾶς ὀμφαλόν*· terrae umbilicum Pythonem habitum esse Pindarus dicit etiam P. IV 4. VI 3 — *ἄκρᾳ σὺν ἑσπέρᾳ*· prima nocte, crepusculo, quod aptissimum tempus pompae ducendae et sacrificiis igne faciendis fuit. Conf. Soph. Ai. 285 *κεῖνος γὰρ ἄκρας νυκτός, ἡνίχ' ἕσπεροι νυκτῆρες οὐκέτ' ᾖθον* — 12. *χάριν*, carmen in honorem Pythicae victoriae a dis hominibusque cantandum — 13. *ἄμνασεν* i. e. *ἀνέμνησεν* cum Kaysero restitui scholiorum paraphrasin *ἀνέμνησε τὴν πατρῴαν ἑστίαν* secutus. Thrasydaeum enim, cum vicisset, Pythonici filium a praecone renuntiatum esse similia exempla docent; cf. Prol. XCII. Tertiam vero coronam in foco paterno ille deposuit, quod antea pater bis iam vicerat, de qua re in argumento carminis disputavi — 15. *Πυλάδα*· Pyladem eiusque patrem Strophium Phoceum agrum tenuisse pueri sciunt — 16. genetivus *Λάκωνος Ὀρέστα* a nomine *ξένου* pendet. Orestem autem et Agamemnonem (v. 32) pro Laconibus Pindarus venditavit, quod Aga-

Στρ. β'.

τὸν δὴ φονευομένου πατρὸς Ἀρσινόα Κλυταιμ-νήστρας
χειρῶν ὕπο κρατερᾶν
ἐκ δόλου τροφὸς ἄνελε δυσ-πενθέος,
ὁπότε Δαρδανίδα κόραν Πριάμου
Κασσάνδραν πολιῷ
χαλκῷ σὺν Ἀγαμεμνονίᾳ
ψυχᾷ πόρευσ' Ἀχέροντος ἀκ-τὰν παρ' εὔσκιον

Ἀντ. β'.

νηλὴς γυνά. πότερόν νιν ἄρ' Ἰφιγένει' ἐπ' Εὐ-ρίπῳ
σφαχθεῖσα τῆλε πάτρας
ἔκνισεν βαρυπάλαμον ὄρ-σαι χόλον;
ἢ ἑτέρῳ λέχεϊ δαμαζομέναν
ἔννυχοι πάραγον
κοῖται; τὸ δὲ νέαις ἀλόχοις
ἔχθιστον ἀμβλακιῶν καλύψ-αι τ' ἀμάχανον

---

coni. Hermann — 17. *Κλυταιμνήστρας* non *Κλυμταιμήστρας* *B D* — 18. *χειρῶν* Schmid: *χερῶν* codd. — *καρτ.* *B* — *ἐκ*: *κὴκ* (*κἀκ* Gildersleeve) Bergk — 20. *κασάνδρ.* *B*, *-δρα* *D* — 23. *χόλον* *B D*: *λόχον* *V* — 24. *δαμαζ.* *B*: *δαμαλιζ.* *D*, *θαμιζ.* coni. M. Schmidt — 25. *ἐννύχιοι* *B* — 26. *αἴσχιστον* coni. Hecker — *ἀμπλακιῶν* (vel *-ιᾶν*) coni. Hecker: *ἀμπλάκιον* (*ἀμβλ.* *B*) codd. —

memnonis monumenta non solum Mycenis, sed etiam in Laconia prope Amyclas esse ferebantur; v. Paus. III 19, 6. Herod. 7, 163. Lycophr. 1124 — *νικῶν . . . Ὀρέστα·* haec verba ansam praebuerunt Sophocli fabulam certaminis Pythici Orestae (El. 681 ss.) inveniendi. De vi praesentis *νικῶν* vide ad O. X 16.

17—37. fabulam narrat de Oreste hospitio Phocensis regis excepto et patris caedem nefariam ulciscente — 17. *Ἀρσινόα*, nutrix Orestae; schol.: *ἰδίως δέ φησιν ὁ Πίνδαρος Ἀρσινόην εἶναι τὴν Ὀρέστου τροφόν. Φερεκύδης δὲ Λαοδάμειαν λέγων αὐτὴν τὸν ταύτης φησὶ παῖδα ἀνῃρῆσθαι ὑπὸ Αἰγίσθου νομιζόμενον Ὀρέστην εἶναι.* Laodamiam eam apud Stesichorum audivisse scholia Aesch. Cho. 729 tradunt; Aeschylus Choeph. 732 eam, ut servam, nationis nomine *Κίλισσαν* nominavit — 18. construe *τὸν Ἀρσινόα τροφὸς ἐκ δόλου δυσπ. ἄνελε πατρὸς ὑπὸ χειρῶν κρατερᾶν Κλυταιμνήστρας φονευομένου* — 20. *Κασσάνδραν* una cum Agamemnone interfectam esse Homerus Od. XI 471 narravit, quem auctorem Pindarus et Aeschylus in Agamemnone secuti sunt. Haec autem fama originem traxerat ex confusis Cassandra filia Priami et Cassandra viripotenti heroina Laconica, cuius sepulcrum prope Therapnam vidit Paus. II 16, 6. III 19, 6; cf. Wecklein Aesch. Orestie p. 7. — *νηλὴς γυνά·* magna cum vi in initio novae strophae positum, ut *υἱὸς Δανάας* P. XII 17 — 22 ss. quanam causa Clytaemnestra ad nefarium facinus patrandum impulsa sit, similiter Aeschylus Agam. 200. 1526. 1417 quaerit, ita tamen, ut impia caede filiae Iphigeniae atrocitatem sceleris Clytaemnestrae purgare studeat — 23. *βαρυπάλαμον ὄρσαι χόλον*, ut iram moveat difficile reprimendam; cf. Eur. Med. 99 *μήτηρ κινεῖ κραδίαν, κινεῖ δὲ χόλον* — 25. *ἔννυχοι κοῖται·* eandem in sententiam Aeschylus Agam. 411 chorum canentem facit: *ἰὼ λέχος καὶ στίβοι φιλάνορες·* cf. P. II 35 *εὐναὶ παράτροποι* — *τὸ δέ*: *τοῦτο δέ* — 26. *ἔχθιστον·* quod odium mariti maxime incestus amor mulieris excitat; activa vis in consimili re huic nomini inest ap. Aesch. Choeph. 991 *φίλον τέως, νῦν δ' ἐχθρὸν ὡς φαίνει κακόν* — *καλύψαι τ' ἀμάχανον·* occultari et dissimulari nequit incestus amor ob convicia linguae civium maledicorum; cf. Aesch. Ag. 387 *οὐκ ἐκρύφθη, πρέπει δὲ φῶς αἰνολαμπὲς σίνος* —

ἀλλοτρίαισι γλώσσαις· 'Επ. β'.
κακολόγοι δὲ πολῖται.
ἴσχει τε γὰρ ὄλβος οὐ-μείονα φθόνον·
ὁ δὲ χαμηλὰ πνέων ἄφαν-τον βρέμει.
θάνεν μὲν αὐτὸς ἥρως 'Ατρεΐδας
ἵκων χρόνῳ κλυταῖς ἐν 'Αμύκλαις,

Στρ. γ'.

μάντιν τ' ὄλεσσε κόραν, ἐπεὶ ἀμφ' Ἑλένᾳ πυρω-θέντων
Τρώων ἔλυσε δόμους
ἁβρότατος. ὁ δ' ἄρα γέρον-τα ξένον
Στρόφιον ἐξίκετο νέᾳ κεφαλᾷ,
Παρνασοῦ πόδα ναί-
οντ'· ἀλλὰ χρονίῳ σὺν Ἄρει
πέφνεν τε ματέρα θῆκέ τ' Αἴ-γισθον ἐν φοναῖς.

'Αντ. γ'.

Ἦ ῥ', ὦ φίλοι, κατ' ἀμευσίπορον τρίοδον ἐδι-νάθην,
ὀρθὰν κέλευθον ἰὼν
τοπρίν· ἤ μέ τις ἄνεμος ἔ-ξω πλόου
ἔβαλεν, ὡς ὅτ' ἄκατον εἰναλίαν.
Μοῖσα, τὸ δὲ τεόν, εἰ
μισθοῖο συνέθεν παρέχειν
φωνὰν ὑπάργυρον, ἄλλοτ' ἄλ-λᾳ ταρασσέμεν,

---

29. *κἴσχει μέγας* coni. Hartung — 30. *ἄφαντος D* — *βρύει* coni. Hartung — 32. *κλυταῖς F*: *κλειταῖς B D E* — 34. *ἔλυσε*: *ἔπαυσε* coni. Herwerden — *γέροντα ξένον* Tricl.: *ξένον γέροντα B D E* — 35. *νέα κεφαλά* Heyne — 36. *Παρνασοῦ B D* — *χρονίῳ* Tricl.: *χρόνῳ B D* — 37. *πέφνεν τε* Mosch: *ἔπεφνε* (sine *τε*) *B D E* — 38. *φίλοι B D*: *φίλη P*, unde *φίλα* Bornemann Philol. 52, 39 — *ἀμευσιπόρους τριόδους* coni. Hermann — *ἐδινάθην D*: *ἐδινήθην B*; cf. I. v 6 — 40. *ἐναλ. B D*; cf. ad O. IX 99 — 41. *δὲ τεὸν* Mosch.: *δ' ἑτεὸν B D* — *μισθοῖο* scripsi: *μισθῶ B D*, *μισθὸν σὺ* Bornemaun Phil. 52, 41; genetivum interpretantur scholia — *συνέθεν παρέχειν* codd.: *μισθῷ παρεχέμεν συνέθεν* Hermann — 42. *ἄλλᾳ G* Heyne: *ἄλλα χρή* codd, *χρὴ* non legebant scholia — *χα-*

29. maiore invidia homines opulentos premi similiter exponit Aesch. Ag. 467 — 30. de particulis *τε - δὲ* sibi respondentibus conf. P. IV 80. VIII 36. XI 46; apte hic particulam poeta variat, ut accuratius quod sentit exprimat, divites non minore quidem invidia premi, sed in occulto invidos humiles fremere; cf. Aesch. Ag. 1030 *νῦν δ' ὑπὸ σκότῳ βρέμει* — 32. *ἐν 'Αμύκλαις·* consentit in hac quoque re Pindarus cum Stesichoro; v. schol. Eur. Or. 46: *Ὅμηρος ἐν Μυκήναις φησὶν εἶναι τὰ βασίλεια 'Αγαμέμνονος, Στησίχορος δὲ ἐν Λακεδαιμονίᾳ* — 35. *νέᾳ κεφαλᾷ· ἀντὶ τοῦ νέος ὢν ἔτι* schol.; cf. O. VI 60. VII 67 et Juv. VI 49 *si tibi contigerit capitis matrona pudici* — 36. *χρονίῳ σὺν Ἄρει·* sera vindicta; *σὺν* cum nomine proprio quomodo vim dativi instrumentalis induere potuerit, facile intellegitur; sed etiam cum aliis nominibus coniunctum eandem vim apud Pindarum habet, ut *σὺν ἐλαίῳ φαρμακώσαισα* P. IV 221, *σὺν μάχαις πράθον* I. V 35, *σὺν ἀοιδαῖς θαητόν* P. X 57. I. VII 20 etc. — 37. *φοναῖς·* scholia provocant ad Hom. *K* 521: *ἀσπαίροντας ἐν ἀργαλέῃσι φονῇσιν·* cf. Soph. Ant. 696 *ἐν φοναῖς πεπτῶτα.*

38. a digressione poeta se revocat imaginibus trivii et navigii commixtis usus, similiter atque P. X 51 — *ἀμευσίπορον τρίοδον·* trivium iter mutans et in diversas partes secans — 39. *ἔξω πλόου*, extra cursum navis — 42. *φωνὰν*

ἢ πατρὶ Πυθονίκῳ 'Επ. γ'.
τό γέ νυν ἢ Θρασυδαίῳ·
τῶν εὐφροσύνα τε καὶ - δόξ' ἐπιφλέγει.
τὰ μὲν ἐν ἅρμασι καλλίνι-κοι πάλαι
Ὀλυμπίᾳ ἀγώνων πολυφάτων
ἔσχον θοὰν ἀκτῖνα σὺν ἵπποις·

Πυθοῖ τε γυμνὸν ἐπὶ στάδιον καταβάντες ἤ-λεγξαν Στρ. δ'.
Ἑλλανίδα στρατιὰν
ὠκύτατι. θεόθεν ἐραί-μαν καλῶν,
δυνατὰ μαιόμενος ἐν ἁλικίᾳ.
τῶν γὰρ ἂμ πόλιν εὑ-
ρίσκων τὰ μέσα μάσσονι σὺν
ὄλβῳ τεθαλότα, μέμφομ' αἶ-σαν τυραννίδων·

'Αντ. δ'.
ξυναῖσι δ' ἀμφ' ἀρεταῖς τέταμαι· φθονεροὶ δ' ἀμύ-νονται
ἆται, εἴ τις ἄκρον ἑλὼν
ἡσυχᾷ τε νεμόμενος αἰ-νὰν ὕβριν
ἀπέφυγεν, μέλανα δ' ἂν' ἐσχατιὰν

ρασσέμεν coni. Bergk, παρασσέμεν Jurenka — 43. πυθονίκῳ Tricl.: πυθιονίκῳ *B*, πυθιονίκων *D*; Πυθονίκῳ nominis proprii locum obtinere docuit Bergk, Πυθόνικον coni. Bornemann Philol. 52, 42 — 46. τὰ μὲν ἐν Tricl.: τὰ μὲν (sine ἐν) *B D E* — 47. Ὀλυμπίᾳ γ' coni. Ahlwardt: ὀλυμπίᾳ τ' *B D*, τ' eiec. Pauw, Ὀλυμπιας coni. Schmid coll. O. I 7, ὀλυμπίαν Boeckh — πολυφάτων *D* B^s: πολύφατον B^1 — 48. θοὰν: θοαῖς coni. Hartung — 49. τε] δὲ Pauw paraphrasin secutus — γυμνοὶ *P Q* — 51. ἁλικίᾳ: εὐδικίᾳ coni. Hecker — 52. ἂμ Hermann: ἀνὰ *B D E* — μακροτέρῳ (μακροτάτῳ *D* et schol.) σὺν ὄλβῳ *B D*, σὺν eiec. Tricl., μάσσονι σὺν coni. Bergk probabiliter — 54. ἀμύνονται ἆται, εἰ Hermann: ἀμύνοντ' ἄτα (ἄτᾳ schol.), εἰ codd. et schol., ἀμύνονται ῥᾷστ', εἰ coni. Leop. Schmidt, Leb. Pind. p. 183; nominis ἆται altera syllaba cum εἰ coalescit — 55. ἀσυχᾷ (ἡσ. Mommsen) Hermann: ἡσυχίᾳ *B D E* — 56. μέλανα δ' coni. Hermann: μέλανος δ' codd., μέλανος Schmid —

ὑπάργυρον, vocem argentea mercede conductam; cf. I. II 8. Soph. Ant. 1091 εἰ κατηργυρωμένος λέγω — 43. construe ἄλλοτ' ἄλλᾳ ταρασσέμεν, τό γε νῦν ἢ πατρὶ Πυθονίκῳ ἢ Θρασυδαίῳ· alio quidem tempore alii cursum convertere poteris, nunc autem solis Pythonico et Thrasydaeo — 45. ἐπιφλέγει, lucet, intransitive, licet transitiva vis sit eiusdem verbi O. IX 22 — 46. καλλίνικοι· ad augendam gloriam suorum clientium poeta ita loquitur, tamquam uterque Olympia vicerit (cf. P. VII 135. VIII 36); licuit autem ei ita loqui, quod alterum quidem uterque consecutus est, ut Delphis stadio vinceret — 48. θοὰν ἀκτῖνα, velocitatis decus; cf. I. III 60 ἐργμάτων ἀκτὶς καλῶν — 49. γυμνὸν ἐπὶ στάδιον, contrarium δρόμῳ ὁπλίτῃ· cf. I. I 23 — 50. Ἑλλανίδα στρατιάν, ut Ἕλλανα στρατόν N. X 25; cf. Prol. LXXXV — 51. ἐν ἁλικίᾳ ad δυνατὰ bene rettulit Heyne interpretans: τὰ δυνατὰ ὄντα κατὰ ἡλικίαν· cf. N. III 72 — 52. τὰ μέσα· mediam viam laudans Pindarus praeivit Horatio C. II 10: *auream quisquis mediocritatem diligit;* sed iam ante Pindarum Theognis 335: μηδὲν ἄγαν σπεύδειν· πάντων μέσ' ἄριστα. Conferunt praeterea Aesch. Eum. 503, Phocyl. fr. 8 — 53. μέμφομ' αἶσαν τυραννίδος· cf. Thucyd. III 62 — 54. ξυναῖσι δ' ἀμφ' ἀρεταῖς· virtutibus studeo comibus et quae τὰ κοινῇ συμφέροντα spectent —

κάλλιπεν θανάτοι'
αἶσαν γλυκυτάταν γενεᾷ,
εὐώνυμον κτεάνων κρατίσ-ταν χάριν πορών·

ἅ τε τὸν Ἰφικλείδαν Ἐπ. δ'.
διαφέρει Ἰόλαον
ὑμνητὸν ἐόντα, καὶ - Κάστορος βίαν,
σέ τε, ϝάναξ Πολύδευκες, υἱ-οὶ θεῶν,
τὸ μὲν παρ' ἆμαρ ἕδραισι Θεράπνας,
τὸ δ' οἰκέοντας ἔνδον Ὀλύμπου.

---

57. *κάλλιπεν θανάτοι' αἶσαν* scripsi dubitanter: *καλλίονα θανάτου ἐν* (*εσχεν ἐν D*) *B D E* — *γλυκυτάταν* coni. Bornemann: *γλυκυτάτᾳ* codd.; *μόρον ὅδ' ἀν' ἐσχατιὰν καλλίονα βιοτᾶς ἔσχεν* coni. Kayser, *μέλανος ὁ δ' ἐσχατιὰν καλλίονα θανάτου τέτμεν* coni. Bergk — 58. *κράτιστον* B^1, *κρατίσταν* B^s *D E* — 62. *υἱοὺς* maluit Pauw — 64. *ἐντὸς* coni. Hecker.

57 ss. locum misere corruptum audacter ita restitui, ut sententiam saltem probabilem et Pindaro dignam nanciscerer: invidiae casus arcentur, si quis superbiam fugit et in fine atra mortis sortem dulcissimam suae genti reliquit, famam bonam, quo bono nullum potius est, suis comparando — 60. *διαφέρει*, divulgat; schol.: *πανταχοῦ διάγει* — 61. *Κάστορος βίαν* periphrastice, ut Homericum *βίη Ἡρακλείη*· cf. *Μέμνονος βίαν* I. VIII 54, *Οἰνομάου βίαν* O. I 91, *βία Φώκου* N. V 12, *ἀδελφεοῦ βία* N. X 73 — 62. *ἄναξ Πολύδευκες, υἱοὶ θεῶν*· audacter poeta duos vocativos copulavit, quorum alter unum, alter duos fratres spectat — 63. *παρ' ἆμαρ*, alternis diebus; eadem locutione de eadem re utitur Lycophr. 565; cf. Soph. O C. 1455 *χρόνος στρέφων μὲν ἕτερα, τὰ δὲ παρ' ἦμαρ αὖθις αὔξων ἄνω.* Similiter *παρ' ἐνιαυτὸν ἄρχειν* i. e. alternis annis sive altero quoque anno magistratum capere dixerunt Diod. IV 65, 1. Plut. Cleom. 15. Fabulam totam Pindarus ipse illustravit N. X 55 ss.

ΠΥΘΙΟΝ. ΙΒ΄.

ΜΙΔᾼ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝῼ

ΑΥΛΗΤῌ.

Strophae.

– ⁝ ⏑⏑ – ⏑⏑ –́ | – ⁝ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ |
⁝ ⏑⏑ – ⏑⏑ –́, – ⁝ ⏑⏑ – ⏑⏑ –́ |
– ⁝ ⏑⏑ – ⏑⏑ –́ | – ⁝ ⏑ – – –́ ⏑ ⏓ |
⁝ ⏑⏑ – ⏑⏑ –́ | – ⁝ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ |
– ⁝ ⏑⏑ – ⏑⏑ –́ – ⁝ ⏑ – – –́ ⏑ ⏓ |
– ⁝ ⏑⏑ – ⏑⏑ –́ – ⁝ ⏑ – – –́ ⏑ ⏓ |
⁝ ⏑⏑ – ⏑⏑ –́ – –́ ⏑ ⏓ |
⁝ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ – –

Argumentum.

Midas Agrigentinus Delphis bis tibiis assis vicit, Pyth. 24 et 25, quarum victoriarum priorem hoc carmine praedicari, ex eo apparet, quod alterius victoriae nulla mentio fit. Quodsi Pyth. 24 = 494 (490) a. Chr. hoc carmen compositum est, iisdem ludis Midas tibiis vicit, quibus Xenocrates Agrigentinus curru victoriam peperit (v. P. vi).

Principalis pars carminis versatur in fabula narranda de tibiarum cantu et polycepalo nomo a dea Minerva sororum Gorgonis lugubres planctus imitante invento; haec autem fabula cum fabula de Gorgone a Perseo, filio Danaae, interfecta arcte coniuncta est (7—27). Praemissa est prooemii loco brevis invocatio deae patronae urbis Agrigenti, ut Midam victorem propitia acciperet (1—6); subiecta instar epilogi est generalis sententia de hominum felicitate numquam sine labore paranda (28—32). Hoc autem Midas quoque in certamine Delphico expertus esse ferebatur, quoniam lingua calamorum inter canendum ei rupta est, qua tamen rupta nihil conturbatus calamis ad modum fistulae usus modos carminis ad finem deduxit.

Fabulam de Gorgone a Perseo interfecta Pindarus ex Hesiodi theog. 274—81 et carmine aliquo epico, fortasse Phoronide vel Danaide, repetivit, quo ex altero carmine plenam narrationem huius mythi Apollodorus ii 37 excerpsit. Fabulam qualem Pindarus exornavit, respicit Nonnus Dionys. xl 227 ss.; Gorgonis praeterquam hoc loco Pindarus mentionem fecit O. xiii 63 et P. x 45 ss. — Tibiarum usum in ludis Pythicis et

structuram *νόμου πολυκεφάλου*, quo Midas vicit, illustrarunt nuper Luebbert, De Pindaricorum carminum compositione ex nomorum historia illustranda, Bonnae 1887, et Guhrauer, Der Pythische Nomos, in ann. cl. phil. suppl. VIII, Ueber den *νόμος πολυκέφαλος*, et in Verhandl. der Philol. in Görlitz, 1890 p. 438 ss.

De metris.

Carmen hoc modis dactylo-epitriticis ad simplicem et antiquam normam carminum dactylicorum *κατ' ἐνόπλιον* ita compositum est, ut, quod raro in Pindaro fit, versus omnes paris fere magnitudinis sint. Destinatum autem hoc carmen fuit, ut a comitibus victoris urbem ingredientibus cantaretur (v. 5), cui naturae carminis anacruses compluribus versibus praemissae quam maxime accommodatae erant, quamquam nonnullae earum etiam continuitate numerorum (vv. 2 et 3. 4 et 5) excusabantur. Epodo quod caret carmen Doricum, non tam ex simplicitate carminis quam ex pompae natura nescio an explicandum sit, quandoquidem vices stropharum et epodi idoneae sunt choro non recta via procedenti, sed modo dextrorsum modo sinistrorsum deflectenti. Factum autem est hoc carmen ad exemplum prosodiorum, quibus cum dipodica divisio unice conveniret, dactylicas tripodias in magnitudinem binarum dipodiarum extendendas curavi. Inde in sex versibus primis quaternos, in duobus extremis ternos, tota in stropha triginta passus chorum fecisse colligo. Quod autem pausae locus in fine quinti versus deest, id dubito num ita explicare liceat, ut versus quintum et sextum continuitate numerorum cohaerere statuas; immo, ne cantorum fauces deficerent, post quintum versum pausam longiorem interiectam esse existimo; conf. Prol. LVII.

Αἰτέω σε, φιλάγλαε, καλλίστα βροτεᾶν πολίων, Στρ. α'.
Φερσεφόνας ἕδος, ἅ τ' ὄχθαις ἔπι μηλοβότου
ναίεις Ἀκράγαντος ἐύδματον κολώναν, ὦ Ϝάνα·
ἵλαος ἀθανάτων ἀνδρῶν τε σὺν εὐμενείᾳ
δέξαι στεφάνωμα τόδ' ἐκ Πυθῶνος εὐδόξῳ Μίδᾳ,
αὐτόν τέ νιν Ἑλλάδα νικάσαντα τέχνᾳ, τάν ποτε

VARIA LECTIO. Inscr. om. *B D* — Schol.: *γέγραπται ἡ ᾠδὴ Μίδᾳ Ἀκραγαντίνῳ· οὗτος ἐνίκησε τὴν εἰκοστὴν τετάρτην Πυθιάδα καὶ τὴν κε'· φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ Παναθήναια νενικηκέναι.* — 3. *ὦ* om. *D* — 5. *εὐδόξῳ μίδᾳ B*: *εὐδόξω μίδα D*, *εὐδόξου μίδα E* —

COMMENTARII. v. 1. *Καλλίστα βροτεᾶν πολίων*· similiter Cyrenas *καλλίσταν πόλιν* praedicat P. IX 69 — 2. *Φερσεφόνας ἕδος*· de cultu Proserpinae per totam Siciliam disperso v. N. I 14 — *μηλοβότου*· cf. O. I 13 et Archil. 31 *Ἀσίης μηλοτρόφου* — 3. *Ἀκράγαντος*· fluvii, cuius in alta ripa urbs cognominis aedificata erat — *ἄνα*· pro *ἄνασσα*, ut Aeschylum *ἄναξ θηλυκῶς* dixisse Suidas testatur, et in hymno Cer. 58 critici *ὦνα Δήμητερ* de coniectura reponunt — 4. *ἀνδρῶν*· hominum, quibus opponuntur *ἀθάνατοι*, immortales — 5. *δέξαι* c. dat. iunctum, ut O. XIII 29. P. IV 23. VIII 5. I. VI 4. Hom. Il. II 186, tit. Olymp. Arch. Zeit. IX 6: *δέξο ἄναξ Κρονίδα Ζεῦ Ὀλύμπιε καλὸν ἄγαλμα ἱλήῳ θυμῷ τῷ Λακεδαιμονίῳ* — 6. *Ἑλλάδα*· quoniam ad Pythios ludos aditus omnibus Graecis patebat; cf. Prol. LXXXV —

Παλλὰς ἐφεῦρε θρασειᾶν Γοργόνων
οὔλιον θρῆνον διαπλέξαισ' Ἀθάνα·

τὸν παρθενίοις ὑπό τ' ἀπλάτοις ὀφίων κεφαλαῖς Στρ. β'.
ἄιε λειβόμενον δυσπενθέι σὺν καμάτῳ,
Περσεὺς ὁπότε τρίτον ἄνυσσεν κασιγνητᾶν μέρος,
εἰναλίᾳ Σερίφῳ λαοῖσί τε μοῖραν ἄγων.
ἤτοι τό τε θεσπέσιον Φόρκοιο μαύρωσεν γένος,
λυγρόν τ' ἔρανον Πολυδέκτᾳ θῆκε ματρός τ' ἔμπεδον
δουλοσύναν τό τ' ἀναγκαῖον λέχος,
εὐπαράου κρᾶτα συλάσαις Μεδοίσας

υἱὸς Δανάας· τὸν ἀπὸ χρυσοῦ φαμὲν αὐτορύτου Στρ. γ'.
ἔμμεναι. ἀλλ' ἐπεὶ ἐκ τούτων φίλον ἄνδρα πόνων
ἐρρύσατο παρθένος αὐλῶν τεῦχε πάμφωνον μέλος,
ὄφρα τὸν Εὐρυάλας ἐκ καρπαλιμᾶν γενύων
χριμφθέντα σὺν ἔντεσι μιμήσαιτ' ἐρικλάγκταν γόον·
εὗρεν θεός· ἀλλά νιν εὗροισ' ἀνδράσι θνατοῖς ἔχειν,

7. *γοργόνων* *QR* et schol.: om. *BDE* — 8. *διαπλέξασθ' ἀθ* //// *τὸν* *D* — 9 *ὀφίων* om. D^{ac} — 10. *ἄ . ιε* *D* — 11. *ἄνυσσεν* Boeckh: *ἄνσεν* (-*σε* *BE*) *BDE*, *ἄνυσεν* et *ἄνσε* schol., *ἄιξεν* coni. Kaibel, Herm. 19, 247 — 12. *ἐναλίᾳ* *BD*; cf. O. IX 99 — *σερίφῳ* (sine *τε*) *BD*: *τε· πέτρᾳ* coni. Hermann[3], *τε Σερίφῳ* Boeckh, *ϝὲ Σερίφῳ* Mommsen; de licentia prosodica nominum propriorum v. I. V 42 — *λαοῖσι* Boeckh, *λᾶσι* Boehmer, *τοῖσι* Hermann[2] — 13. *φόρκοι' ἀμαύρωσε* *BD*: *Φόρκοιο μαύρωσεν* Hermann — 16. *εὐπαράον* *D* — *συλήσ.* *BD*. cf. O. IX 89 — 17. *αὐτορρύτου* *BD* — 19. *αὐλᾶν* D^{ac} — 21. *ἐρικλάγηταν* (?) *D* —

7. *ἐφεῦρε* — 22. *εὗρε·* eodem verbo bis posito initium et finem fabulae facete poeta indicat; cf. O. I 93. P. X 51 — 10. *λειβόμενον·* cf. *ἔχεαν θρῆνον* I. VIII 58 — 11 ss. Pindarus Hesiod. theog. 274 ss. sequitur, nisi quod Minervam Perseo patrocinantem facit hic et P. X 45, qua in re eum ducem secuti sunt Ovid. met. V 250 *hactenus aurigenae comitem Tritonia fratri | se dedit,* et Apollod. II 41 — *μέρος·* cf. P. IV 58 — 13. *ἀμαύρωσεν·* obcaecavit ablato uno communi oculo, quo alternatim Phorci filiae i. e. Gorgones (sic schol. et Ovid. met. IV 773; Phorcides et Gorgones distinxit Apollod. II 37) utebantur — 14. Perseus, Danaae filius, Polydectae, regi Seriphi insulae, amorem matris Danaae et symbolum, quod pro nuptiis cum Hippodamia eum poposcerat, in perniciem vertit; allato enim tamquam symbolo Medusae capite insulam et Polydectam in saxa commutavit; cf. Ovid. metam. V 212 ss. — 16. *εὐπαράου·* Ovidio met. IV 792 est *clarissima forma.* Hinc profecti et artifices caput Medusae speciem summae pulchritudinis ne morte quidem extinctae prae se ferre voluerunt, et poetae novicii cum Minerva Medusam de pulchritudine certasse finxerunt (v. schol. P. XII 21) — 17. *υἱὸς Δανάας,* cum emphasi in principio novae strophae positum est, ut *Θήρωνος* O. II 105, *ἀγλαόκωμον* O. III 6, *Μολίονες* O. X 34, *ἀρχὸς οἰωνῶν* P. I 7, *ναὸς Ἀργοῦς* P. IV 185, *νηλὴς γυνά* P. XI 22, *Ἡρακλέης* I. VI 35, *υἱὸς Ἀλκμήνας* I. III 73 — *τὸν . . . ἔμμεναι·* hoc, quod ad rem propositam nihil attinebat, quasi in transitu poeta adlevit, ut simile quid de Hercule I. I 13 interserit. De Iove aurum pluente cf. I. VII 15 — 19. *παρθένος* medio loco collocavit, ut subiectum duorum verborum, *ἐρρύσατο* et *τεῦχε*, esset — *πάμφωνον μέλος·* cf. O. VII 12 — 20. *Εὐρυάλας·* nomen alterius Gorgonis; tertiae sororis nomen Sthenus praetermisit — 22. *ἀνδράσι θνατοῖς ἔχειν·* num hoc ad notam fabulam de tibiis a dea, quod vultum deformarent, abiectis spectet, incertum est —

ὠνύμασεν κεφαλᾶν πολλᾶν νόμον,
εὐκλεᾶ λαοσσόων μναστῆρ' ἀγώνων,

λεπτοῦ διανισσόμενον χαλκοῦ θ' ἅμα καὶ δονάκων, Στρ. δ'.
τοὶ παρὰ καλλίχορον ναίοισι πόλιν Χαρίτων,
Καφισίδος ἐν τεμένει, πιστοὶ χορευτᾶν μάρτυρες.
εἰ δέ τις ὄλβος ἐν ἀνθρώποισιν, ἄνευ καμάτου
οὐ φαίνεται· ἐκ δὲ τελευτάσει νιν ἦ τοι σάμερον
δαίμων· τὸ δὲ μόρσιμον οὐ παρφυκτόν· ἀλλ' ἔσται χρόνος
οὗτος, ὃ καί τιν' ἀελπτίᾳ βαλὼν
ἔμπαλιν γνώμας τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' οὔπω.

23. *ὠνόμ.* *BDE* — 24. *λαοσσόον* Mosch. — 25. *διανισόμ.* *BD* — *θαμὰ* *BD* — 26. *καλλίχορον ναίοισι πόλιν* em. Hermann: *καλλιχόρῳ* *BD* (syll. paenultima in lit. *D*); *ναίοισι* *B*, *ναίουσι* *D*; *πόλιν* *BD*: *πόλει* V Mosch. — 27. *καφισσίδ.* *D* — *χορευταὶ* *B* — 29. *τελεύσει* *D* — *νιν ἤτοι*, codd. schol.: *νέωτ' ἦ* tentavit Mommsen, *νιν, ἦτοι σάμερον* Buecheler apud Boehmer — *τελεύτασεν, Μίδα, τοι σάμερον* Kaibel Herm. 19, 247 — 30. *τό γέ* *BD*, *τὸ δὲ* *Q* et scholia — 30 s. *ἔσται χρόνῳ, ἦ ὅγε* coni. Schroeder Stud. Pind. 8 — 31. *ἀελπτία* *D*, *ἀελπία* *B*, unde *ἀελπείᾳ* coni. Mommsen.

23. *κεφαλᾶν πολλᾶν νόμον*; nomen *νόμου πολυκεφάλου* per ambages adumbrat; eum autem non Minervam deam, sed Olympum tibicinem invenisse Plut. de mus. 5 tradit. Fuit is procul dubio idem modus, quo Midas ludis Pythicis vicit. Nomen unde traxisset, iam veteres litigabant, cum alii ad multa capita serpentium crinibus Gorgonum illigatarum provocarent, alii ad chorum quinquaginta virorum, alii denique ad multa prooemia, ex quibus ille nomus constaret; quarum sententiarum ultimam plerique interpretes amplexi *κεφαλὰς* partes (Absätze) cantus interpretantur. Nuper vero Guhrauer, Verh. d. Phil. 1890 p. 438 ss. primum veriloquium ut defenderet, *νόμῳ πολυκεφάλῳ* similiter atque Pythico ipsam illam pugnam Persei cum Gorgonibus expressam esse sagacissime coniecit — 24. *μναστῆρ' ἀγώνων*· turbae hominum concitandae aeque atque vehementi planctui exprimendo acuti soni tibiarum facti erant — 25. *χαλκοῦ θ' ἅμα καὶ δονάκων*· tibiae constabant ex calamis, qui optimi prope paludem Copaim et Orchomenum urbem (cf. O. XIV 3 et Theophrast. hist. plant. IV 11) nascebantur, et ex aenea fistula (*γλωσσίδι*), qua inflabantur. Alius usus aeris calamos vincientis obversabatur Horatio a. p. 202 *tibia non ut nunc orichalco vincta tubaeque aemula* — 26. *καλλίχορον πόλιν*. Orchomenum pulchro foro, quod saltationibus sacris et publicis pompis inserviret, instructam. Sic Homerus Od. XI 581 *καλλίχορον Πανοπῆα* dicit et Il. XVIII 592 a Daedalo Cnosi *χορὸν* Ariadnae factum esse refert; denique in foro Atheniensi ante theatrum Dionysiacum exstructum orchestra fuit — 27. *Καφισίδος ἐν τεμένει*· cf. O. XIV 1. — *χορευτᾶν μάρτυρες* calami dici videntur, quod choreutarum saltationi moderantur. Nam ne voci chori calamos moderari dici arbitremur, obstat quod *πολυκέφαλος νόμος αὐλητικὸς* non *αὐλῳδικὸς* fuit — 28 ss. schol. ad inscr.: *ἱστοροῦσι δέ τι ἴδιον σύμπτωμα συμβεβηκέναι περὶ τὸν αὐλητὴν τοῦτον· ἀγωνιζομένου γὰρ αὐτοῦ κατακλασθείσης τῆς γλωσσίδος ἀκουσίως καὶ προσκολληθείσης τῷ οὐρανίσκῳ, μόνοις τοῖς καλάμοις τρόπῳ σύρριγγος αὐλῆσαι, τοὺς δὲ ἀκροατὰς ἡσθέντας καὶ ξενισθέντας τῷ ἤχῳ τερφθῆναι, καὶ οὕτω νικῆσαι αὐτόν* — 29 *ἦτοι σάμερον*, non *ἤτοι σάμερον* exarandum curavi, ut verba dubitantis vel cum dubitatione interrogantis essent, cui dubitationi poeta ita respondet, ut hoc quidem, num hodie deus perficiat, dubium esse concedat, sed certe futurum esse asseveret — 31. *ἀελπτίᾳ βαλών* pro *ἐμβαλών*, ut Hom. Il. VII 188 *κυνέῃ βάλε*, Soph. Trach. 940 *ὥς νιν ματαίως αἰτίᾳ βάλοι κακῇ*.

ΝΕΜΕΟΝΙΚΑΙΣ.

Α′.

ΧΡΟΜΙΩι

ΙΠΠΟΙΣ.

Strophae.

– –́ ⏑ – ⏓ ∸ ⏑ ⏓ |
– –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ |
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ |
– –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓
–́ ⏑ – – ∸ ⏑ ⏓ |
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ∸ ⏑⏑ – – | –́ ⏑ – – ∸ ⏑ ⏓ |
–́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – | –́ ⏑ – – ∸ ⏑ – | –
–́ ⏑ – – ∸ ⏑ ⏓ |

Epodi.

⏑́⏑ ⏑ – – ∸ ⏑ – – | –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓, ∸ ⏑ ⏓ |
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ∸ | ⏑⏑ – – –́ ⏑ – – ∸ ⏑ ⏓ |
–́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ∸ | ⏑⏑ – – –́ ⏑ – – | ∸ ⏑ ⏓
– –́ ⏑ – ∸ ⏑⏑ –, | –́ ⏑ – – ∸ ⏑ ⏓ |

Argumentum.

Chromius Agesidami filius, cui hoc carmen et quod infra sequitur N. IX Pindarus scripsit, inter nobilissimos duces Syracusanos fuit. Iam adulescens Geloni ad Helorum Syracusanos fundenti suum robur et virtutem probavit (N. IX 42), unde ille, cum Hippocrate mortuo (491) primum Gelae, deinde (484) etiam Syracusarum imperio potitus esset, ei sororem suam in matrimonium dedit et moriens eius et Polyzeli fratris tutelae filiolum suum commisit; cf. Timaeum in schol. ad N. IX 95. Etiam Hieronis, qui Geloni a. 477 in regno Syracusano successit, gratia atque familiaritate usus multa sub eius auspiciis praeclare terra marique gessit; v. N. IX 34. 49 s. et schol. P. II 34. Quin etiam ab eo Aetnae urbi praefectus esse fertur a scholiasta ad N. IX inscr. Rei equestris cum inprimis peritus esset, Hieronis studia curulia sua cura adiuvit (Hofmarschall) et ipse equis in certamen descendit. Duas enim victorias,

quas Pindarus sua Musa (N. I et N. IX) illustravit, equis seu quadrigis consecutus est. — Iam quo tempore hoc carmen Nemeaeum compositum sit, si quaeras, post Aetnam urbem conditam (v. 6 et schol. ad inscr.), dum Pindarus in regia aula Hieronis commoratur (v. 19), id compositum esse certum est. Porro cum Pindarum post ludos Pythios Ol. 76, 3 Syracusas venisse et post ludos Ol. 77, 1 ante Ol. 78, 1 inde abiisse constet, victoriam Nemeaeam, cui praedicandae hoc carmen destinatum est, aut Ol. 76, 4 aut Ol. 77, 2 reportatam esse necesse est. Utrum vero post an ante N. IX hoc carmen factum sit, certo testimonio caremus, nisi quod exitus huius carminis magis convenit seni militiae lasso et post labores aerumnosae vitae quiete dulci fruenti. Exigua enim fides est scholiastae ad v. 8 adnotantis *νικᾷ δὲ νῦν ἵππων ἅρματι πρῶτον ἀγωνισάμενος*, longe vero minor probabilitas sententiae Bornemanni hoc carmen multo ante, quo tempore Chromius Gelonis sororem uxorem ducebat, scriptum esse conicientis (Jahrb. d. cl. Ph. 1891 p. 279).

In prooemio poeta ab Ortygia, dea patrona cognominis paeninsulae celeberrimae Syracusarum, exorsus ad victoriam illustrandam Chromii, Nemeae curru partam, sese accingit (1—9). Quod consilium ita exsequitur, ut primum Siciliam insulam in gratiam Proserpinae a Iove opulentissimis urbibus ornatam et coronis Olympicis illustratam (13—18), tum victoris ipsius hospitalitatem liberalitatem fortitudinem sapientiam summis laudibus efferat (18—32). Deinde saltu satis audaci ad Herculis famam praedicandam transit. Iam infantem eum duos serpentes ab Iunone invida missos angendo enecasse, unde Tiresiam vatem auguratum esse multa illum praeclara facinora perpetraturum esse et ad extremum ob egregia merita inter deos receptum iri (33—72). Haec autem fabula cum argumento carminis eo cohaerere patet, quod Chromius laudem Herculis aemulabatur et fortasse etiam cognomen Herculei, ut postea inter Romanos imperatores Nero (Cass. Dio 63, 20) et Maximianus, adfectabat. Neque illud immerito Dissenium statuisse duco, sicut Tiresias vates Herculi laboribus perfuncto vitam beatam in Olympo cum Heba uxore transigendam praedixerit (41 ss.), ita Pindarum quoque Chromio, qui et ipse iuvenis iam praeclare res gesserit, post exantlatos labores serenam senectutem cum blanda uxore peragendam vaticinari; sic enim optime explicatur, quo pacto felicitatem illam Herculis laetissimis coloribus exornans eximio carmini finem poeta imposuerit (69—72). Quod autem Pindarus non iam a mythica narratione ad victorem ipsum rediit, id similiter et ipse N. X et Horatius c. III 5 instituit.

De metris.

Metra egregii huius carminis dactylo-epitritica sunt, a vetere simplicitate huius generis carminum ita deflexa, ut praeter tripodias dactylicas etiam tetrapodiae admissae sint (str. 6 ep. 2), quae eadem variatio in carminibus O. VI, P. IV, N. V, I. V occurrit. Strophae versus primus et secundus, tertius et quartus continuitate numerorum inter se cohaerere videntur. Verum cum ei licentiis hiatus (vv. 28. 64) et syllabae ancipitis (vv. 37. 57.) plus semel dirempti sint, in singulos versus eos coniungere dubitavi, magis ut ne mutata versuum numeratione turbas moverem, quam quod Boeckhiana divisio mihi magis probabatur. Certe

enim stropha, similiter atque epodus, ex quatuor periodis (vv. 1—2, 3—4, 5—6, 7) fere paris ambitus constat, et licentia ancipitis syllabae etiam in medio versu primo bis admissa est (vv. 51. 69). — Carmen, quod v. 7 *ἐγκώμιον μέλος* dicitur, Syracusis in paeninsula Ortygia ante fores Chromii victoris a choro cantatum est, lautis epulis in aedibus apparatis, quibus post cantum choreutae ceterique amici victoris exciperentur (v. 22). Pindarus ipse cantui interfuisse et tamquam magister choro praeivisse fidibusque succinuisse videtur (v. 19).

Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ, *Στρ. α΄.*
κλεινᾶν Συρακοσσᾶν θάλος Ὀρτυγία,
δέμνιον Ἀρτέμιδος,
Δάλου κασιγνήτα, σέθεν ἁδυεπὴς
ὕμνος ὁρμᾶται θέμεν
αἶνον ἀελλοπόδων μέγαν ἵππων, Ζηνὸς Αἰτναίου χάριν·
ἅρμα δ' ὀτρύνει Χρομίου Νεμέα θ'
ἔργμασιν νικαφόροις ἐγκώμιον ζεῦξαι μέλος.

VARIA LECTIO. Inscr. om. *BD* — Schol.: *γέγραπται ὁ ἐπίνικος Χρομίῳ Αἰτναίῳ* (*Αἰτναίῳ* falso a grammaticis ex v. 6 additum esse comprobat Luebbert, de ludis Pythiis Sicyoniis p. 14) — 4. *κασιγνήταν* lemma in *D*, *κασίγνητον* coni. Bornemann — 7. *θ' ἔργμασι* D^{ac}, *θ' ἔργμασι* D^{pc}, *θ' ἕρμασι* *B* —

COMMENTARII. v. 1—4. Ortygiam paeninsulam Syracusanam in principio carminis poeta invocat, quod in hac parte urbis et carmen cantabatur et Chromius victor suam domum habebat; cf. schol.: *ἔνιοι μὲν οὖν φασιν, ὅτι τὰ ἱπποτρόφια τοῦ Ἱέρωνος καὶ τοῦ Χρομίου ὁμοίως ἐν τῇ Ὀρτυγίᾳ ἦν.* Hanc Ortygiam, quae quasi decus Syracusarum fuit, cubile vel sedem Dianae dicit (v. 3), quod Dianae fluvialis sacra erat (cf. P. II 7), unde eam Deli, quae vera patria Latoidarum fuit, sororem nuncupat (v. 4). Denique *ἄμπνευμα Ἀλφεοῦ* eam dicit (v. 1), quod sacerdotes, ut eandem deam et in ripa Alphei et in paeninsula Ortygia coli significarent, Alpheum fluvium, cum prope Eleam terra haustus esset, in fonte Arethusa Ortygiae rursus ebullire perhibebant. Hanc autem rem ut fabulis exornarent, Alpheum fluvium Dianam, cuius amore flagrabat, fugientem persecutum esse, et cum post longos errores prope Arethusae fontem eam consecutus esset, in amoeno loco conquievisse comminiscebantur. Schol.: *τὸν γὰρ Ἀλφειόν φασιν ἔρωτι ἁλόντα τῆς Ἀρτέμιδος ἐπιδιῶξαι αὐτὴν ἄχρι τῆς Σικελίας· τοῦ δὲ τέλους τῆς διώξεως αὐτόθι γενομένου, αὐτόθι συστῆναι τὴν Ἀρέθουσαν. διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὴν Ἄρτεμιν Ἀλφειῴαν προσαγορεύεσθαι· καὶ ἐν Ὀρτυγίᾳ δὲ ὁ Ἀλφειὸς τῇ Ἀρτέμιδι συναφίδρυται . . . εἰσὶ δὲ οἳ Ἀλφειῴαν τὴν Ἄρτεμιν λέγουσι διὰ τὸ τὸν Ἀλφειὸν πλησίον τῆς Ἠλείας Ἀρτεμισίας καταφέρεσθαι.* Similia Sophocles fabulatus est de Inacho flumine Epirotico in Inacho Argivo rursus emergente; v. Strab. VI p. 271. De amatoria parte fabulae, iam ab Ibyco et Telesilla tractata (cf. schol. Theocr. I 115), vide Rich. Holland, De Alpheo et Arethusa, in comment. Ribbeck. p. 399 — 5. *ὁρμᾶται θέμεν·* ab Ortygia orditur, ut inde ad laudem victoriae transeat, similiter atque in hymnis a diis exorsi poetae ad facta hominum transibant; cf. O. VI 88 et Hom. Od. VIII 499 *ὁ δ' ὁρμηθεὶς θεοῦ ἤρχετο, φαῖνε δ' ἀοιδήν* — *θέμεν αἶνον* periphrastice; vide ad P. IV 132 — 6. *χάριν* appositio est vocabuli *αἶνον*, quia, cum ludi Nemeaei Iovis sacri essent, etiam laudes Nemeaeorum victorum Iovi gratae erant; cf. P. XI 12 — *Ζηνὸς Αἰτναίου·* cognomen Aetnaei Iovi in Sicilia inditum est, quod in summo monte Aetna tamquam altero Olympo suam sedem habere ducebatur; v. P. I 29. O. VI 91 — 7. *ζεῦξαι μέλος·* de hac metaphora conf. P. X 65, de tota sententia O. III 6 —

ἀρχαὶ δὲ βέβληνται θεῶν 'Αντ. α'.
κείνου σὺν ἀνδρὸς δαιμονίαις ἀρεταῖς.
ἔστι δ' ἐν εὐτυχίᾳ
πανδοξίας ἄκρον· μεγάλων δ' ἀέθλων
Μοῖσα μεμνᾶσθαι φιλεῖ.
σπεῖρέ νυν ἀγλαΐαν τινὰ νάσῳ, τὰν Ὀλύμπου δεσπότας
Ζεὺς ἔδωκεν Φερσεφόνᾳ, κατένευ-
σέν τέ ϝοι χαίταις, ἀριστεύοισαν εὐκάρπου χθονὸς

Σικελίαν πίειραν ὀρθώσειν κορυφαῖς πολίων 'Επ. α'.
ἀφνεαῖς.
ὤπασε δὲ Κρονίων πολέμου μναστῆρά ϝοι χαλκεντέος
λαὸν ἵππαιχμον, θαμὰ δὴ καὶ Ὀλυμπιάδων φύλλοις ἐλαιᾶν
χρυσέοις
μιχθέντα. πολ-λῶν ἐπέβαν
καιρὸν οὐ ψεύδει βαλών.

ἔσταν δ' ἐπ' αὐλείαις θύραις Στρ. β'.
ἀνδρὸς φιλοξείνου καλὰ μελπόμενος,

---

8. θεῶν: θεῷ coni. Davisius, misc. crit. p. 56, βέβληντ' ἐκ θεῶν coni. Mingarelli — 11. μεγάλων *B*: μεγίστων *D* — 13. σπεῖρε ex paraphrasi restituit Beck: ἔγειρε *B D* — 16. χαλκεντεῖος ex corr. *B* — 17. ὕπαιχμόν *D* — θαμὰ *B*: θ' ἅμα D^{ac}, utrumque agnoscunt scholia, θάμα praefert Leutsch, Addit. ad Diss. I 4 — χρυσέοις Tricl.: χρυσέοισι *BD* —

8. θεῶν, Dianae et Iovis, quorum deorum prooemia (ἀρχαί) tamquam fundamenta carminis iam posita sunt — βέβληνται· cf. P. VII 3 κρηπῖδ' ἀοιδᾶν βαλέσθαι, fr. 194 κεκρότηται χρυσέα κρηπὶς ἱεραῖσιν ἀοιδαῖς — 11. πανδοξίας ἄκρον· dictum est ad analogiam Homerici ἕρκος ὀδόντων, ut in rebus secundis fama quoquo perlata (πανδοξία) summum felicitatis (ἄκρον) esse dicatur. — 13. νάσῳ· Siciliae (v. 15), non Ortygiae paeninsulae — 14. Ζεὺς ἔδωκεν Φερσεφόνᾳ· schol.: δοκεῖ δὲ αὐτὴν ὁ Ζεὺς εἰς τὸν γάμον Πλούτωνος τοῖς ἀνακαλυπτηρίοις τῇ Φερσεφόνῃ δωρήσασθαι — κατένευσεν . . . χαίταις, dictum ad exemplar Hom. Il. I 524. X 393 — οἱ· Persephonae, cui Iupiter se insulam urbibus clarissimis ornaturum esse pollicetur — ἀριστεύοισαν εὐκάρπου χθονός· participium ἀριστεύοισαν cum genetivo χθονὸς ad analogiam verborum πλεονεκτεῖν εὐπορεῖν similium iunctum est, ut Sicilia praeter alias terras fertilitate afluere praedicetur — 15 κορυφαῖς πολίων, quod urbes Siciliae quasi cacumina urbium sunt, ut poeta O. I 14 κορυφὰς ἀρετᾶν summas et praeclarissimas virtutes dixit; minoris enim laudis est quod Mezgero placuit, Siciliae urbes κορυφὰς dici, quod in collibus sitae essent — 16. πολέμου μναστῆρα, ad exemplum Homerici μναστῆρας ἀυτῆς (Il. IV 328); oportuit autem utroque loco μαστῆρα non μναστῆρα dici, ut Κλυταιμήστραν non Κλυταιμνήστραν olim dicebant — 17. Ὀλυμπιάδων φύλλοις· haec non ideo praedicasse poeta videtur, ut Hieronis splendidam victoriam Olympicam carmine O. I illustratam auditoribus in memoriam revocaret; namque multis iam ante Hieronem victoriis Olympicis Sicilia clara fuit; cf. arg. O. II p. 15 — χρυσέοις, splendidis, non aureis; cf. O. XI 13. XIII 1 — 18. πολλῶν ἐπέβαν καιρόν· multarum rerum iustum scopum carmine meo petii; ne enim genetivum πολλῶν a verbo ἐπέβαν pendere ducas, impedit usus dicendi Pindari, qui ἐπιβαίνειν cum accusativo iunxit — 19. ἔσταν, steti et inde sto, ut similiter O. VIII 55 aoristus

ἔνθα μοι ἁρμόδιον
δεῖπνον κεκόσμηται, θαμὰ δ' ἀλλοδαπῶν
οὐκ ἀπείρατοι δόμοι
ἐντί· λέλογχε δὲ μεμφομένοις ἐσλοὺς ὕδωρ καπνῷ φέρειν
ἀντίον. τέχναι δ' ἑτέρων ἕτεραι·
χρὴ δ' ἐν εὐθείαις ὁδοῖς στείχοντα μάρνασθαι φυᾷ.

πράσσει γὰρ ἔργῳ μὲν σθένος, 'Αντ. β'.
βουλαῖσι δὲ φρὴν ἐσσόμενον προϊδεῖν,
συγγενὲς οἷς ἕπεται.·
'Αγησιδάμου παῖ, σέο δ' ἀμφὶ τρόπῳ
τῶν τε καὶ τῶν χρήσιες.
οὐκ ἔραμαι πολὺν ἐν μεγάρῳ πλοῦτον κατακρύψαις ἔχειν,

---

24. ἐσλοὺς Tricl.: ἐσλὸς *BD* quod ex antiqua scriptura *ΕΣΛΟΣ* pro ἐσλῶς = ἐσλούς, remansisse scite monuit in scholiis Aristarchus — 25. δ' ἐν: δέ μ' olim conieceram — 31. ἔραμαι codd. et schol.: ἔρασαι coni. Mingarelli acute —

de re praesenti usurpatus est; de carmine ante fores aedium cantato cf. I. VIII 2. Poetam ipsum inter choreutas fuisse ex prima persona verbi apparet — αὐλείαις θύραις· domus fores principales oppositae sunt ἑρκείαις, foribus stabuli; cf. Aristoph. vesp. 1482. Eur. Hel. 438. Soph. Ant. 18. 98. — 21. ἁρμόδιον δεῖπνον, ut ξείνια ἁρμόζοντα P. IV 129, sunt epulae largae, felicitati temporis aptae. Cantoribus enim, postquam epinicium ante fores cecinerant, lauta convivia apparari solebant; cf. N. IX 50 — 23. δόμοι, aedes ex pluribus conclavibus constantes — 24. in difficili hoc versu explicando veteres et recentes interpretes in diversas vias abierunt. Atque quae probari nequeunt ut primum reiciamus, accusativus ἐσλοὺς non subiecti vicem obtinet, quae Heynii fuit opinio hoc modo verba construentis λέλογχε τοὺς ἐσλοὺς φέρειν ἀντίον τοῖς μεμφομένοις ὕδωρ καπνῷ, sed obiecti verbi proxime antecedentis μεμφομένοις. Deinde verba Plutarchi fr. 23 'τὸν φθόνον ἔνιοι τῷ καπνῷ εἰκάζουσι· πολὺς γὰρ ἐν τοῖς ἀρχομένοις ὤν, ὅταν ἐκλάμψωσιν, ἀφανίζεται· ἥκιστα γοῦν τοῖς πρεσβυτέροις φθονοῦσι' aut nihil ad explicationem huius loci pertinent aut hoc unum efficiunt, ut invidiam cum fumo a Graecis comparatam esse intellegamus. Iam quod Aristarchus interpretatus est, reprehensoribus bonorum contingere, ut famam eorum calumniis velut fumum aqua exstinguant ('Αρίσταρχος οὕτω· τοῖς δὲ τοὺς ἀγαθοὺς μεμφομένοις τοῦτο λέλογχε καὶ ὑποκείμενόν ἐστιν, οἷον ἀκολουθεῖ, ὥσπερ καπνῷ ὕδωρ φέρειν ἀντίον καὶ κατασβεννύναι schol.) nihil ad hunc locum attinet, praesertim cum poeta non se tamquam aequum iudicem calumniatoribus invidis opposuerit. Verum igitur vidisse videtur Leutschius (Additam. ad Dissenii comment. 1865 p. 4), qui vituperatores hominum proborum rem cassam agere neque quidquam efficere dici opinatus est. Sed unde haec sententia verbis ὕδωρ καπνῷ φέρειν accessit? certe non quod voce καπνοῦ res vilis significabatur (Leutsch), sed quod fumus aqua superfusa magis augetur quam minuitur (Mezger), atque igni et aedificio, dum ardet, aquam infundi oportet, non fumo et ruinis aedificii fumum exhalantibus — 25. τέχναι δ' ἑτέρων ἕτεραι· cf. Soph. Phil. 137 τέχνα γὰρ τέχνας προὔχει — 26. πράσσει γάρ· conducit rei gerendae robur, rei deliberandae ut futura praevideas consilium; particulam γὰρ ad φυᾷ referri oportet, quod natura alii homines ad res strenue agendas, alii ad res subtiliter examinandas nati sunt — 26 s. utrum ante ἐσσόμενον an post προϊδεῖν interpungendum sit quaeritur; equidem quod simplicius est praetuli; adumbrat autem Pindarus Homericum ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ (Il. XIII 730).

ἀλλ' ἐόντων εὖ τε παθεῖν καὶ ἀκοῦ-
 σαι φίλοις ἐξαρκέων. κοιναὶ γὰρ ἔρχοντ' ἐλπίδες

πολυπόνων ἀνδρῶν. ἐγὼ δ' Ἡρακλέος ἀντέχομαι 'Επ. β'.
 προφρόνως,
ἐν κορυφαῖς ἀρετᾶν μεγάλαις ἀρχαῖον ὀτρύνων λόγον,
ὡς ἐπεὶ σπλάγχνων ὕπο ματέρος αὐτίκα θαητὰν ἐς αἴγλαν
 παῖς Διὸς
ὠδῖνα φεύ-γων διδύμῳ
 σὺν κασιγνήτῳ μόλεν,

ὡς οὐ λαθὼν χρυσόθρονον Στρ. γ'.
Ἥραν κροκωτὸν σπάργανον ἐγκατέβα·
ἀλλὰ θεῶν βασίλεα
σπερχθεῖσα θυμῷ πέμπε δράκοντας ἄφαρ.
τοὶ μὲν οἰχθεισᾶν πυλᾶν
ἐς θαλάμου μυχὸν εὐρὺν ἔβαν, τέκνοισιν ὠκείας γνάθους
ἀμφελίξασθαι μεμαῶτες· ὁ δ' ὀρ-
 θὸν μὲν ἄντεινεν κάρα, πειρᾶτο δὲ πρῶτον μάχας,

δισσαῖσι δοιοὺς αὐχένων 'Αντ. γ'.
μάρψαις ἀφύκτοις χερσὶν ἑαῖς ὄφιας·

---

35. ὡς ἐπεὶ . . . 37. ὡς οὐ coni. Boeckh: ὡς ἐπεὶ . . . ὥς τ' οὐ codd. neque aliter schol., τόνδ' ὅπως . . . ὥς τ' οὐ coni. Beck, ὡς ἄρα . . . ὥς τ' οὐ vel ὡς ἐπεὶ . . . οὔτοι Hermann, ὡς ἐπεὶ . . . ὣπ' οὐ λαθὼν χρυσοθρόνοι' Ἥρας Ahrens — 39. βασίλεα Heyne: βασίλεια codd., βασιλὶς coni. Schmid — 43. ἄντεινε lemma in *B*: ἀνέτεινε *BD* — 45. ἀφίκτοις *D* —

32. ἐόντων εὖ τε παθεῖν· genetivo participii vis absoluta inest: cum opes adsint; obversatum enim esse Pindaro videtur Homericum χαριζομένη παρεόντων — ἀκοῦσαι φίλοις ἐξαρκέων· laudari quod liberalis sim erga amicos, quo modo vulgo dicebant καλῶς ἀκούειν, bene audire — κοιναὶ ἐλπίδες· communes exspectationes hominum sunt laudantium praeceptum illud: κοινὰ τὰ τῶν φίλων.

33 ss. audaci saltu poeta, ut se hominum avaritiam et illiberalitatem damnare et laudi strenuorum virorum studere demonstret, ad herois Herculis fabulam, qui iam infans suam virtutem probaverit, transit. Eandem hanc fabulam Theocritus id. 24 Pindarum imitatus tractavit. Paulo aliter rem narravit Pherecydes mythologus, de quo Apollodorus II 62: Φερεκύδης δέ φησιν Ἀμφιτρύωνα βουλόμενον μαθεῖν, ὁπότερος ἦν τῶν παίδων ἐκείνου, τοὺς δράκοντας εἰς τὴν εὐνὴν ἐμβαλεῖν καὶ τοῦ μὲν Ἰφικλέους φυγόντος, τοῦ δὲ Ἡρακλέους ὑποστάντος μαθεῖν ὡς Ἰφικλῆς ἐξ αὐτοῦ γεγέννηται — 35. ἐπεὶ . . . αὐτίκα, simulac, ubi primum; parum enim verecundum et nimis diligentem poetam Fennellius facit, qui foetum subito in lucem prorumpentem adverbio αὐτίκα significari sentit — σπλάγχνων ὕπο· cf. O. VI 43 σπλάγχνων ὑπ' ὠδῖνός τε — 36. κασιγνήτῳ, Iphicli — 42. ὠκείας· celeriter movent maxillas, qua re aviditas bestiarum significatur — 43. ὀρθόν· proleptice — 44. αὐχένων· genetivus cum μάρψαι ut apud scriptores cum λαβέσθαι et ἄγειν iunctus est ad partem corporis, unde quis quem comprehendit, significandam —

ἀγχομένοις δὲ χρόνος
ψυχὰς ἀπέπνευσεν μελέων ἀφάτων.
ἐκ δ᾽ ἄρ᾽ ἄτλατον δέος
πλᾶξε γυναῖκας, ὅσαι τύχον Ἀλκμήνας ἀρήγοισαι λέχει·
καὶ γὰρ αὐτὰ ποσσὶν ἄπεπλος ὀρού-
σαισ᾽ ἀπὸ στρωμνᾶς, ὁμῶς ἄμυνεν ὕβριν κνωδάλων.

ταχὺ δὲ Καδμείων ἀγοὶ χαλκέοις ἔδραμον σὺν ὅπλοις Ἐπ. γ΄.
ἀθρόοι·
ἐν χερὶ δ᾽ Ἀμφιτρύων κολεοῦ γυμνὸν τινάσσων φάσγανον
ἵκετ᾽, ὀξείαις ἀνίαισι τυπείς. τὸ γὰρ οἰκεῖον πιέζει πάνθ᾽ ὁμῶς·
εὐθὺς δ᾽ ἀπή-μων κραδία
κᾶδος ἀμφ᾽ ἀλλότριον.

ἔστα δὲ θάμβει δυσφόρῳ Στρ. δ΄.
τερπνῷ τε μιχθείς. εἶδε γὰρ ἐκνόμιον
λῆμά τε καὶ δύναμιν
υἱοῦ· παλίγγλωσσον δέ ϝοι ἀθάνατοι
ἀγγέλων ῥῆσιν θέσαν.
γείτονα δ᾽ ἐκκάλεσεν Διὸς ὑψίστου προφάταν ἔξοχον,
ὀρθόμαντιν Τειρεσίαν· ὁ δὲ ϝοῖ
φράζε καὶ παντὶ στρατῷ, ποίαις ὁμιλήσει τύχαις,

46. *ἀγχομένας D* — *χρόνος*] *χρόμος* coni. M. Schmidt, *χάνος* Herwerden; *ἀγχόμενοι δὲ χρόνῳ ψυχὰς ἀπέπνευσαν* Benedictus — 48. *δέος BD*: *βέλος* V^{ac} *X*, *ἄτλατος θέα* coni. Iurenka — 50. *ποσσὶν ἄπεπλος* codd. et schol.: *παισίν, ἄπεπλος* coni. Bergk — *ὁμῶς* codd.: *ὅμως* Boeckh — 51. *ἔδραμον σὺν ὅπλοις ἀθρόοι* coni. Bergk: *σὺν ὅπλοις ἔδραμον ἀθρόοι BD*, *ἀθρόοι σὺν ὅπλοις ἔδραμον* coni. Hermann — 52. *φάσγανον* om. *BD*, add. Mosch.; *ξίφος ἐκτινάσσων* Tricl. — 54. *κραδία* Schmid: *καρδία BD* — 60. *ἐκκάλεσεν* Tricl.: *ἐκάλεσαν* B^{ac}, *ἐκκάλεσαν* DB^{pc} (corr. prima manu) —

46. *χρόνος* si recte se habet, non extemplo, sed paulatim serpentibus spiritum angore interclusum esse indicat — 47. *ἀφάτων*, ingentium; similiter Herod. VII 190 *ἄφατα χρήματα* — 50. *αὐτά*, matrona et domina, non solum servae et nutrices — *ὁμῶς*, una cum servis. Hunc locum ante oculos habuit Philostr. iun. Imagg. c. 5 de eadem re: *ἡ δ᾽ ἔκπληξις αὐτὴν οὐδὲ λεχὼ κεῖσθαι ξυνεχώρησεν· ὁρᾷς γάρ που, ὡς ἄβλαυτος καὶ μονοχίτων ἀναπηδήσασα τῆς εὐνῆς ξὺν ἀτάκτῳ τῇ κόμῃ τὰς χεῖρας ἐκπετάσασα βοᾷ, θεράπαιναί τε, ὅσαι παρῆσαν τικτούσῃ, ἐκπλαγεῖσαι ἄλλη ἄλλο τι προσδιαλέγονται τῇ πλησίον.* De monumentis Herculem angues enecantem exhibentibus v. Roscher lex. myth. I 2222 s. — 52. *ἐν χερὶ* pro simplici *χερὶ* dixit, ut imaginem rei clariorem proponeret; cf. P. II 8 — *κολεοῦ γυμνον·* cf. Theocr. 24, 45 *κουφίζων ἑτέρᾳ κολεὸν μέγα λώτινον ἔργον* — 53. *πάνθ᾽ ὁμῶς*, universos. Similia, ut Meinelius per litteras me docuit, sentit Eur. El. 290 *αἴσθησις γὰρ οὖν κἀκ τῶν θυραίων πημάτων δάκνει βροτούς.* De sententiis generalibus crebro a Pindaro narrationi intextis cf. P. III 20 — 55. scholia conferunt Hom. Z 484 et τ 471 *τῇ δ᾽ ἅμα χάρμα καὶ ἄλγος ἕλε φρένα* — 56. *ἐκνόμιον·* extraordinarium, unde *ἐκνομίως* et *ἐκνομιώτατα* dixit Aristoph. Plut. 98. 992 — 57. *λῆμα καὶ δύναμιν*, animum et vires. — 60. *γείτονα·* re vera Amphitryonis et Tiresiae domos vicinas fuisse, utramque prope portam Electrae sitam, docet Paus. IX 11. IX 16 — 61. *ὀρθόμαντις*, recta vaticinans; cf. Aesch

ὅσσους μὲν ἐν χέρσῳ κτανών, Ἀντ. δ'.
ὅσσους δὲ πόντῳ θῆρας ἀιδροδίκας·
καί τινα σὺν πλαγίῳ
ἀνδρῶν κόρῳ στείχοντα τῷ ἐχθροτάτῳ
φᾶσέ νιν δώσειν μόρῳ.
καὶ γὰρ ὅταν θεοὶ ἐν πεδίῳ Φλέγρας Γιγάντεσσιν μάχαν
ἀντιάζωσιν, βελέων ὑπὸ ῥι-
παῖσι κείνου φαιδίμαν γαίᾳ πεφύρσεσθαι κόμαν

ἔνεπεν· αὐτὸν μὰν ἐν εἰρήνᾳ τὸν ἅπαντα χρόνον
ἐν σχερῷ,
ἡσυχίαν καμάτων μεγάλων ποινὰν λαχόντ' ἐξαίρετον
ὀλβίοις ἐν δώμασι, δεξάμενον θαλερὰν Ἥβαν ἄκοιτιν καὶ γάμον
δαίσαντα, παρ - Δὶ Κρονίδᾳ
σεμνὸν αἰνήσειν νόμον.

63. δ' ἐν *BD*, ἐν eiec. Schmid — 64 sq. τινα . . . τῷ ἐχθροτάτῳ (παν-εχθροτάτῳ Kayser) . . . μόρῳ coni. Beck: τινα . . . τὸν ἐχθρότατον . . . μόρον *BD* et schol., τινι . . . στείχοντι τὸν ἐχθρ. . . . μόρον coni. Hermann; τὸν ἐχθρότατον φᾶσέ νιν ὤσειν πόρον Wilamowitz Herm. 14, 171 — 68. ἀντιάξωσιν mavult Bergk — γαίᾳ schol.: γαία *B*, γαῖαν *D*, quo probato φαιδίμᾳ . . . κόμᾳ scribendum erit, Γαίᾳ Hartung; σφε (vel σφι) φύρσεσθαι Bergk — κόμαν om. *D* — 69. ἔνεπ. Tricl.: ἔννεπ. *B D* — ἐν σχερῷ coni. Hermann: σχερώ (σχέρω *D*) *B D* — καμάτων μεγάλων ἐν σχερῷ ἁσυχίαν τὸν ἅπαντα χρόνον Boeckh — 72. Δὶ Boeckh: διὶ *B D* — αἰνήσειν *D*: αἰνήσει *B* — νόμον ex scholiis Pauw: δόμον B^1 *D*, γάμον B^s, σταθμόν coni. Bergk.

Ag. 1215 ὀρθομαντείας πόνος — στρατῷ, populo, ut saepe apud Pindarum; cf. O. v 12. — 62. κτανών, de re non praeterita, sed eodem tempore facta (παρατατικῶς); cf. O. vii 5 — 63. ἀιδροδίκας, pro ἀνιδροδίκας, quia olim vocabulum ἴδρος digamma praefixum habuit; vim compositi nominis declarat Homericum ἄνδρ' οὔτε δίκας εὖ εἰδότα οὔτε θέμιστας (Od. ι 215) — 64. τινὰ . . . ἀνδρῶν· non unum aliquem ex hominibus, sed unum et alterum; cf. P. ii 51. I. viii 1 — 66. δώσειν μόρῳ· cf. P. ii 90 — 67. Φλέγρας· in Thracica isthmo, ubi Gigantes a diis devictos esse poetae ferebant, memores, ni fallor, belli olim a Graecis contra barbaros in Thracia gesti; cf. I. vi 33 — 68. ἀντιάζωσιν cum vim intransitivam eundi obviam habeat, accusativus μάχαν finem quo tendant significat '*zur Schlacht*', cf. Thuc. i 38 στρατείαν ξυνῆλθον — πεφύρσεσθαι κόμαν· nimirum Γιγάντων, non Telluris comam; cf. Hor. c. i. 15, 20 *crines pulvere collines* — 70 ss. eandem Herculis cum Iuventute vitam beatam degentis speciem exhibet N. x 17. I. iii 77. Hom. hymn. 15, 7; cf. Paus. iii 18, 12 in descriptione sellae Amycleae exhibentem Ἀθηνᾶν ἄγουσαν Ἡρακλέα συνοικήσοντα ἀπὸ τούτου θεοῖς· v. Furtwängler, Roscher lex. mythol. i 2217 s. 2241 — 70. construe ἡσυχίαν λαχόντα ποινὰν ἐξαίρετον καμάτων μεγάλων, ut καμάτων μεγάλων ad ποινὰν non ἡσυχίαν referatur — 71. γάμον δαίσαντα· cf. Hom. Il. xix 299 δαίσων δὲ γάμον μετὰ Μυρμιδόνεσσιν. Totum vero hunc locum illustrant Iovis et Iunonis sacrae nuptiae (ἱερὸς γάμος) et ad eorum exemplar viri beati cum suis uxoribus epulis accubantes in sepulcralibus monumentis — 72. νόμον· sanctum institutum caelestium nuptiarum sive ἱεροῦ γάμου.

NEMEON. B′.

ΤΙΜΟΔΗΜῼ ΑΘΗΝΑΙῼ

ΠΑΓΚΡΑΤΙΑΣΤῌ.

Strophae.

⏑ – –⏑ ⏑ – ⏑ ⏓|
– –⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏓|
⏒ –⏑ ⏑ – ⏑ – ⏒ ⏑ ⏑ – –|
⏑⏑ ⏑ –⏑ ⏑ – ⏑ – ‖ – –⏑ ⏑ – ⏑ – ⏒ –⏑ ⏑ – ⏓
⏑ ⏑ – ⏓ –⏑ ⏑ – ⏓|

Argumentum.

Carmen hoc in honorem Nemeaeae victoriae Timodemi, Timonoi filii, pancratiastae scriptum est. Is ex Attica gente Timodemidarum ortus inter maiores suos multos victores ludorum domesticorum sacrorumque habuit. Idem autem quod et Salamine et Acharnis natus ad virtutem esse dicitur (v. 13. 16), iam veteres criticos exercuit, quorum sententias ipsis scholiorum verbis referre expedit: *ζητεῖται διὰ τί δή ποτε τὰ περὶ Σαλαμῖνα εἰς τοὺς περὶ Τιμόδημον λόγους προσῆκται· οὐ γὰρ δήπου Σαλαμίνιος ἦν· ἄντικρυς γὰρ αὐτὸν Ἀχαρνέα φησὶ τὸν δῆμον. Ἀρίσταρχος μὲν οὖν τῆς Αἰαντίδος φυλῆς εἶναι, οὐκ ὀρθῶς δέ φησιν· οἱ γὰρ Ἀχαρνεῖς τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς εἰσιν. οἱ δὲ περὶ Ἀσκληπιάδην φασίν, ὅτι εἰκός ἐστιν αὐτὸν εἶναι τῶν τὴν Σαλαμῖνα κατακληρουχησάντων Ἀθηναίων· εἰκὸς οὖν αὐτὸν γεννηθέντα Ἀθήνησι* (corr. *Ἀχάρναις*) *τεθράφθαι ἐν Σαλαμῖνι· Δίδυμός φησιν, ὅτι ἴσως ἄμεινον λέγειν, ὅτι εἰς Αἴαντα ἀνέφερε τὸ γένος, ὥσπερ καὶ Μιλτιάδης καὶ Κίμων καὶ Ἀλκιβιάδης καὶ Θουκυδίδης ὁ συγγραφεὺς ὁ Ὀλ΄ρου.* Quarum trium sententiarum mediam unice amplectendam esse comprobatum est a Wilamowitzio Herm. 12, 342. Cantatum esse hoc carmen Athenis, in capite agri Attici, ex laudatione urbis Athenarum (v. 8) effici videtur. De tempore, quo scriptum sit, nihil certi memoriae traditum est. Sagaciter autem Ernestus Graf, Pind. log. Stroph. p. 39, ex metrorum indole, quae similis est carminum O. IX et P. VIII a poeta iam senescente factorum, hoc quoque carmen ad posteriora tempora (459—451 a. Ch.) reiciendum esse statuit. Nam quod Fraccarolius ex eo, quod Salaminis laus a mythicis temporibus, non a clarissima Salaminia victoria navali repeteretur, ante illam pugnam sive ante a. 480 a. Chr. carmen compositum esse coniecit, hoc minus valet, si multum temporis interiectum fuit; praeterea vide notam ad v. 16. Ceterum Nemea secundi, non quarti anni Olympiadis

Timodemum vicisse inde colligo, quod tum iam Pythium certamen subire meditatus esse dicitur (v. 9).

Carmini forma prooemii est, qua poeta cives, ut Timodemum victorem a Nemeaeis ludis redeuntem gratulabundi accipiant, cohortatur. In principio Timodemum ait similiter atque Homeridas a Iove, quod Nemeaea Iovis sacra vicerit, initium capere (1—5). Inde bonam spem esse, fore ut mox alias quoque victorias Isthmicas et Pythias consequatur, quandoquidem patriae eius, et adoptiva et genuina, virorum fortium atque ad pancratii labores sustinendos factorum altrices sint, et multas iam victorias maiores eius Delphis Corinthi Nemeae Athenis reportaverint (6 — 24). Quibus victoriis praedicatis ad praesentem victoriam redit cives cohortatus, ut victorem reducem pompa et dulci cantu excipiant (24 — 25).

Prooemii speciem huic carmini esse dixi similiter atque odae O. XI et Horatii carmini IV 6. Sed inde concludere non licet aliud longius carmen, quod iusti epinicii carminis partes sustineret, secutum esse. Longe enim alia natura prooemii Horatiani est, quo poeta chorum ad cantum exercendum incitat, atque huius prooemii Pindarici, quo virtutes et laudes victoris ipsae iam exponuntur. Neque Leop. Schmidtii (Pind. Leb. p. 517) sententia hoc epinicio hymno dei praeludi existimantis mihi probatur, quoniam deo primae non secundae partes tribui solebant (v. O. VI 88). Ceteris igitur festivitatum generibus, velut consecrationi coronae et epulis, hoc carmen pompale praecessisse ultimis versibus significari puto, nihil ultra.

De metris.

Carmen hoc logaoedicum grata quadam simplicitate numerorum insigne est, quod cum in pompa a choro gradiente caneretur, in dipodias vel *πόδας ἑξασήμους* dividi debuit et facile potuit. Quartum versum ex tribus membris constare patet, sed utrum glyconea ea sint, an ionicorum ritu in duas longas excurrant hoc modo:

◡◡ ◡ ⁝◡ ◡ – ◡ ∟̇ – ◡̄ ⁝◡ ◡ – ◡ ∟̇ – ◡̄ ⁝◡ ◡ ∟ ⏑̲

est quod dubites. Priori enim percussioni similitudo membrorum prioris partis strophae et iusta catalexis periodi, alteri colometria codicum scholiorumque metricorum et caesurae sedes in maiore numero versuum favere videntur. Equidem utramque viam scandendi inii, priorem in schemate carmini praemisso, alteram in Prol. LVII. Ceterum conferre iuvat carmina similibus metris composita O. IX. P. VIII. N. IV. I. VII. VIII. Pompae, qua victor redux domum deducebatur (v. 24), monostrophica quoque compositio accommodata est, ut exposui in arg. carminis P. XII.

Ὅθενπερ καὶ Ὁμηρίδαι *Στρ. α'.*
ῥαπτῶν ἐπέων ταπόλλ' ἀοιδοὶ

VARIA LECTIO. Inscr. om. *B* et schol.; *τιμ. ἀθ. ἀχαρνεῖ παγκρατεῖ* *D* —

COMMENTARII. v. 1 ss. ut a prooemio Iovis Homeridae auspicantur, sic a Iovis ludis Nemeaeis Timodemus pancratiasta. Rhapsodiis Homericis hymnos, quibus inde nomen **προοιμίων** fuit (v. 3 et Thuc. 3, 104), praemitti solitos esse inter omnes constat; mirum illud, quod Pindarus hic et N. V 25 plerumque (*τὰ πολλά*, cf. Il. XVII 430. Plat. Prot. 311 a) Iovis fuisse illos hymnos dicit, Homerici autem hymni plerique aliorum deorum sunt et unus solus (h. 23) isque

ἄρχονται, Διὸς ἐκ προοιμίου· καὶ ὅδ' ἀνὴρ
καταβολὰν ἱερῶν ἀγώ-
νων νικαφορίας δέδεκ-
ται πρῶτον Νεμεαίου
ἐν πολυυμνήτῳ Διὸς ἄλσει.

ὀφείλει δ' ἔτι, πατρίαν *Στρ. β'.*
εἴπερ καθ' ὁδόν νιν εὐθυπομπὸς
αἰὼν ταῖς μεγάλαις δέδωκε κόσμον Ἀθάναις,
θαμὰ μὲν Ἰσθμιάδων δρέπεσ-
θαι κάλλιστον ἄωτον ἐν
Πυθίοισί τε νικᾶν
Τιμονόου παῖδ'. ἔστι δ' ἐοικὸς

ὀρειᾶν γε Πελειάδων *Στρ. γ'.*
μὴ τηλόθεν Ὠαρίωνα νεῖσθαι.

4. *ἱερῶν* coni. Schmid: *ἱερᾶν* *B D* — ***πρῶτον*** codd. et schol.: ***πρώταν*** susp. Heyne — 6. *δ' ἔτι* *V*: *δέ τι* *BD* — 7. ***καθ' ὁδόνιν*** *D* — *εὐθυπομπὸς* *V*: ***εὐθύπομπος*** *B*, *εὐθύποντος* *D* — 8. *ἀθάνας* *D* — 9. *θαμὰ* *BD*: *ἅμα* coni. Hartung; cf. N. IV 15 — *πυθέοισι* *D* — 10. *ἔστι δ'* *BD*, *παῖδα δ' ἔστιν* lemma *B* — 11. *ὀρειᾶν* *BD* et schol.: *θερειᾶν* coniecisse Cratetem testantur scholia — 12. ***ὠαρίων' ἀνεῖσθαι*** *BD*; ***Ὠαρίωνα νεῖσθαι*** Athen. XI p. 490 f. —

brevissimus Iovis — 1. *Ὁμηρίδαι*· schol.: *Ὁμηρίδας ἔλεγον τὸ μὲν ἀρχαῖον τοὺς ἀπὸ τοῦ Ὁμήρου γένους, οἳ καὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ ἐκ διαδοχῆς ᾖδον· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ οἱ ῥαψῳδοὶ οὐκέτι τὸ γένος εἰς Ὅμηρον ἀνάγοντες. ἐπιφανεῖς δὲ ἐγένοντο οἱ περὶ Κύναιθον, οὕς φασι πολλὰ τῶν ἐπῶν ποιήσαντας ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ὁμήρου ποίησιν κτλ* — 2. *ῥαπτῶν*· per leges etymologicas constat hoc nomen non a nomine *ῥάβδος*, sed a verbo *ῥάπτειν* derivandum esse, quam sententiam iam vetus grammaticus Philochorus (v. schol.) comprobavit allato versu Hesiodi: *ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδοὶ | μέλπομεν ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδήν* — 3. *ἀνήρ*, prima syllaba producta, ut N. III 72 — 4. *καταβολὰν νικαφορίας ἀγώνων*· initium victoriae ludorum; schol.: *μετῆκται δὲ ἡ λέξις ἀπὸ τῶν τὰς οἰκίας κατασκευαζόντων καὶ βαλλόντων τοὺς θεμελίους*· cf. Polyb. XIII 6 *καταβολὴν ἐποιεῖτο καὶ θεμέλιον ὑπεβάλλετο πολυχρονίου τυραννίδος* — *ἱερῶν*· hoc nomine proprie significabantur ludi Olympii Pythii Nemeaei Isthmii, v. Prol. LXXXV — 4. *ἄλσει*, de nemore cupressino prope templum Iovis Nemeaei v. Paus. II 15, 2. Strab. VIII p. 377 — 6. *ὀφείλει* impersonaliter hoc loco dictum esse recte adnotavit Aristarchus — 7. *πατρίαν καθ' ὁδόν*· per patriam viam aevum eum recta deducens decus Athenis dedit; nimirum pater et maiores Timodemi multas victorias Isthmiis et Pythiis consecuti erant — *κόσμον*· referendum esse patet ad pronomen *νιν*. Athenis autem decus et ornamentum Timodemus dici videtur, quod Athenis, capite Atticae terrae, pompa ducebatur et epinicium carmen cantabatur — 9. de particulis *μὲν . . . τε* pro *τε . . . τε* positis vide O. III 6; *νικᾶν* infinitivum esse malo quam genetivum a nomine *ἄωτον* pendentem — 10. multas eum alias insuper victorias consecuturum esse poeta comprobat divino et proverbiali exemplo vicinitatis et familiaritatis Orionis et Pleiadum — 11. *ὀρειᾶν*· Pleiades ut non longe ab Orione in caelo distare et verti significet, lusu similium nominum *ὀρειᾶν* et *Ὠρίωνα* poeta utitur; *ὀρειαὶ* autem sive montanae Pleiades dicuntur, quod filiae Atlantis erant et in monte Cyllene degere ferebantur, qua de re scholiasta scite adnotat: *Σιμωνίδης δὲ μίαν τῶν Πλειάδων Μαῖαν*

καὶ μὰν ἁ Σαλαμίς γε θρέψαι φῶτα μαχατὰν
δυνατός. ἐν Τροΐᾳ μὲν Ἕκ-
τωρ Αἴαντος ἐπάϊσ᾽· ὦ
Τιμόδημε, σὲ δ᾽ ἀλκὰ
παγκρατίου τλάθυμος ἀέξει.

Ἀχάρναι δὲ παλαίφατον Στρ. δ'.
εὐάνορες· ὅσσα δ᾽ ἀμφ᾽ ἀέθλοις,
Τιμοδημίδαι ἐξοχώτατοι προλέγονται.
παρὰ μὲν ὑψιμέδοντι Παρ-
νασσῷ τέσσαρας ἐξ ἀέθ-
λων νίκας ἐκόμιξαν·
ἀλλὰ Κορινθίων ὑπὸ φωτῶν

ἐν ἐσλοῦ Πέλοπος πύλαις Στρ. ε'.
ὀκτὼ στεφάνοις ἔμιχθεν ἤδη·
ἑπτὰ δ᾽ ἐν Νεμέᾳ, τὰ δ᾽ οἴκοι μάσσον᾽ ἀριθμοῦ,

14. *ἐπάϊσ᾽* coni. Bergk: *ἄκουσεν* codd. — 15. *τλάθυμος* *B*: *θυμὸς* *D* — 16. *παλαίφατον* *BD*, *παλαίφατοι* ex novicio codice Boeckh — 19. *παρὰ* Tricl.: *πὰρ* *BD* — *παρνασσῷ* *BD*, conf. O. IX 43 — 21. *πύλαις*: *πτυχαῖς* codd. et schol., *μυχοῖς*, tum *πύλαις* coni. Hecker — 23. *ἀριθμοῦ* B^1: *ἀριθμῷ* *D*, *ἀριθμῶ* B^s —

ὀρείαν προσηγόρευσεν εἰπών· Μαιάδος οὐρείας ἑλικοβλεφάρου. κατὰ λόγον· αὕτη γὰρ "Κυλλήνης ἐν ὄρεσσι θεὸν κήρυκα τέχ᾽ Ἑρμῆν". Pindarus ipse fabulam de Orione cum suo cane Pleionam amatam persequente in dithyrambo tractavit, cuius laciniam (fr. 74) scholia servarunt — 12. *νεῖσθαι*, verti; cf. Lamproclem ap. Athen. XI p. 491 c de Pleiadibus: *αἵ τε ποταναῖς ὁμώνυμοι πελειάσιν αἰθέρι νεῖσθε* — 13. *φῶτα μαχατάν*· cf. *μαχητὰς ἔμμεναι ἄνδρας* Hom. σ 260 — 13 ss. *Σαλαμίς γε θρέψαι . . . Ἀχάρναι παλαίφατον εὐάνορες*· laudes duorum locorum ita concinnamus, ut Timodemum Salamine educatum, Acharnis natum esse coniciamus; Acharnensis Timodemus perhibetur in titulo Attico CIA. II 1347. — 14. *ἐπάϊσ᾽* quod felici acumine Bergkius restituit et etiam in Aristoph. ran. 1028 (*ἐπὶ νίκῃ ἀΐων* pro *ἡνίκ᾽ ἤκουσα*) restituendum esse iudico, illustratur versu Homerico Λ 532 *τοὶ* (*ἵπποι*) *δὲ πληγῆς ἀΐοντες ῥίμφ᾽ ἔφερον θοὸν ἅρμα.* Egregie autem iuveni poeta blanditus est, quod eum cum Aiace heroe composuit — 16. *παλαίφατον*· hoc addidisse poetam suspicor, quod Acharnarum vetus fama fuit, Salaminiorum virtus nuper pugna Salaminia comprobata fuit — 17. *ὅσσα δ᾽ ἀμφ᾽ ἀέθλοις*· quod ad certamina attinet; cf. O. I 102 — 19. *ὑψιμέδοντι*· schol. *καταχρηστικῶς ἀντὶ τοῦ ὑψηλοῦ*· rectius montem Parnassum deum a poeta fingi dices ex alto cacumine in humiliores regiones dominantem — 21. *Πέλοπος πύλαις*· codicum lectionem *πτυχαῖς* defendunt similibus locutionibus *Πίνδου ἐν πτυχαῖς* P. IX 15, *Κρισαίαις πτυχαῖς* P. VI 18. At ut bene convalles et saltus montium Pindi et Parnassi *πτυχαί* 'flexus tortuosi' dicuntur, ita minus commode campi Isthmi; quo cum accedat, quod aliae regiones Peloponnesi multo aptius quam Isthmica *Πέλοπος πτυχαί* dicantur, illud nomen recipiendum duxi, quod Isthmi proprium est et etiam Bergkii applausum tulit; bene enim scholiasta ad I. II 19 Corinthum *πύλας τῆς Πελοποννήσου* dicit, secutus Pind. P. IX 86. XIII 5. N. X 27 et Bacchyl. fr. 7 *ὦ Πέλοπος λιπαρᾶς νάσου θεόδματοι πύλαι* — 24. *Διὸς ἀγῶνι* ad *ἑπτὰ δ᾽ ἐν Νεμέᾳ* ita refero, ut *τὰ δ᾽ οἴκοι μάσσον᾽ ἀριθμοῦ* parenthesi interiecta esse ducam. Namque num

Διὸς ἀγῶνι. τόν, ὦ πολῖ-
ται, κωμάξατε Τιμοδή-
μου σὺν εὐκλέϊ νόστῳ·
ἁδυμελεῖ δ' ἐξάρχετε φωνᾷ.

24. *ἀριθμοῦ. Διός ἀγῶνι τόδ'* (scil. *τὸ ἐγκώμιον*) coni. Bergk — *εὐκλέϊ*: *εὐκλεεῖ BD* — *Τιμοδήμου* Tricl., *τιμοδήμῳ BD.*

cum sacris Olympiis vel Diasiis Atheniensibus ludi coniuncti fuerint, admodum dubium est, neque intellegitur, cur Timodemus celeberrima certamina Atheniensia Panathenaica non obierit, obierit minora Diasia vel Olympia — *τόν*, Iovemne an agonem Iovis intellegas, nihil interest — *κωμάξατε*· pompa celebrate, ut simili modo *χορεύειν* 'saltando celebrare' cum accusativo iungebatur — 25. *ἐξάρχετε*· cum verba *τὸν ὦ πολῖται κωμάξατε Τιμοδήμῳ σὺν εὐκλέι νόστῳ* procul dubio ad cives choreutas, redeuntem Timodemum pompa prosequentes et victorem hoc ipso carmine praedicantes, referenda sint, insequentia quoque verba *ἁδυμελεῖ ἐξάρχετε φωνᾷ* de hoc carmine ipso intellegenda esse patet. Negotia solum verbum *ἐξάρχετε* facessit. Namque hoc nostrum carmen adeo iusti epinicii partes tuetur, ut alii carmini eo praeludi parum probabile sit. Qua de causa rectius illud verbum ita interpretaberis, ut epinicii cantum ceteris festivitatis generibus antecedere ducas; nescio tamen an prorsus alia interpretandi via ineunda sit, ut *ἐξάρχετε* hoc loco idem valere ducamus atque canite tamquam praecentores, unde choreutae laetis acclamationibus ceterae catervae civium undique circumfusae suo carmine praeeant.

NEMEON. Γ'.

ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΙΔΗι ΑΙΓΙΝΗΤΗι

ΠΑΓΚΡΑΤΙΑΣΤΗι.

Strophae.



Epodi.



Argumentum.

Carmen hoc pulcherrimum Aristoclidis Aristophanis filii (v. 20) Aeginetae victoriam pancratio Nemeis ludis partam eiusdemque victorias antea Epidauri et Megaris reportatas illustrat. Cantatum id esse a choro iuvenum in curia (Θεαρίῳ) inter epulas a theoris Aeginetis apparatas ex versu 70 apparet, quo eodem ex loco illud quoque efficitur, Aristoclidem quo tempore carmen cantabatur, in collegio θεωρῶν, sive sacerdotes sive senatores illi erant, interfuisse. Is tum temporis iam provecta aetate erat, quandoquidem in antistropha quarta iuvenilis et virilis et provectae aetatis munera optime administrasse laudatur. Neque haec epinicia continuo post victoriam Nemeaeam, sed aliquanto post, redeunte sacro mense Nemeorum, acta esse poeta ipse vv. 1—5 declaravit. Tamen multos annos inter victoriam et epinicia intercessisse et Aristoclidem iam iuvenem Nemea vicisse neutiquam crediderim. Quamvis enim pancratii certamen laboriosum Pindari temporibus fere iuvenes obierint, tamen ne viros quidem adultos a laboribus huius certaminis prorsus abhorruisse exemplo

Melissi Thebani (I. IV) comprobatur. De tempore carminis nihil memoriae proditum est, sed ex tota indole carminis elucet nondum fractas tum fuisse opes Aeginetarum. Ex magno autem numero locorum, quibus hoc carmen cum carminibus O. I. II. III. P. II concordat (cf. commentationem meam, Zur Chronologie Pind. Siegesgesänge, Stzb. d. B. Ak. 1889 p. 52 ff.) colligere ausus sum, non multum hoc carmen a temporibus illorum carminum distare, unde circa a. 469 id scriptum esse videri. Neque quae a Fraccarolio observata est similitudo inter N. III 72 s. et P. IV 281 s. intercedens ad meam sententiam refutandam valet, quandoquidem unius similitudinis non eadem atque multarum vis est. Sic autem si natales carminis ordinamus, idoneam quoque causam carminis sero missi (v. 80) nanciscimur. Si enim Nemeaea victoria a. 473 vel 471 ab Aristoclide parta est, tum temporis Pindarus, cuius Musam Aeginetae inprimis ambibant, in Sicilia commorabatur, unde redux demum ab itinere Syracusano amicis Aegineticis morem gerere potuit.

In exordio poeta Musam invocat, ut in honorem Nemeaeae victoriae carmen canat diu iam promissum et exspectatum (1—5); certaminum enim coronis carminum praeconium maxime postulari, qua de causa iam Aeginam, terrae decus, se illustraturum esse et una cum ea Aristoclidem, qui Myrmidonibus, priscis incolis insulae, pancratio dignum se praestiterit, ut Herculis columnas iam assecutus esse videatur (6—21). Columnarum Herculis mentione facta cum poeta ad res, quas ille in remotissimis finibus terrarum et marium gessisset, narrandas abreptus esset, inde se revocat ad domesticas laudes Aeacidarum praedicandas (22—32). In principali igitur parte carminis Peleum laudat, qui Iolcum expugnaverit et Thetidem coniugem nactus sit, Telamonem, qui una cum Iolao Laomedontem et Amazonas devicerit, Achillem, qui iam puer miranda facinora ediderit et vir factus in bello Troiano agmina Lyciorum et Phrygum prostraverit Memnonemque ducem Aethiopum interemerit (32—63). A fabulis ad res praesentes dexterrime poeta ita redit, ut cum heroibus, qui de sanguine Iovis prognati praeclarissime res gesserint, Aristoclidem, qui Iovis in ludis Nemeaeis vicerit, componat eumque optime cuiusque aetatis munere fungi laudet (64—76). Sub finem ubi se excusavit, quod sero carmen miserit, ad Musam, unde exorsus erat, rediit Aristoclidis rerum fautricem.

Aeginetis victoribus praeter hoc epinicium Pindarus plurima epinicia scripsit, quae hoc ordine chronologico sese excipiunt: N. V (481), I. VI (480), I. VIII (478), I. V (476), N. III (469), N. VII (467), N. IV (465), N. VI (463), N. VIII (461), O. VIII (460), P. VIII (450). Vides plura carmina Nemeaeas et Isthmicas quam Olympicas et Pythicas victorias spectare, id quod satis ex eo, quod Corinthus et Nemea ab insula Aegina non multum distabant, explicatur. Quod autem curulem victoriam Aegineticam nullam Pindarus praedicavit, plurimas pancratii et luctae, nemo mirabitur, qui Aeginam insulam similiter atque Ithacam equis alendis (ἱπποτροφίαις) minus idoneam fuisse reputaverit. Luctae vero et pancratii studia Aeginetae maxime exercebant, quod iis optime iuvenes ad belli pericula obeunda institui putabant, unde etiam Peleum inventorem pentathli fuisse perhibebant (v. schol. N. VII 9; cf. Paus. V 17, 10. Philostr. gymn. 3). In carminibus autem Aegineticis quasi sollemne fuit et a

maioribus traditum, ut heroes domesticis laudibus ornarentur, primum omnium Aeacus, filius Iovis et Aeginae nymphae, tum filii eius tres, Peleus Telamon Phocus, deinde Pelei filius Achilles et nepos Neoptolemus, Telamonis filii Aiax et Teucer. Quorum heroum fabulas, coniunctas illas cum facinoribus Herculis et fatis belli Troiani, adeo Pindarus in epiniciis Aegineticis decantavit, ut saepe easdem res fere eisdem verbis narraret, ut insidias Peleo ab Acasto structas N. III 33 ss. N. IV 57 ss. N. V 26 ss., Pelei et Thetidis nuptias N. IV 62 ss. I. VIII 26 ss., Aiacis mortem voluntariam N. VII 25 ss. N. VIII 23 ss., Telamonis et Herculis armorum societatem N. IV 25 ss. I. VI 27 ss., Achillis fortia facta N. III 43 ss. N. VI 55 ss. I. V 39 ss. Ita vero colorem carminum poeta variavit, ut modo unam quandam fabulam prolixe referret, id quod maxime in carminibus dactylo-epitriticis fecit (O. VIII. N. V. VIII. I. VI), modo plurium rerum capita complecteretur, ut praesertim in hoc carmine pulcherrimo, quod tamen, quamvis splendore dictionis et ubertate figurarum audaciaque metaphorarum ceteris antecellat, neque dulce est neque animos legentium aut gravi affectu commovet aut ad unum quendam finem dirigit.

De metris.

Carminis huius numeri sunt Aeolici (v. 79) et logaoedici, persimiles illi carminis N. VII. Atque plerosque versus (str. 1. 2. 4. 6. ep. 1. 2) *κατὰ διποδίαν* scandendos esse patet, neque qui in tripodias excurrunt versus (str. 3. 5), huic dipodicae scansioni refragantur; v. Prol. L. Inde reliquos quoque versus vix a me impetrare potui, ut ne et ipsos in dipodias dividerem. Atque facile hoc fieri potest in ultimo versu strophae, modo eum acatalectum aut capite suo privatum esse ducas. Idem ut in ultimo versu epodi factum esse statueremus, caesura post octavam syllabam in omnibus strophis servata adducti sumus. Maiores autem difficultates omne carmen in dipodias dividenti obiciunt versus septimus strophae et tertius atque quartus epodi, quae quamquam artificiosis machinis et adscitis temporibus inanibus removeri possunt hoc modo:

Λ – ⏑ –́ ⏑ –⏑ ⏑ –́ ⏑ ⊔ –́ ⏑ –
Λ – ⏑ –́⏑ ⏑ ⊔ –́ ⏑ –⏑ ⏑ –́ –
–́⏑ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –⏑ ⏑ ⊔ – ⏑ –́⏑ ⏑ ⊔ –́ ⏑ ⏑⏑ ⏑ –

nihil tamen diiudicare ausus sum, quoniam non in pompa a choro paribus gressibus procedente haec oda cantata esse videtur, sed in curia (v. 70) inter epulas. Aeginam vero poeta non ipse carmen advexit, sed Thebis misit (vv. 4. 77). Nihilo secius tamen chorum iuvenum (v. 4. 66) sic loquentem fecit, tamquam ipse cantui interesset victoremque praesens alloqueretur.

Ὦ πότνια Μοῖσα, μᾶτερ ἁμετέρα, - λίσσομαι, *Στρ. α'.*
τὰν πολυξέναν ἐν ἱερομηνίᾳ - Νεμεάδι

VARIA LECTIO. Inscr. om. *B*, *Ἀριστοκλείδῃ Αἰγινήτῃ παγκρατιαστῇ* *D* — 1. *ὦ* om. *B* — 2. *πολυξειν.* *B D* —

COMMENTARII. v. 1. schol.: *μητέρα ἑαυτοῦ εἶπε τὴν Μοῦσαν ὁ Πίνδαρος ᾠδὰν ἐπιπνεόμενος ἐκ τῶν Μουσῶν· ἐκ γάρ τοι Μουσῶν καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλ-*

ἵκεο Δωρίδα νᾶσον Αἴ-γιναν. ὕδατι γὰρ
μένοντ᾽ ἐπ᾽ Ἀ-σωπίῳ μελιγαρύων - τέκτονες
κώμων νεανίαι, σέθεν ὄπα μαιόμενοι.
διψῇ δὲ πρᾶγος ἄλλο μὲν ἄλλου·
ἀεθλονικία δὲ μάλιστ᾽ ἀοι-δὰν φιλεῖ,
στεφάνων ἀρετᾶν τε δεξιωτάταν ὀπαδόν.

τᾶς ἀφθονίαν ὄπαζε μήτιος ἀμᾶς ἄπο· *Αντ. α΄.*
ἄρχε δ᾽, οὐρανοῦ πολυνεφέλα κρέον-τι θύγατερ,
δόκιμον ὕμνον· ἐγὼ δὲ κεί-νων τέ νιν ὀάροις
λύρᾳ τε κοι-νάσομαι. χαρίεντα δ᾽ ἕ-ξει πόνον

---

3. *γὰρ* om. *D* — 4. *μὴ γαρύων D* — 5. *γέθεν D* — 6. *πρῶτος D*, quod interpretamentum falsae lectionis *ΠΡΑΤΟΣ* esse docui Beitr. z. Dial. Pind. in Stzb. d. b. Ak. 1891 p 30 — 7. *μάλλιστ᾽ D* — 9. *ἀκᾶς D* — 10 *οὐρανοῦ πολυνεφέλα* ex sententia Didymi Boeckh: *οὐρανῷ πολυνεφέλα BD*, *οὐρανῷ πολυνεφέλᾳ* Aristarchus et Ammonius; dativum agnoscit etiam schol. Eur. Hec. 685 falso cum cum *ἄρχε* coniungens; schol. Pind.: *οὐρανῷ αἰολικῶς ἀντὶ τοῦ οὐρανοῦ*. *πολυνεφέλα* an *πολυνεφέλᾳ* scribas dubitare possis — 12. *κοινάσομαι* coni. Boeckh: *κοινώσομαι* codd., *κοινῶς ᾄσομαι* paraphr., unde *κοίν᾽ ἀείσομαι* Bergk — *ἕξεις* coni. Rauchenstein —

λωνος | *ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν* (hymn. 25, 2). Infra v. 83 Musam proprio nomine *Κλειώ*, quae famam hominum divulget, appellat — *μᾶτερ ἁμετέρα λίσσομαι*· similiter numerum pronominis variat P. III 2 *ἤθελον . . . ἁμετέρας ἀπὸ γλώσσας*· cf. Hom. Il. I 29, Verg. ecl. 7, 21, Tacit. hist. 1, 1 — 2. *ἱερομηνίᾳ*, sacris eius mensis diebus, quo Nemea celebrabantur. cf. Thucyd. V 54 *Καρνεῖος δ᾽ ἦν μήν, ἱερομηνία Δωριεῦσι*. Redeunte igitur die, quo victoria reportata erat, carmen cantatum esse videtur — 3. *Δωρίδα νᾶσον*· Doricam originem prae se ferebant Aeginetae; cf. O. VIII 30 — 4. *μένοντ᾽* i. e. *μένοντι*, exspectant — *ὕδατι Ἀσωπίῳ*· tres noti fluvii Asopi fuerunt, unus in Boeotia, alter Sicyonio in agro prope Nemeam, tertius in Phthiotide. Sed horum vix quisquam in hunc locum quadrat. Namque Phthiotidis Asopus prorsus ab argumento huius carminis alienus est; sed Boeotiae quoque Asopus tum tantum huc referri posset, si Thebae, unde poeta carmen misit, in ripa Asopi sitae essent aut saltem rivuli Thebani Dirca et Ismenius in Asopum influerent. Quod vero Aristarchus Sicyonium fluvium intellexit (v. schol.), paene ridiculum est putare cantores Nemeae in ripa Asopi Sicyonii mansisse, donec carmen a poeta mitteretur, praesertim si multis annis post victoriam Nemeae partam hoc carmen cantabatur; neque quod infra v. 18 *ἐν βαθυπεδίῳ Νεμέᾳ* dicit, ad locum, quo carmen cantabatur, sed ad eum, quo labores pancratii sustinebantur, pertinere par est. Nihil igitur relinquitur quam ut scholia audiamus ad Didymi et Callistrati auctoritatem provocantia: *ὁ δὲ Δίδυμος διηπατῆσθαί φησι τοὺς ὑπομνηματισαμένους τῇ ὁμωνυμίᾳ τῶν ποταμῶν· οἱ γὰρ Ἀσωποὶ πλείους, ὧν ἕνα φασὶν* (*φησὶν* Boeckh probabiliter) *εἶναι καὶ τὸν ἐν Αἰγίνῃ· ὁ δὲ Καλλίστρατος Ἀσωπίδα ἐν Αἰγίνῃ*, quamquam apud ceteros scriptores de Asopo Aeginetico altum silentium est — 4. *τέκτονες κώμων* hic choreutae intelleguntur, P. III 113 poetae — 6. alia alia postulare, victoriam maxime carmina, amplius poeta exponit O. XI in. — *διψῇ* conferunt Artemid. Oneirocrit. I 68: *τὸ μὲν γὰρ διψῆν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἐπιθυμεῖν*· cf. P. IX 104 — 9. *τᾶς ἀφθονίαν ὄπαζε*· cf. Hor. c. III 4, 2 *dic age longum Calliope melos* — 10. *κρέοντι* pendet a *θύγατερ* (cf. ad P. VIII 68), *οὐρανοῦ πολυνεφέλα* a *κρέοντι*. *πολυνεφέλα* fictum est ad exemplum Homerici *νεφεληγερέταο* — 11. *δόκιμον*, hymnum qui gloriam (*δόξαν*) afferat; hunc a Musa acceptum poeta cum iuvenibus canentibus et fidibus cantui succinentibus communicaturus est — 12. *λύρᾳ*· inde non licet colligere solis fidibus cantui accantatum esse, siquidem infra v. 79 legimus tibiis quoque

χώρας ἄγαλμα, Μυρμιδόνες ἵνα πρότεροι
ᾤκησαν, ὧν παλαίφατον ἀλκὰν
οὐκ ἐλεγχέεσσιν Ἀριστοκλεί-δας ϝεὰν
ἐμίανε κατ᾽ αἶσαν ἐν περισθενεῖ μαλαχθεὶς

παγκρατίου στόλῳ· καματωδέων δὲ πλαγᾶν Επ. α'.
ἄκος ὑγιηρὸν ἐν βαθυπεδίῳ Νεμέᾳ
τὸ καλλίνι-κον φέρει.
εἰ δ᾽ ἐὼν καλὸς ἔρ-δων τ᾽ ἐοικότα μορφᾷ
ἀνορέαις ὑπερτάταις ἐπέβα
παῖς Ἀριστοφάνευς, - οὐκέτι προτέρω
ἀβάταν ἅλα κιόνων
ὑπὲρ Ἡρακλέος περᾶν - εὐμαρές,

ἥρως θεὸς ἃς ἔθηκε ναυτιλίας - ἐσχάτας Στρ. β'.
μάρτυρας κλυτᾶς· δάμασε δὲ θῆρας ἐν - πελάγει
ὑπερόχους, διά τ᾽ ἐξερεύ-νασε τεναγέων

---

13. *πρότερον* lemma in *D* — 14. *ἀλκὰν* (vel *ὁρμὰν*) coni. Rauchenstein: *ἀγορὰν* codd. et schol., *ἕδραν* coni. Kayser — 15. *ἑὰν* Pauw: *τεὰν BD*, quod ex *ϝεὰν* ortum esse patet — 18. *ἐν βαθυπέδῳ X*, unde *ἔν γε βαθυπέδῳ* Mosch. — *νεμέαν D* — *φέρειν* ex schol. coni. Bergk — 20. *Ἀριστοφάνευς VX*: *Ἀριστοφάνους BD* — *προτέρω* ex schol. Hermann: *πρόσω* codd. — 24. *ὑπερόχους* Mosch.: *ὑπέροχος BD*, *ὑπερόχος* vel *ὑπερόχως* schol. — *διά τ᾽ ἐξερ.* coni. Boeckh: *ἰδία τ᾽ ἐρ. BD*, *ἰδίᾳ τ᾽ ἐρ.* et *διά τ᾽ ἐρ.* schol., *διά τ᾽ αὖτ᾽ ἐρ.* coni. Hermann, *σπιδίας τ᾽ ἐρ.* coni. M. Schmidt.

in hoc carmine agendo locum fuisse; cf. Prol. xcviii. Dissenium prooemium ad tibiam cantatum esse, post prooemium accessisse lyram putantem bene refutavit E. Graf, De Graec. vet. re mus. p. 51 — *χαρίεντα πόνον·* carmen suum elaboratum cum apium opere poeta comparat — 13. *χώρας ἄγαλμα* subiectine an obiecti locum teneat ambigunt; ego scholiorum auctoritatem secutus, cum neque lyra neque hymnus iucundum habere laborem apte dicatur, Aeginam subiecti locum tenere sentio, ut carminis a poeta, Musarum interprete, inventi et ab eo cantoribus fidicinibusque mandati gratus lusus in amoena insula Aegina futurus esse declaretur — *Μυρμιδόνες*, prisci incolae insulae, quorum nomen cum nominis *μυρμήκων* simile esset, ex formicis homines factos esse iam Hesiodus in Eoeis fr. 93 fabulabatur — 15. *ἐλεγχέεσσι·* cf. O. viii 19 — 16. *μαλαχθείς*, male mulctatus — 17. *στόλῳ*, expeditione seu pugna pancratii; cf. P. viii 98 — 18. similem sententiam amplius persequitur N. iv in., unde *τὸ καλλίνικον* subiecti vice fungi apparet — 20 sq. apodosin non incompta oratione, sed admixta comparatione columnarum Herculis reddit, quae cum fines terrae essent, iis humanorum quoque studiorum finem significari monuit hic et O. iii 44 — 21. *ἀβάταν* pro vulgari *ἄβατον·* cf. O. ix 33 — 22. *ἥρως θεὸς·* Hercules; hoc loco duo haec nomina confunduntur, quae O. ii 2 plane distinguuntur — 23. *κλυτὰς μάρτυρας* an *κλυτᾶς ναυτιλίας* coniungerent, veteres grammaticos dubitasse scholia testantur; equidem *κλυτᾶς ναυτιλίας* melius cum iis, quae proximis versibus de claris facinoribus Herculis exponuntur, conspirare putaverim — 23 s. *δάμασε . . . ῥοάς* media interiecta sunt, ut cum particula *ὅπᾳ* poeta ad *ἔθηκε μάρτυρας* (v. 22) redeat — 24. *τεναγέων*, vadorum; et Syrtes Libycas (cf. Apoll. Rhod. iv 1264. 1400) et freta extra columnas Herculis, de quibus Plato Crit. 108 e et Avienus or. mar. 184. 234. 362 fabulantur, Pindarus spectasse videtur —

ῥοάς· ὄπᾳ - πόμπιμον κατέβαινε νό-στου τέλος,
καὶ γᾶν φράδασσε. θυμέ, τίνα πρὸς ἀλλοδαπὰν
ἄκραν ἐμὸν πλόον παραμείβεαι;
Αἰακῷ σε φαμὶ γένει τε Μοῖ-σαν φέρειν.
ἕπεται δὲ λόγῳ δίκας ἄωτος ἐσλὸς αἰνεῖν·

οὐδ' ἀλλοτρίων ἔρωτες ἀνδρὶ φέρειν - κρέσσονες. Ἀντ. β'.
οἴκοθεν μάτευε. ποτίφορον δὲ κόσ-μον ἔλαβες
γλυκύ τι γαρυέμεν. παλαι-αῖσι δ' ἐν ἀρεταῖς
γέγαθε Πη-λεὺς ἄναξ ὑπέραλλον αἰχ-μὰν ταμών·
ὃς καὶ Ϝιωλκὸν εἷλε μόνος ἄνευ στρατιᾶς,
καὶ ποντίαν Θέτιν κατέμαρψεν
ἐγκονητί. Λαομέδοντα δ' εὐ-ρυσθενὴς
Τελαμὼν Ἰόλᾳ παραστάτας ἐὼν ἔπερσεν·

καί ποτε χαλκότοξον Ἀμαζόνων μετ' ἀλκὰν Ἐπ. β'.
ἕπετό Ϝοι· οὐδέ μίν ποτε φόβος ἀνδροδάμας
ἔπαυσεν ἀκ-μὰν φρενῶν.

25. ὄπα codd. — 26. φράδασε *BD* — 29. ἐσλὸς *D*, ἐσλὸν *B*; schol.: τὸ ἐσλὸς ἀντὶ τοῦ ἐσλούς — 30. κρέσονες *D* — 31. ματ. *D* — ἔλαχες ex scholiis Bergk — 34. μόνος *Byz.*: μοῦνος *BD* — 36. ἐγκονιτὶ mavult Bergk, ἀγκόνησι coni. Matthiae eleganter — 37. Ἰόλᾳ *Z*: ἰόλα *BD* — 38. χαλκότοξον *VX*: χαλκοτόξων *BD* — 39. ἀκμὰν *VX* Mosch.: ἀλκμὰν *BD*, αἰχμὰν coni. Heyne: fort. ἀλκᾶς —

25. πόμπιμον νόστου τέλος, secundum itineris finem; cf. Tibull. IV 1, 53 *illa per ignotas audax erraverit urbes, qua maris extremis tellus includitur undis* — κατέβαινε . . . φράδασσε· mire aoristis poeta imperfectum immiscuit; tamen ei hoc quoque loco inest vis actionis dum altera fit durantis — γᾶν φράδασσε· locum, quousque pervenisset, columnis positis signavit; sic enim Graeci falso signa summi dei Phoenicei interpretabantur —

26 ss. ab Herculis navigatione, ad quam narrandam mentione columnarum Herculis facta abreptus erat, ad laudes victoris et insulae Aeginae se revocat, quo simili modo O. IX 35 ab Herculis facinoribus ad domesticas laudes redit — 28. Μοῖσαν φέρειν· humiliore dicendi genere usus O. IX 42 dixit φέροις γλῶσσαν· metaphora musae et altae naturae huius odae melius convenit et egregie principio carminis (v. 1) accommodata est — 29. ἐσλὸς Aeolicus accus. est pro ἐσλούς, ut νάσος pro νάσους O. II 78; infinitivus αἰνεῖν autem subiecti, ἄωτος δίκας praedicati vim obtinet: probos laudare orationi summa iustitia est — 30. similem sententiam habes P. III 20; hic autem poeta semet ipse hortatur, ut palmam ex domesticis laudibus sibi comparet, quarum decus amplum et dulce ad canendum sibi suppeditatum sit — 32. παλαιαῖσιν ἀρεταῖς· virtutibus, quales prisci et heroici aevi propriae erant — 33. ταμών· respicit Pindarus Homerum Il. XIX 390: Πηλιάδα μελίην, τὴν πατρὶ φίλῳ τάμε Χείρων· quamquam non Chironem sed Peleum ipsum hastam sibi secantem facit — 34. μόνος ἄνευ στρατιᾶς· schol.: δόξει δὲ ὁ Πίνδαρος διὰ τὸν Αἰγινήτην (corr. διὰ τὸ Αἰγινήτην εἶναι) χαρίζεσθαι τῷ Πηλεῖ· οὐ γὰρ μόνος εἷλε τὸν Ἰωλκόν, ἀλλὰ μετ' Ἰάσονος καὶ τῶν Τυνδαριδῶν, ὡς ἱστορεῖ Φερεκύδης (et Apollod. III 173), unde rhetor Dio Chrysost. or. I p. 61 R. Pindaricum μόνος ἄνευ στρατιᾶς irridet — 35. κατέμαρψεν, prehendit Thetin varias formas animalium induentem — 36. Λαομέδοντα . . . ἔπερσε· non evertit, sed perdidit et interemit; cf. O. X 32. P. IX 81 — 37. Iolaum hic Pindarus Telamoni, non Herculi munus aurigae admini-

συγγενεῖ δέ τις εὐ-δοξίᾳ μέγα βρίθει·
ὃς δὲ διδάκτ' ἔχει, ψεφεννὸς ἀνὴρ
ἄλλοτ' ἄλλα πνέων - οὔ ποτ' ἀτρεκέϊ
κατέβα ποδί, μυριᾶν δ'
ἀρετᾶν ἀτελεῖ νόῳ - γεύεται.

ξανθὸς δ' Ἀχιλεὺς τὰ μὲν μένων Φιλύρας - ἐν δόμοις, Στρ. γ'.
παῖς ἐὼν ἄθυρε μεγάλα Ϝέργα, χερ-σὶ θαμινὰ
βραχυσίδαρον ἄκοντα πάλ-λων ἴσα τ' ἀνέμοις·
μάχᾳ λεόν-τεσσιν ἀγροτέροις ἔπρασ-σεν φόνον,
κάπρους τ' ἔναιρε, σώματα δὲ παρὰ Κρονίδαν
Κένταυρον ἀσθμαίνοντα κόμιζεν·
ἑξέτης τοπρῶτον, ὅλον δ' ἔπειτ' - ἂν χρόνον·
τὸν ἐθάμβεον Ἄρτεμίς τε καὶ θρασεῖ' Ἀθάνα

κτείνοντ' ἐλάφους ἄνευ κυνῶν δολίων θ' - ἑρκέων· Ἀντ. γ'.
ποσσὶ γὰρ κράτεσκε. λεγόμενον δὲ τοῦ-το προτέρων

---

41. *ψεφηνὸς BD*; Et. M. 818, 33: *ψεφενὸς καὶ ψεφηνὸς ἀνήρ· σκοτεινός, οὐκ ἐπιφανής· ψέφος γὰρ τὸ σκότος· φησὶ Πίνδαρος Ἀριστοκλεῖ* — *ἀτρεμεῖ D*, *ἀτρεμέι* Hecker — 43. *ἀχιλλεὺς BD* — 45. *ἴσα τ' ἀνέμοις* Moch.: *ἶσον τ' ἀνέμοισιν BD*, *ἴσον ἀνέμοις* Schmid — 46. *μάχᾳ* Tricl.: *ἐν μάχᾳ BD*, *μάχας* (sine *φόνον*) paraphr.; *μάχας λεόντεσσί τ' ἀγρ. ἔπρ. πικράς* coni. Rauchenstein, *φόνον λε. ἀγρ. ἔπρασσ' ἐν μάχᾳ* transposuit M. Schmidt Ind. lect. Ien. 1879 p. 7 — 47. *σώματα . . . ἀσθμαίνοντα κόμ.* Heyne: *σωμάτια . . . ἀσθμαίνοντα κόμ. B*, *σώματι* (*σώματα* D^{pc}) . . . *ἀσθμαίνοντα κόμ. D*, *σώματι . . . ἀσθμαίνοντι κόμ.* Tricl., *σώματι . . . ἀσθμαίνων ἐκόμ.* ex paraphrasi Hartung — 50. *ἐθάμβεον Byz.*: *ἐθάμβευν B*, *ἐνθάμβεν D*, *ἐνθάμβευν* lemma in *D* — 52. *προτέρων* B^{s}: *πρότερον* B^{1} *D* —

strasse dicit, quia Hercules ipse in illo proelio sagittarii, non militis hastati partes sustinuisse ferebatur, ut tum quotidie Aeginetis in tympano templi Minervae videre licebat. Hinc etiam explicandum est, quod v. 39 Telamonem Iolao (*οἱ*), non Herculi ipsi comitantem inducit — 39. *νιν . . ἀκμάν·* de duobus accusativis alter est totius (*νιν*), alter partis (*ἀκμὰν φρενῶν*) — 40. *βρίθει . . . κατέβα . . . γεύεται·* in generalibus sententiis tempora Pindarus variare et iuxta aoristum gnomicum praesenti tempore uti solet; cf. O. II 64. VII 44. P. II 50. 89. N. IV 3. XI 39. I. V 8 — 41. *διδάκτ' ἔχει·* cf. Eur. Hipp. 79 *ὅστις δίδακτον μηδέν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει | τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν·* naturae dotes multo iis, quae quis dedicerit, praestare communis Graecorum persuasio erat — 43. *τὰ μὲν·* quae facinoribus pueri Achillis respondent res in bello Troiano gestae infra v. 59 ss. variata structura sine particula *δὲ* exponuntur — 43. *Φιλύρας*, matris Chironis — 45. *βραχυσίδαρον ἄκοντα*, non solum brevi ferro munitum, sed ipsum breve iaculum; aliter de Germanis Tacitus Germ. 6 dicit: *hastas vel ipsorum vocabulo frameas gerunt angusto et brevi ferro* — 46. *ἀργοτέροις·* feris cf. P. III 4 et not. ad P. I 35 — 47. lectio codicis *B σωμάτια* ex duabus lectionibus *σώματι* et *σώματα* conflata est; quam recepi lectionem illustrat locus Hom. Γ 293 *καὶ τοὺς (ἄρνας) μὲν κατέθηκεν ἐπὶ χθονὸς ἀσπαίροντας, θυμοῦ δευομένους* — *Κρονίδαν Κένταυρον·* cf. P. IV 115 *Κρονίδᾳ Χείρωνι* — 50. *τὸν ἐθάμβεον·* sic etiam artifices Graeci deos hominum facta spectantes fingere consueverunt. Diana autem eum admirabatur tamquam dea venatrix, Minerva tamquam patrona virtutis bellicae — 52. *ποσσὶ γὰρ κράτεσκε·* respicit Homericum epitheton *πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεὺς* — *λεγόμενον . . . ἔχω·* conf. similem locutionem P. V 108 — 52 ss. fabulas narrandi studio abreptus (cf. P. III 20)

ἔπος ἔχω· βαθυμῆτα Χεί-ρων τράφε λιθίνῳ
Ἰάσον' ἔν-δον τέγει, καὶ ἔπειτεν Ἀσ-κλαπιόν,
τὸν φαρμάκων δίδαξε μαλακόχειρα νόμον·
νύμφευσε δ' αὖτις ἀγλαόκολπον
Νηρέος θύγατρα, γόνον τέ ϝοι - φέρτατον
ἀτίταλλεν ἐν ἀρμένοισι πάντα θυμὸν αὔξων·

ὄφρα θαλασσίαις ἀνέμων ῥιπαῖσι πεμφθεὶς Ἐπ. γ'.
ὑπὸ Τροΐαν δορίκτυπον ἀλαλὰν Λυκίων
τε προσμένοι - καὶ Φρυγῶν
Δαρδάνων τε, καὶ ἐγ-χεσφόροις ἐπιμίξαις
Αἰθιόπεσσι χεῖρας ἐν φρασὶ πά-
ξαιθ', ὅπως σφίσι μὴ-κοίρανος ὀπίσω
πάλιν οἴκαδ' ἀνεψιὸς
ζαμενὴς Ἑλένοιο Μέμ-νων μόλοι.

τηλαυγὲς ἄραρε φέγγος Αἰακιδᾶν - αὐτόθεν· Στρ. δ'.
Ζεῦ, τεὸν γὰρ αἷμα, σέο δ' ἀγών, τὸν ὕμ-νος ἔβαλεν
ὀπὶ νέων ἐπιχώριον - χάρμα κελαδέων.
βοὰ δὲ νι-καφόρῳ σὺν Ἀριστοκλεί-δᾳ πρέπει,

53. *βαθυμῆτα* D^{pc}: *βαθυδμῆτα* BD^{ac} — 54. *λιθίνω γ' ἰάσον'* *B*, *λιθίνω ἰάσων'* *D* — *ἔπειτεν* D^{pc}: *ἔπει. τὸν* B^{i}, *ἔπειτὸν* D^{ac}, *ἔπι. τὸν* B^{s} — *ἀσκληπ.* codd., at v. P. III 6 — 55. *τὸν*: *τῶν* D^{i} — *μαλακ.* *Byz.*: *μαλθακ.* *BD* — 56. *αὖτις* Boeckh: *αὖθις* *BD* — *ἀγλαόκολπον* B^{i}: *ἀγλαόκαρπον* $B^{s}D^{ac}$, *ἀγλαόκρανον* D^{pc}, *ἀγλαόκαρνον* $V^{i}X$ — 57. *Νηρέως* *B* — 58. *ἀτίταλλεν ἐν ἀρμ.* Pauw: *ἀτίταλλεν ἀρμ.* (omisso *ἐν*) *BD* — 58. *πᾶσι* coni. Hecker: at cf. N. VI 2 — 60. *δορύκτ* *D* — 61 *ἐγχεσιφ.* *B* — 62. *Αἰθιόπεσι* *D* — *χεῖρας* codd. et schol.: *κῆρας* coni. Iacobs — *πάξαι θάπος* coni. Bergk — 65. *ὕμνον* *D* — 66. *κλαδ.* *D* — 67. *βοᾷ* v. l. schol. —

narrationi Achillis intexuit duos superiores Chironis discipulos, Iasonem et Aesculapium, licet ad rem propositum nihil attinerent; horum de altero confer P. III, de priore Hesiod. fr. 111 — 55. *μαλακόχειρα*· conferunt P. IV 271 et epigr. AP. VI 244: *ὠδῖνας νεύσαιτ' Ἀντωνίῃ ἵλαοι ἐλθεῖν* | *πρηείας μαλακαῖς χερσὶ σὺν Ἠπιόνης* — 56. postea nuptias Chiron conciliavit Thetidis, Nerei filiae, et Pelei, unde Clitias pictor in vase Francoisio (v. Baumeister Denkm. n. 1883) Chironem fecit Thetidi Peleum coniungentem — 58. *ἀτίταλλεν ἐν ἀρμένοισι*· exposita haec praecepta erant *ἐν Χείρωνος ὑποθήκαις*, claro multumque lectitato poemate gentis Hesiodeae — 62. *ἐπιμίξαις*· cum verbum *ἐπιμιγνύναι* absolute a Graecis saepe usurpetur, *χεῖρας* non cum *ἐπιμίξαις* iungendum est, sed cum *πάξαιτο* — *φρασί*, praecordiis, ut N. VII 26 — *πάλιν ὀπίσω*· cf. Hom. λ 149 *πάλιν εἶσιν ὀπίσσω* — 63. Memnon patruelis Heleni dicitur, quod Helenus Priami, Memnon Tithoni, Priami fratris, filius fuit, cf. Prol. CXXIV. Helenum autem prae ceteris filiis Priami commemorasse poeta videtur, quod solus Troiae captae superstes fuit.

64. ad victorem ipsum praedicandum se accingit — *τηλαυγές*· in principio strophae posuit et prima vocabuli syllaba tres moras expleri voluit, ut vis eius etiam magis augeretur — *αὐτόθεν* non ad bella Troiana refero, sed idem atque *οἴκοθεν* (N. VII 52) valere sentio — 65. *ἔβαλεν* de scopo carminis dictum est simili metaphora atque P. II 98 — 66. *ἐπιχώριον χάρμα*· laetam rem ad omnem populum pertinentem —

ὃς τάνδε νᾶσον εὐκλέϊ προσέθηκε λόγῳ
καὶ σεμνὸν ἀγλααῖσι μερίμναις
Πυθίου Θεάριον· ἐν δὲ πεί-ρᾳ τέλος
διαφαίνεται, ὧν τις ἐξοχώτερος γένηται,

ἐν παισὶ νέοισι παῖς, ἐν ἀνδράσιν ἀ-νήρ, τρίτον 'Αντ. δ'.
ἐν παλαιτέροισι, μέρος ἕκαστον οἷ-ον ἔχομεν
βρότεον ἔθνος· ἐλᾷ δὲ καὶ τέσσαρας ἀρετὰς
ὁ μακρὸς αἰ-ών, φρονεῖν δ' ἐνέπει τὸ παρ-κείμενον·
τῶν οὐκ ἄπεσσι. χαῖρε, φίλος. ἐγὼ τόδε τοι

---

68. εὐκλεεῖ *BD* — 72. ἐν δ' ἀνδρ. *BD*, δ' eiec. Hermann — τρίτον *Byz.*: τρίτατος *B*, τρίτατον *D*, τρίτος Bergk — 74. κἀς τέσσαρας ἀρετάς vel καὶ τετράδ' ἐς ἀρετᾶς susp. Bergk — 75. ὁ om. *BD*, add. ex schol. Tricl. — μακρὸς *D*: θνατὸς *B* cum Aristarcho — αἰών: ἐών *B* — 76. ἄπεσσι coni.

70. Πυθίου Θεάριον· schol.: ἔστιν ἐν Αἰγίνῃ Πυθίου Ἀπόλλωνος ἱερόν, ἐν ᾧ οἱ θεωροὶ διῃτῶντο οἱ τὰ θεῖα φυλάσσοντες· θεωροὶ γὰρ οἱ θεοφύλακες· cui testimonio adde Pausaniam II 31, 6 θεάριον Doricam vocem esse tradentem. Iam quod alter scholiasta adnotat τὸ δὲ Θεάριον τόπος ἐν Αἰγίνῃ δημόσιος, ἔνθα τὰ συμπόσια, ex eo verisimile fit, Aristoclidem non solum sobria consilia in collegio sacerdotum dedisse, sed etiam victoriam eius in conciliabulo illorum sacerdotum lautis epulis celebratam esse — 70. ἐν δὲ πείρᾳ τέλος· cf. O. IV 20 et Herod. VII 9 ἀπὸ πείρης πάντα ἀνθρώποισι φιλέει γίνεσθαι. Experientia autem cernitur, quibus quisque in rebus excellat virtutisque finem assecutus sit, ut puer emineat virtute puerorum propria (cf. P. IV 281), vir virorum, tertium (τρίτον, non τρίτος) senior seniorum — 73. παλαιτέρους, intellego homines, qui quinquaginta annis maiores sint neque tamen senes iam facti publicis rebus interesse desierint. In hac aetate tum temporis Aristoclides fuerit oportet; namque, quamvis communis hic locus sit, tamen Aristoclidis virtutes iam probatas laudari in aperto est. Iam quae sequuntur verba ἐλᾷ δὲ καὶ τέσσαρας ἀρετὰς κτλ. utrum virtutem senum, qui hominum senescentium (παλαιτέρων) aetatem superarint, propriam, an communem aliquam omnium aetatum, quae tribus virtutibus puerorum adulescentium virorum propriis tamquam quarta accedat, significent, veteres et recentes interpretes inter se dissident. Atque facilior sane et magis in promptu posita prior sententia est, neque eam ideo derelinquendam esse iudico, quod Aristoclides, qui ab his virtutibus non abesse laudatur (τῶν οὐκ ἄπεσσι v. 76), cum quartam aetatem nondum attigisset, etiam virtutis quartae aetatis propriae compos esse non potuit. Nimirum in laudatione Pindarus a nimia diligentia abhorrebat et hoc loco etiam magis neglegentia quadam ei uti licuit, quod extremis verbis φρονεῖν δ' ἐνέπει τὸ παρκείμενον (v. 75) non virtus quarti gradus aetatis, i. e senectutis propria exponitur, sed cardo et medulla omnium quatuor virtutum, ut homines, sive pueri sive adolescentes sive viri sive senes sunt, id, quod cuique aetati propositum est, petant atque sectentur. Magis autem huic, quam me amplecti fateor, sententiae convenit adiectivum μακρὸς quam θνατὸς αἰών (v. 75); qua de causa, postquam diu anceps haesi, ad postremum ab auctoritate Aristarchi, ut quae in Pindaro multo levior sit quam in Homero, recedere ausus sum. Bene vero Hümmerichius meus, Comment. phil. Mon. p. 126, totam hanc sententiam Pindari cum placitis Pythagoreorum de praestantia numeri quaternarii cohaerere exposuit. Possis etiam Platonis quatuor virtutes σωφροσύνην ἀνδρείαν σοφίαν δικαιοσύνην huc trahere, quamquam a nostro poeta philosophus eo discedit, quod iustitiam trium priorum virtutum moderatricem esse voluit.

76. χαῖρε, vale; hoc verbo poeta etiam P. II 67 laudationem et epinicium carmen claudit; iam addit pauca, quae ad moram excusandam valeant —

πέμπω μεμιγμένον μέλι λευκῷ
σὺν γάλακτι, κιρναμένα δ' ἔερσ' - ἀμφέπει,
πόμ' ἀοίδιμον Αἰολῇσιν ἐν πνοαῖσιν αὐλῶν,

ὀψέ περ. ἔστι δ' αἰετὸς ὠκὺς ἐν ποτανοῖς, Ἐπ. δ'.
ὃς ἔλαβεν αἶψα, τηλόθε μεταμαιόμενος,
δαφοινὸν ἄγ-ραν ποσίν·
κραγέται δὲ κολοι-οὶ ταπεινὰ νέμονται.
τίν γε μέν, εὐθρόνου Κλεοῦς ἐθελοί-
σας, ἀεθλοφόρου - λήματος ἕνεκεν
Νεμέας Ἐπιδαυρόθεν τ'
ἄπο καὶ Μεγάρων δέδορ-κεν φάος.

Bergk: ἄπεστι codd. et schol. — τό δέ τι *D* — 77. suppl. in marg. *D* — 79. Αἰολῇσιν Boeckh: αἰολίσιν *BD* — πνοαῖσιν *V*: πνοαῖς *BD* — 80. πετ. *D* — 83. κλεοῦς *D*: κλειοῦς *B*, κλεὸς *V*; conf. Pind. fr. 308.

77. suavi et bene temperato potui suum carmen comparat tibiis Aeolice temperatis canendum, id quod cum ipsum per se bonam sententiam praebeat, etiam aptius huic loco fit, si carmen in convivio cantatum esse statuimus, ut O. VII — μεμιγνέμον· de potu mixto conf. Aelian de an. 15, 7: ἀμέλγουσι γὰρ Ἰνδοὶ περιγλύκιστον γάλα καὶ οὐ δέονται ἀναμῖξαι αὐτῷ μέλι, ὅπερ οὖν δρῶσιν Ἕλληνες — 78. κιρναμένα δ' ἔερσα non vinum melli et lacti admixtum significat, id quod a rerum natura et hominum usu abhorret, sed liquorem illum ipsum ex commixtione mellis et lactis natum — 79. πόμ' ἀοίδιμον, appositionis instar ad τόδε (v. 76) additum est — 80 ss. sero quidem carmen mittitur, sed a poeta, qui ceteros longe superet et etiamsi longo intervallo post proficiscatur, tamen ceteros facile consequatur. Superbam hanc suae artis iactationem hic et O. II 94 comparatione aquilae graculos clamitantes spernentis et cruentam praedam celeriter capientis illustrat — 83. μὲν similem hic habet vim atque μήν, ut nomini, cui postponitur, pondus addat; duplex autem vis huius particulae ex confusis longa et brevi vocalibus (*MEN* = μέν et μήν) orta est, ut particulae *NYN* vocalis et longa et brevis apud Pindarum est — 84. **δέδορκεν φάος**, longe conspicuum est lumen tuarum victoriarum; cf. O. I 97; conspicuum autem id factum esse significat suo carmine non invita Musa facto. Speciosa vero coniectura Dissenii est ex collato versu 72 profecta, Nemeaeam victoriam ab Aristoclide provectiore aetate, Epidauriam virili, Megarensem puerili reportatam esse.

ΤΙΜΑΣΑΡΧΩι ΑΙΓΙΝΗΤΗι

ΠΑΙΔΙ ΠΑΛΑΙΣΤΗι.

Strophae.

⏒ –̈ ⏒ –⏑ ⏑ –̇ | ⏑ – –̈⏑ ⏑ ⏓ |
⏒ –̈⏑ ⏑ – ⏑ ⏓̇ |
– –̈ ⏑ –⏑ ⏑ –̇ – | ⏒ –̈ ⏑ –⏑ ⏑ ⏓ |
–̈ ⏑ –⏑ ⏑ –̇ ⏑ – | ⏑ –̈⏑ ⏑ – ⏓ |
–̈ ⏒ – ⏑ –̇⏑ ⏑ – | ⏒ –̈⏑ ⏑ – ⏑ ⏓ |
–̈ ⏒ – ⏒ –̇⏑ ⏑ – | ⏑ –̈⏑ ⏑ – ⏓ |
⏑̈⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –̇ ⏑ ⏓ |
⏓ –⏑ ⏑ –̇ ⏑ – ⏑ –̇ ⏓ |

Argumentum.

Victoria Nemeaea, quam Timasarchus Timocratis filius Aegineta ex illustrissima gente Theandridarum lucta consecutus erat, praeclaro hoc carmine illustratur. Ut enim aliae gentes nobiles Aegineticae, sic etiam Theandridarum gens gymnicis certaminibus impense operam navabat, unde maiores Timasarchi Olympicis Isthmicis Nemeaeis coronis clari exstiterunt. Singularis vero laus huius gentis erat, quod iuxta gymnica studia etiam musica exercebat; inprimis Timocriti, patris Timasarchi, ars fidibus canendi, Euphanis avi epinicia carmina a Pindaro laudantur (v. 14. 90). Alipta Timasarchus Melesia Atheniensi usus erat (v. 93), cuius Pindarus etiam O. VIII 54 et N. VI 74 mentionem fecit. Ceterum non sine magno labore et periculo Timasarchum victoriam reportasse versus 28—32 arguunt. — De tempore carminis nihil memoriae proditum est, sed ex varia ratione, qua poeta Melesiam locis laudatis commemorat, elucet hanc victoriam ante O. VIII et N. VI, sive ante annum 460 a. Chr., quo anno carmen O. VIII factum est, partam esse. Praeterea laetum tum temporis statum rerum publicarum fuisse necdum quidquam periculi Aeginetarum libertati ab Atheniensibus impendisse tota indoles carminis gaudio quasi exultantis declarat. Quod vero Salamina Cypriam inter decora Aeginae poeta recenset (v. 48) et fabulis mythicis utitur, ut quam late Aeginae opes pateant demonstret, hoc ita interpretor, ut specie mythica praesentes res Atheniensium eorumque sociorum Aeginetarum post pugnam ad Eurymedonta per terras et maria dominantium signi-

ficari coniciam. Inde hoc carmen inter 467 et 463, verisimiliter a. 465 scriptum esse statuo; cui sententiae magna quoque favet similitudo rerum et mythorum in hoc et in antecedente carmine N. III tractatorum. Contra Leop. Schmidt, Pind. Leb. p. 447 ex vv. 41—3 collegit hoc carmen a Pindaro ea aetate scriptum esse, qua nondum ad summum artis et famae fastigium pervenisset.

In exordio postquam poeta vim recreatricem poesis post exantlatos labores certaminis illustravit (1—8), statim ad victorias Timasarchi transit, quas etiam pater eius, si etiamtum inter vivos esset, fidibus caneret, filii laudans coronas Nemeis et Atheniensibus et Thebanis ludis partas (9—24). Thebis cum Timasarchus Heraclea vicisset, Herculis et Telamonis societatem armorum gloriosissimam, Troiam expugnatam, Meropes devictos, Alcyoneum superatum succincte refert (25—32). Iam ab hac fabula longius persequenda se revocat, ut suae artis legem secutus obtrectatorum calumniis reiectis ingenii dotes sibi natura ingenitas pandat (33—46). Sic ubi quasi altero prooemio viam ad reliquam partem epinicii perficiendam sibi paravit, Aeginetarum heroum opes quam latissime patuisse exponit: Salamina Cypriam a Teucro conditam esse, albam insulam ponti Euxini ab Achille teneri, Thetidi Phthiam Thessalicam paruisse, in Epiro Neoptolemi progeniem regnare, Peleum Iolcum regnumque perfidi Acasti expugnasse; denique longius, ut in carminibus, quae iuvenibus ad faustos hymenaeos iam adspirantibus scripsit, facere solet, nuptias Pelei et Thetidis deae persequitur (46—72). Inde ubi se ad res praesentes et laudes victoris eiusque gentis revocavit, Theandridarum virtutum insignia documenta Olympiis Isthmiis Nemeis exstare praedicat, avunculi Calliclis victoriam Isthmicam praemio poetico Paria statua potiore dignam esse fatetur, denique Melesiae aliptae dexteritatem imagine a lucta petita ita illustrat, ut simul Euphanem, avum Timasarchi, poeticae artis laurea corona ornet — Uberrima rerum in hoc carmine expositarum copia inde maxime nata est, quod poeta non in una quadam fabula narranda moratus est, sed ad varias fabulas deflexit. Hac in re simillimum hoc carmen est carminum N. III. VI. X. O. XIII, eodem fere tempore factorum, dissimile, ut sola Aeginetica commemorem, carminum O. VIII. N. V. I. V. VIII. Neque defuisse iam inter aequales Pindari, quibus haec rerum abundantia et subitarii transitus ab una ad aliam fabulam displicerent, ex versibus N. IV 33—43 cognoscimus.

De metris.

Carminis huius dulcissimi modi sunt Lydii (v. 45), numeri logaoedici, similes carminis O. IX, nisi quod hoc carmen epodo caret et metra eius graciliora eademque apertiora sunt. Versus enim omnes facile in dipodias ita dividi possunt, ut tripodiis nisi in clausulis versuum locus non relinquatur. Tertius versus quomodo dividendus sit, indicio est caesura post octavam syllabam in omnibus strophis praeter septimam observata. Ultimi versus prima syllaba non anacrusis vice fungi, sed partem primae dipodiae efficere videtur. Tota in stropha componenda eam legem symmetriae poeta secutus est, ut mediam partem principalem ex quatuor versibus constantem (vv. 3—6) bimembris partibus dextra (vv. 1—2) et sinistra (vv. 7—8) cingeret. De affinitate, quae inter metra huius odae et O. IX

et P. VIII intercedit, bene disputavit Graf, Pindars logaoedische Siegesgesänge p. 35. — Carmen a choro in pompa victoris per urbem cantatum esse Boeckhius suspicatus est, cui coniecturae etiam monostrophica compositio carminis patrocinatur; v. Prol. LX et arg. P. XII. Quodsi carmen embaterium fuit in dipodias divisum, longiora quam alias in fine singulorum versuum spatia temporum inanium erant. Citharae, quae Aeolico carmini canendo quam maxime idonea fuit, saepius (vv. 5. 14. 44) mentio fit. Denique Pindarum ipsum, ut choro comissanti fidibus praeiret, Thebis Aeginam venisse, versus 74 declarat.

Ἄριστος εὐφροσύνα πόνων - κεκριμένων Στρ. α'.
ἰατρός· αἱ δὲ σοφαὶ
Μοισᾶν θύγατρες ἀοιδαὶ
θέλξαν νιν ἁπτόμεναι.
οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τόσον γε μαλθακὰ τεύχει
γυῖα, τόσσον εὐλογία φόρμιγγι συνάορος.
ῥῆμα δ' ἐργμάτων χρονιώτερον βιοτεύει,
ὅ τι κε σὺν Χαρίτων τύχᾳ
γλῶσσα φρενὸς ἐξέλοι βαθείας.

τό μοι θέμεν Κρονίδᾳ τε Δὶ - καὶ Νεμέᾳ Στρ. β'.
Τιμασάρχου τε πάλᾳ
ὕμνου προκώμιον εἴη·
δέξαιτο δ' Αἰακιδᾶν

VARIA LECTIO. Inscr. om. *B* et schol., *Τιμασάρχῳ Αἰγινήτῃ παλαιστῇ D* — 3. *θύγατρες* Schmid: *θυγατέρες B D* — *ἔθελξαν* B^{ac} — *νιν ἁπτόμεναι B D* et schol.: *συναντόμεναι* coni. Leutsch Philol. 18, 340, *συναπτ.* Rauchenstein, fort. *ἀρδομέναν* — 4. *τόσον Byz.*: *τόσσον B D* — *τεύχει B D*; Plut. de tranqu. 6 *οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τοσόνδε τέγξει μαλθακὰ γυῖα κατὰ Πίνδαρον* — 8. *ἐξέλῃ* ex scholiis Bergk: *ἐξέλοι B D* — 9. *τό μοι* B^{i} *D*, *τό περ* B^{s} — *Δὶ* Boeckh: *διὶ B D* — 11. *ὕμνον D* —

COMMENTARII. v. 1 sq. laborum, postquam secunda suffragia nacti sint, optimam medelam festivitatem epiniciorum esse similiter exponit N. III 18. I. VIII 2; de metaphora *ἰατροῦ* confer similem *φαρμάκου* P. IV 187 — 2. *σοφαί·* sapientes filiae Musarum cantilenae esse perhibentur, quod poetae ipsi cognomine *σοφῶν* gaudent; cf. O. I 9 — 3. *θέλξαν* aoristi gnomici vim habet: condiunt festivitatem dulcedine attrectantes; de variatis temporibus in sententiis gnomicis v. N. III 40 — 4. *θερμὸν ὕδωρ·* cf. *θερμὰ λουτρά* O. XII 19 — 5. *τόσσον*, pro vulgari *ὅσον·* cf. Hom. Ξ 400. Callim. in Ap. 94, in Del. 246 — *φόρμιγγι συνάορος·* cf. Hom. Od. VIII 99 *φόρμιγγός θ' ἣ δαιτὶ συνήορός ἐστι θαλείῃ*, Apoll. Arg. II 161 *φόρμιγγι συνοίμιον ὕμνον*, Hor. C. IV 9, 4 *verba loquor socianda chordis* — 6. *ἐργμάτων·* facta ipsa, non artis opera intellegenda esse comparato versu 84 apparet; hinc illustratur et excusatur locus Horatii multum vexatus C. IV 8, 13 ss. — 7. *σὺν Χαρίτων τύχᾳ*, cum Gratiarum seu Musarum secunda ope; cf. N. VI 28 *σὺν θεοῦ τύχᾳ*, N. V 48 *Μενάνδρου σὺν τύχᾳ* — 8. *φρενὸς βαθείας*, ex alta et profunda mente, quae ad viscera rerum penetret; conf. *βαθυμῆτα Χείρων* N. III 53 et Vergilianum *stat alta mente repostum* — 9. *θέμεν* paene idem atque *ἀναθέμεν* 'consecrare' valet, ut N. IX 9; Iovis autem Nemeaei ludi erant, quos Timasarchus vicerat — *προκώμιον*, ut *προοίμιον*, *προαύλιον*, primam partem carminis chorici significat -

ἠύπυργον ἕδος, δίκᾳ ξεναρκέι κοινὸν
φέγγος. εἰ δ' ἔτι ζαμενεῖ Τιμόκριτος ἀελίῳ
σῶς πατὴρ ἐθάλπετο, ποικίλον κιθαρίζων
ἅμα κε τῷδε μέλει κλιθεὶς
ὕμνον κελάδησε καλλίνικον

Κλεωναίου τ' ἀπ' ἀγῶνος ὅρ-μον στεφάνων Στρ. γ'.
πέμψαντι καὶ λιπαρᾶν
εὐωνύμων ἀπ' Ἀθανᾶν,
Θήβαις τ' ἐν ἑπταπύλοις
οὕνεκ' Ἀμφιτρύωνος ἀγλαὸν παρὰ τύμβον
Καδμεῖοί νιν οὐκ ἀέκοντες ἄνθεσι μίγνυον,
Αἰγίνας ἕκατι. φίλοισι γὰρ φίλος ἐλθὼν
ξένιον ἄστυ κατέδραμεν
Ἡρακλέος ὀλβίαν πρὸς αὐλάν.

ξὺν ᾧ ποτε Τροΐαν κραται-ὸς Τελαμὼν Στρ. δ'.

---

12. *ἠύπυργον* Schmid: *εὔπυργον B D*, *ὑψίπυργον* coni. Schroeder — 13. *ζαθερεῖ* scholiastam legisse putat Lehrs, *ζαμενὲς* coni. Bergk — 14. *σῶς* scripsi: *σὸς* codd. et schol., *ὃς* coni. Pauw — 15. *ἅμα* scripsi: *θάμα* codd. et schol. — 16. *ὕμνον . . . πέμψαντι* coni. Pauw: *ὕμνον . . . πέμψαντα* codd., *ὕμνον . . . πέμψαντος* schol., *υἱὸν . . . πέμψαντα* coni. Bergk — 19—38. in *D* ab alia manu exarati sunt — 19. *τ'* om. *D* — 20. *οὕνεκεν B D* — 23. *ξείνιον B D* — *κατέδραμεν* Tricl.: *κατέδρακεν B D* et schol. — 25. *κραταιὸς* vel *κράτιστος* coni. Schmid: *καρτερὸς B D* —

12. *ἠύπυργον* pro vulgari *εὔπυργον*, cf. ad O. v 16 — 13. *δίκᾳ κοινὸν φέγγος* quomodo *ἠύπυργον ἕδος* sive Aegina dicatur, patet collato O. VIII 26 — 14. *σὸς πατήρ*, quod codices et scholia exhibent, vix sanum est, quia et ante et post Timasarchus tertiam personam induit; qua de causa nescio an in vetere scriptura *ΣΟΣ* lateat *σῶς* (cf. P. III 106); nihil autem ad lectionem *σὸς* defendendam similis locus N. v 45 valet, ut qui et ipse corruptus sit et medela indigeat — 15. *ἅμα*, quod similiter atque N. II 9 ex corrupta lectione *θάμα* restituendum fuit, illustratur Horatiano *concines maiore poeta plectro* (C. IV 2, 31) — 16. *ὕμνον*· cum hymnus ipse fascem coronarum mittere dici vix possit, *πέμψαντι* pro *πέμψαντα* coniectura reponere malui — 17. *Κλεωναίου*· *Κλεωναίων*, qui Nemeaeos ludos administrabant; v. N. x 42 et Prol. LXXXVII — 18. *λιπαρᾶν* aptissimum epitheton Athenarum est ex dithyrambo Atheniensi (fr. 76) sumptum — 18. *Θήβαις ἐν ἑπταπύλοις* iuxta *εὐωνύμων ἀπ' Ἀθανᾶν* simili loco O. XII 17 defendi potest; sed facilior via interpretandi est, si virgula post *Ἀθανᾶν* posita verba *ἐν Θήβαις* cum *μίγνυον* iunxeris — 20. *Ἀμφιτρύωνος παρὰ τύμβον* . . . 24. *Ἡρακλέος πρὸς αὐλάν*· ludi Heraclei non in vetere stadio Herculis, quod extra Electrae portam prope fanum Herculis et domum Amphitryonis erat (v. Paus. IX 11. Fabricius, Theben p. 21), agebantur, sed in amplo stadio atque hippodromo prope Amphitryonis et Iolai commune sepulcrum extra Proetides portas; cf. P. IX 81. Hunc ad locum, qui in planitie situs erat, cum Timasarcho ex Cadmea arce et urbe superiore decurrendum esset, Byzantinos grammaticos veterem lectionem *κατέδρακεν* recte emendasse iudicavi; accusativum *ξένιον ἄστυ* ad praepositionem *κατὰ* verbi compositi *κατέδραμεν* (*ἄστυ κάτ' ἔδραμεν*) quam ad participium *ἐλθὼν* referri praestat — 21. *ἄνθεσι μίγνυον*, fronde, qua victores obruere solebant (cf. P. IX 124), aut corona myrtea, qua victores ludis Heracleis redimiebantur; cf. I. III 88 — 25 ss. Herculis et Telamonis contra Troiam et

πόρθησε καὶ Μέροπας
καὶ τὸν μέγαν πολεμιστὰν
ἔκπαγλον Ἀλκυονῆ,
οὐ τετραορίας γε πρὶν δυώδεκα πέτρῳ
ἥρωάς τ' ἐπεμβεβαῶτας ἱπποδάμους ἕλεν.
δὶς τόσους, ἀπειρομάχας ἐὼν κε φανείη
λόγον ὁ μὴ ξυνιείς· ἐπεὶ
ῥέζοντά τι καὶ παθεῖν ἔοικεν.

τὰ μακρὰ δ' ἐξενέπειν ἐρύ-κει με τεθμὸς Στρ. ε'
ὧραί τ' ἐπειγόμεναι·
ἴυγγι δ' ἕλκομαι ἦτορ
νεομηνίᾳ θιγέμεν.

---

30. τόσους Tricl.: τόσσους *B D* — 31 sq. ἐπηρεάζοντα Stob. flor. 46, 12 et schol. Soph. El. 1026 —

Meropes, veteres incolas Coi insulae, expeditiones, quas in vetere aliquo carmine narratas esse constat, similiter perstrinxit N. III 36 ss. I. VI 31 ss. Copiosius eandem fabulam tractavit in hymno, cuius exstant fr. 50 s. (cf. schol. Apoll. Rhod. I 1289). Similia de Peleo praedicavit fr. 172 — 26. πόρθησε et ad urbem Troiam et ad homines referri posse docet similis usus verbi ἔπερσε N. III 37 — 28 ss. schol.: οὐ πρότερον οὖν φησὶν ἀνεῖλε τὸν Ἀλκυονέα Ἡρακλῆς, πρὶν τὰ ἅρματα αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ Ἀλκυονέως βληθῆναι· μετὰ γὰρ τὸ συντρίψαι αὐτοῦ δώδεκα ἅρματα καὶ εἰκοσιτέσσαρας ἄνδρας λίθῳ μεγίστῳ, τὸ τελευταῖον κατ' αὐτοῦ (Herculis) τὸν λίθον ἔρριψεν, ὃν τῷ ῥοπάλῳ ἀποσεισάμενος οὕτως ἀπέκτεινε τὸν Ἀλκυονέα, καί φασι κεῖσθαι τὸν λίθον ἐν τῷ ἰσθμῷ. λέγεται δὲ τότε συμπαρεῖναι τῷ Ἡρακλεῖ καὶ τὸν Τελαμῶνα. Inde subiectum verbi ἕλεν Alcyoneum esse patet non Herculem. Ceterum in vasis pictis Alcyoneus a Minerva consopitus ab Hercule opprimitur, qua de differentia fabulae v. Köpp, Arch. Zeit. 1884 p. 31 et Robert, Herm. 19, 473 ss. — δὶς τόσους, aurigas et pugnatores — 32. scholiasta comparat versum Sophoclis fr. 209: τὸν δρῶντα γάρ τι καὶ παθεῖν ὀφείλεται· quem versum eo aptius comparavit, quod ex Sophoclis fabula cognata Ἡρακλέους ἐπὶ Ταινάρῳ sumptus erat. Merito autem ex his verbis scholiastae collegerunt Timasarchum quoque non sine vulneribus victoriam consecutum esse.

33. τεθμός, norma carminis, quae cum et ad naturam carminis epinicii universam (cf. I. VI 19) et ad eam, de qua inter poetam et victorem convenerat, formam (cf. P. XI 41) et magnitudinem (cf. Prol. XCVI adn.) pertinere possit, hoc loco magnitudinem potissimum respici ex adiectis verbis ὧραί τ' ἐπειγόμεναι effici mihi videtur; hae enim impedimento poetae erant, quominus longius in fabulis narrandis exspatiaretur. Summam igitur vim verbis τὰ μακρὰ et praepositioni ἐξ verbi ἐξενέπειν tribuo, ut cavendum poetae fuisse putem, ne idem, quod in carmine N. I commisit, tunc quoque committeret, ut fabulam narrandi dulcedine abreptus prorsus victoris eiusque victoriarum oblitus esse videretur. Namque fabulas epinicio intexendi et heroes civitatis cuiusque laudandi morem non universum vituperatum esse, ex iis, quae iam sequuntur, satis apparet. Nimirum non statim post hoc emblema (33—43) ad Timasarchum eiusque gentem redit, neque quae de Teucro Achille Neoptolemo Peleo (45—68) narravit, magis quam quae antea (25—32) de Telamone narraverat, ad Aeginetas et victorem Aeginetam pertinent. Verum, ut dixi, non digressiones ipsae et domesticorum heroum laudes Pindaro vitio vertebantur, sed compendiosa brevitas, Simonidis prolixo flumini in fabulis narrandis contraria — 35. ἴυγγι· summo desiderio, metaphora ab amoris lusu, de quo P. IV 214 conferre iuvat, ad alias res translata — νεομηνίᾳ· novilunio, quo sacro tempore

ἔμπα, καίπερ ἔχει βαθεῖα ποντιὰς ἅλμα
μέσσον, ἀντίτειν' ἐπιβουλίᾳ· σφόδρα δόξομεν
δαΐων ὑπέρτεροι ἐν φάει καταβαίνειν·
φθονερὰ δ' ἄλλος ἀνὴρ βλέπων
γνώμαν κενεὰν σκότῳ κυλίνδει

χαμαὶ πετοῖσαν. ἐμοὶ δ' ὁποί-αν ἀρετὰν Στρ. ϛʹ.
ἔδωκε πότμος ἄναξ,
εὖ ϝοῖδ' ὅτι χρόνος ἕρπων
πεπρωμέναν τελέσει.
ἐξύφαινε, γλυκεῖα, καὶ τόδ' αὐτίκα, φόρμιγξ,
Λυδίᾳ σὺν ἁρμονίᾳ μέλος πεφιλημένον
Οἰνώνᾳ τε καὶ Κύπρῳ, ἔνθα Τεῦκρος ἀπάρχει

---

36. *καίπερ B D*, *κεἴπερ* Bergk — 37. *ἐπιβουλίαις V* — *δόξομεν* Tricl.: *δόξωμεν B D* — 42. *ἔνδωκε* coni. Mommsen, vide vv. 82 et 90 — 46. *ἀπάρχει B D*: *ὑπάρχει* lemma in *B D*, *ἐπάρχει* coni. Pauw, *ἀποικεῖ* Rauchenstein —

haec epinicia acta esse videntur; victoria enim ipsa non novilunii, sed plenilunii tempore comparabatur. Quodsi novilunium tangere poeta cupiebat, hoc non tam ad epinicia, quam ad deos et heroes, quorum hic dies sacer erat, pertinebat. Quod autem scholia ad N. III 2 novilunium Apollinis sacrum fuisse tradunt, hoc nescio an ad hunc locum non pertineat; immo si quae deinceps poeta praedicat, reputaveris, novilunium Aeginae Aeaci et heroum domesticorum sacrum fuisse verisimilius duces — 36. *ἔμπα*, quod ex *ἐν πᾶν* ortum est, cum similiter atque nostrum 'jedenfalls' conditionali enuntiato et praemitti et postmitti possit, *ἔμπα καίπερ ἔχει* idem valere equidem puto, quod vulgo Graeci dicunt *καὶ εἴπερ ἔχει . . . ὅμως ἀντίτεινε*, unde haec loci sententia evadit: quamvis latum mare te, mi anime, ab adversariis distineat, tamen fortiter calumniis obnitere; in contentionem enim si tu descenderis, praestantia tuae artis et dotes natura tibi insitae elucebunt. Sed iam quaeritur, quinam isti adversarii fuerint et quid Pindaro vitio verterint. Atque veteres quidem grammatici hic quoque aemulum Pindari Simonidem respici et carpi putabant (schol.: *δοκεῖ δὲ ταῦτα τείνειν εἰς Σιμωνίδην, ἐπεὶ ἐκεῖνος παρεκβάσεσι χρῆσθαι εἴωθε*), neque deerunt, qui verba *ἔχει βαθεῖαν ποντιὰς ἅλμα μέσσον* in hanc sententiam interpretari audeant, ut iis adversarium Ceum adsignificari putent, qui mari lato discretus e longinquo tela mittat. Tamen nihil equidem huic argumentationi tribuo, praesertim cum Aeginetici quoque adversarii mari profundo a Thebano poeta discreti essent. Duo vero Pindaro vitio verti poterant, et quod nimia brevitate capita rerum comprehenderet neque epico more fabulam panderet (cf. P. IX 77), et quod digressionibus atque fabulis intexendis adeo vacaret, ut a re proposita deflecteret et munus victoriae praedicandae neglegeret. Horum prius hoc quidem loco ego intellegendum esse duco, ut quod cum verbis *ἴυγγι ἕλκομαι νεομηνίᾳ θιγέμεν* et tota carminis forma (v. ad v. 33) melius conciliari possit, licet plerique interpretes contrariam sententiam amplectantur. Nihil igitur cavillationes adversariorum curans Pindarus pergit in sua arte persequenda, ut digressiones ad laudes heroum Aeginetícorum non fugiat, sed tamen breviter eas perstringat neque provinciam a victore sibi iniunctam obliviscatur — 44. *τόδ' αὐτίκα μέλος*, hoc illico carmen velis expansis pande; cf. AP. II 70 *μέλος δ' εὔυμνον ὑφαίνειν* — 46. *Οἰνώνᾳ*, Aeginae, cui pridem nomen Oenonae fuisse constat — *ἀπάρχει* de Teucro in colonia remota regnante dictum est ad analogiam verbi *ἀποικεῖν*. Externo huic regno Teucri opponitur regnum in terra patria (*πατρῴᾳ*) Aiacis, cuius de templo in Salamine insula vide Paus. I 35, 3 —

ὁ Τελαμωνιάδας· ἀτὰρ
Αἴας Σαλαμῖν' ἔχει πατρῴαν·

ἐν δ' Εὐξείνῳ πελάγει φαεν-νὰν Ἀχιλεὺς Στρ. ζ'.
νᾶσον· Θέτις δὲ κρατεῖ
Φθίᾳ· Νεοπτόλεμος δ'
Ἀπείρῳ διαπρυσίᾳ,
βουβόται τόθι πρῶνες ἔξοχοι κατάκεινται
Δωδῶναθεν ἀρχόμενοι πρὸς Ἰόνιον πόρον.
Παλίου δὲ πὰρ ποδὶ λατρείαν Ἰαολκὸν
πολεμίᾳ χερὶ προστραπὼν
Πηλεὺς παρέδωκεν Αἱμόνεσσιν,

δάμαρτος Ἱππολύτας Ἀκάσ-του δολίαις Στρ. η'.
τέχναισι χρησάμενος.
τᾷ Δαιδάλου δὲ μαχαίρᾳ
φύτευέ Ϝοι θάνατον

---

49. ἐν δ' εὐξείνῳ *B D*, ἐν εὐξένῳ Tricl.; fort. ἐν Εὐξένῳ δ' Ἀχιλεὺς φαεννὰν πελάγει — Ἀχιλλεὺς *D* — 53. ἰώνιον *B* — 54. λατρίαν Schmid — Ἰαολκὸν *V*: Ἰαωλκὸν *B D* — 55. χερὶ Tricl.: χειρὶ *B D* — παρτραπὼν coni. Hartung — πολεμίαν χέρα προστρ. Rauchenstein — 58. χρησάμενος *B D* et schol.: χωσάμενος quidam ap. Tricl. — 59. δαιδάλου *B D*: δαιδάλῳ coni. Didymus —

49. ἐν Εὐξείνω· schol.: ἔστι δέ τις ἐπὶ τοῦ Εὐξείνου πόντου καλουμένη Λευκὴ νῆσος, εἰς ἣν δοκεῖ τὸ Ἀχιλλέως σῶμα ὑπὸ Θέτιδος μετακεκομίσθαι· καὶ δρόμους τινὰς δεικνύουσι διὰ τὰ τοῦ ἥρωος γυμνάσια. cf. Strab. VII p. 307 — 50. Θέτις. schol.: Πηλεὺς ᾤχετο εἰς Φθίαν καὶ Θέτιν ἐπὶ τῶν ἵππων τούτων ἄγων οἰκεῖ ἐν Φαρσάλῳ καὶ ἐν Θετιδείῳ, ὃ καλεῖται ἀπὸ τῆς Θέτιδος ἡ πόλις. cf. Strab. IX p. 431 — 51. Neoptolemum Troia redeuntem ad Epirum et Molossos delatum esse et ibi regnum condidisse iam in Nostis narratum erat; cf. N. VII 37 — διαπρυσίᾳ, late patenti, ad exemplum Homerici *P* 748 πρὼν ὑλήεις πεδίοιο διαπρύσιον τετυχηκώς — 52. κατάκεινται, ad maris oram de superiore regione Dodonaea descendunt; cf. Hor. C. I 17, 11: *Usticae cubantis levia saxa* — 54. Ἰαολκόν, olim a Pelasgis, unde regio tota Pelasgis audiebat, habitatam Peleus cum expugnasset, Haemonibus sive Thessalis tradidit; qua de re cf. N. III 34. V 26 ss. — 55. προστραπών, aggressus hostili manu; eidem verbo activam vim tribuit Soph. El. 1193 τίς γάρ σ' ἀνάγκη τῇδε προστρέπει βροτῶν — 57 ss. fabulam ascivit ex Hesiodi Eoeis fr. 110: Acastus, Peliae filius, Hippolytae uxoris mendaci fraude adductus in saltibus, quos feri Centauri tenebant, ensem artificiosum per insidias abdidit, ut Peleus, cum eum quaereret, a Centauris opprimeretur. Quamquam in narranda hac fabula scholiastae Pindari et Apollonii Arg. I 224 ab Hesiodo et Pindaro ita recedunt, ut Peleum, cum solus in silvestri regione relictus esset, ensem ad feras feriendas a Mercurio accepisse ferant. De tota fabula cf. Holzinger ad Lycophr. 328 — 58. χρησάμενος· cum perfidas artes Hippolytae expertus esset, nisi coniecturam χωσάμενος (cf. Hom. Φ 212) recipere praestat — 59. Δαιδάλου μαχαίρᾳ, quod in proverbium abiit (v. Zenob. V 21), ensem Daedali arte factum significat; Hesiodus l. l. eum dixerat μάχαιραν καλήν, ἣν οἱ ἔτευξε περίκλυτος Ἀμφιγυήεις. Correcturam Didymi δαιδάλῳ quamvis facilem et Hauptio opusc. II 262 probatam recipere veriti sumus propter articulum τᾷ, qui nisi genetivus inter eum et nomen intericiatur, omni vi caret. Pindarus igitur similiter atque figulus vasculi

ἐκ λόχου Πελίαο παῖς, ἄλαλκε δὲ Χείρων.
καὶ τὸ μόρσιμον Διόθεν πεπρωμένον ἔκφερεν·
πῦρ δὲ παγκρατὲς θρασυμαχάνων τε λεόντων
ὄνυχας ὀξυτάτους ἀκμάν
τε δεινοτάτων σχάσαις ὀδόντων

ἔγαμεν ὑψιθρόνων μίαν - Νηρεΐδων· Στρ. θ'.
εἶδεν δ' εὔκυκλον ἕδραν,
τᾶς οὐρανοῦ βασιλῆες
πόντου τ' ἐφεζόμενοι
δῶρα καὶ κράτος ἐξέφαναν ἐγγενὲς αὐτῷ.
Γαδείρων τὸ πρὸς ζόφον οὐ περατόν. ἀπότρεπε
αὖτις Εὐρώπαν ποτὶ χέρσον ἔντεα ναός·
ἄπορα γὰρ λόγον Αἰακοῦ
παίδων τὸν ἅπαντά μοι διελθεῖν.

Θεανδρίδαισι δ' ἀεξιγυί-ων ἀέθλων Στρ. ι'.
κᾶρυξ ἑτοῖμος ἔβαν
Οὐλυμπίᾳ τε καὶ Ἰσθμοῖ
Νεμέᾳ τε συνθέμενος,
ἔνθα πεῖραν ἔχοντες οἴκαδε κλυτοκάρπων
οὐ νέοντ' ἄνευ στεφάνων, πάτραν ἵν' ἀκούομεν,

---

61. *ἔφερεν D* — 62. *θρασυμαχάνων* em. Hermann collato O. VI 67: *θρασυμαχᾶν B D* — 64. *τε: τ' ᾗ* coni. Bergk, fort. *τε δϝειν.* — 68. *ἐξύφαναν* coni. Bury — *ἐγγενὲς* ex scholiis Rittershusius: *ἐς γενεὰς B D*, *ἐς γένας* Tricl., *ἐς γένος* Ursinus. *ἐς γέρας* Pauw — 70. *Εὐρώπαν*: *εὔπορον* coni. Kayser, *εὐρωπὰν* Bergk, *εὔορμον* Leutsch — 75. *Οὐλ.* Schmid: *Ὀλυμπ. B D* — 77. *νέον* D^{ac} —

litterati apud Wieseler, Theat. IX 14 Vulcanum nomine *Δαιδάλου* indicasse videtur, id quod nuper comprobavit Töpfer Attische Genealogie p. 168, reiecit Wilamowitz Nachr. d. Gött. Ges. 1895 p. 222 — 60. *Χείρων . . . ἔκφερεν·* Chiron Peleo opitulatus necem cruentam arcuit, unde ille quod Iovis consilio constitutum erat fatum ad exitum perduxit — 62. De Thetide Nerei filia, ut amplexus Pelei effugeret, varias formas induente, ut in ignem, leonem, draconem mutaretur, nota omnia et iam ab Homero Il. XVIII 432 significata sunt — 64. *σχάσαις* inhibens; cf P. X 51 *κώπαν σχάσον* — 65. *ἔγαμεν· Πηλεύς·* verba enim *τᾷ Δαιδ . . . Χείρων* parenthesi interiecta sunt — 66. *εὔκυκλον ἕδραν·* schol.: *κυκλοτερές*, sedem in orbem et circuitum conformatam; fabulam de diis dona nuptialia offerentibus eximie illustravit Catullus carm. 64 et Clitias pictor; v. ad P. III 94.

69. ad laudem domus victricis redit — *Γαδείρων τὸ πρὸς ζόφον*, iter ultra Gades versus occidentem; cf. N. III 21 — 73. *Θεανδρίδαισι·* schol : *φρατρία τις ἀπό τινος Θεάνδρου προγόνου ἐνδόξου τῶν περὶ Τιμάσαρχον, ᾧ γέγραπται ἡ ᾠδή* — 75. *συνθέμενος*, pactus sponsione facta inter poetam et victorem eiusque gentem; cf. Prol. XCVI; quinam autem ex Theandridis Olympia vicerit, neque ex hoc carmine ipso neque ex scholiis cognoscitur — 77. *ἵνα* ad *οἴκαδε* referendum est; Aeginae igitur gens (*πάτρα*) Theandridarum epiniciis carminibus praeter ceteras gentes insignis fuisse dicitur, quod non solum victorias multas reportaverant, sed etiam carminibus eas illustrandas curaverant —

Τιμάσαρχε, τεὰν ἐπινικίοισιν ἀοιδαῖς
πρόπολον ἔμμεναι. εἰ δέ τοι
μάτρῳ μ' ἔτι Καλλικλεῖ κελεύεις

στάλαν θέμεν Παρίου λίθου - λευκοτέραν· Στρ. ια'.
ὁ χρυσὸς ἑψόμενος
αὐγὰς ἔδειξεν ἁπάσας,
ὕμνος δὲ τῶν ἀγαθῶν
ἐργμάτων βασιλεῦσιν ἰσοδαίμονα τεύχει
φῶτα· κεῖνος ἀμφ' Ἀχέροντι ναιετάων ἐμὰν
γλῶσσαν εὑρέτω κελαδῆτιν Ὀρσοτριαίνα,
ἵν' ἐν ἀγῶνι βαρυκτύπου
θάλλησε Κορινθίοις σελίνοις·

τὸν Εὐφάνης ἐθέλων γεραι-ὸς προπάτωρ Στρ. ιβ'.
σὸς ἄεισεν τότε, παῖ.
ἄλλοισι δ' ἅλικες ἄλλοι·
τὰ δ' αὐτὸς ἄν τις ἴδῃ,
ἔλπεταί τις ἕκαστος ἐξοχώτατα φάσθαι.
οἷον αἰνέων κε Μελησίαν ἔριδα στρέφοι,

πάτραν ἵν' Hermann: *πάτρανιν D*ac, *πάτραν νιν B D*pc — 78. *τεὰν* codd : *σὰν* Hermann — 82. *ὁ χρυσὸς δ' ἑψ.* coni. Boeckh — 87. *ἵν' ἐν* codd.: *ὃς ἐν* coni. Rauchenstein, *ἕνεκ'* Mommsen — 88. *θάλλησε* Schmid: *θάλησε* codd.; cf. N. x 42 et Prol. xi — 90. *σὸς ἄεισεν τότε* (*ποτε* Hermann) *παῖ* coni. Rauchenstein: *ὁ σὸς ἀείσεται παῖ* codd. et schol. — 91. *ἄν τις ἴδῃ* ex scholiis Hermann: *ἄν τις τύχῃ* codd., *ἄντα τύχῃ* vel *ἀντιτύχῃ* Mingarelli — 93. *οἷον D* Didymus: *οἷον* Ari-

81. columnam Pario marmore candidiorem dicit carmen epinicium; cf. N. v in. et Hor. C. iv 8, 13: *non incisa notis marmora publicis clarius indicant laudes quam Calabrae Pierides.* Candorem idem Horatius C. i 19, 4 comparatione Parii marmoris illustrat: *Glycerae nitor splendentis Pario marmore purius* — 82. verba *ὁ χρυσὸς . . . φῶτα*, quibus res in protasi significata confirmatur, media inter protasin (v. 80 s.) et apodosin (v. 85 ss.) interiecta sunt; paratactica autem structura ea comparationem auri et hymni exhibent, ut haec sit versuum sententia: marmorea columna praestantius monumentum carmen est, quod ut aurum igne coctum omnibus luminibus clarescit (cf. O. i in.), ita res bene gestae carmine illustratae hominem regibus parem reddunt — 87. *ἵν' ἐν ἀγῶνι· ἵνα* ad genetivum *Ὀρσοτριαίνα*, qui a nomine verbali *κελαδῆτιν* pendet, referendum est, nisi forte coniunctioni *ἵνα* hic non localis aut finalis sed modalis vis inest, ut cognata particula *ὅπα* et 'ubi' et 'quo parto' significat. De animis mortuorum apud inferos vivere pergentibus confer Erw. Rohde, Psyche p. 496 — 89. *Εὐφάνης* avus maternus Timasarchi et pater Calliclis fuisse dicitur, qui filium suum Calliclem, ut Timasarchum eius pater Timocritus, carmine illustraverat — 91. *ἄλλοισι δ' ἅλικες ἄλλοι·* respicit proverbium *ἧλιξ ἥλικα τέρπει* — 93. sub finem carminis eximie poeta Melesiam Atheniensem, aliptam Timasarchi, imaginibus a palaestra ductis ornat; ad luctam enim pertinent non solum vocabula *ἀπάλαιστος* et *ἔφεδρος*, sed etiam verba *στρέφειν* torquere, *πλέκειν* flectere, *ἕλκειν* trahere — *οἷον*, si recte se habet, neque ad *αἰνέων* neque ad *ἔριδα*, sed ad phrasin *ἔριδα στρέφοι* referendum est —

ῥήματα πλέκων, ἀπάλαιστος ἐν λόγῳ ἕλκειν,
μαλακὰ μὲν φρονέων ἐσλοῖς,
τραχὺς δὲ παλιγκότοις ἔφεδρος.

---

starchus, utrumque *B*, *οἴων* coni. Ahrens, *οἴαν* Boeckh — *ἔριδας* v. l. schol. — 94. *ἕλκει* B^{ac}, fort. *ἕλκων* — 95. *μαλακὰ* coni. Schmid: *μαλθακὰ* *BD*.

94. *ἀπάλαιστος ἐν λόγῳ ἕλκειν*, qui in oratione, ut athleta in lucta, difficilis est ad trahendum, i. e. trahendo depugnari non potest — 96. *τραχὺς δὲ παλιγκότοις ἔφεδρος*· Pindaro obversatum esse Archilochi fr. 86 *τρηχύς τε καὶ παλίγκοτος* Schneidewinus scite observavit.

NEMEON. E′.

ΠΥΘΕᾼ ΑΙΓΙΝΗΤῌ

ΠΑΓΚΡΑΤΙΑΣΤῌ.

Strophae.

– ⁚– ⏑ – ⏓ ·– ⏑ –| ⁚ ⏑ – – ·– ⏑ – –| ⁚ ⏕ – ⏕ – – ⁚– ⏑ ⏓|
⁚– ⏕ – ⏕ – –| ⁚– ⏕ – ⏕ ·– ⏑ – ⏑ ·– –|
⁚– ⏑ – – ·– ⏑ – –| ·– ⏑ ⏓
– ⁚– ⏑ – –| ·– ⏑ ⏖ – ·– ⏑ ⏓|
– ⁚– ⏑ – ⏓ ⁚– ⏕ – ⏕ ⏓̇|
– ⁚– ⏑ ⏖ – ·– ⏑ – –,| ⁚– ⏑ – – ·– ⏑ – ⏓|

Epodi.

⏑̄ ⁚– ⏕ – ⏕ – ⏓,| ⁚– ⏑ – – ·– ⏑ – ⏓|
⁚– ⏕ – ⏕ – –, ⁚– ⏑ – ⏓,| ·– ⏑ – – ·– ⏑ ⏓|
– ⁚ ⏕ – ⏕ – –,| ⁚– ⏑ – ⏓ ·– ⏑ –|
– ⁚ ⏑ – – ·– ⏕ – ⁚– ⏕| – ⏕ – ⏓, ⁚– ⏑ –|
– ⁚– ⏕ – ⏕ – – ⁚– ⏑ ⏓|
⁚– ⏑ – – ⁚– ⏕ – ⏕ ·–| ⏕ – – ⁚– ⏑ – ⏓|

Argumentum.

Pytheas Lamponis filius Aegineta e nobilissima gente Psalychidarum (v. I. vi 63), cuius victoriam Nemeaeam hoc carmen illustrat, gentilis, sed non filius Lamponis eius fuit, qui pugnae Plataeensi interfuit et ab Herodoto ix 78 unus ex principibus Aeginetarum fuisse dicitur: *ἐν δὲ Πλαταιῆσι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν Αἰγινητέων ἦν Λάμπων Πυθέω Αἰγινητέων τὰ πρῶτα·* Illum enim Pytheae filium dixit Herodotus, hunc nostrum Cleonici Pindarus (I. v 55. vi 16). Frater minor Pytheae Phylacida fuit, cuius Isthmicas victorias duas Pindarus I. v et vi praedicavit. Praeterea avunculus (*μάτρως*) eius Euthymenes gymnicis ludis operam dederat (N. v 41. I. vi 62), et avi materni Themistii insignia duarum victoriarum Epidaurearum in vestibulo fani Aeacei suspensa erant (N. v 53) — De tempore carminis hoc quidem constat, Pytheae victoriam Nemeaeam, cum in carminibus I. v 19. vi 4. 61 ea respiciatur et carmen hoc Nemeaeum tamquam prima libatio domus Lamponis oblata esse dicatur (I. vi 2), ante Isthmicas victorias Phylacidae reportatam esse. Neque exiguum temporis intervallum inter N. v et I. v intercessisse videtur, quoniam Phylacida frater ad alterum illud certamen

Isthmicum a Pythea institutus esse traditur I. v 49. Iam cum carmen I. v non longe post pugnam Salaminiam scriptum sit (v. I. v 48), hoc carmen Nemeaeum ante eam scriptum esse necesse est, probabiliter Ol. 74, 4 = 481 a. Chr. vel Ol. 74, 2 = 483 a. Chr. Denique quo certaminum genere Pytheas vicerit, non plane exploratum est. Pancratio quidem eum vicisse poeta aperte N. v 5 et I. v 60 declarat, sed num puer vicerit, valde dubium est. Nam quod in codice optimo B huic carmini inscriptum est *Πυθέᾳ παιδὶ Αἰγινήτῃ*, inde effici quidem videtur Pytheam puerum vicisse; sed cum titulorum Pindaricorum fides incertissima sit et puerorum pancratium Olympiae demum Ol. 145, Delphis Ol. 108 institutum sit (v. Paus. v 8, 11. x 7, 8; cf. Prol. LXXI), parum credibile est Nemeae iam Ol. 74 duo genera pancratii distincta fuisse. Quae cum ita sint, aut ab librario codicis B ex versu sexto notionem pueri sumptam esse, aut ante vel post *παιδὶ* nomen patris Lamponis in codice illo excidisse puto.

Carmen ipsum si quod aliud metaphoris et imaginibus egregie splendet, idem tamen quod iusto magis versicolor est et ab alia in aliam rem magis transilit quam commode transit, ardoris iuvenilis vitia prodit. Splendido igitur in exordio comparatione epinicii cum statua facta poeta animum suum cohortatur, ut Pytheae iuvenis victoriam Nemeaeam, qua heroas Aeginetas et patriam insulam eximie ille illustraverit, carmine praedicet (1—8); hanc autem insulam claram factam esse Iovis beneficio preces trium filiorum Aeaci exaudientis (9—13). Iam trium filiorum mentione facta poeta dissidia fratrum, Phoci nefandam caedem, Pelei et Telamonis fugam recordatur, sed has res tristes se ait silentio premere malle, decora potius gentis sibi illustranda esse (14—21). Atque iam unum ex decoribus illis hymnum fuisse refert, quo Musae in nuptiis Pelei et Thetidis fata mariti et nymphae cecinissent, insidias ab impudica Acasti uxore Peleo structas et Thetidis coniugium pio heroi tamquam praemium pudicitiae a Iove et Neptuno donatum (22—37). Hinc satis audacter ad Neptunum praesidem Isthmicorum certaminum, quae nescio an iam tum Phylacida aut Pytheas ipse obire meditatus sit, poeta transit (37—40). Deinde saltu etiam audaciore Isthmicis ludis adnectit Aegineticam victoriam Euthymenis, avunculi Pytheae, Pytheae ipsius victorias Nemeaeam Megarensem Aegineticam, denique Themistii, unius ex cognatis Pytheae, Epidaureas (41—54).

Pytheae, cui hoc carmen factum est, etiam in epiniciis fratris Phylacidae (I. v 19. 59. vi 58) mentio fit. Idem praeterea in fragmento carminis, quod scholia ad inscr. I. v servaverunt, commemoratur, quo Isthmia eum vicisse, sed iam mortem occubuisse poeta significat.

De metris.

Carmen hoc ad antiquam normam dactylo-epitriticorum carminum compositum ex pedibus epitritis et tripodiis dactylicis constat, quibus una in epodo tetrapodia dactylica (ep. 6) et in stropha simile colon logaoedicum (str. 2; cf. O. vi 5. xiii 3) admixtum est. Idem similiter atque O. iii fere continuis numeris decurrit, unde strophae versus 3—5, epodi 2—3 singulas in periodos coniungere malim et in epodi medio versu 34 caesuram neglectam aegre feram. Pompae chorive gradientis nullum in-

dicium exstat; immo comparatione cum choro Musarum, in quo medio Apollo deus stans citharam plectro pulsat, versibus 22—24 instituta effici videtur in hoc quoque carmine choro canenti poetam fidibus ita praecinuisse, ut uno loco fixus maneret neque choreas duceret.

Οὐκ ἀνδριαντοποιός εἰμ', Στρ. α'.
ὥστ' ἐλινύσοντα ϝεργάζεσθαι ἀγάλματ' ἐπ' αὐτᾶς βαθμίδος
ἑσταότ'· ἀλλ' ἐπὶ πάσας ὁλκάδος ἔν τ' ἀκάτῳ, γλυκεῖ' ἀοιδά,
στεῖχ' ἀπ' Αἰγίνας, διαγγέλλοισ', ὅτι
Λάμπωνος υἱὸς Πυθέας εὐρυσθενὴς
νίκη Νεμείοις παγκρατίου στέφανον,
οὔπω γέννσι φαίνων τέρειναν ματέρ' οἰνάνθας ὀπώραν,

ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ζηνὸς ἥ- 'Αντ. α'.
ρωας αἰχματὰς φυτευθέντας καὶ ἀπὸ χρυσεᾶν Νηρηίδων
Αἰακίδας ἐγέραρεν ματρόπολίν τε, φίλαν ξένων ἄρουραν·

VARIA LECTIO. Inscr. *Πυθέᾳ παιδὶ* (fort. *Λάμπωνος παιδὶ*) *Αἰγινήτῃ ᾠδή ε'* *B*, *Πυθέᾳ υἱῷ Λάμπωνος παγκρατιαστῇ D* — 1. *ἐλινύσσ. D* — 2. in marg. add. *D* — *πάσας* Tricl.: *πάσης B D* — 5. *νίκη* Heyne: *νικῇ B D*, *νικῇ* Bergk — 6. *γέννι* coni. Hermann — *οἰνάνθαν ὀπώρας* coni. Pauw — 7. *νηρεΐδων B D* — 8. *ἐγέραιρε B D*: *ἐγέραρε* ed. Rom. —

COMMENTARII. v. 1 ss. Carmen epinicium statua potius esse exponit, quod non ut illa eodem loco fixum maneat, sed tamquam navigium super omnia maria famam victoris diffundat. Huius vero comparationis lepidam, licet commenticiam, causam scholia afferunt hanc: Pindarum carminis mercedem tria milia drachmarum poposcisse, quod primum recusasse gentiles Pytheae victoris, quando signum aeneum tanta pecunia comparari posset, postea autem, cum carmine magis quam signo famam hominis illustrari cognovissent, non invitos dedisse. Sententiam Pindari reddit Horatius C. IV 2, 17: *sive quos Elea domum reducit | palma caelestes pugilem equumve | dicit et centum potiore signis | munere donat.* De statuis victorum Pindari aetate positis copiose disputat Jebb, Journal of Hell. stud. III 175 ss. — *αὐτᾶς* = *τᾶς αὐτᾶς*, quod dicendi genus Pindari et Homeri esse constat — 2. apte poeta de maiore navi praepositione *ἐπί*, de parva lintre praepositione *ἐν* usus est; bene idem in insula mercaturae studiosa imagine navigationis divulgationem famae illustravit — 5. *νίκη στέφανον*, consecutus est victoria coronam; sic *νικᾶν χαλκόν* N. X 48, *νικᾶν τρίποδα* append. epigr. 79 — 6. *ματέρ' οἰνάνθας ὀπώραν* si recte se habent, poeta *ὀπώραν* non autumnum, sed aestatis calorem intellexit, quam similem vim huic vocabulo poeta tribuit I. II 5; de comparatione lanuginis barbae cum viteo germine confer Eur. Phoen. 1160 *οἰνωπὸν γένυν* — 7. schol.: *ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ζηνός· Τελαμὼν καὶ Πηλεύς*, qui filii Aeaci, filii Jovis, et Endaidis, neptis Saturni, erant; schol.: *Κρόνου μὲν γὰρ Χείρων καὶ Φιλύρας, Χείρωνος δὲ 'Ενδηΐς, 'Ενδηΐδος δὲ Τελαμὼν καὶ Πηλεὺς ἐξ Αἰακοῦ.* Atque hoc quidem loco Pindarus re vera Endaidem pro Chironis filia Saturnique nepte habuisse videtur, quamqam aliis locis Chironem, quippe quem Achillis et Iasonis magistrum dixerit, minorem natu quam Aeacum fuisse statuit et alii scriptores (v. Prol. CXX) Endaidem non Chironis, sed Scironis filiam fuisse perhibebant. Nimirum in permutatis his nominibus (Chironis et Scironis) historiae fabularis scintillae simultatis Atheniensium et Aeginetarum latent, neque scio an Pindarus in hac fabula et in ea, quam de Aeaci auxilio a Graecis omnibus implorato N. VIII 10 exposuit, auctor interpolatae et corruptae veteris traditionis exstiterit — *Νηρηΐδων·* ex quibus et Phocus Aeaci filius et Achilles Pelei filius nati sunt — 8. *ματρόπολιν·* hic matris urbem sive Aeacidarum patriam (cf. Soph. Ant. 1122

τάν ποτ' εὔανδρόν τε καὶ ναυσικλυτὰν
θέσσαντο πὰρ βωμὸν πατέρος Ἑλλανίου
στάντες, πίτναν τ' εἰς αἰθέρα χεῖρας ἁμᾶ
Ἐνδαΐδος ἀρίγνωτες υἱοὶ καὶ βία Φώκου κρέοντος,

ὁ τᾶς θεοῦ, ὃν Ψαμάθεια τίκτ' ἐπὶ ῥηγμῖνι πόντου. Ἐπ. α΄.
αἰδέομαι μέγα ϝειπεῖν ἐν δίκᾳ τε μὴ κεκινδυνευμένον,
πῶς δὴ λίπον εὐκλέα νᾶσον, καὶ τίς ἄνδρας ἀλκίμους
δαίμων ἀπ' Οἰνώνας ἔλασεν.
στάσομαι. οὔ τοι ἅπασα κερδίων
φαίνοισα πρόσωπον ἀλάθει' ἀτρεκές·
καὶ τὸ σιγᾶν πολλάκις ἐστὶ σοφώτατον ἀνθρώπῳ νοῆσαι.

εἰ δ' ὄλβον ἢ χειρῶν βίαν Στρ. β΄.
ἢ σιδαρίταν ἐπαινῆσαι πόλεμον δεδόκηται, μακρά μοι

---

12. ἐνδαΐδεος D — 13. ὃν Schmid: τὸν B D — τίκατ' D — ἐπὶ ϝρήγμ. Mommsen; conf. P. I 45 — 15. δὴ B: δὲ D — 17. ἀτρεκές Bergk: ἀτρεκής (ἀτερκ. D) B D — 19. σιδαρ. Heyne: σιδηρ. B D —

Βακχᾶν ματρόπολιν Θήβαν) significat; contra vulgaris vis urbis, quae mater aliarum urbium fuerit, eidem nomini est P. IV 20 — 9 ss. schol.: φασὶ γὰρ αὐχμοῦ ποτε πιέζοντος τὴν Ἑλλάδα, ἔνιοι δὲ κατακλυσμοῦ, συνελθόντας τοὺς Ἕλληνας καθικετεῦσαι τὸν Αἰακὸν ὡς ὄντα παῖδα Διός, ἐξαιτήσασθαι τῶν τότε συστάντων κακῶν τὴν ἴασιν· τοῦτον δὲ εὐξάμενον ἀποθεραπεῦσαι τὰ δεινά, καὶ οὕτω διὰ τὴν τῆς Ἑλλάδος σωτηρίαν Ἑλλήνιον παρὰ τοῖς Αἰγινήταις τετιμῆσθαι Δία· quo cum scholio conspirant schol. N. VIII 19. Isocr. 9, 14. Diodor. IV 61. Paus. II 29, 7. I 44, 9. At haec fabula non prorsus in hunc locum quadrat, quandoquidem hic poeta non proceres Graeciae, sed filios Aeaci manibus sublatis orantes facit, nisi forte homines precantes, qui in vestibulo Aeacei delineati erant (v. Paus. II 19, 7) tum quidem Pindaro filii Aeaci esse videbantur, postea autem pro legatis Graecarum civitatium auxilium pii Aeaci implorantibus (N. VIII 10) venditati sunt, quam rem fusius exposui in Stzb. d. b. Ak. 1895 p. 16 ss. — 10. θέσσαντο· 'precati sunt' vulgo veterum grammaticorum auctoritatem secuti interpretantur; equidem θέσσαντο aeque atque θέσσαν O. I 66 a verbo τίθημι descendere duco neque video quo iure nova et inaudita radix θεσ graecae linguae obtrudatur. Nam qui ad hanc sententiam, quam etiam Georgio Curtio Etym.[5] 520 placuisse miror, comprobandam afferuntur loci Apoll. Arg. I 824 et Callimachi hymn. VI 48 Alexandrinorum poetarum sunt, Hesiodi autem et Archilochi laciniae breviores sunt, quam ut quidquam ex iis concludas; restat unum Homericum ἀπόθεστος Od. ρ 296, quod falsa analogia similiter atque θεόσδοτος excusare malo quam ad novam neque in ceteris linguis Aricis usurpatam radicem θες statuendam abuti — 12. βία Φώκοιο periphrastice pro Φῶκος, unde poeta pergit ὁ τᾶς θεοῦ, cf. P. XI 61 — 13. fabulam de Psamathia ab Aeaco amata latius tractat schol. Eur. Androm. 687: μίγνυται Αἰακὸς Ψαμάθῃ τῇ Νηρέως εἰς φώκην ἠλλαγμένῃ διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι συνελθεῖν· καὶ τεκνοῖ ἐκ ταύτης παῖδα τὸν Φῶκον, ὃν ὁ Πηλεὺς ἀνεῖλεν ἐπιβουλεύσας διὰ τὸ ἐν τοῖς ἀγῶσι διαφέροντα αὐτὸν εἶναι Πηλέως καὶ Τελαμῶνος — 15. λίπον εὐκλέα νᾶσον· concesserunt Telamon Salamina, Peleus Phthiam Thessalicam, pulsi a Furiis parricidium ulciscentibus; v. schol. ad h. l. et Apoll. Arg. I 91 — 16. στάσομαι· egregie ante hoc verbum poeta cursum versus catalexi inhibuit. De re ipsa confer O. I 52 — 19. αἰ δ' ὄλβον κτλ.: abominanda facinora silentio premere malo; at si de praedicandis rebus bene gestis agitur, magno

αὐτόθεν ἅλμαθ' ὑποσκάπτοι τις· ἔχω γονάτων ἐλαφρὸν ὁρμάν·
καὶ πέραν πόντοιο πάλλοντ' αἰετοί.
πρόφρων δὲ καὶ κείνοις ἄειδ' ἐν Παλίῳ
Μοισᾶν ὁ κάλλιστος χορός, ἐν δὲ μέσαις
φόρμιγγ' Ἀπόλλων ἑπτάγλωσσον χρυσέῳ πλάκτρῳ διώκων

ἁγεῖτο παντοίων νόμων. Ἀντ. β'.
αἱ δὲ πρώτιστον μὲν ὕμνησαν Διὸς ἀρχόμεναι σεμνὰν Θέτιν,
Πηλέα θ', ὥς τέ νιν ἁβρὰ Κρηθεῒς Ἱππολύτα δόλῳ πεδᾶσαι
ἤθελε, ξυνᾶνα Μαγνήτων σκοπὸν
πείσαισ' ἀκοίταν ποικίλοις βουλεύμασιν,
ψεύσταν δὲ ποιητὸν συνέπαξε λόγον,
ὡς ἆρα νυμφείας ἐπείρα κεῖνος ἐν λέκτροις Ἀκάστου

Ἐπ. β'.
εὐνᾶς · τὸ δ' ἐναντίον ἔσκεν· πολλὰ γάρ νιν παντὶ θυμῷ
παρφαμένα λιτάνευεν. τοῦ δ' ἄρ' ὀργὰν κνίζον αἰπεινοὶ λόγοι·
εὐθὺς δ' ἀπανάνατο νύμφαν, ξεινίου πατρὸς χόλον

---

20. *ἔχω γον.* *Byz.*: *ἔξω γουν.* *B D* — *ἐλαφρὸν* coni. Schmid: *ἐλαφρὰν B D* — 22. *κἀκείνοις* codd. — *ἄειδ' ἐν* coni. Pauw: *ἄειδεν* Schmid, *ἀείδει B D* — 23. *ὁ* om. *B*ᵃᶜ — *μέσσαις B*, *μοίσσαις D* — 26. *Κρηθεῒς* Heyne: *κρηθὴϊς* codd. — *Ἱππολύτα*: *Ἱππολύτου θυγάτηρ* interpretantur scholia hic et N. IV 88 — 27. *ξυνᾶνα D*: *ξυνεῦνα B* — 28. *ἀκοίταν*: *Ἄκαστον* coni. Bergk — *ποικίλοι D* — 29. *συνέπαξε B*: *συνέπλεξε D* — 30. *ἀκάστα D* — 32. *τοῦ δὲ ὀργ.* codd.: *τοῖο δ' ὀργ.* coni. Hermann, *τοῦ δ' ἄρ' ὀργ.* Rauchenstein —

impetu ferar, ut latum spatium transiliendum mihi sulco ducto signare possis. Schol.: *ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν πεντάθλων, οἷς σκάμματα σκάπτονται, ὅταν ἅλλωνται· ἐκείνων γὰρ κατὰ τὸν ἀγῶνα πηδώντων ὑποσκάπτεται βόθρος ἑκάστου τὸ ἅλμα δεικνύς*, unde proverbium *ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν*, de quo vide Eust. ad Hom. Od. VIII 198. Iuvenem rastro fossam ducentem in vase agonistico habes ap. Bötticher, Olympia n. 7 — 21. *αἰετοί·* aquilae generositatem suae Musae comparat etiam N. III 80.

22. transit ad fabulam de Musis Peleo et Thetide carmina nuptialia canentibus — *καὶ κείνοις·* ut ipse Pytheae, sic etiam Peleo, uni ex Aeacidis, Musarum chorus carmen in Pelio monte cecinit — 23 s. conferre iuvat hymni Apoll. Pyth. init., ubi Apollo fidibus praeit Musis voce canentibus; hic autem Apollo fidibus canens medius (*ἐν μέσαις*) circumfunditur a choro Musarum — 25. *παντοίων νόμων·* varios carminum modos praeit Apollo, ut ab alio ad aliud carmen transeat; rem illustrat Aristoph. Ran. 382 ss., ubi coryphaeus chorum adhortatur *ἄγε νῦν ἑτέραν ὕμνων ἰδέαν τὴν καρποφόρον βασίλειαν κελαδεῖτε·* cf. Stesich. fr. 46 *μέτειμι δ' ἐφ' ἕτερον προοίμιον* — *Διὸς ἀρχόμενοι·* cf. N. II in. et Hor. C. I 12, 13 — 26 ss. eandem fabulam attigit N. IV 57 ss., similes fabulas collegit Wilamowitz, Eur. Hipp. 34 — 26. *Κρηθεΐς·* Crethei filia; v. Prol. CXVI. Hippolyta altera quaedam Putiphar est; nimirum tales narratiunculae mutatis nominibus ab alio populo ad alium populum migrare solent — 27. *ξυνᾶνα Μαγνήτων σκοπόν·* custodem sive regem Magnetum amicum et sodalem Pelei — 32. *λιτάνευεν·* imperfecto sua vis conaminis est, quae clare apparebit, si aoristum *κατένευσεν* v. 34 contuleris — 33. *ἀπανάνατο·* cf. Hom. Od. X 297 *ἀπανήνασθαι θεοῦ εὐνήν* — *ξεινίου πατρός·* quod hospitalis Iovis iram veritus esse dicitur, inde colligas Peleum exulem hospitio Acasti usum esse —

δείσαις· ὁ δ᾽ ἐφράσθη κατένευ-
σέν τέ Ϝοι ὀρσινεφὴς ἐξ οὐρανοῦ
Ζεὺς ἀθανάτων βασιλεύς, ὥστ᾽ ἐν τάχει
ποντιᾶν χρυσαλακάτων τινὰ Νηρεΐδων πράξειν ἄκοιτιν,

γαμβρὸν Ποσειδάωνα πεί- *Στρ. γ΄.*
σαις, ὃς Αἰγᾶθεν ποτὶ κλειτὰν θαμὰ νίσσεται Ἰσθμὸν Δωρίαν·
ἔνθα μιν εὔφρονες ἶλαι σὺν καλάμοιο βοᾷ θεὸν δέκονται,
καὶ σθένει γυίων ἐρίζοντι θρασεῖ.
πότμος δὲ κρίνει συγγενὴς ἔργων περὶ
πάντων. τὺ δ᾽ Αἰγίναθεν ἄπ᾽, Εὐθύμενες,
Νίκας ἐν ἀγκώνεσσι πιτνὼν ποικίλων ἔψαυσας ὕμνων.

ἦτοι μεταΐξαντα καὶ *Ἀντ. γ΄.*
νῦν τεὸς μάτρως σ᾽ ἀγάλλει καί σου ὁμόσπορον ἔθνος, Πυθέα.

36. *ποντιᾶν* Heyne: *ποντίαν* codd. — *πράξον* *D* — 37. *κλειτὰ* D^{pc} — *νίσετ.* *BD* — 38. *ἔνθα μὲν* coni. Mingarelli — 40. *συγγενὲς* *D* — 41. *Αἰγίναθεν ἄπ᾽* scripsi praeeunte Mingarellio, qui *Αἰγίναθεν ὦ* proposuerat: *Αἰγίνᾳ θεᾶς* codd. et pars schol., *Αἰγίνᾳ θεοῦ* Schmid quem recentiores editores secuti sunt — 43. *τεὸς μάτρως σ᾽ ἀγάλλει καί σου ὁμόσπορον ἔθνος Πυθέα* scripsi scholiorum vestigia secutus: *τεὸς μάτρως ἀγάλλει κείνου ὁμ. ἔθν. πυθέας* codd.; prima verba sic iam refingere malim: *τὲ* (= *σὲ*, cf. O. I 49) *τεὸς μάτρως ἀγ.* —

34. *κατένευσεν . . . ὥστε πράξειν·* cf. Thucyd. VIII 86 *ἐπαγγελλόμενοι ὥστε βοηθεῖν* — 36. *πόντιος* cum semper vim adiectivi habeat, non *ποντίαν τινα*, sed *ποντιᾶν Νηρεΐδων τινα* poetam dixisse veri simile est — 37. *γαμβρὸν Ποσειδάωνα* dixit, quod Neptunus, qui Amphitritam, unam ex Nereidibus, uxorem duxerat, Peleo, Thetidis marito futuro, affinitate iunctus erat — *Αἰγᾶθεν·* Aegas Neptuni sacras fuisse iam Homerus Il. VIII 203 dixerat, Pindarus autem Neptunum Aegis Isthmum ludosque Isthmicos petentem fecit, ut a Thetidis nuptiis ad certamina ludorum Pytheamque victorem rediret. Pytheam vero eiusque fratrem Phylacidam iam tum de Isthmicis ludis obeundis cogitasse videri bene Dissenius monuit — 41. *πάντων·* hoc vocabulo transitus ad sequentia fit: omnium cum rerum eventus ab ingenita fortuna et indole pendeat, Euthymenes quoque ceterique gentiles Lamponis virtute sua ad victoriam quasi nati erant.

41. *τὺ δ᾽ Αἰγίνᾳ θεᾶς, Εὐθύμενες·* genuina si haec esset lectio, aut audacissimo saltu poeta a Neptuno praeside ludorum Isthmiorum ad Aegineticos ludos transiret, aut Euthymenem Isthmia quidem vicisse, sed Aeginae honorem hymni epinicii consecutum esse obscura oratione significaret. Sed alia legisse videtur scholiasta vetus ad v. 67 adnotans: *διατί ὠνόμασε νῦν τὸν Ἰσθμόν; ὅτι οἰκεῖος τις ἦν τοῦ Πυθέου, εἰς ὃν αὕτη ἡ ᾠδὴ γέγραπται, Εὐθυμένης, ὃς ἐνίκησεν Ἴσθμια.* Accedit quod Pindarus ipse I. VI 61 Euthymenem Isthmia aut Nemea vicisse aperte declarat. Inde codicum lectionem, quae falsa esse metro ipso coarguitur, Mingarellio duce ita emendavi, ut inter victores Isthmicorum ludorum etiam qui Aegina (*Αἰγίναθεν*, ut v. 37 *Αἰγᾶθεν*) venerit Euthymenes fuisse dicatur — 42. *Νίκας ἐν ἀγκώνεσσι πιτνών·* cf. I. II 26 *ἐν γούνασι πιτνόντα Νίκας·* aliter Romanus poeta Iuv. VIII 63 *rara iugo Victoria sedit* — 43. ex verbis scholiastae *ἀγάλλει σοῦ τὸ ὁμόσπορον ἔθνος τὸ τῶν Αἰγινητῶν· καταλληλότερον δὲ ἔνιοι γράφουσι Πυθέας, ἵν᾽ ᾖ μήτρως Πυθέας* apparet lectionem codicum *Πυθέας* interpolatoris manu in textum illatam esse; emendatum locum sic interpretor: nunc te, Pythea, vestigia avunculi secutum et avunculus et tota gens praedicat —

ἁ Νεμέα μὲν ἄραρεν μείς τ' ἐπιχώριος, ὃν φίλησ' Ἀπόλλων·
ἅλικας δ' ἐλθόντας οἴκοι τ' ἐκράτεις,
Νίσου τ' ἐν εὐαγκεῖ λόφῳ. χαίρω δ', ὅτι
ἐσλοῖσι μάρναται πέρι πᾶσα πόλις.
ἴσθι, γλυκεῖάν τοι Μενάνδρου σὺν τύχᾳ μόχθων ἀμοιβὰν

Ἐπ. γ'.

ἐπαύρεο. χρὴ δ' ἀπ' Ἀθανᾶν τέκτον' ἀθληταῖσιν ἔμμεν.
εἰ δὲ Θεμίστιον ἵκεις, ὥστ' ἀείδειν, μηκέτι ῥίγει· δίδοι
φωνάν, ἀνὰ δ' ἱστία τεῖνον πρὸς ζυγὸν καρχασίου·
πύκταν τέ νιν καὶ παγκρατίῳ
φθέγξαι ἑλεῖν Ἐπιδαύρῳ διπλόαν
νικῶντ' ἀρετάν, προθύροισιν δ' Αἰακοῦ
ἀνθέων ποιάεντα φέρειν στεφανώματα σὺν ξανθαῖς Χάρισσιν.

45. *ἐλθόντας* vix sanum; fort. *ἔρδοντας* — *τ' ἐκράτεις* Kayser: *τε κράτει* codd. — 47. *μάρνανται* coni. Ahlwardt probabiliter — 48. *σὺν τύχᾳ* codd. et schol.: *συμπτυχᾷ* coni. Hartung — 49. *ἔμεν* *B D* — 50. *δίδοι* coni. Hermann: *δίδου* codd.; cf. O. I 87. VI 104. VII 89 — 52. *πύκτα* *D* — *παγκρατίῳ* *B*: *παγκρατίου* *D* — *διπλόαν* *D* et schol.: *τριπλόαν* *B* — 54. *ἀνθέων* coni. Hermann: *ἄνθεα* codd. — *χάρισιν* *B D*.

44. *μεὶς . . . Ἀπόλλων·* ludi Aeginetici Apollinis Delphinii significantur; cf. P. VIII 65. Prol. LXXXVIII — 45. *ἐλθόντας οἴκοι τε·* non aequales iuvenes qui peregre venerant (*ἐλθόντας*) et qui ex Aeginetis in arenam descenderant (*οἴκοι*), opponi inter se videntur — haec enim distinctio inutilis et paene dixerim inficeta esset — sed domestici (*οἴκοι*) ludi Aeginetici et peregrini Megarenses (*Νίσου ἐν εὐαγκεῖ λόφῳ*), quapropter, si *ἐλθόντας* ad priorem partem enuntiati solam (*οἴκοι ἐκράτεις*) referre dubitas, *ἔρδοντας* pro *ἐλθόντας* scribendi tibi auctor sum, ut iuvenes magna cum contentione virium certamina obeuntes significentur, similiter atque N. VII 11. III 19. I. V 54 — 46. *Νίσου τ' ἐν εὐαγκεῖ λόφῳ·* Megara urbs a Niso rege mythico cognomen traxit; cf. P. IX 91 — 48. *Μενάνδρου σὺν τύχᾳ*, cum felici ope Menandri aliptae Atheniensis; de formula *σὺν τύχᾳ* conf. N. IV 7. P. II 56 — 49. schol.: *καὶ Πολέμων δὲ ἱστορεῖ πάλην εὑρηκέναι Φόρβαντα Ἀθηναῖον· ὅτι δὲ Θησεὺς παρ' Ἀθηνᾶς ἔμαθε τὴν πάλην, Ἴστρος ἱστορεῖ* — 50. Themistius a scholiasta avus maternus Pytheae fuisse dicitur; cf. I. VI 65; in eo praedicando poeta, ut assolet (cf. I. VI 53), etymologia ludit: vela (*ἱστία*) carminis extende ad antennam (*ζυγόν*) summi mali, ut plenis velis veharis; simili metaphora utitur P. I 92. Plat. Prot. 338a — *ἵκεις·* non semet ipsum alloquitur, sed eundem, quem paullo antea eadem secunda persona allocutus erat, Pytheam victorem eiusque comites — 51. *καρχήσιον* cacumen mali a similitudine poculi appellatum esse creditur — 52. *πύκταν τέ νιν καὶ παγκρατίῳ·* adeo variationis amans Pindarus erat, ut etiam hic, ubi metro quominus *πυγμᾷ τέ νιν καὶ παγκρατίῳ* diceret nihil impediebatur, locutionem variare mallet — 53. *Ἐπιδαύρῳ·* schol.: *ἐν δὲ Ἐπιδαύρῳ Ἀσκληπιοῦ ἱερὸς ἀγὼν ἄγεται* — *ἀρετάν*, laudem virtutis; cf. O. VIII 6 — 54. *φέρειν·* tulisse Themistium dicit duas coronas Epidauri partas ad aedem Aeaci, ut in vestibulo eius suspenderentur; de Aeaci hac aede, ex albo lapide exstructa v. Paus. II 29, 7.

NEMEON. ϛʹ.

ΑΛΚΙΜΙΔΗι ΑΙΓΙΝΗΤΗι

ΠΑΙΔΙ ΠΑΛΑΙΣΤΗι.

Strophae.

⏑ –́ –,| –́ ⏑ –⏑ ⏑ –́| ⏑ – ⏑⏑́ ⏑ ⏓
–́ ⏑ –⏑ ⏑ –́| ⏑ – –́ ⏑̄ – ⏑ –́⏑ ⏑ ⏓|
⏑⏑́ ⏑ –⏑ ⏑ –́| ⏑⏑ ⏑ –́⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –́⏑ ⏑ ⏓|
⏑⏑ –⏑ ⏑ –́⏑ ⏑ – ⏑⏑́ ⏑| – ⏑̄, –́ ⏑ ⏓
⏑⏑ –| –⏑ ⏑ –⏑ ⏑ ⏓|
–́⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –́| – –́⏑ ⏑ – ⏑⏑́ ⏑| – ⏑̄, –́ ⏑ – ⏓|
⏓ –⏑ ⏑ –́⏑ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –|

Epodi.

–́⏑ ⏑ – –́⏑ ⏑ –| ⏑ ⏑ – ⏑⏑́ ⏑ –|
–́⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏓|
– –́⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –́⏑ ⏑ – –́⏑ ⏑ –|
–́⏑ ⏑ –⏑ ⏑ –́⏑ ⏑ – ⏑ –́|
– –́⏑ ⏑ – –́⏑ ⏑ –⏑ ⏑
⏑̄⏑ – ⏑ ⏓,| ⏑ – ⏑ – ⏓
–́ – –́⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏓
– –́⏑ ⏑ –| ⏑⏑ –́⏑ ⏑ ⏓

Argumentum.

Alcimida puer, cui hoc carmen scriptum est, e clarissima gente Aeginetica Bassidarum (v. 31) oriundus erat, Theonis filius, Praxidamantis nepos, Soclidae pronepos, Agesimachi abnepos. Idem cum Asclepiade teste (v. schol. ad inscr.) Cres, non Aegineta renuntiatus sit, in Cydonia, Cretica colonia Aeginetarum, praedia habuisse videtur. Cuius enim quisque civitatis civis renuntiaretur, arbitrio victoris permissum fuisse, exemplum Hieronis modo Syracusani, modo Aetnaei renuntiati docet. Gens Bassidarum paene innumeris victoriis ludicris clara inter Graecos fuit; nam quae ab Alcimida puero reportata pugilatu victoria hac oda praedicatur, vicesima quinta fuit sacris quidem ludis parta (v. 58). Praxidamantis vero, avi nostri Alcimidae, pugilatu victoris Ol. 59, primam statuam Olympiae positam esse Pausanias vi 18, 7 refert. — Quo

tempore Alcimida vicerit, nihil relatum exstat, sed cum Melesias, qui eum instituit et extremis versibus huius carminis laudatur, Alcimedontis quoque, qui Ol. 80 Olympia vicit, alipta fuerit et a Pindaro etiam impensius in odae Olympicae VIII versu 55 laudetur, hoc carmen ante Ol. 80, 1, fortasse Ol. 79, 2 vel Ol. 78, 4 scriptum esse conicio. Hoc autem cum tempore conspirat etiam senilis quidam languor orationis atque sententiarum, quo hoc carmen a iuvenili ubertate et fervore carminum Aegineticorum N. v. I. VI valde discrepat.

In prooemio (1—7) deos et homines, quamvis multum differant, tamen nonnulla habere communia exponit, quo illud quoque pertinere, quod ut terra alternis fruges ferat et requiescendo novas vires colligat, ita hominum quoque gentes cum aliae tum Bassidarum alternis clarescant. Claros enim fuisse pugiles Alcimidam ipsum et avum eius et abavum, contra ignavos patrem et proavum (8—24). Inde eo transit, ut nullam usquam gentem plures quam Bassidarum gentem victorias pugilatu reportavisse exponat (25—44), neque poetam, si Aeginam insulam venerit, materiem laudationis deficere, cum iam Aeacidae praeclarum virtutum fundamentum iecerint, et Achillis fama Memnone interfecto usque ad Aethiopes penetraverit (45—53). In epilogo a vetere fama Aeginetarum ad praesentem felicitatem illustrandam se revocat, ut duplici onere suscepto et Alcimidae victoriam Nemeaeam denuo praedicet et Melesiae aliptae celeritatem et dexteritatem laudet (53—66). — Carmen hoc cum longiore fabula careat et paene totum in victoriis gentis Bassidarum enumerandis et praedicandis versetur, inter frigidiora carmina Pindari ponendum est. Ut enim decora ista gymnastica eximio praeconio ornata gentiles Bassidas magnopere iuvabant, ita nostrum animum minime commovent.

De metris.

Carminis huius numeri sunt Aeolici, a vulgari forma modorum Aeolicorum ita declinati, ut cola dactylica et anapaestica logaoedicis intermixta sint. Strophae versum primum olim in duos versus diviseram, nunc, ne in re dubia a consensu virorum doctorum recederem, in eo acquievi, ut cola versus separanda curarem. Item epodi versus sexti cola in unum versum coniunxi Hermanni et Bergkii auctoritatem secutus, licet syllaba anceps finalis prioris coli v. 20 in contrariam rationem Boeckhii trahat. Denique ultimum versum strophae Hermannum opusc. VIII 70 ss. et Bergkium, cum alias lectiones probassent et sexti versus ultimas quatuor syllabas in principium septimi versus transtulissent, aliter dimensos esse lectores admonitos velim. Totius autem carminis colometria cum ipsa per se ob insolentiam numerorum difficillima sit, etiam difficilior facta est multis et gravibus corruptelis verborum, de quibus conferas not. crit. ad vv. 7. 13. 18. 28 s. 51. 60. 65. Carmen hoc quo modo cantatum sit, certum indicium non exstat, nisi quod poeta v. 57 Aeginam se venisse testatur et vocabulo ἐγκωμίου (v. 32) publica comissatio indicari videtur. Cetera ab eo pendent, utrum omnes versus in dipodias dividendi sint necne. Atque dipodica scansio versuum str. 1. 2. 6. 7. ep. 2. 3. 6 certa et explorata esse videtur; de reliquis versibus adeo vacillo, ut ne ictuum quidem signa ubivis ponere ausus sim.

Ἓν ἀνδρῶν, *Στρ. α'.*
ἓν θεῶν γένος· ἐκ μιᾶς - δὲ πνέομεν
ματρὸς ἀμφότεροι· διείρ-
γει δὲ πᾶσα κεκριμένα
δύναμις, ὡς τὸ μὲν οὐ-
δέν, ὁ δὲ χάλκεος ἀσφαλὲς αἰὲν ἕδος
μένει οὐρανός. ἀλλά τι προσ-
φέρομεν ἔμπαν ἢ μέγαν
νόον ἤ-τοι φύσιν ἀθανάτοις,
καίπερ ἐφαμερίαν οὐκ εἰδότες οὐ-
δὲ μετὰ νύκτας ἄμμε πότμος
οἵαν τιν' ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάθμαν.

τεκμαίρει *Ἀντ. α'.*
καί νυν Ἀλκιμίδας τὸ συγ-γενὲς ἰδεῖν

VARIA LECTIO. Inscr. *Ἀλκιμίδᾳ Αἰγινήτῃ παιδὶ παλαιστῇ D* — Schol. in *B*: *τοῦτον τὸν Ἀλκιμίδαν ἀναγράφεσθαί φησιν Ἀσκληπιάδης ἀντὶ Αἰγινήτου Κρῆτα, οὕτως· Ἀλκιμίδας Θέωνος Κρής* — 1. *ἓν ἀνδρῶν . . . πνέομεν γαστρὸς ἀμφότεροι, τῆς φύσεως* Stob. ecl. phys. II 7 p. 186 C; *ματρὸς* tuentur Clem. Al. str. V 710 et Eus. pr. ev. VIII 13 — 3. *αἰὲν* Hermann: *αἰεὶ* codd. — 6. *ἄμμι* coni. Schneidewin — 7. *οἵαν τιν'* coni. Hermann²: *ἄν τιν'* codd., *αἶσαν τίν'* coni. Ahrens, *ἂν σύμφυτος* Hermann opusc. VIII 70 — 8. *τεκμαίρει δὲ καὶ*

COMMENTARII. v. 1 ss. Poetae animum victorias gentis Bassidarum paene innumeras recensentis cum vices mirae virorum strenuorum et ignavorum non fugissent, ab hac re initium carminis cepit, vices istas gentis Bassidarum cum vicibus frugum terrae comparans; iam ut splendidiore specie hanc sententiam exornaret, a summorum entium generum dissimilitudine et similitudine exorsus est — 1. *ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος·* interpretes dissident, utrum diversa duo genera esse an uno vinculo (*ἓν*) ea contineri poeta dicere voluerit. Utramque interpretationem cum grammaticae leges admittant, priori rhetoricus color magis favet, ut primum poeta sedato orationisque principio accommodato modo duo esse genera proponat, deinde quae ratio inter ea intercedat exponat. Anaphora simili duo cola distinxit Soph. OC. 124 *πλανάτας,* | *πλανάτας τις ὁ πρέσβυς* — *ἀνδρῶν* hic ut saepe apud Pindarum et alios scriptores notionem hominum mortalium, non virorum masculi generis habet. — *ἐκ μιᾶς δὲ πνέομεν ματρός· Γαίας.* Hesiodum enim Pindarus sequitur omnia ex hoc uno principio procreantem (theog. 117), unde profecti et deos a Terra matre (*ἐκ Γαίας μητρός*) progenitos et homines ex gleba terrae formatos fecerunt (Hes. opp. 70. Ovid. met. I 81. Apollod. I 45. Claudian. in Eutr. II 493). Subtilius Clemens Alex. strom. p. 710 docet Pindarum tamquam asseclam Pythagoricae philosophiae *μίαν μητέρα* intellexisse *τὴν ὕλην* — 2. *πᾶσα δύναμις·* facultas omnis generis vel omni ex parte; cf. N. III 58 *πάντα θυμόν* — *κεκριμένα*, acc. neutr. plur., non nom. fem. sing.: discreta tenet genera hominum et deorum. Simili modo dixit Hes. Scut. 55 *κεκριμένην γενεήν·* cf. N. VII 6 — 3. *χάλκεον οὐρανὸν* ante Pindarum dixerat Homerus Il. XVII 425, eundem Od. VI 42 *θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί* — 4. *προσφέρομεν*, similes sumus; eandem vim medio *προσφέρεσθαι* tribuit Herod. I 116 (cf. Pind. fr. 43); contrariae igitur inter se notiones compositorum *προσφέρειν* et *διαφέρειν* sunt. Similes autem homines immortalibus esse poeta dicit partim ingenii magna vi partim humanae naturae indole — *μέγαν νόον*, quem tum maxime Anaxagoras omnium rerum principium esse docebat — 6. *ἐφαμερίαν οὐδὲ μετὰ νύκτας στάθμαν* variandae orationis studio dixit pro *οὔτε τὰν μεθ' ἡμέραν οὔτε τὰν μετὰ νύκτα στάθμαν*, nimirum nescimus quam ad metam interdiu aut noctu nos currere fatum iubeat; cf. Hom. *Φ* 111.

ἄγχι καρποφόροις ἀρού-
ραισιν, αἵτ᾽ ἀμειβόμεναι
τόκα μὲν ὦν βίον ἀν-
δράσιν ἐπηετανὸν ἐκ πεδίων ἔδοσαν,
τόκα δ᾽ αὖτ᾽ ἀναπαυσάμεναι
σθένος ἔμαρψαν. ἦλθέ τοι
Νεμέας - ἐξ ἐρατῶν ἀέθλων
παῖς ἐναγώνιος, ὃς ταύταν μεθέπων
Διόθεν αἶσαν νῦν πέφανται
οὐκ ἄμμορος ἀμφὶ πάλᾳ κυναγέτας,

ἴχνεσιν ἐν - Πραξιδάμαντος ἑὸν - πόδα νέμων Ἐπ. α΄.
πατροπάτορος ὁμαιμίου.
κεῖνος γὰρ Ὀλυμπιόνικος ἐὼν - Αἰακίδαις
ἔρνεα πρῶτος ἔνεικεν ἀπ᾽ Ἀλφεοῦ,
καὶ πεντάκις Ἰσθ-μοῖ στεφανωσάμενος,
Νεμέᾳ δὲ τρίς,
ἔπαυσε λάθαν
Σωκλείδα, ὃς ὑπέρτατος
Ἀγησιμάχῳ υἱέων γένετο.

B D, δὲ del. Schmid — Ἀλκιμίδα coni. Hartung — 10. ἀνδράσιν Hermann: ἄνδρεσσιν *B D* — 13. τε πέφαντ᾽ *B D*; τε eiec. Tricl. — 14. ἄμοιρος *D* — 16. ὁμαισίου coni. Rauchenstein, ὁμαίμονος Hecker, ὁμαιχμίου Hermann — 18. ἔνεικεν suppl. Bergk, ἐδρέψατ᾽ Hartung, ἐλαίας Boeckh — 19. ἰσθμοῖ *Byz.*: ἰσθμῷ *B*, ἰσθμοῖῶ *D* — 20. τρὶς codd.; τρεῖς coni. Hermann coll. O. VII 82 probabiliter, τρὶς κάππαυσε Boeckh[2] — 21. σωκλείδᾳ Tricl. — 22. ἀγησιμάχῳ (χω *B*) *B D*, Ἀγησιμάχου schol. — υἱέων γένετο Tricl.: υἱῶν ἐγένετο *B D*

8 ss. de generali sententia prooemii ad argumentum huius carminis proprium poeta transit: similem naturam rerum humanarum et immortalium esse testatur etiam nunc Alcimida, ut cognationem eius videre liceat non longe distantem a frugiferis arvis. Eandem sententiam simili exemplo probat N. XI 38 ss; similiter ex vita crescente et decrescente cognationem hominum et arvorum comprobat Euripides apud Plut. consol. ad Apoll. 6: κύκλος γὰρ αὐτὸς καρπίμοις τε γῆς φυτοῖς | θνητῶν τε γενεᾷ· τοῖς μὲν αὔξεται βίος, | τῶν δὲ φθίνει τε κἀκθερίζεται πάλιν — 10. ἐπηετανόν, victum qui in annum sufficiat; cf. Od. IV 89. VI 86. VII 99. VIII 233 — 11. σθένος ἔμαρψαν· aor. gnom.: vires colligunt, quo uberiores fruges proximo anno ferant — 13. ταύταν· hanc in ludorum certaminibus (ἐναγώνιον) sortem auxilio Iovis, Nemeorum praesidis, appetens felix nunc inventus est lucta venator — 15. ἴχνεσιν ἐν Πραξιδάμαντος· cf. P. X 12 ἐμβέβακεν ἴχνεσιν πατρός. Patris ignavi nomen pius poeta silentio premit; avum Praxidamantem Ol. 59 Olympia pugilatu vicisse testatur Paus. VI 18, 7 — 16. ὁμαιμίου, avi eiusdem sanguinis; videtur enim Alcmida aut pater eius adoptione in aliam familiam transiisse — 21. Σωκλείδα· hunc Soclidam patrem Praxidamantis et filium Agesimachi fuisse ex ipso hoc loco elucet. Agesimacho autem cum quatuor filii essent, tres iuniores victoriarum laude floruerunt, natu maximus (ὑπέρτατος) Soclida oblivionem genti contraxit. Didymum enim sequor ὑπέρτατον de aetate accipientem et πρεσβύτατον interpretantem — 23. οἱ non articuli nominativum plur., sed pronominis dativum sing. esse hiatus arguit, quo nisi digamma pronomini praefixum esset, oratio hisceret; pronomine οἱ autem non Soclidam, sed Agesimachum significatum esse pars scholiastarum bene intellexit —

ἐπεί ϝοι *Στρ. β'.*
τρεῖς ἀεθλοφόροι πρὸς ἄ-κρον ἀρετᾶς
ἦλθον, οἵτε πόνων ἐγεύ-
σαντο. σὺν θεοῦ δὲ τύχᾳ
ἕτερον οὔ τινα ϝοῖ-
κον ἀπεφάνατο πυγμαχία πλεόνων
ταμίαν στεφάνων μυχῷ Ἑλ-
λάδος ἁπάσας. ἔλπομαι
μέγα ϝει-πὼν σκοποῦ ἄντα τυχεῖν
ὧτ' ἀπὸ τόξου ἱείς· εὔθυν' ἐπὶ τοῦ-
τον ἐπέων, ὦ Μοῖσ', ἄγ' οὖρον
εὐκλεῖα· παροιχομένων γὰρ ἀνέρων

ἀοιδαὶ *Ἀντ. β'.*
καὶ λόγοι τὰ καλά σφιν ἔργ' - ἐκόμισαν,
Βασσίδαισιν ἅ τ' οὐ σπανί-
ζει· παλαίφατος γενεά,
ἴδια ναυστολέον-
τες ἐπικώμια, Πιερίδων ἀρόταις

---

25. **πλεόνων** om. codd., ex scholiis add. Schmid — 27. **σκοποῦ ἄντα τυχεῖν** coni. Mingarelli: *ἄντα σκοποῦ τυχεῖν* (*τετυχεῖν B*) *B D*; *ἂν τετυχεῖν* v. l. schol. — 28. *εὔθυν'* Schmid: *εὐθὺν B D*; cf. O. VII 33 — *ἐπέων ὦ Μοῖσ' ἄγ' οὖρον* coni. Boeckh: *ἄγε μοῖσα οὖρον ἐπέων B D*, *ἄγε Μοῖσα* | *οὖρον ἐπέων* coni. Hermann — 29. *εὐκλεῖα παροιχ.* Boeckh: *εὐκλέα παροιχ. B D*, *ἐυκλέ' ἀποιχ.* Schneidewin collato P. I 93 — 30. *ἀοιδαὶ καὶ λόγοι* coni. Pauw: *ἀοιδοὶ καὶ λόγιοι B D* et schol., ut legitur P. I 94 — 30. *ἐκόμισαν* Tricl.: *ἐκόμιξαν B D* — 31. *Βασιδ. D*, *Βουδίδαισιν* scribendum censuit Didymus a Budione quodam gentem derivans —

24. **πόνων ἐγεύσαντο**· libenter labores subierunt, cf. P. X 7 — **σὺν θεοῦ τύχᾳ**· cum fausto numine deorum; cf. P. VIII 53. N. IV 7. I. VIII 67 — 26. **μυχῷ Ἑλλάδος ἁπάσας**· Cum Homerus verbis *ἐν μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο* (Il. VI 152. Od. III 263) recessum et convallem Argivi agri significasset, Pindarus Homeri locutione audacissime amplificata *μυχῷ Ἑλλάδος ἁπάσας* omnes convalles omnis Graeciae significavit — 27. *μέγα*, magnum illud, quod nulli Graeciae genti gentem Bassidarum gloria pugilatus cedere dixi — **σκοποῦ ἄντα τυχεῖν**· eadem metaphora utitur N. IX 55. O. II 99; metaphorice autem se dicere particula *ὧτε* (= *ὡς*, v. O. X 86. P. IX 54. N. VII 62. I. III 36) indicavit — 28. **τοῦτον** rectius *οἶκον* quam *σκοπὸν* interpretaberis, licet hoc nomen propius absit — **ἐπέων οὖρον**, ut P. IV 3 **οὖρον ὕμνων** — 29. **εὐκλεῖα** ex *εὐκλεέα* contractum, ut saepe in Boeoticis titulis genet. in *-κλεῖος* exit; v. Meister, Griech. Dial. I 268 — **παροιχομένων . . . ἐκόμισαν**· mortuorum hominum facta carminibus et orationibus resuscitari locus communis est (*ἐκόμισαν* aor. gnom.), similiter a Pindaro P. I 93 expositus, sed hoc huius loci proprium, quod dativus **σφιν** post genetivum absolutum *οἰχομένων ἀνέρων* usurpatus est, quae licentia cum exemplis non prorsus careat (v. Kühner gram. II § 495), hic eo excusatur, quod genetivus et dativus fine strophae dirimuntur — 32. *ἴδια ναυστολέοντες ἐπικώμια*· metaphora a nautis et suas et alienas merces vehentibus tracta huic loco etiam aptior fuit, si Bassidae, ut in Aeginetica gente sumere licet, mercaturam exercebant. Eadem metaphora usus est Eur. Or. 741; nihil autem offensionis habet constructio

δυνατοὶ παρέχειν πολὺν ὕμ-
νον ἀγερώχων ἐργμάτων
ἕνεκεν. - καὶ γὰρ ἐν ἀγαθέᾳ
χεῖρας ἱμάντι δεθεὶς Πυθῶνι κράτη-
σεν ἀπὸ ταύτας αἷμα πάτρας
χρυσαλακάτου ποτὲ Καλλίας ἁδὼν

ἔρνεσι Λα-τοῦς· παρὰ Κασταλίᾳ - τε Χαρίτων Ἐπ. β΄.
ἑσπέριος ὁμάδῳ φλέγεν.
πόντου τε γέφυρ' ἀκάμαντος ἐν ἀμ-φικτιόνων
ταυροφόνῳ τριετηρίδι Κρεοντίδαν
τίμασε Ποσει-δάνιον ἂν τέμενος·
βοτάνα τέ νιν
πόθ' ἁ λέοντος
νικῶντ' ἤρεφε δασκίοις
Φλιοῦντος ὑπ' ὠγυγίοις ὄρεσιν.

πλατεῖαι Στρ. γ΄.
πάντοθεν λογίοισιν ἐν-τὶ πρόσοδοι

---

35. ἱμάντι δεθεὶς Tricl.: ἱμαντωθεὶς *BD* — αἵματι coni. Hermann; τωὐτοῦ αἵματος χρ. Bergk — 36. χρυσαλακάτου: χρυσαλακάτας Schmid, χρυσοπλοκάμου Hermann coll. Hom. in Ap. Pyth. 27 — ἄδων *B*, ἅδων D^{ac} — 37. κασταλία *BD* — 38. ἑσπερίοις D^{ac} — 39. τε om. *B* — ἀμφικτυόνων *D* — 40. Κρεοντιδᾶν Rauchenstein ingeniose — 43. νικῶντ' ἤρεφε coni. Hermann: νικάσαντ' ἔρεψε *BD*, νικάσαντ' ἔρεφ' ἀσκίοις coni. Schmid, atque ἀσκίοις scripserat iam Tricl. —

κατὰ σύνεσιν, quod singulari γενεὰ plurales ναυστολέοντες et δυνατοὶ iuncti sunt — Πιερίδων ἀρόταις· eadem metaphora usus est N. x 26; hinc iam redit poeta ad decora gymnica gentis illustranda — 35. ἱμάντι δεθείς· caestu involutae pugilum manus et a scriptoribus dicuntur et ab artificibus exhibentur — ἀπὸ ταύτας αἷμα πάτρας nominis Καλλίας appositionem efficiunt, quae cum graviorem vim habeat, ante nomen proprium posita est — πάτρας, gentis Bassidarum; cf. πάτραν Μιδυλιδᾶν P. viii 38, Ψαλυχιδᾶν πάτραν I. vi 63, πάτρᾳ Χαριάδαις N. viii 46 — 36. Καλλίας· unus ex gente Bassidarum, fortasse idem unus ex tribus fratribus Soclidae, quorum virtutes supra v. 23 breviter attigerat — 38. ἑσπέριος· de vespertina pompa sodalium victorem ad aram dei comitantium v. Prol. xciv; de translata vi verbi φλέγειν cf. I. vii 23 — 39. πόντου γέφυρα, isthmus Corinthiaca, in qua ludi Isthmii tertio quoque anno agebantur — 40. ταυροφόνῳ· tauros Neptuno mactari solitos esse tradidit iam Homerus Od. iii 6 — Κρεοντίδαν· alterum quendam ex Bassidis Isthmiis et Nemeaeis ludis victorem intellego; contra Rauchensteinius, cum genet. Κρεοντιδᾶν reposuisset, Corinthios intellexit a Creonte, vetere Corinthiorum rege, appellatos, ut omnes tres victoriae (Pythica, Isthmica, Nemeaea) ab uno Callia reportatae esse dicerentur — 42. βοτάνα λέοντος, apium nemoris Nemeaei, quo leo ab Hercule interfectus pascebatur; cf. O. xiii 44. I. iii 11; nemus autem illud vicinum Phliunti urbi erat; cf. Paus. ii 13, 3 ἔστι γὰρ ἐν τῇ Φλιασίων ἀκροπόλει κυπαρίσσων ἄλσος.

45 ss. transit ad mythicas laudes Aeginae insulae, sed ne longius carmen fieret, similiter atque in carmine N. iv nullam fabulam fusius epico modo exposuit — 45. λογίοισι· carminum et historiarum scriptores uno nomine poeta hoc loco amplectitur; de sententia ipsa cf. I. ii 33. iii 19; de infinitivo finali et consecutivo cf. P. x 18 — 46. εὐκλέα redit ad εὐκλεΐα v. 29 —

νᾶσον εὐκλέα τάνδε κοσ-
μεῖν· ἐπεί σφιν Αἰακίδαι
ἔπορον ἔξοχον αἶ-
σαν ἀρετὰς ἀποδεικνύμενοι μεγάλας.
πέταται δ' ἐπί τε χθόνα καὶ
διὰ θαλάσσας τηλόθεν
ὄνυμ' αὐ-τῶν· καὶ ἐς Αἰθίοπας
Μέμνονος οὐκ ἀπονοστήσαντος ἔπαλ-
το· βαρὺ δ' ἔμπεσέ σφι νεῖκος
χαμαὶ καταβὰς Ἀχιλεὺς ἀφ' ἁρμάτων,

φαεννᾶς Ἀντ. γ'.
υἱὸν εὖτ' ἐνάριξεν Ἀ-όος ἀκμᾷ
ἔγχεος ζακότοιο. καὶ
ταῦτα μὲν παλαιότεροι
ὁδὸν ἀμαξιτὸν εὗ-
ρον· ἕπομαι δὲ καὶ αὐτὸς ἔχων μελέταν·
τὸ δὲ παρ ποδὶ ναὸς ἑλισ-
σόμενον αἰεὶ κυμάτων
λέγεται - παντὶ μάλιστα δονεῖν
θυμόν. ἑκόντι δ' ἐγὼ νώτῳ μεθέπων
δίδυμον ἄχθος ἄγγελος βᾶν,
πέμπτον γ' ἐπὶ Ϝείκοσι τοῦτο γαρύων

---

46. *σφιν Byz.*: *σφισιν B D* — 48. *τηλόθεν γ'* Tricl. — 49. *ὄνομ' BD*, *κλέος* ex schol. Bergk — 50. *ἀπον.* Tricl.: *ἂν ἀπον. B D* — — *δ' ἔμπεσε σφι νεῖκος* coni. Kayser: *δέ σφιν νεῖκος ἔμπεσ' BD* — 51. *χαμαὶ καταβὰς* (*χαμᾶζε καβάς* Hermann) *Ἀχιλεὺς* coni. Dissen: *Ἀχιλεὺς χαμαὶ καββὰς* (*καμβὰς B*) *B D*; fort. *καββὰς Ἀχιλεὺς χαμαὶ αἶψ'* — 52. *ἐνάριζεν B* — *Ἀόος ἀκμᾷ* coni. Schmid: *ἀοῦς αἰχμᾷ* codd.; *ἀκμᾷ* habet vet. paraphr ; conf. N. x 60 — 53. *ταῦτα* coni. Pauw: *ταύταν* codd., *τάνδε* coni. Schmid — 56. *παντὶ* om. B^1, *παντιὸς* (i. e. *παντὶ* et *παντὸς*) *D* — 57. *βᾶν* coni. Hermann: *ἔβαν* codd. — 58. *γ'* om. codd., add.

46. *σφίν*· inter veteres grammaticos alii *λογίους*, alii *πολίτας Αἰγίνης* intellexerunt; prius sententiarum nexui aptius est — 49. *τηλόθεν* contra consuetudinem dicendi hic non eum unde quis veniat locum significat, similiter atque O. I 97. N. II 12 — *Μέμνονος οὐκ ἀπονοστήσαντος*· similiter, sed ornatius eandem rem attigit N. III 63. In re exponenda Pindarus locum Aethiopidis, ubi Achilles, cum curru desiluisset, in Memnonem ruit, ante oculos habuisse videtur; similia enim narrat veterem poetam epicum procul dubio secutus Quintus Smyrn. II 404: *ὁ δ' ἄρ' οὔτι τρέσας περιμήκεα πέτρην | αὐτίκα οἱ σχεδὸν ἦλθε μακρὸν δόρυ πρόσθε τιταίνων | πεζός, ἐπεί ῥά οἱ ἵπποι ἔσαν μετόπισθε κυδοιμοῦ* — 53. *ἔγχεος ζακότοιο*· simili translatione dixit Horat. C. I 3, 36 *iracunda ponere fulmina* — *ταῦτα*, quod felici acumine Pauwius restituit, obiecti, *ὁδὸν ἀμαξιτὸν* appositionis praedicativae vicem obtinent — 54. *ἔχων μελέταν*· cf. O. I 110 *ἔχων τοῦτο κᾶδος*.

55 ss. sub finem rursus ad victorem ipsum redit — 55. *πὰρ ποδὶ ναός*· navis vehentis proram pedem metaphorice dicit — 57. *δίδυμον ἄχθος*· duplex onus esse laudem victoris pueri Alcimidae et laudem Melesiae aliptae sequentia docent — 58. *πέμπτον ἐπ' εἴκοσι*, vicesimam quintam victoriam gentis Bassi-

εὖχος ἀγώ-νων ἄπο, τοὺς ἐνέποι-σιν ἱερούς, Ἐπ. γ'.
Ἀλκιμίδας τό γ' ἐπάρκεσε
κλειτᾷ γενεᾷ· δύο μὲν Κρονίου - παρ τεμένει,
παῖ, σέ τ' ἐνόσφισε καὶ Πολυτιμίδαν
κλᾶρος προπετὴς - ἄνθε' Ὀλυμπιάδος.
δελφῖνί κεν
τάχος δι' ἅλμας
εἰκάζοιμι Μελησίαν,
χειρῶν τε καὶ ἰσχύος ἀνίοχον.

Hermann — 60. *Ἀλκιμίδας τό γ' ἐπάρκεσε κλειτᾷ γενεᾷ B D*, *Ἀλκιμίδα ὅ γ' ἐπάρκεσε κλειτὰ γενεά* coni. Schmid, *Ἀλκιμίδα, τό γ' ἐπάρκεσας κλειτᾷ γενεᾷ* Bergk; *τ'* pro *γ'* maluit Hermann probabiliter — 62. *καὶ πολυτιμίδαν B*: *καὶ πολυτιμίδα D*, *καὶ σὲ Πολυτιμίδα* coni. Hermann — 64. *δι' D*: *δ' B* — 65. *εἰκάζοιμι* coni. Bergk: *ἶσον εἴποιμι B D*, quod ex glossemate natum esse coarguunt scholia — 66. *χερῶν D*.

darum, non ut in simili loco O. VIII 66 Melesiae aliptae; de victoriis gentis enim agi apparet ex v. 61 *κλειτᾷ γενεᾷ* — 59. *ἱεροὺς ἀγῶνας* intellegit Olympios Pythios Nemeaeos Isthmios ludos; cf. Prol. LXXXV — 60. *Ἀλκιμίδα* in locum veteris lectionis *Ἀλκιμίδας* restituunt, praecipui critici; nescio tamen an ad metricam licentiam nominis proprii confugere praestet collatis O. X 105 et N. VII 70; certe Aeolicus nominativus in *ᾰ* locis similibus O. VIII 48 et N. III 53 parum defenditur, apte autem non iam hoc loco poeta vocativo usus est, sed sequente demum versu pronomine *σέ* addito — 61. *Κρονίου παρ τεμένει*· Olympico campo in radice Cronii montis sito; namque *Κρόνιον* etiam omisso nomine *ὄρους* collem Saturni sacrum significat O. I 114. III 23. VI 64 — 62. *παῖ* addidit poeta, ut de certamine puerorum, non virorum hoc loco agi significaret — *Πολυτιμίδαν* familiarem Alcimidae fuisse scholiastae narrant, coniectura opinor ducti — 63. *κλᾶρος προπετής*· res obscura est. Quod enim scholiasta interpretatur *κληρωθέντες οὗτοι παίδων ἀγωνίσασθαι, μεταξὺ γενειάσαντες ἐξεκρούσθησαν τοῦ ἀγῶνος*, non satis explicat, cur propera (*προπετής*) ista sors dicta sit; quod etiam magis cadit in Dissenii opinionem sorte illos cum adversariis nimis robustis commissos esse putantis; neque quod Mezgerus poetam queri putat, quod sorte mature prolapsa illis felicior sors ephedri non obvenerit, mihi probatur, quandoquidem parum honorifica haec excusatio esset. Qua de causa Hermanno opusc. VIII 74 adstipulatus Alcimidam et Polytimidam, cum nomina iam professi essent, ob praeproperam sortem, quod nondum maturi ad luctandum ab Hellanodicis reperti essent, a certamine exclusos esse duco, cuius rei exempla attulit Paus. VI 14, 15 — 66. *ἀνίοχον*· similiter laudavit Simonides fr. 149 Theognetum Olympionicam *παῖδα παλαισμοσύνης δεξιὸν ἡνίοχον*.

NEMEON. Z.

ΣΩΓΕΝΕΙ ΑΙΓΙΝΗΤΗͺ

ΠΕΝΤΑΘΛΩͺ.

Strophae.



Epodi.



Argumentum.

In hoc carmine duabus provinciis poeta functus est et epinicii scribendi, quo victoriam Sogenis Nemeaeam illustraret, et defensionis habendae, qua crimina, quibus ob paeanem antea Delphis factum a malevolis hominibus petebatur, redargueret. Neoptolemum enim, qui inter heroes Aegineticos erat, in paeane illo verbis *ἀμφιπόλοισι μαρνάμενον μοιριᾶν περὶ τιμᾶν ἀπολωλέναι* (v. schol. ad vv. 94. 150) tamquam latronem improbum et sacrilegum diffamasse incusabatur. Huius igitur criminis invidiam primum omnium sibi abluendam esse putabat, ne Aeginetarum, quos ex animo diligebat, favore privaretur neve carmina sua ab obtrectatoribus sibilis exagitarentur. Adeo autem hanc defensionis curam in toto carmine praevalere voluit, ut et metrorum genere eo, quod paeanum proprium esset, uteretur et colorem paeanum dithyrambicum multitudine figurarum, transituum abrupta forma, verborum transpositionis audacia imitaretur. Quod autem ex veteribus grammaticis nonnulli,

inter quos Aristarchum fuisse mireris, Neoptolemum quendam Achaeum, qui pro Sogene labores certaminis sustinuisset, Pindaro ansam inserendi fabulam de Neoptolemo heroe praebuisse putaverunt (cf. schol. ad inscr. et v. 56), id contra veritatem et praeter necessitatem excogitatum bene iam Didymus in scholiis refutavit. Sed ut ad epinicii causam redeam, Sogenes Thearionis filius Aegineta ex nobili gente Euxenidarum (v. 70) Nemea quinquertio vicerat. Hanc igitur victoriam poeta sibi praedicandam proposuit, neque ad gentilium victorias, ut in aliis carminibus Aegineticis fecit, deflexit, quod nullae, opinor, eorum fuerunt. — Locum, ubi carmen cantabatur, vv. 90 ss. indicatum esse merito Dissenius statuit; nam quae de Sogenis domo media inter duo sacella Herculis posita dicuntur, tum demum grata et apta erant, si hoc loco ipso epinicia agebantur. Denique de tempore carminis ex scholiis ad inscr. discimus, Sogenem Nemeade 54 (*τεσσαρεσκαιδεκάτην* codd., emend. G. Hermann) pentathlo vicisse; quod si Nemea Ol. 51, 4 instituta esse Eusebio credimus (cf. Prol. LXXXVII), hoc carmen Ol. 78, 2 = 467 a. Chr. scriptum est.

Exorditur poeta, ut fere in epiniciis, a diis, in carminis principio Ilithyiam deam, cuius beneficio cum homines nascantur et ad iuventutis florem perveniant, Sogenes quoque ludos obeundi facultatem adeptus sit (1—8). Deinde Musarum favore, quae mendacii grata specie corda hominum demulceant, famam rerum bene gestarum augeri exponit (9—24); nuda enim veritate vulgus non commoveri exemplo Aiacis comprobari (25—30); contra a deo heroes etiam mortuos honoribus augeri exemplo Aeacidae Neoptolemi demonstrari; cum enim post aerumnas belli Troiani et errores reditus primum Ephyram et exin Delphos venisset, in rixa eum quidem propter carnes hostiae a Delphico quodam cive interemptum esse, sed nunc tamquam antistitem et iudicem sacrarum pomparum divinis honoribus fungi (30—52). Quae cum antea ita narrasset, ut ab invidis hominibus perperam sua verba interpretantibus de fama illius herois detraxisse insimularetur, a falso hoc crimine iterum iterumque se purgat et ut aliorum, ita etiam Thearionis, patris Sogenis, famae boni se consulere asseverat (52—69). Sic oratione ad res praesentes reflexa Sogenis virtutem quinquertio singulariter comprobatam corona ex auro ebore corallio composita ornat (70—79), simulque Iovem Nemeaeum, Aeacum, Iovis filium eundemque Herculis amicum, Herculem ipsum deinceps pie praedicat (80—94). Sub finem Herculem implorat, ut eo intercedente coniux Iunonis et Minerva felicitatem Thearionis filiorumque eius integram servent (94—101), et semet ipsum denuo ab criminibus invidorum calumniatorum defendit.

In carmine hoc explicando duo viri a vulgari via longe recesserunt God. Hermannus (opusc. III 22 ss.), qui poetam ob paeanem illum a falsis criminationibus se purgare negavit, et Bornemannus (Philol. 1886 p. 596 ss.), qui hoc carmen *ἐπικήδειον* esse Sogenis aestu solis (*εἰ πόνος ἦν* v. 74) inter ludendum interempti et in fano Herculis sepulti miro acumine demonstrare conatus est. Sobrio cum indicio de carminis consilio Curtius Steffen, progr. Lips. 1882 commentatus est, ita tamen, ut cum scholiastae narrationi non plane confidere ausus esset, Neoptolemum ab aliis quibusdam diffamatum esse putaret.

De metris.

Carminis huius numeri sunt logaoedici (v. 16), similes Aeolici carminis N. III eodem fere tempore facti. Strophae plerique versus in dipodias facile ita dividi possunt, ut tripodiis locus nisi in clausulis versuum (1. 2. 7) non relinquatur. Solo de ultimo versu dubitare possis, utrum quam in schemate proposui scansionem probes an primam syllabam primae dipodiae partem esse ratus versum hunc in modum dividas

⌊⏗ –⏑ ⏑ ⏗ ⏑ ⌊ ⏗ ⏑ –⏑ ⏑ ⏗ ⏑ – ⏓

Sed epodi versus secundus tertius quartus, cum speciem versuum ex tripodiis constantium habeant, dipodicam scansionem respuere videntur, unde erunt, qui ne in stropha quidem omnes versus ad dipodicam mensuram revocandos esse censeant. Quorum sententia adeo mihi non probatur, ut nesciam an etiam epodi istos versus *κατὰ διποδίαν* percutere liceat hoc modo:

⏗ ⏑ –⏑ ⏑ ⏗ – ⏑ ⏗ ∧ vel ∧ ⏑ ⏖ ⏗⏑ ⏑ – ⏗ ⏑ –
⏗ ⏑ –⏑ ⏑ ⏗ ⏑ ⏖ ⏗ ⏑ –
⏗ ⏑ –⏑ ⏑ ⏗ ⏑ ⏖ ⏗ ⏑ –

Carmen splendidissimum a choro cantatum esse, verbis *εὔδοξος ἀείδεται Σωγένης* (v. 8) et *πολύφατον θρόον ὕμνων* (v. 81; cf. O. I 8) significatum est, licet poeta suam potissimum causam agat et occasione publicae pompae abutatur ad propulsandum crimen impietatis ipsi irrogatum. Idem quod hymnum placide et leniter canendum monet (v. 82—84), Lydiorum modorum decorem et logaoedicorum numerorum suavitatem spectare videtur; cf. O. 12, 15. P. 4, 296.

Ἐλείθυια, πάρεδρε Μοι-ρᾶν βαθυφρόνων, *Στρ. α'.*
παῖ μεγαλοσθενέος, ἄκουσον, Ἥ-
ρας, γενέτειρα τέκ-νων· ἄνευ σέθεν
οὐ φάος, οὐ μέλαι-ναν δρακέντες εὐφρόναν
τεὰν ἀδελ-φεὰν ἐλάχομεν ἀγλαόγυιον Ἥβαν.

VARIA LECTIO. Inscr. om. *B*, *Σωγένει* (*-γένι* cod.) *Αἰγινήτῃ πεντάθλῳ παιδί D* — Schol.: *πρῶτος ὁ Σωγένης Αἰγινητῶν ἐνίκησε παῖς ὢν πεντάθλῳ κατὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην* (*νδ'* em. Hermann) *Νεμεάδα· ἐτέθη δὲ ὁ πένταθλος πρῶτον κατὰ τὴν τρισκαιδεκάτην* (*νγ'* em. Hermann) *Νεμεάδα*. — 1. *ἐλειθ*. Tricl.: *εἰλειθ*. *B D* — *πάρεδρος D* — 2. *τέκνον D* — 3. *εὐφρόναν B*: *εὐφροσύναν D* — 4. *ἀδελφ. ἐλαχ. D*: *ἐλάχ. ἀδελφ. B*, *ἀδελφ. λάχ.* Tricl. —

COMMENTARII. v. 1 ss. Ilithyiam cur in prooemio poeta invocarit, mira veteres grammatici commenti sunt. Poetam ipsum si ducem sequemur, invocandi hanc deam causas fuisse ducemus et vigorem iuvenilem Sogeni nascenti ab Ilithyia Parcisque dono datum et nomen Sogenis, quo ad valetudinem eum natum esse Pindarus suo more (cf. I. VI 53) auguratur — 1. *πάρεδρε Μοιρᾶν*, quod nascentibus suam cuique sortem Parcae destinant; cf. O. VI 42 *Ἐλείθυιαν παρέστασέν τε Μοίρας* — 2. *παῖ Ἥρας*· conf. Hes. theog. 922 *ἣ* (*Ἥρα*) *δ' Ἥβην καὶ Ἄρηα καὶ Εἰλείθυιαν ἔτικτεν*. Quid? quod iam Homerus Il. XI 271 *Εἰλειθυίας Ἥρης θυγατέρας* dixerat, quod deae, cuius in tutela nuptiae erant, etiam parturientibus opitulari credebatur — 3. *εὐφρόναν* noctem appellabant non solum poetae, quorum dux Hesiodus opp. 560, sed etiam prosaici scriptores, ut Herodotus VII 56 — 4. *ἀδελφεάν*, contractis ultimis syllabis pronuntiandum

ἀναπνέομεν - δ' οὐχ ἅπαντες ἐπὶ Ϝίσα·
εἴργει δὲ πότμῳ ζυγένθ' - ἕτερον ἕτερα. σὺν δὲ τὶν
καὶ παῖς ὁ Θεαρίω-νος ἀρετᾷ κριθεὶς
εὔδοξος ἀείδεται - Σωγένης μετὰ πενταέθλοις.

πόλιν γὰρ φιλόμολπον οἰ-κεῖ δορικτύπων 'Αντ. α'.
Αἰακιδᾶν· μάλα δ' ἐθέλοντι σύμ-
πειρον ἀγωνίᾳ - θυμὸν ἀμφέπειν.
εἰ δὲ τύχῃ τις ἔρ-δων, μελίφρον' αἰτίαν
ῥοαῖσι Μοι-σᾶν ἐνέβαλε· ταὶ μεγάλαι γὰρ ἀλκαὶ
σκότον πολὺν ὕμ-νων ἔχοντι δεόμεναι·
ἔργοις δὲ καλοῖς ἔσοπ-τρον ἴσαμεν ἑνὶ σὺν τρόπῳ,
εἰ Μναμοσύνας ἕκα-τι λιπαράμπυκος
εὕρηται ἄποινα μόχ-θων κλυταῖς ἐπέων ἀοιδαῖς.

σοφοὶ δὲ μέλ-λοντα τριταῖ-ον ἄνεμον 'Επ. α'.
ἔμαθον, οὐδ' ὑπὸ κέρ-δει βλάβεν·
ἀφνεὸς πενιχρός - τε θανάτου πέρας

---

5. *ἀναπλέομεν* coni. Bornemann — 6. *πότμος D* — *ζυγένθ'* coni. Schmid: *ζυγόνθ' BD* — 8. *ἔνδοξος D* — *πενταέθλ. Byz.*: *πεντάθλ. BD* — 9. *δορικτύπων* B^s: *δορίκτυπον* (*δορύκτ. D*) B^1 *D* — 10. *ἀγωνίας* coni. Hartung — 12. *ἐνέβαλεν* ex schol. Schmid: *ἔβαλε BD* — *ταὶ B* — *ῥοαῖσι* codd.: *πνοαῖς* unus ex scholiastis — 13. *δέομαι D* — 15. *μνημ. BD* — 16. *εὕρηται ἀπ'* coni. Hermann: *εὕρηται τις ἀπ. BD*, *εὕρῃ τις ἀπ.* Schmid — 18. *βλάβεν B* et schol.: *λάβεν D* — 19. *ἀφνεός τε πεν. BD*, *τε* eiec. *Byz.* — *πέρας ἅμα* coni. Wieseler: *παρὰ σᾶμα BD* —

est, ut I. VIII 35 — *καὶ παῖς*, ut aliis, sic etiam filio Thearionis ab Ilithyia sors destinata erat, eique ea, ut virtute distinctus bona fama et epinicii laude floreret — 6. *εἴργει*· composito *διείργει* in simili sententia poeta N. VI 2 usus est — 8. *Σωγένης*· ad etymologiam huius nominis, quae similis latini nominis Bonifati est, poeta alludere videtur — 10. *σύμπειρον ἀγωνίᾳ*· dativus ex analogia ceterorum nominum cum praeverbio *σὺν* compositorum, ut *συγγόνου* et *συμφώνου*, usurpatus est — 11. *εἰ* c. coni. pro *ἐὰν* c. coni. ad exemplar Homeri Pindarus saepe utitur; cf. O. VII 3 et locos ibi allatos; hic haec constructio eo facilior erat, quod praeteritum *ἐνέβαλε* cum vi gnomici aoristi adiunctum est — *τύχῃ*· finem suum assequatur, ut O. II 56. P. III 104 — 12. *ῥοαῖσι*· cf. v. 62; orationem cum flumine etiam pedestres scriptores comparant — 13. *σκότον ἔχοντι*· tenebris premuntur hymnis carentes; cf. Soph. fr. 1052, 8 *ἡ δ' εὐλάβεια σκότον ἔχει καθ' Ἑλλάδα* — 14. *ἔσοπτρον*· specula ex aere facta iam tum temporis, ut etiam archaeologicis ex indiciis constat, in usu cotidiano erant, quibus pulchra corpora ostenderentur sicuti carminibus pulchra facta — 15. *Μναμοσύνας*· apposite de novem Musis Mnemosynam hic commemorat, ut quae a memoria (*μνήμη*) nomen traxerit; eam *λιπαράμπυκα* dicit, quod Musas artifices candidis coronis ornatas ponebant — 16. *ἐπέων ἀοιδαῖς*, carmine logaoedico, non assis tibiis fidibusve — 17. ut prudentes mercatores cum casus futurae tempestatis praevideant atque fugiant, non prae cupiditate quaestus salutem vitae neglegunt, ita sapientes homines non adeo nummis parcere oportet, ut bonam famam et posteritatem nihil curent. De re ipsa conferre iuvat Strab. VI p. 276 ex Polybio de Liparis insulis haec referentem: *προσημαίνεσθαι καὶ τὸν εἰς ἡμέραν τρίτην πάλιν μέλλοντα ἄνεμον πνεῖν* — 19. *θάνατον πέρας ἅμα νέονται*, mortis ad terminum omnes una tendunt; cf. Hor. C. III 1, 16 *omne capax movet*

ἅμα νέονται· ἐγὼ - δὲ πλέον᾽ ἔλπομαι
λόγον Ὀδυσσέος ἢ πάθεν
διὰ τὸν ἁδυεπῆ γενέσθ᾽ Ὅμηρον·

ἐπεὶ ψεύδεσί ϝοι ποτα-νᾷ τε μαχανᾷ *Στρ. β΄.*
σεμνὸν ἔπεστί τι· σοφία δὲ κλέπ-
τει παράγοισα μύ-θοις· τυφλὸν δ᾽ ἔχει
ἦτορ ὅμιλος ἀν-δρῶν ὁ πλεῖστος. εἰ γὰρ ἦν
ἓ τὰν ἀλά-θειαν ἰδέμεν, οὔ κεν ὅπλων χολωθεὶς
ὁ καρτερὸς Αἴ-ας ἔπαξε διὰ φρενῶν
λευρὸν ξίφος· ὃν κράτισ-τον Ἀχιλέος ἄτερ μάχᾳ
ξανθῷ Μενέλᾳ δάμαρ-τα κομίσαι θοαῖς
ἂν ναυσὶ πόρευσαν εὐ-θυπνόου Ζεφύροιο πομπαὶ

πρὸς Ἴλου πόλιν. ἀλλὰ κοι-νὸν γὰρ ἔρχεται *Ἀντ. β΄.*
κῦμ᾽ Ἀίδα, πέσε δ᾽ ἀδόκητον ἐν
καὶ δοκέοντα· τι-μὰ δὲ γίνεται,
ὧν θεὸς ἁβρὸν αὔ-ξῃ λόγον τεθνακότων.
βίᾳ θάνεν - τοι παρὰ μέγαν ὀμφαλὸν εὐρυκόλπου

---

20. *πλέον BD* — 21. *πάθεν Byz.* et fort. schol.: *πάθαν BD* — 22. *ψεύδεσσι B* — *τε* om. *BD*, add. Hermann — 25. *ἓ τὰν* coni. Boeckh: *ἐὰν BD*, *ἑτὰν* coni. Bergk — *ἰδέμεν* coni. Schmid: *εἰδέμεν BD* — 29. *εὐθυπνόου D*: *εὐθυπόρου B* — *ζεφύρεο D* — *πομπαί D* et *B* margo: *πνοαί B*, quod *πνοιαί* scribendum fuit — 31. *Ἀΐδα* ed. Oxon. a. 1697: *ἀίδαο BD* — 32. *αὐρὸν D* — *αὔξῃ* cum schol. Bergk: *αὔξει BD* — 33. *βίᾳ θάνεν τοι . . . μολὼν* scripsi: *βοαθόων τοὶ*

urna nomen et similes locos Hor. C. II 3, 21. II 14, 11. De accusativo finis quem quis petat a verbo eundi dependente v. O. X 47. Versus N. VII 19 et I. VII 42 conflavit Tzetzes Chil. 798: *πενιχρὸς καὶ ἀφνειὸς θναίσκομεν ἅμα πάντες*, ut scite adnotavit Sternbach, Melet. gr. p. 142 — — 20 sq. his versibus de laude Ulixis, ut qui minora perpessus esset quam ab Homero laudaretur detrahi et Athenienses, qui illius similes essent, oblique carpi exposuerunt Leop. Schmidt, Leb. Pind. p. 487. et P. Mommsen in vers. germ. — 22. *ψεύδεσι·* hoc nomine Graeci quaecunque ficta erant comprehendebant, unde etiam de poetis Pindarus utitur hic et O. I 30; cf. Arist. poet. 24 *δεδίδαχε δὲ μάλιστα Ὅμηρος καὶ τοὺς ἄλλους ψευδῆ λέγειν ὡς δεῖ* — *ποτανᾷ τε μαχανᾷ·* de volatu poesis et expedita oratione dictum, quae eadem vis est Homerico *ἔπεα πτερόεντα* et Pindarico *πτερόεντα ὕμνον* I. V 63 — 23. *σοφία*, scilicet poetarum, qui et ipsi a Pindaro *σοφοὶ* dicuntur; similem habes sententiam O. I 30 — 25. *ἓ τὰν* facili et eleganti coniectura Boeckhius reposuit, unde plerique homines veritatem ipsam sine melle poesis perspicere posse negantur — 26 s. favorem suum erga heroas Aegineticos ut declararet, occasionem defendendi Aiacem arripuit contra iniquum iudicium Achivorum, qui Achillis arma callido Ulixi potius quam forti Aiaci adiudicaverant — 27. *κράτιστον Ἀχιλέος ἄτερ·* cf. Alcaei fr. 48, scol. Att. 15 (v. Reitzenstein, Epigr. u. Scol. 16 s.), Hor. Sat. II 3, 193 *Aiax heros ab Achille secundus*, qui omnes vestigia legerunt Homeri Il. II 768 — 28. *ξανθῷ Μενέλᾳ·* epitheton sollemne Menelai apud Homerum — 31. *ἐν* pro *ἐς* Aeolico usu; cf. P. II 11 — 31. *ἀδόκητον καὶ δοκέοντα·* 'ignobilem et illustrem' verto, non 'necopinatum et opinantem', quamquam altero modo haec verba inter se opponuntur in notissima exodo fabularum Euripidearum *καὶ τὰ δοκηθέντ᾽ οὐκ ἐτελέσθη, τῶν δ᾽ ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός.* Sed haec oppositio ab hoc loco aliena est, et claritudinis vim verbo *δοκέοντος* Pindarus etiam O. XIII 56 tribuit.

μολὼν χθονός, ἐν - Πυθίοισι δὲ δαπέδοις
κεῖται Πριάμου πόλιν - Νεοπόλεμος ἐπεὶ πράθεν,
τᾷ καὶ Δαναοὶ πόνη-σαν· ὁ δ' ἀποπλέων
Σκύρου μὲν ἅμαρτεν, ἵ-κοντο δ' εἰς Ἐφύραν πλάνητες.

Μολοσσίᾳ - δ' ἐμβασίλευ-εν ὀλίγον 'Επ. β'.
χρόνον· ἀτὰρ γένος αἰ-εὶ φέρει
τοῦτό Ϝοι γέρας. ᾤ-χετο δὲ πρὸς θεόν,
κτέαν' ἄγων Τροΐα-θεν ἀκροθινίων·
ἵνα κρεῶν νιν ὕπερ μάχας
ἔλασεν ἀντιτυχόντ' ἀνὴρ μαχαίρᾳ.

βάρυνθεν δὲ περισσὰ Δελ-φοὶ ξεναγέται. Στρ. γ'.
ἀλλὰ τὸ μόρσιμον ἀπέδωκεν· ἐχ-
ρῆν δέ τιν' ἔνδον ἄλ-σει παλαιτάτῳ

γὰρ . . . ἔμολεν *B D*, qua in lectione ἔμολεν pro genuina ἔμολον vel μόλον e Didymi coniectura scriptum esse scholia testantur; γὰρ eiec. Hermann, μόλεν coni. Schmid; βοαθόν· ἦ τοι . . . μόλεν coni. Feine — 35. πριάμου Tricl.: πριάμοιο *B D* — Νεοπόλ. scripsi: νεοπτόλ. codd., Νευπτ. Boehmer; cf. Kretzchmer KZ. 33 (1895) 571 — 37. ἅμαρτε, πλαγχθέντες δ' εἰς Ἐφύραν Boeckh: ἅμαρτεν. ἵκοντο δ' εἰς ἐφύραν πλαγχθέντες *B D* (πλαχθ. D^{ac}); ἀμ. ἵκ. δ' εἰς ἐφ. πλάναισν (vel πλάνητες) coni. Bergk — 39. φέρει *D*: φέρεν *B*, ἔσχεν paraphr. — 41. κτέατ' ἀνάγων *D*, quod ex duplice lectione κτεατ' (supra scr. αν) ortum esse videtur — 43. βάρυνθε *D* — δὲ περισσὰ coni. Schmid: περισσὰ δὲ *B D* —

33 ss. mortem occumbere omnes homines, sed honore ornari quorum famam mortuorum deus augeat, exemplo Neoptolemi poeta illustrat, qui mortuus antistes pomparum Delphicarum a diis constitutus sit — 33. τοι tertio loco positum defenditur similibus exemplis P. II 94. VIII 59. fr. 71 — ὀμφαλὸν χθονός· Delphos; cf. P. IV 4 — 35. Νεοπόλεμος pro Νεοπτόλεμος ad exemplum duplicis formae Homericae πτόλεμος et πόλεμος usurpare eo magis Pindaro licuit, puod pinguis littera πτ huius nominis prosodica ratione, ne quinque syllabae breves sese deinceps exciperent, nata erat — 36. καὶ Δαναοί· non solum Dardani, sed etiam Danai mala perpessi sunt — 37. Σκύρου· quam insulam primam Neoptolemus petebat, quod in ea natus et educatus erat — Ἐφύραν, Epiroticam, unde in Molossorum terram venit et regnum Aeacidarum condidit; eadem Neoptolemi fata attigit N. IV 53 — 40. γέρας, sceptrum et solium regis — 41. κτέαν' ἀκροθινίων· res captae, e quibus primitiae belli constabant, ut in notissima formula ἕρκος ὀδόντων. Pindaro igitur haec causa iustissima itineris Neoptolemi placuit; alios aliter sensisse, quin etiam fuisse, qui praedandi gratia eum Delphos profectum esse dicerent, scholia et Strabo p. 421 tradunt — 42. fusius Neoptolemum a Delpho quodam interemptum esse narrat Eur. Andr. 1149 ss. — 43. βάρυνθεν δὲ περισσὰ Δελφοὶ ξεναγεταί· Delphos aegerrime, qua erant pietate erga hospites, Neoptolemi caedem tulisse poeta adseveravit, ut eorum causam a scelere improbi cultrarii separaret et semet ipsum ab excusando isto facinore quam maxime abhorrere ostenderet. Hanc enim in suspicionem antea inciderat, cum in paeane nulla doloris significatione addita solum dixerat Neoptolemum occidisse ἀμφιπόλοισι μαρνάμενον μοιριᾶν περὶ τιμᾶν (schol. ad v. 94) — 44. ἐχρῆν· hoc loco verbum valet id, unde ortum est, χρεία ἦν, fatale fuit, ut saepe apud poetas tragicos — ἔνδον ἄλσει· cf. N. III 54 ἔνδον τέγει, quibus locis dativus non pendet ab ἔνδον, sed dativo loci ἄλσει, τέγει ad rem accuratius declarandam adverbium ἔνδον additum est. Sepulcrum Neoptolemi muro cinctum exeunti templum ad sinistram fuisse docet Paus. x

Αἰακιδᾶν κρεόν-των τολοιπὸν ἔμμεναι
θεοῦ παρ' εὐ-τειχέα δόμον, ἡρωΐαις δὲ πομπαῖς
θεμισκόπον οἰ-κεῖν ἐόντα πολυθύτοις
εὐώνυμον ἐς δίκαν. - τρία Ϝέπεα διαρκέσει·
οὐ ψεῦδις ὁ μάρτυς ἔργ-μασιν ἐπιστατεῖ.
Αἴγινα, τεῶν Διός τ' - ἐκγόνων θρασύ μοι τόδ' εἰπεῖν

φαενναῖς ἀρεταῖς ὁδὸν - κυρίαν λόγων 'Αντ. γ'.
οἴκοθεν. ἀλλὰ γὰρ ἀνάπαυσις ἐν
παντὶ γλυκεῖα Ϝέρ-γῳ· κόρον δ' ἔχει
καὶ μέλι καὶ τὰ τέρπν' - ἄνθε' 'Αφροδίσια.
φυᾷ δ' ἕκασ-τος διαφέρομεν βιοτὰν λαχόντες,

47. θεμίσκοπον B D — πολυθύτης D; post πολυθύτοις interpunxit Aristarchus, ante ἐς δίκαν Heyne — 49. ψεύδεσι μάρτυς coni. Bornemann Philol. 45, 606, ψεῦδιν· idem ap. Bursian-Müller 1892[a] 290 — μάρτυς B^1 D: μάντις B^3 — 50. τόδ', εὑρεῖν φαενν. coni. Steffen Progr. Nicolaigymn. Leipz. 1882 p. 4 — 51. λέγων coni. Heimsoeth —

21, 6. Scholiasta quod narrat Neoptolemum primum sub limine templi, postea a Menelao in sacro nemore (ἐν τῷ τεμένει) sepultum esse, cum narratione de infenso in Neoptolemum animo Delphicorum sacerdotum cohaerere videtur. Eodem spectat quod Pausanias I 4, 4 narrat Delphicos sacerdotes primum sepulcrum Neoptolemi tamquam inimici et sacrilegi in nullo honore habuisse et postea demum, cum contra Gallos iis auxilium tulisset, litare sacrificiis coepisse — 46. ἡρωΐαις δὲ πομπαῖς πολυθύτοις· sacra (ἐναγίσματα) heroibus multis victimis facta significat, quibus cum sacris lectisternia heroum coniuncta erant, de quibus schol.: γίνεται ἐν Δελφοῖς ἥρωσι ξένια, ἐν οἷς δοκεῖ ὁ θεὸς ἐπὶ ξένια καλεῖν τοὺς ἥρωας. Haec sacra et lectisternia ut rite fierent, Neoptolemus heros curabat, cuius nomen, cum Aeaci iustitiae memoriam revocaret, pro bono omine (εὐώνυμον) habebatur — 48. τρία ἔπεα, proverbiali locutione poeta usus paucis rem declarari posse dicit; haec autem tria non, ut scholiastae perperam interpretantur, ad praecedentia pertinent, quod Neoptolemus rixa propter carnes excitata occiderit, Delphi necem damnaverint, fato atque deorum consilio mors Neoptolemi prope templum Delphicum destinata fuerit, sed ad sequentia verba οὐ ψεῦδις ὁ μάρτυς ἔργμασιν ἐπιστατεῖ 'non mendax antistes caerimoniis Neoptolemus praeest'. Haec in se conclusa et absoluta sunt neque indigent additamenti, quod Mezgerus adiecit puncto post ἐπιστατεῖ deleto et ἐκγόνων cum ἔργμασι coniuncto. Immo genetivus τεῶν Διός τ' ἐκγόνων a proximis verbis φαενναῖς ἀρεταῖς pendet: splendidis virtutibus Aeacidarum poetae fiducia facta est, ut tam honorificam sententiam ferret. Difficilior ad explicandum est accusativus ὁδὸν κυρίαν λόγων. Quominus enim eum appositionem dativi ἀρεταῖς esse putemus, grammaticae leges, quominus accusativi τόδε, sententiarum nexus impedimento est. Inde analogiam similis constructionis N. VI 54 secutus ὁδὸν ad verbum εἰπεῖν traho idem atque καθ' ὁδὸν valere ratus: hoc dicere incedentem viam compotem sententiarum domo adfluentium.

52 ss. digressionem de Neoptolemo abrumpit, ut ad Thearionem patrem victoris transeat; quamvis enim dulci re perpetuo tractata fastidium parari. Patris autem mentionem in epinicii filii adulescentuli fieri, nihil miri et quod quaesitis argumentis excusari debeat, habet — 53. sententiam repetivit ab Hom. Il. XIII 636 πάντων μὲν κόρος ἐστί, καὶ ὕπνου καὶ φιλότητος — 54. φυᾷ in principio novae partis posuit, quod a facultate natura cuique ingenita omnem eventum pendere persuasum habebat; obscuris autem ambagibus significat, ut aliis hominibus, sic etiam Thearioni non omnia a natura data esse; denegata autem ei fuisse videtur corporis vegeta vis, qua in ludis gymnicis adversarios vinceret; dedit quidem ei Parca divitiarum copiam quae sufficeret (καιρὸν

ὁ μὲν τά, τὰ δ' ἄλ-λοι· τυχεῖν δ' ἕν' ἀδύνατον
εὐδαιμονίαν ἅπα-σαν ἀνελόμενον· οὐκ ἔχω
εἰπεῖν, τίνι τοῦτο Μοῖ-ρα τέλος ἔμπεδον
ὤρεξε. Θεαρίων, - τὶν δ' ἐοικότα καιρὸν ὄλβου

δίδωσι, τόλ-μαν τε καλῶν - ἀρομένῳ **Ἐπ. γ'.**
σύνεσις οὐκ ἀποβλάπ-τει φρενῶν.
ξεῖνός εἰμι, σκοτει-νὸν ἀπέχων ψόγον·
ὕδατος ὥτε ῥοὰς - φίλον ἐς ἄνδρ' ἄγων
κλέος ἐτήτυμον αἰνέσω·
ποτίφορος δ' ἀγαθοῖσι μισθὸς οὗτος.

ἐὼν δ' ἐγγὺς Ἀχαιὸς οὐ - μέμψεταί μ' ἀνὴρ **Στρ. δ'.**
Ἰονίας ὑπὲρ ἁλὸς οἰκέων·
καὶ ξενίᾳ πέποιθ', - ἔν τε δαμόταις
ὄμματι δέρκομαι - λαμπρόν, οὐχ ὑπερβαλών,
βίαια πάντ' - ἐκ ποδὸς ἐρύσαις, ὁ δὲ λοιπὸς εὔφρων
ποτὶ χρόνος ἕρ-ποι. μαθὼν δέ τις ἂν ἐρεῖ,
εἰ παρ μέλος ἔρχομαι - ψάγιον ὄαρον ἐννέπων.

---

56. *οὐδ' ἔχω* Schmid — 59. *ἀρομένῳ* coni. Hermann: *ἀραμένῳ* *B D* — 60. *σύνεσιν* coni. Hermann — 61. *κοτεινὸν* scripsit Boeckh, *κελαινὸν* vel *ἐρεβεννὸν* coni. Bergk — 62. *ἐς* *B*: *ὡς* *D* — 63. *ποτίφρος* *D* — 65. *καὶ ξενίᾳ* coni. Mommsen collato O. IX 83 et P. X 64: *καὶ προξενίᾳ* codd., *καὶ* eiec. Hermann — 66. *ὑπερβαλών* coni. Schmid: *ὑπερβάλλων* codd., *ὑπερβλέπων* coni. Mommsen — 68. *τις ἂν ἐρεῖ* *B D* et schol.: *τις ἐρέει* coni. Boeckh probabiliter — 69. *ψάγιον* *BD*; conf. Hesych. *ψάγιον· πλάγιον*: *ψέγιον* Tricl. —

ὄλβου) et animum honestarum rerum appetentem, temperatum eum consilio et prudentia — 57. *τέλος*, fastigium felicitatis — 60. *ἀποβλάπτει φρενῶν·* prudentia mentis cavit ne audacia stolida ab honestis (*καλῶν*) depelleretur; cf. O. VII 47 — 61. *σκοτεινὸν*, *κοτεινὸν* pronuntiari poeta voluit, ut Homerus *Κάμανδρον* pro *Σκάμανδρον·* cf. fr. 142 et Christ, Metrik d. Griechen u. Römer p. 10 — 61. *ξεῖνός εἰμι·* nimirum hospitem magis etiam quam civem a cavillationibus abstinere par est — 62. *ῥοὰς·* cf. supra v. 12 *ῥοαῖσι Μοισᾶν* — 63. *μισθὸς οὗτος*, hoc praemium poesis, quod res bene gestas quasi remuneratur, probis hominibus conducit.

64 ss. a laude suae probitatis, quae ab omni maledicentia abhorreat, rursus ad crimen sibi immerito irrogatum redit — 64. *Ἀχαιὸς . . . οἰκέων·* Epiri incola, quem bonae famae Neoptolemi, auctoris regiae domus Epiroticae, maxime consulere par est, me non reprehendet, quod de laude bonorum hominum detraxerim. Achaei autem Epirotae esse perhibebantur, quod Thessali Achaei ex Epiro olim in Thessaliam immigrasse ferebantur. In hac simplici huius loci interpretatione Hermannus, De Sogenis Aeginetae victoria quinquertii, opusc. III 22 ss. non acquievit, sed reiectis veterum grammaticorum commentis Achivum quendam cum Thearione in certamen descendisse eumque vicisse argutius quam verius commentus est — 65. *καὶ ξενίᾳ . . . ἔν τε δαμόταις*, et apud peregrinos et inter cives incedo vultu sereno conscius nullius culpae — 66. *ὑπερβαλών·* *ὑπεροπτικός* schol., cf. gloss. Hesych. *ὑπερβολία· ὕβρις* — 69. *εἰ . . . ἔρχομαι*, num inconcinne incedam; namque qui me noverit, me quidquam inconcinne facere et ad calumnias serendas pronum esse negabit —

Εὐξενίδα πάτραθε Σώ-γενες, ἀπομνύω
μὴ τέρμα προβὰς ἄκονθ᾽ - ὥτε χαλκοπάραον ὄρσαι

θοὰν γλῶσσαν· ὃ σ᾽ ἐξέπεμ-ψεν παλαισμάτων Ἀντ. δ'.
αὐχένα καὶ σθένος ἀδίαντον, αἴ-
θωνι πρὶν ἀελίῳ - γυῖον ἐμπεσεῖν.
εἰ πόνος ἦν, τὸ τερπ-νὸν πλέον πεδέρχεται.
ἔα με· νι-κῶντί γε χάριν, εἴ τι πέραν ἀερθεὶς
ἀνέκραγον, οὐ - τραχύς εἰμι καταθέμεν·
εἴρειν στεφάνους· ἐλαφ-ρόν ἀναβάλεο, Μοῖσά, τοι·
κόλλα χρυσὸν ἔν τε λευ-κὸν ἐλέφανθ᾽ ἁμᾷ
καὶ λείριον ἄνθεμον - ποντίας ὑφελοῖσ᾽ ἐέρσας.

70. Εὐξεινίδι Σωγένους πάτρᾳ Hartung — ὑπομνύω ex schol. Bergk — 71. τέρμα περῶν Herwerden — προβάντ᾽ vel ὄρσαις scribendum censuit Holwerda Arch. Zeit. 1881 p. 210 — ὥτε Boeckh: ὡσείτε *BD*, ὥστε Tricl. — 72. ὅ σ᾽ ἐξέπεμφε coni. Bergk: ὃς ἐξέπεμψας *B*, ὃς ἐξέπεμψε *D* — 73. ἀμίαντον coni. Hecker — 75. πέραν Hermann: περ ἂν (πὲρ ἂν *B*) *BD* — 77. ἀναβάλεο Tricl.: ἀναβάλλεο *BD* — 78. κόλλα coni. Rauchenstein: κολλᾷ *BD* —

71. προβάς cum acc. τέρμα iunctum est ad analogiam verborum ὑπερβάλλειν, ἐκβαίνειν, ἐξίστασθαι al.; cf. Hesych. προβάς· ὑπερβάς, quam glossam falso M. Schmidt in Hesychii editione ad Soph. Ant. 853 rettulit. Comparat autem poeta linguam procacem iaculo et semet ipsum iaculatori lineam, qua usque iaculantem procedere licet, non egresso. Ipsum enim verbum προβάς prohibet quominus τέρμα finem iaculandi intellegamus; nimirum nemo finem egressus iaculum mittit. Hac autem imagine poeta utitur, ut quamvis frigide transitum sibi paret ad Sogenis quinquertium, cuius pars iaculatio fuerat — 72. ὅ σ᾽ ἐξέπεμψε Bergkius vestigia codicis *D* secutus restituit, ὃ ad τέρμα προβὰς ἄκοντ᾽ ὄρσαι referens et hunc in modum sagacissime interpretans: in Nemeaeo certamine quinquertii, cui interfuit Sogenes, videtur unus vel alter iaculantium egressus esse lineam, qui cum propter hanc fraudem a certamine abigerentur, luctae certamen, quod subsequebatur iaculationem, aemulorum numero imminuto iam et facilius multo et celerius confectum est. Contra scholiasta cum ὃς ἐξέπεμψε legeret, sic locum obscurum dilucidare conatus est: ὁ ἄκων αἴτιος γενόμενος τῆς παντελοῦς νίκης οὐκ ἐποίησε χρείαν σε ἔχειν τοῦ διὰ πάλης σε περιγενέσθαι. Nimirum qui tribus prioribus partibus quinquertii adversarios superasset omne quinquertium vicisse putabat; v. Prol. LXXXIII sq. At ab eo, qui gravissimam partem quinquertii i. e. luctam plane non iniit, laudatio magni laboris (v. 74) vereor ne aliena sit. Miro autem acumine Fridericus Mie ann. cl. phil. 1893 p. 812 πόνον non luctatoris sed poetae intellegendum esse censuit — 73. αὐχένα καὶ σθένος accusativi relationis sunt ad ἀδίαντον referendi, nisi duos accusativos σὲ et αὐχένα analogia duplicis dativi O. VIII 83. IX 99 defendere malis — 75 ss. versus et ad explicandum et ad interpungendum difficillimos ita interpretor, ut verbis εἴ τι . . . καταθέμεν parenthesi interiectis infinitivum εἴρειν ab ἔα pendere aut absolute pro imperativo (cf. P. I 68) positum esse putem: sine me — victoris quidem in gratiam, si quid altius evolavi a proposita re evagatus, non recuso orationem reflectere — nectere coronas, propere auspicare, Musa, profecto; coronam compinge ex auro, ebore candido, coralio florido; Iovis vero memor propter Nemea multisonum hymnum placide ede — 75. εἴ τι πέραν ἀερθεὶς ἀνέκραγον ad digressionem refero iusto longiorem de Neoptolemi nece, a qua iam ad debitum honorem victoris haud aegre se redire dicit; similiter a digressione se revocat N. IV 33 ss. — 77. ἐλαφρόν· vim adverbii obtinere duco repudiata eorum sententia, qui nectere coronas facile esse vertunt — ἀναβάλεο· schol.: ἀντὶ τοῦ ἀνακρούου καὶ ἄρχου τι λέγειν ἐλαφρῶς. — Μοῖσά τοι· cf. P. V 6 σύ τοι — 78. cf. Hom. Ψ 200.

Διὸς δὲ μεμ-ναμένος ἀμ-φὶ Νεμέᾳ *Ἐπ. δ'.*
πολύφατον θρόον ὕμ-νων δόνει
ἡσυχᾷ. βασιλῆ-α δὲ θεῶν πρέπει
γάπεδον ἂν τόδε γα-ρυέμεν ἁμέρᾳ
ὀπί· λέγοντι γὰρ Αἰακόν
νιν ὑπὸ ματροδόκοις γοναῖς φυτεῦσαι,

ἐᾷ μὲν πολίαρχον εὐ-ωνύμῳ πάτρᾳ, *Στρ. ε'.*
Ἡράκλεες, σέο δὲ προπρεῶνα μὲν
ξεῖνον ἀδελφεόν τ'. - εἰ δὲ δεύεται
ἀνδρὸς ἀνήρ τι, φαῖ-μέν κε γείτον' ἔμμεναι
νόῳ φιλή-σαντ' ἀτενέι γείτονι χάρμα πάντων
ἐπάξιον· εἰ - δ' αὐτὸ καὶ θεὸς ἀνέχοι,
ἐν τίν κ' ἐθέλοι, Γίγαν-τας ὃς ἐδάμασας, εὐτυχῶς
ναίειν πατρὶ Σωγένης - ἀταλὸν ἀμφέπων
θυμὸν προγόνων ἐυκ-τήμονα ζαθέαν ἀγυιάν·

ἐπεὶ τετραόροισιν ὧθ' - ἁρμάτων ζυγοῖς *Ἀντ. ε'.*
ἐν τεμένεσσι δόμον ἔχει τεοῖς,
ἀμφοτέρας ἰὼν - χειρός. ὦ μάκαρ,
τὶν δ' ἐπέοικεν Ἥ-ρας πόσιν τε πειθέμεν

81. *πολύφατον B D* et schol.: *πολυφάτων* Tricl. — *θρόον ὕμνων* Schmid: *ὕμνων* (*ὕμνον D*) *θρόον B D* — 83. *θαμερᾶ B*, *θεμερᾶ D*, *ἁμέρᾳ* Hermann, *εὐθρόᾳ* Schmid; codicum lectionem ex antiqua scriptura HEMERA ortam esse suspicor — 84. *ματροδόκοισι B D*, corr. Tricl. — 85. *ἐᾷ* coni. Hermann: *ἐμᾷ B D* et schol., *τεᾷ* Pauw, *ὑμᾷ* Heyne — *πολήαρχον* D^{ac} — 86. *προπρέων' ἔμεν* coni. Jurenka — *δεύεται* B^{1} et pars schol.: *γεύεται* B^{s} *D*, quod Aristarchum probasse scholia tradunt — 88. *φιμίσαντ' D* — 89. *ἀνέχοι* Thiersch: *ἂν ἔχοι B D*, *ἀλέγοι* Bergk — 93. *ὧθ' D*: *ὧσθ' B* — 94 *τεμένεσι B D* — 95. *Ἥρας* coni. Bothe: *ἥραν B D* —

80 ss. diis iam et heroibus Aegineticis ultimam partem carminis dedicat — 81. *θρόον ὕμνων δόνει*· conf. Bion epit. Adon. 84 *ὑμὴν οὐκ ἀεὶ δονέει μέλος* — *ἡσυχᾷ* et *ἁμερᾷ ὀπὶ* placidos modos melodiae Lydiae significare videntur — 83. genuinae formae *ἡμέρᾳ* (non *ἁμέρᾳ*) vestigia hoc uno loco in cod. D servata esse exposui Stzb. d. b. Akad. 1891 p. 40; alia exempla v. KZ. 32, 147. Collitz DI. 3342, 20 — 84. *λέγοντι*· verecunde quae de diis homines fabulentur refert; cf. O. II 28. I. VIII 46. Hor. C. I 8, 14. Leutsch Phil. 39, 325 — *νιν* i. e. *βασιλῆα θεῶν*, qui subiecti partes obtinet — *ματροδόκοις*, passive, semine ab Aegina matre concepto — 86. *Ἡρακλέες*· vocativum pronomini (*σέο*), ut plerumque, praemisit — *ξεῖνον ἀδελφεόν τε*, quod Hercules et ipse filius Iovis erat et Aeacidarum hospitio utebatur — 87. respicit Pindarus Hes. opp. 345. *γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί*, et Alcmanis vocem *μέγα γείτονι γείτων*. Hoc si etiam deus probet, Sogenes, cum medius inter duo sacella Herculis habitet, optima vicinitate fruatur. Audaciae metaphorarum in hac parte carminis miram quandam audaciam traiectionis verborum (90. *ἐν τίν . . . ἀγυιάν* pro *ἐν τίν κε πατρί, ὃς Γίγαντας ἐδαμάσας, Σωγένης ἐθέλοι εὐτυχῶς ναίειν ἐυκτ. ζαθ. ἀγυιάν*) poeta addidit, quam tamen similem habes P. VIII 68. IX 13. N. IV 87. I. III 36. VIII 8 — 93. *τετραόροισι*· quadrigarum non proprium est, ut a temone medio iugum in utramque partem extendatur, sed ad orationis tumorem augendum quadrigarum quam bigarum imagine uti poeta maluit —

κόραν τε γλαυ-κώπιδα· δύνασαι δὲ βροτοῖσιν ἀλκὰν
ἀμαχανιᾶν - δυσβάτων θαμὰ διδόμεν.
εἰ γάρ σφισιν ἐμπεδοσ-θενέα βίοτον ἁρμόσαις
ἥβᾳ λιπαρῷ τε γή-ραϊ διαπλέκοις
εὐδαίμον' ἐόντα, παί-δων δὲ παῖδες ἔχοιεν αἰεὶ

γέρας τόπερ - νῦν καὶ ἄρει-ον ὄπιθεν. Ἐπ. ε΄.
τὸ δ' ἐμὸν οὔ ποτε φά-σει κέαρ
ἀτρόποισι Νεοπ-τόλεμον ἑλκύσαι
ἔπεσι· ταὐτὰ δὲ τρὶς - τετράκι τ' ἀμπολεῖν
ἀπορία τελέθει, τέκνοι-
σιν ἅτε μαψυλάκας Διὸς Κόρινθος.

96. *δύνασαι δέ* in parenthesi posuit Bergk — 98. *σφισιν* Aldina: *σφιν* *B D* — 101. *ὄπιθεν* ed. Moreliana: *ὄπισθεν* (-*θε* *D*) *B D* — 103. *ἀτρόπασι* *D* — 104. *ταὐτὰ* Boeckh: *ταῦτα* *B D* — *τετράκι* Schmid: *τετράκις* *B D* — 105. *μαψυλάκαις* coni. Schneider probabiliter.

96. *κόραν γλαυκώπιδα*, virginem Minervam, quae nomine *Ἀλαλκομενηίδος* adversos casus auxiliatrice manu arcere credebatur; ei autem et Iovi Hercules persuadeat, ut se in averruncandis malis adiuvent — 98. *εἰ γάρ·* utinam — 102 ss. in fine carminis poeta, ut voto pro victoris salute votum pro sua fama addat (cf. O. I 115 s. VI 105. P. II 96), denuo a crimine Neoptolemi laesi se purgat, sed ne argumenta iam allata recoquere cogatur, proverbiali locutione, qua qui crambem recoquebant carpebantur, defensionis brevitatem excusat. De origine proverbii scholia haec narrant: Megarenses dominationis Bacchiadarum impatientes defectionis consilia volvebant; tum Corinthii legatos Megaram miserunt, qui cum frustra Megarenses a consiliis rebellionis deterrere conati essent, ad postremum cum gravitate dixerunt: *δικαίως στενάξει ὁ Διὸς Κόρινθος, εἰ μὴ λήψοιτο δίκην παρ' αὐτῶν*. at Megarenses legatos lapidibus abegerunt et in fugam coniectos eos persequebantur, itentidem clamantes *τὸν Διὸς Κόρινθον*.

NEMEON. Η'.

ΔΕΙΝΙΔΙ ΑΙΓΙΝΗΤΗι

ΣΤΑΔΙΕΙ.

Strophae.



Epodi.



Argumentum.

Dinidem Megae filium Aeginetam e gente Chariadarum (v. 46) Nemea cursu vicisse et patrem eius eodem genere certaminum antea iam victoriam reportasse ex carmine ipso cognoscimus. Didymus vero ex catalogo Nemeonicarum hoc unum refert, neutrius nomen inter victores stadio comparere, unde eos non stadio, sed duplici stadio sive diaulo vicisse probabile fit. Verum aegerrime ferimus, quod doctus grammaticus ex suis catalogis, fortasse quia in iis nihil praeter stadio victores notatum invenit, de tempore victoriarum nihil adnotavit; atqui omnis interpretatio huius carminis a tempore, quo id scriptum esse videatur, pendet. Hoc quidem ex toto tenore carminis suspicari licet, rerum publicarum statum, qualis illo tempore fuit, Pindaro magnopere displicuisse eiusque animum non solum senectutis ingravescentis molestiis (v. 38), sed etiam dolore et ira ob hominum iniquitatem et impietatem afflictum fuisse. Haec autem tristitia optime, ut Dissenius monuit, quadrat in annum 459/8 a. Chr. (Ol. 80, 2), quo anno post pugnam Cecryphaleam Athenienses Aeginam oppugnare parabant, vel eos qui proxime ante-

cesserant annos (161 vel 163), quibus lites inter Athenienses et Aeginetas seri coeptae sunt. Atheniensium enim fraudes et perfidiae, quibus Aeginetas oppresserunt, aptissime exemplo vafri et astuti Ulixis adumbrantur, et prisco splendori Aeginae, cum Atheniensium et Lacedaemoniorum duces sapientiae Aeaci Aeginetae oboediebant, optime opponitur tristitia praesens, qua Athenienses insulam Aeginam infestis armis invadebant. Hoc modo si carmen interpretamur, mirum quantum ars et pulchritudo carminis augetur; hoc enim ex carmine et similibus carminibus I. VII. VIII. O. XIV apparet Pindarum non solum splendore figurarum et sublimitate sententiarum excellere, verum etiam veris animi affectibus et ipsum commoveri et hominum pectora commovere. Quae cum ita sint, nihil moror Leopoldum Schmidtium, Pind. Leb. 430 ss., a iuvene poeta, cum eius ars nondum consummata fuerit, hoc carmen scriptum esse opinantem.

Ut saepe in Aegineticis epiniciis a numine divino poeta auspicatur (cf. O. VIII. P. VIII. N. VII. I. V), sic in hoc quoque carmine a Pubertate, nuntia Veneris, orditur (1—5), id quod et aetati iuvenis victoris egregie accommodatum fuit et aptum transitum poetae parat ad amores Iovis et Aeginae nymphae commemorandos, unde Aeacus, iustissimus rex, procreatus sit, cuius iudiciis libenter olim duces finitimarum civitatium paruerint (6—12). Huius igitur genua poeta amplexus pro salute urbis et civium pia vota facit, simul illustrans Lydiis modis victorum Dinidis eiusque patris Megae opes cum iustitia coniunctas, quas similes esse ait Cinyrae Cyprii, cuius fama Aeginetis gratissima et quasi familiaris fuit, quod unus ex pronepotibus Aeaci Teucer Salamina urbem in Cypro insula condiderat (6—18). Cum iam in eo poeta esset, ut de Cinyrae fatis verba faceret, ab hoc consilio propter invidiam obtrectatorum se revocat et insigni exemplo domestico Aiacis ad manus sibi inferendas compulsi demonstrat, quanto plus apud homines astutia diserta quam virtus simplex valeat (18—34). In tertia parte carminis (v. 35—51) poeta tales mores se detestatum enixe studere dicit, ut gratus civibus iustitiam et morum probitatem usque ad extremum spiritum servet et strenuorum virorum, quales Dinis et Megas sint, famam augeat epiniciis, quae dudum optima solatia et praemia laborum existimata sint. — Totum carmen tribus pericopis (stropha antistropha epodoque) constat, quarum unaquaeque plenum et in se conclusum sententiarum orbem amplectitur, quam compositionis concinnitatem poetam senescentem excoluisse docui ad O. XIII.

De metris.

Metra huius carminis a severitate Doricorum carminum dactyloepitriticorum plus uno nomine discedunt, primum quod a bisyllaba basi stropha exorditur, deinde quod rectus cursus numerorum saepe interrumpitur (str. 4. 5, ep. 1. 3. 5. 6), tum quod in epodi versu quarto trochaica tripodia in locum dactylicae successit (cf. O. XIII 3), denique quod strophae versus quartus et epodi tertius ab anapaesto incipiunt, quae res omnes cum levitate Lydiae harmoniae (v. 15; cf. Prol. LIX) cohaerere videntur. Strophae primi versus altera syllaba utrum anceps an longa trium morarum sit, a varia lectione v. 40 pendet; strophae versus quar-

tus et epodi tertius utrum cum antecedente versu cohaereant an maiore intervallo ab eo divellendi sint, eo magis dubium est, quod in fine prioris versus modo maxima (vv. 3. 8. 12. 25), modo nulla interpunctio (str. 20. 29. 37. 42. 46) posita est. — Quo modo carmen cantatum sit, non indicatum a poeta invenio, nisi quod epitheton *ἐπικώμιος ὕμνος* (v. 50) ad chorum et comissationem spectare videtur. Pompam quidem quominus fuisse statuamus, obstaculo sunt tripodiae dactylicae catalecticae (ep. 1. 5), utpote quae passibus chori gradientis vix adcommodari possint.

Στρ. α'.

Ὥρα πότνια, κᾶρυξ Ἀφροδίτας ἀμβροσιᾶν φιλοτάτων,
ἅτε παρθενηίοις παίδων τ' ἐφίζοισα γλεφάροις
τὸν μὲν ἁμέροις ἀνάγκας χερσὶ βαστάζεις, ἕτερον δ' ἑτέραις.
ἀγαπατὰ δὲ καιροῦ μὴ πλανα-
θέντα πρὸς ἔργον ἕκαστον
τῶν ἀρειόνων ἐρώ-
των ἐπικρατεῖν δύνασθαι·

Ἀντ. α'.

οἷοι καὶ Διὸς Αἰγίνας τε λέκτρον ποιμένες ἀμφεπόλησαν
Κυπρίας δώρων· ἔβλαστεν δ' υἱὸς Οἰνώνας βασιλεὺς
χειρὶ καὶ βουλαῖς ἄριστος· πολλά νιν πολλοὶ λιτάνευον ἰδεῖν·
ἀβοατὶ γὰρ ἡρώων ἄω-
τοι περιναιεταόντων
ἤθελον κείνου γε πεί-
θεσθ' ἀναξίαις ἑκόντες,

VARIA LECTIO. Inscr. om *B D* — Schol.: *ἔνιοί φασιν σταδιεῖς αὐτόν τε τὸν Δεινίαν καὶ τὸν πατέρα, καὶ τοῦτο βλέποντα τὸν Πίνδαρον Δείνιδος δισσῶν σταδίων καὶ πατρὸς εἰπεῖν. παρέχει δέ φησιν ὁ Δίδυμος, [τὴν] ἀπορίαν τὸ μηδέτερον αὐτῶν ἐν τοῖς Νεμεονίκαις ἀναγεγράφθαι* — 2. *παρθενηΐοισι B, παρθενίοισι D* — *βλεφ. B D* — 3. *ἁμάρας D, ἁμέραις* Hecker collatis N. VII 83. IX 44 probabiliter — *ἀνάγκαις* Hermann, *ἀν' ἀγκὰς* Schmid probabiliter — 6. *ποιμένος D* — 9. *ἀβ.* Tricl.: *κἀβ. B D* et schol. —

COMMENTARII. v. 1. ab Iuventute et Amoribus initium carminis poeta sumit, quod Dinis victor amori et nuptiis maturus erat, unde ne iustum tempus (*καιρὸν* v. 3) amandi uxoremque ducendi neglegat monet — 2. *ἐφίζοισα γλεφάροις·* cf. Mosch. I 3 *ὕπνος βλεφάροισιν ἐφίζων*, Soph. Ant. 795 *βλεφάρων ἵμερος εὐλέκτρου νύμφας*, Hor. C. IV 13, 8 *Cupido pulchris excubat in genis* — 3. *ἑτέραις* i. e. asperis et ferocibus; similia nutrix in Eur. Hipp. 444 ss. loquitur — 4. *ἀγαπατά*, quod idem atque *ἀγαπατὸν* valet, cum verbis *πρὸς ἔργον ἕκαστον* coniungo, ut omnem ad rem opportunitas plurimum valere dicatur; cf. fr. 123 — 6. *Διὸς Αἰγίνας τε·* Iovis dei et Aeginae nymphae, a quibus Aeacus heros Aeginetarum prognatus est; eorum nuptias lepide Pind. I. VIII 21 refert — 7. *Κυπρίας δώρων·* cf. O. I 77 *φίλια δῶρα Κυπρίας·* *ἔρωτες* hic medium locum obtinent inter affectus animi et deos ministros Veneris; cf. fr. 122, 4 — *Οἰνώνας*, Aeginae insulae, eam autem obsoleto hoc nomine nuncupavit, ne eodem nomine et insulam et nympham appellaret; idem tamen nomen recurrit I. V 34. VIII 21 — 9 sq. *ἀβοατὶ . . . ἑκόντες·* eandem rem duplici modo et negandi (*ἀβοατὶ*) et affirmandi (*ἑκόντες*) expressit verbis in principio et fine enuntiati positis, ut quantum

οἵ τε κρανααῖς ἐν Ἀθά- 'Επ. α'.
ναισιν ἅρμοζον στρατόν,
οἵ τ' ἀνὰ Σπάρταν Πελοπηϊάδαι.
ἱκέτας Αἰακοῦ σεμνῶν γονάτων πόλιός θ' ὑπὲρ φίλας
ἀστῶν θ' ὑπὲρ τῶνδ' ἅπτομαι φέρων
Λυδίαν μίτραν καναχηδὰ πεποι-κιλμέναν,
Δείνιος δισσῶν σταδίων
καὶ πατρὸς Μέγα Νεμεαῖον ἄγαλμα.
σὺν θεῷ γάρ τοι φυτευθεὶς
ὄλβος ἀνθρώποισι παρμονώτερος·

Στρ. β'.
ὅσπερ καὶ Κινύραν ἔβρισε πλούτῳ ποντίᾳ ἔν ποτε Κύπρῳ.
ἵσταμαι δὴ ποσσὶ κούφοις, ἀμπνέων τε πρίν τι φάμεν.
πολλὰ γὰρ πολλᾷ λέλεκται· νεαρὰ δ' ἐξευρόντα δόμεν βασάνῳ
ἐς ἔλεγχον ἅπας κίνδυνος· ὄ-
ψον δὲ λόγοι φθονεροῖσιν·

---

11. κραναιαῖς *D* — 12. Πελοπηϊάδαι coni. Schmid: πελοπηΐδαι *B D* — 14. φέρων: φίλων *D* — 16. Νεμεαῖον coni. Pauw.: νέμειον *B D* — 18. ὅσπερ *B*: ὥσπερ *D* — ποντίῳ *D* — 19. ἀναπν. *D* — 20. πολλᾷ Pauw: πολλὰ *B D* — 21. δὲ λόγοι om. Tricliniani; fort. ὄψον φθονεροῖσι δὲ μόμφος (μομφαί mavult Herwerden) — φθονεροῖς ἰάπτεται schol. ad Soph. Aiac. 154 —

interesset significaret inter Graecos principes olim sua sponte Aeaco iustissimo iudici obtemperantes et Aeginetas ceterosque Graecos nunc invitos superbis Atheniensibus oboedientes. De fabula principum Graecorum auxilium et intercessionem Aeaci implorantium ad N. v 10 commentatus sum — 11. κρανααῖς, saxosis, quod epitheton ornans est Ithacae insulae apud Homerum, Attici agri apud Pindarum O. vii 82. xiii 38 — στρατὸν, populum; vide ad O. v. 12 — 12. Πελοπηϊάδαι· falso hoc nomen a Pindaro formatum est ad analogiam patronymicorum a nominibus in -ευς derivatorum, ut ΠηλεϜιάδαι et Πηληιάδαι a nomine Πηλεύς — 15. Λυδίαν μίτραν· μίτρα infula supplicantium est, quae Λυδία hoc loco audit, quod preces ad Aeacum et totum hoc carmen Lydiis modis canenda erant, ut bene monuit alter scholiasta: οὕτως εἶπε τὸ ποίημα αὐτοῦ ὡς Λυδίᾳ ἁρμονίᾳ γεγραμμένον — 16. δισσῶν σταδίων ornate pro vulgari διαύλου, ut scite adnotant scholia: δισσῶν δὲ σταδίων, ὅτι διαυλοδρόμος. Namque stadio numquam Dinidem vicisse ex indicibus victorum veteres grammatici compertum habebant, ut in argumento carminis exposui — Νεμέαιον ἄγαλμα· decus Nemeaeum carmen Lydiis modis compositum dicitur, quod victoriam Nemeaeam illustrat — 17. σὺν θεῷ· spectat ad preces, quas paulo ante (v. 13) poeta fuderat.

18. sensim ad fabularem partem carminis transit — ὅσπερ scil. θεός· de Cinyra vetere rege atque sacerdote Cypri v. P. ii 15 — 19. ἵσταμαι· ut O. i 53 verbo ἀφίσταμαι, N. v 16 verbo στήσομαι cursum orationis inhibuit ad aliam rem transiturus, sic hic quoque verbo ἵσταμαι inchoatae narrationis filum abrupit, ut priusquam plura proloqueretur spiritum duceret — 20. πολλὰ γὰρ πολλᾷ λέλεκται· quinam multa vario modo de Cinyra dixerint nescimus, neque hanc, sed penuriam argumenti veram causam, cur orationem de Cinyra abrumperet, fuisse crediderim — νεαρὰ ἐξευρόντα· hoc ex loco cognoscimus Pindari morem fabulas immutandi, quo de ad P. iii 27 disputavimus, in reprehensiones acerrimas incurrisse — 21. ἅπας κίνδυνος· purum putum periculum;

ἅπτεται δ᾽ ἐσλῶν ἀεί,
χειρόνεσσι δ᾽ οὐκ ἐρίζει.

Ἀντ. β'.

κεῖνος καὶ Τελαμῶνος δάψεν υἱὸν φασγάνῳ ἀμφικυλίσαις.
ἦ τιν᾽ ἄγλωσσον μέν, ἦτορ δ᾽ ἄλκιμον λάθα κατέχει
ἐν λυγρῷ νείκει· μέγιστον δ᾽ αἰόλῳ ψεύδει γέρας ἀντέταται.
κρυφίαισι γὰρ ἐν ψάφοις Ὀδυσ-
σῆ Δαναοὶ θεράπευσαν·
χρυσέων δ᾽ Αἴας στερη-
θεὶς ὅπλων φόνῳ πάλαισεν.

Ἐπ. β'.

ἦ μὰν ἀνόμοιά γε δά-
οισιν ἐν θερμῷ χροῒ
ἕλκεα ῥῆξαν πελεμιζόμενοι
ὑπ᾽ ἀλε-ξιμβρότῳ λόγχᾳ, τὰ μὲν ἀμφ᾽ Ἀχιλεῖ νεοκτόνῳ,
ἄλλων τε μόχθων ἐν πολυφθόροις
ἁμέραις. ἐχθρὰ δ᾽ ἄρα πάρφασις ἦν - καὶ πάλαι,
αἱμύλων μύθων ὁμόφοι-
τος, δολοφραδής, κακοποιὸν ὄνειδος·
ἃ τὸ μὲν λαμπρὸν βιᾶται,
τῶν δ᾽ ἀφάντων κῦδος ἀντείνει σαθρόν.

23. *ἀμφικυλίσαις* Boeckh: *ἀμφικυλίσσαις* *BD* — 24. *λάθαν* *D* — *κατέχει ἐν λυγρ.* coni. Hermann: *κατέχει ν λυγρ.* *D*, *κατέχει τε λυγρ.* *B*, *κάτεχεν ἐν λυγρ.* Bergk — 25. *ἀντέτακται* *D* — 26. *ψάθοις* *D* — 27. *ὅπλαν* *D* — 29. *πελεμ.* coni. Wakefield Aristarchi interpretationem *κινούμενοι* secutus: *πολεμ.* *BD* — 30. *ἀλεξιβρ.* *D* — 31. *ἐν πολυφθόροις* coni. Boeckh: *πολυφθόροισιν ἐν* *BD* — 33. *αἱμύλων* Tricl.: *αἱμυλίων* *BD* — *ὁμόφυτος* *B* —

eisdem verbis utitur Aristoph. nub. 954; cf. *χρῆμα πᾶν* I. VIII 14, *πᾶσα ἀνάγκη* Plat. Tim. 69 d, *πολλὴ ἀνάγκη* Dem. in Lept. 18 — 22. poeta eo se consolatur, quod optimum quodque maxime invidia petitur et cavillationibus carpitur — 23 ss. fabula de Aiace, quod Achivi iudices astutiae Ulixis plus quam suae fortitudini tribuissent, mortem sibi consciscente iam in parva Iliade narrata erat; nescio tamen an Sophoclis tragoedia Aiacis, quam circa haec tempora Athenis in scenam productam esse constat, Pindaro ansam narrandi eam praebuerit. Namque non solum Aiacem in gladium incumbentem, sed etiam iudicum suffragia per fraudem corrupta Pindarus similiter atque Sophocles Ai. 815 ss. et 1135 ss. exposuit — 24 s. locum communem esse demonstrant formae praesentis temporis et pronomen indefinitum *τινα* 'manchen'; haec autem omnia non minus in praeterita quam in praesentia tempora cadere supra in argumento carminis exposuimus — 26. *κρυφίαισι . . ἐν ψάφοις·* declamata haec esse suspicor contra suffragia per tabellas ferenda, quod institutum populare etiam Romae ab optimatibus impugnatum esse novimus — 27. *πάλαισεν·* cf. Hes. opp. 413 *ἀνὴρ ἄταισι παλαίει* — 30. *ὑπ᾽ ἀλεξιμβρότω λόγχᾳ*, qua hasta sua corpora tuebantur, adversarios propulsantes; tamen scuti (*σκύτει*) magis quam hastae (*λόγχᾳ*) mentionem fieri exspectes. De vi praepositionis confer P. v 100 *ῥανθεῖσαν ὑπὸ χεύμασιν*, N. I 68 *πεφύρσεθαι ὑπὸ ῥιπαῖσι* — 30. *ἀμφ᾽ Ἀχιλεῖ νεοκτόνῳ*, quae proxima causa rixarum inter Aiacem et Ulixem fuit — 33. *ὁμόφοιτος* c. gen. iunctum, ut *ὕμνων σύντροφος ἀηδών* ap. Arist. av. 680.

Στϱ. γ'.

εἴη μή ποτέ μοι τοιοῦτον ἦθος, Ζεῦ πάτεϱ, ἀλλὰ κελεύθοις
ἁπλόαις ζωᾶς ἐφαπτοίμαν, θανὼν ὡς παισὶ κλέος,
μὴ τὸ δύσφαμον πϱοσάψω. χϱυσὸν εὔχονται, πεδίον δ' ἕτεϱοι
ἀπέϱαντον· ἐγὼ δ' ἀστοῖς ἁδὼν
καὶ χθονὶ γυῖα καλύψαιμ'
αἰνέων αἰνητά, μομ-
φὰν δ' ἐπισπείϱων ἀλιτϱοῖς.

Ἀντ. γ'.

αὔξεται δ' ἀϱετά, χλωϱαῖς ἐέϱσαις ὡς ὅτε δένδϱεον ᾄσσει,
ἐν σοφοῖς ἀνδϱῶν ἀεϱθεῖσ' ἐν δικαίοις τε πϱὸς ὑγϱὸν
αἰθέϱα. χϱεῖαι δὲ παντοῖαι φίλων ἀνδϱῶν· τὰ μὲν ἀμφὶ πόνοις
ὑπεϱώτατα· μαστεύει δὲ καὶ
τέϱψις ἐν ὄμμασι θέσθαι
πιστόν. ὦ Μέγα, τὸ δ' αὖ-
τις τεὰν ψυχὰν κομίξαι

Ἐπ. γ'.

οὔ μοι δυνατόν· κενεᾶν δ'
ἐλπίδων χαῦνον τέλος·
σεῦ δὲ πάτϱᾳ Χαϱιάδαις τε λάβϱον

37. χϱυσὸν δ' εὐχ. B — 38. καγ χθονὶ Bergk — γῆα D — καλύψαιν coni. Bergk — 40. αὔξονται δ' ἀϱεταὶ coni. Schmid; veterem lectionem ὕμνοισιν glossa αὔξεται summotam esse suspicor — ᾄσσει Boeckh: ἀΐσσει BD, αἴνῳ coni. Bergk — 41. ἐν om. codd., add. Boeckh; δένδϱον ἀναΐσσει σοφ. coni. Pauw — ὑγϱὰν coni. Schmid — 43. ὄμμασ' ἰδέσθαι coni. Herwerden — 44. πιστὸν ex schol. Mommsen: πιστά B, πίσταν D, πίστιν Tricl. — 46. Χαϱιάδαις τε: Χαϱιάδαισι coni. Heyne — 46. τελαβϱον D: τε λαῦϱον B, τε λευϱὸν coni. Herwerden —

35 ss. ex fabulari parte carminis praecepta et vota poeta ducit — 37. τὸ δύσφαμον· articulo praeposito adiectivum vim substantivi induit, ut τὸ μαλθακόν P. VIII 8, τὸ μόϱσιμον P. XII 30, τὸ συγγενές P. X 12 — 38. καὶ χθονὶ καλύψαιν, ut vivo, sic etiam moriar civibus meis probatus, unde poeta usque ad mortem suis civibus placere se velle dicat — 40. hunc versum ante oculos habuit Horatius C. I 12, 45: *crescit occulto velut arbor aevo fama Marcelli* — 41. ὑγϱὸν αἰθέϱα, undantem aethera ventorum flamine intellegere malo quam aera nubibus humidum; cf. Hor. C. II 20, 2 *liquidum aethera* — 42 sq. varium usum amicorum esse dicit, summum in vitae laboribus, qui auxilio amicorum facilius exantlentur, magnum etiam in rebus secundis, quarum dulcedo amicis una gaudentibus augeatur — 43. μαστεύει τέϱψις ἐν ὄμμασι θέσθαι· optat animus amicum desideratum oculis videre ipsum, ut eius fide et consuetudine fruatur. Cohaeret huius loci obscuri explicatio cum sententiis in fine complurium carminum, ut O. VIII. XIV. N. IV, propositis, ubi poeta patrem mortuum et ceteros cognatos in Orco filii victoria gaudere exponit. Inde facile filii animum desiderium subire potuit mortuum ipsum videndi eiusque hilari vultu se recreandi. At poeta, cum a vana spe excitanda abhorreat, animam mortui in vitam revocare se posse negat, lapideum se posse monumentum victoriae velocitatis victori eiusque genti erigere — 46. πάτϱᾳ Χαϱιάδαις τε· altero nomine prius explicatur; de simili usu particulae τε vide O. VI 43. X 59; neque enim Luebberto, Ind. lect. Bonn. 1846 p. 14, adstipulari ausim, πάτϱαν seu gentem et γενεὰν seu

ὑπερεῖ-σαι λίθον Μοισαῖον ἕκατι ποδῶν εὐωνύμων
δὶς δὴ δυοῖν. χαίρω δὲ πρόσφορον
ἐν μὲν ἔργῳ κόμπον ἱείς, ἐπαοι-δαῖς δ' ἀνὴρ
νώδυνον καί τις κάματον
θῆκεν. ἦν γε μὰν ἐπικώμιος ὕμνος
δὴ πάλαι καὶ πρὶν γενέσθαι
τὰν Ἀδράστου τάν τε Καδμείων ἔριν.

---

47. *ὑπερείσω* coni. Hermann, *ὑπερέσσαι* Mezger — *ποδῶν*: *δρόμων* coni. Rauchenstein acute — 48. *προσφόρῳ* ex scholiis coni. Wiskemann Progr. Marb. 1876 p. 22 probabiliter — 51. *τῶν τε Καδμ.* coni. Naber.

familiam hoc loco distingui — 47. *λίθον Μοισαῖον*· carmen laudatorium lapideae moli sepulcrali comparat; cf. N. IV 81 — 48. *δὶς δὴ δυοῖν*· bis carmine monumentum erigam celerum pedum duorum; bis, quod duae victoriae illustrandae erant, duorum, quod non unus duas, sed duo singulas victorias reportarant — 49. *ἐπαοιδαῖς*· laudes carminis, quibus laborem certaminum poeta demulcet, comparat incantamentis, quibus medici harioli dolorem corporis leniunt; cf. N. IV 1 — 51. *τὰν Ἀδράστου*· originem Nemeaeorum ludorum ab Adrasto in expeditione Cadmea institutorum respicit; cf. N. X 28 et Prol. LXXXVII; epinicii autem dignitas antiquitate augetur, si non bello Thebano demum institutum, sed iam ante hoc bellum ab hominibus dulcedine poesis gaudentibus inventum esse praedicatur.

[NEMEON. Θ′.]

ΧΡΟΜΙῼ ΑΙΤΝΑΙῼ

ΑΡΜΑΤΙ

Strophae.

⁝ ⏑⏑ – ⏑⏑ ∸ – | ⁝ ⏑⏑ – ⏑⏑ ∸ ⏑ |
⁝ ⏑ – ⏑ ∸ ⏑ – – | ⁝ ⏑⏑ – ⏑⏑ ∸ | – ⁝ ⏑ – – ∸ ⏑ ⏑ |
⁝ ⏑⏑ – ⏑⏑ ∸ | – ⁝ ⏑⏑ – ⏑⏑ ∸ – ⁝ ⏑ ⏓ |
⁝ ⏑ – – ⁝ ⏑⏑ – ⏑⏑ ∸ – ⁝ ⏑⏑ – ⏑⏑ ∸ | – ⁝ ⏑ – – ∸ ⏑ ⏑ |
– ⁝ ⏑ – – ∸ ⏑ – | – ∸ ⏑ – ⏑ |

Argumentum.

Haec et quae sequuntur odae non Nemeaeas victorias praedicant, sed alias quasdam; adiectae autem Nemeaeis a grammaticis sunt, aut ut huius voluminis, ceteris brevioris, vacua pars similibus epiniciis compleretur aut, si olim Nemeaeae odae post Isthmicas positae agmen sacrorum ludorum claudebant, ut sacrorum ludorum praeconiis reliqua epinicia subtexerentur.

De Chromio Agesidami filio, cui et hanc odam et N. I Pindarus scripsit, vide quae supra ad N. I praefati sumus. Victoriam, quae hac oda illustratur, Chromius iam aliquanto ante (ποτε v. 52) Sicyone in ludis Adrasti curru reportaverat. Pindari autem in aula regia Syracusana commorantis opportunitate Chromius usus esse videtur, ut illam victoriam etiam aliquot annis postquam parta erat, praedicandam curaret, qua in re illud quoque spectavit, ut urbi Aetnae nuper conditae (v. 2. 30) splendorem magnificae pompae praeberet. Eum enim tum temporis non Syracusis, sed Aetnae domum et sedes habuisse principio carminis aperte declaratum est, cui poetae testimonio alterum scholiastae ad N. IX inscr. accedit: *ὁ Χρόμιος οὗτος φίλος ἦν Ἱέρωνος κατασταθεὶς ὑπ᾽ αὐτοῦ τῆς Αἴτνης ἐπίτροπος, ὅθεν καὶ Αἰτναῖος ἐκηρύχθη.* Quamquam vereor, ne haec adnotatio fide historica careat et a scholiasta ex carminis principio ficta sit, unde non operae pretium esse ducimus quaerere, utrum ante an post Dinomenem filium Hieronis (v. P. I 60), ministrine loco an suo ipse imperio urbem Aetnam administrarit. Sed ex eo, quod hoc carmen in honorem urbis nuper conditae (*νεοκτίσταν ἐς Αἴτναν* v. 2) et in hac urbe ipsa cantatum est, colligere audeo, id non multum post P. I et ante N. I compositum esse. Quod vero Boeckhius Expl. 467 sq. fabula Adrasti et Amphiarai res praesentes oblique tangi et Adrasti sorore Amphiarao in matrimonium data (v. 16 sq.) matrimonium Hieronis et filiae Xenocratis, interitu Amphiarai cladem Thrasydaei filii Theronis,

denique dissidiis Adrasti et Amphiarai dissidia Theronis et Hieronis significari dixit, ea magis ingeniose excogitata quam probabilibus argumentis confirmata esse sentio. — De ludis Pythiis Sicyoniis docte nuper commentatus est Luebbert, Ind. lect. Bonn. 1883/84; hos autem ludos cum Clisthenes tyrannus instituisset, poeta ad Adrastum auctorem mythicum rettulit. — Curuli pompae Chromii hac oda illustratae (v. 4) triumphum Romanum conferre iuvat, ut qui ex imitatione Graecae comissationis natus esse videatur; utriusque autem hoc quoque commune fuit, quod pompam magnificam epulae publicae et laeta symposia (v. 51) sequebantur.

In prooemio Musas poeta invitat, ut secum urbem Aetnam intrent, ubi Chromium victorem, qui iam triumphalem currum ascenderit, hymno epinicio ornent (1—10). Mentio ludorum Adrasti, quibus Chromius coronam meruerat, ansam poetae praebet narrandi fata Adrasti eiusque generi Amphiarai (10—27). Iam Amphiarai fuga et interitu commotus Iovem precatur, ne similem in cladem Aetna urbs eiusque strenui cives incurrant (28—33), inter quos Chromium pudore, prudentia, bellica laude eminere laudat (34—43). Sic cum a fabulis ad rem praesentem ingeniose rediisset, in epilogo carminis Chromium dignum esse praedicat, qui lauro parta in serena senectute fruatur, et semet ipsum chorumque excitat, ut vina ex argenteis phialis, quas ille praemium acceperit, bibentes virtutes victoris triumphali modo illustrent.

De metris.

Carmen praestantissimum, quod ut in pompa ad hospitalem domum victoris instituenda citharis tibiisque accinentibus cantaretur, destinatum fuit (vv. 1—3. 8), ad severam et antiquam normam dactylo-epitriticorum modorum compositum est. Epodo quod caret, eius causa inde repetenda est, quod epodi partes nullae erant carmini in pompa a choro gradiente cantando; cf. Prol LX et arg. P. XII. Metrorum divisio ut passibus gradientis chori accommodaretur, totum hoc carmen similiter atque carmina O. VIII. P. XII in dipodias dividendum et tripodias dactylicas in ambitum binarum dipodiarum extendendas curavimus. Pausarum vero sive inanium temporum sedes et ambitus ipso metro poeta definivit, nisi quod ultimum versum a praecedente utrum nullo an sex temporum intervallo diremptum fuisse putes, dubitare possis; cf. Prol. LVII. Quod autem solus ultimus versus strophae ab anacrusi incipit, hac re ordinem rhythmicum ad finem converti significatum est. Denique tota stropha ex tribus partibus constat, duabus principalibus, quarum utraque ex binis versibus aequalibus composita est (vv. 1—2 et 3—4), et una epodica (v. 5), quae gravibus epitritis carmen claudit.

Κωμάσομεν παρ' Ἀπόλλωνος Σικυωνόθε, Μοῖσαι, Στρ. α'.
τὰν νεοκτίσταν ἐς Αἴτναν, ἔνθ' ἀναπεπταμέναι ξείνων νενίκαν-
ται θύραι,

VARIA LECTIO. Inscr. om. *BD* — 2. *ἐς D*: *εἰς B* —

COMMENTARII. v. 1. *παρ' Ἀπόλλωνος Σικυωνόθε*, a ludis Apollinis Sicyoneis, in quibus Chromius vicerat; cf. Prol. XCI — 2. *νενίκανται*· tantum numerum

ὄλβιον ἐς Χρομίου δῶμ᾽. ἀλλ᾽ ἐπέων γλυκὺν ὕμνον πράσσετε.
τὸ κρατήσιππον γὰρ ἐς ἅρμ᾽ ἀναβαίνων ματέρι καὶ διδύμοις
παίδεσσιν αὐδὰν μανύει,
Πυθῶνος αἰπεινᾶς ὁμοκλάροις ἐπόπταις.

ἔστι δέ τις λόγος ἀνθρώπων, τετελεσμένον ἐσλὸν Στρ. β΄.
μὴ χαμαὶ σιγᾷ καλύψαι· θεσπεσία δ᾽ ἐπέων καυχᾶσσ᾽ ἀοιδὰ πρόσ-
φορος.
ἀλλ᾽ ἀνὰ μὲν βρομίαν φόρμιγγ᾽, ἀνὰ δ᾽ αὐλὸν ἐπ᾽ αὐτὰν ὄρ-
σομεν
ἱππείων ἀέθλων κορυφάν, ἅτε Φοίβῳ θῆκεν Ἄδραστος ἐπ᾽
Ἀσωποῦ ῥεέθροις· ὧν ἐγὼ
μνασθεὶς ἐπασκήσω κλυταῖς ἥρωα τιμαῖς,

ὃς τότε μὲν βασιλεύων κεῖθι νέαισί θ᾽ ἑορταῖς Στρ. γ΄.
ἰσχύος τ᾽ ἀνδρῶν ἁμίλλαις ἅρμασί τε γλαφυροῖς ἄμφαινε κυ-
δαίνων πόλιν.
φεῦγε γὰρ Ἀμφιάρηόν τε θρασυμήδεα καὶ δεινὰν στάσιν

---

3. πράσσεται (εται in ras.) *D* — 4. παίδευσιν *D* — αὐδὰν: αὐχὰν coni. Hermann; παίδεσσ᾽ ἀοιδὰν Boeckh — 7. μηδαμᾷ coni. Hecker — καυχᾶσσ᾽ coni. Schneidewin: καύχας *B D*, καύχαις coni. Benedictus — 8. αὐτὰν ὄρσομεν coni. Schmid: αὐτὸν ὄρσωμεν *B D* — 13. Ἀμφιάρηόν ποτε *B*, unde Ἀμφιάρην ποτέ coni.

hospitum affluxisse poeta dicit, ut fores apertae eos capere non possent; genetivum autem verbo νενίκανται iunxit ex analogia verbi ἡττᾶσθαι — 2 sq. de particula ἐς bis posito, ἐς Αἴτναν, ἐς δῶμα, conferunt Hom. Od. VIII 362 — 4. κρατήσιππον· nomina composita, quorum prius membrum verbale est, cum iis, quae a nomine incipiunt, Pindarus saepe confudit, ut μεγαλάνωρ significaret eum qui magnum redderet, κρατήσιππος eum, qui validis equis (κραταιοῖς ἵπποις) uteretur; cf. κρατησίποδα Φρικίαν P. X 16, κρατησίμαχον σθένος P. IX 86, κρατησιβίαν fr. 16, ἐρασιπλοκάμου Τυροῦς P. IV 136 — ἅρμ᾽ ἀναβαίνων· Chromius victor more imperatoris Romani curru urbem intrabat; similia de Nerone victore a ludis musicis redeunte narrat Cass. Dio LXIII 20 — αὐδὰν μανύει, vocis edendae signum dat — 5. αἰπεινᾶς· in saxoso et excelso loco sitae; cf. O. VI 147 πετραέσσας Πυθῶνος — 6. ἐσλὸν . . . κρύψαι· cf. N. III 29. P. IX 94 — 7. χαμαὶ σιγᾷ καλύψαι· duas res metaphorice poeta conflavit, obscuritatem tacendo et contemptum deiciendo factum — ἐπέων ut cum ἀοιδὰ (non cum καύχαις) iungamus, similes loci N. VII 16. O. IX 47. I. III 57 admonent, quamquam verborum praeconio cantum tibiarum fidiumque accedere par erat. De concentu fidium et tibiarum cf. O. III 8, Prol. XCVIII — ποτίφορος scil. perfecto viro illustrando — 8. ὄρσομεν, quod librarii ὄρσωμεν interpretabantur, revera vim coniunctivi aoristi habet — 9. ἀέθλων κορυφάν· dithyrambico quodam tumore certamen curule Sicyonium certaminum summum dixit, non tamen ita, tamquam Sicyonii ludi Pythiis aut Olympiis praestarent, sed quod curule certamen gymnicis praeclarius esset — Ἄδραστος ἐπ᾽ Ἀσωποῦ· Asopus fluvius Sicyonius apud Phliuntem erat, de quo v. N. III 3; de Adrasto mythico conditore ludorum Sicyoniorum scite adnotat scholiasta: ἀνατίθησι γὰρ τὴν τῶν Πυθίων θέσιν ἐν Σικυῶνι Ἀδράστῳ, ποιητικὴν ἄγων ἄδειαν, Κλεισθένους αὐτὰ διαθέντος — 11. νέαισί θ᾽ ἑορταῖς· tria instituisse Adrastus dicitur: sacra, certamina gymnica, certamina curulia.

13 ss. fabularis pars carminis, quam repetivit Pindarus ex vetere carmine

πατρῴων οἴκων ἀπό τ' Ἄργεος· ἀρχοὶ δ' οὐκ ἔτ' ἔσαν Ταλαοῦ
παῖδες, βιασθέντες λύᾳ.
κρέσσων δὲ καππαύει δίκαν τὰν πρόσθεν ἀνήρ.

ἀνδροδάμαν δ' Ἐριφύλαν, ὅρκιον ὡς ὅτε πιστόν, Στρ. δ'.
δόντες Οἰκλείδᾳ γυναῖκα, ξανθοκομᾶν Δαναῶν ἔσσαν μέγιστοι
λαγέται,
καί ποτ' ἐς ἑπταπύλους Θήβας ἄγαγον στρατὸν ἀνδρῶν αἰσιᾶν
οὐ κατ' ὀρνίχων ὁδόν· οὐδὲ Κρονίων ἀστεροπὰν ἐλελίξαις
οἴκοθεν μαργουμένους
στείχειν ἐπώτρυν', ἀλλὰ φείσασθαι κελεύθου.

φαινομέναν δ' ἄρ' ἐς ἄταν σπεῦδεν ὅμιλος ἱκέσθαι Στρ. ε'.

Bergk — 14. *λύᾳ*: fort. *δύᾳ* — 15. *καππάνει D* — 16. *ἀνδροδάμαν δ'* coni. Schneidewin: *ἀνδροδάμαντ'* (*-μαδαν τ' D*) *B D*; *ἀνδροδάμαν τ' Byz.* — 17. *ἰοκλείδα B* — *ἔσσαν* Boeckh: *ἦσαν B D* — *λαγέται* add. Bergk (postea coniecit *τὰ πρῶτ' ἔγεντ' Ἀδραστίδαι*), *τουτάκι* Rauchenstein; *τοὔμπαλιν* Christ — 18. *αἰσιᾶν* Tricl.: *αἰσιῶν B*, om *D* —

epico *Ἀμφιαράου ἐξέλασις*, de quo v. Bethe, Thebanische Heldenlieder 44 ff.; cf. Prol. CXVIII. Adrastus, filius Talai (v. 14), ab Amphiarao, filio Oicleis (v. 17), regno pulsus Sicyonem ad socerum Polybum confugit (cf. Herod. V 67), unde postea redux, cum in Amphiarai gratiam, sorore Eriphyla tamquam pignore in matrimonium data, rediisset, summa potentia inter Danaos floruit — 13. *φεῦγε*, exulabat, cum urbem ludis illustrandi consilium cepit — 14. *οἴκων ἀπό τ' Ἄργεος* pro *ἀπὸ οἴκων Ἄργεος τε*· cf. P. II 59 — *Ταλαοῦ παῖδες*· Pronax et Adrastus; v. schol.: *Μέναιχμος ὁ Σικυώνιος οὕτω γράφει· χρόνου προελθόντος πολλοῦ Πρῶναξ μὲν ὁ Ταλαοῦ καὶ Λυσιμάχης τῆς Πολύβου βασιλεύων Ἀργείων ἀποθνήσκει καταστασιασθεὶς ὑπὸ Ἀμφιαράου καὶ τῶν Μελαμποδιδῶν καὶ τῶν Ἀναξαγοριδῶν· Ἄδραστος δὲ ὁ ἀδελφὸς τοῦ Πρώνακτος φυγὼν ἦλθεν εἰς Σικυῶνα.* Plures Talai filios commemorat Apollodorus I 9, 13: *Ταλαοῦ καὶ Λυσιμάχης τῆς Ἄβαντος τοῦ Μελάμποδος Ἄδραστος Παρθενοπαῖος Πρῶναξ Μηκιστεὺς Ἀριστόμαχος Ἐριφύλη* 15. *κρέσσων . . . ἀνήρ*· generali sententia poeta ethicus priorem partem narrationis claudit — 16 ss. quae de fuga Adrasti poeta vv. 11—15 rettulit, ea ad ludos Sicyonios et argumentum epinicii optime quadrant; quae autem deinceps vv. 16—27 de expeditione ab Adrasto contra Thebas invitis diis suscepto et Amphiarai interitu narrat cum ad ludos Sicyonios nequaquam pertineant, quaeritur fabulandine amore poeta ad res cum fuga Adrasti cohaerentes delatus, an certo quodam consilio deductus sit. Atque Boeckhius quidem Chromium in Thrasydaeo, filio Theronis, devincendo Hieroni operam praestitisse atque hanc de Thrasydaeo victoriam a poeta hoc loco significari suspicatus est. At ipse etiam sic narrationem de Amphiarao et Adrasto a rebus in Sicilia gestis nonnihil discrepare concedit; quo cum accedat, quod quae de Chromio Thrasydaeum devincente vir ingeniosissimus narrat, testimonio scriptorum plane carent, ad fabulandi ego amorem confugere malo, ita tamen ut poetam, quamvis praesentes tumultus imagine mythici belli exprimere noluerit, tamen homines a bello contra deorum voluntatem impie suscipiendo deterrere voluisse ducam — 18 sq. *αἰσιᾶν οὐ κατ' ὀρνίχων ὁδόν*· fuse haec narrat Statius Theb. III 459 ss., breviter adumbrat Apollodorus III 66; denique interpretis instar est Aeschyli Agamemnonis parodus, quae et ipsa ex carmine vetere Thebano expressa est — 19. *οὐδ' ἀστεροπάν*· neque fulmine secunda ex parte misso Iupiter faustum augurium ediderat — 21. *φαινομέναν . . . ἄταν*· cf. Archil. fr. 98 *φαινόμενον κακὸν οἴκαδ' ἄγεσθαι*, Herod. II 161 *ἀποπέμψαι ἐς φαινόμενον κακόν* —

χαλκέοις ὅπλοισιν ἱππείοις τε σὺν ἔντεσιν· Ἰσμηνοῦ δ' ἐπ' ὄχ-
θαισι γλυκὺν
νόστον ἐρυσσάμενοι λευκανθέα σώμασι πίαναν καπνόν.
ἑπτὰ γὰρ δαίσαντο πυραὶ νεογυίους φῶτας· ὁ δ' Ἀμφιάρῃ
σχίσσεν κεραυνῷ παμβίᾳ
Ζεὺς τὰν βαθύστερνον χθόνα, κρύψεν δ' ἅμ' ἵπποις,

δουρὶ Περικλυμένου πρὶν νῶτα τυπέντα μαχατὰν Στρ. ς′.
θυμὸν αἰσχυνθῆμεν. ἐν γὰρ δαιμονίοισι φόβοις φεύγοντι καὶ
παῖδες θεῶν.
εἰ δυνατόν, Κρονίων, πεῖραν μὲν ἀγάνορα Φοινικοστόλων
ἐγχέων ταύταν θανάτου πέρι καὶ ζωᾶς ἀναβάλλομαι ὡς πόρ-
σιστα, μοῖραν δ' εὔνομον
αἰτέω σε παισὶν δαρὸν Αἰτναίων ὀπάζειν,

Ζεῦ πάτερ, ἀγλαΐαισιν δ' ἀστυνόμοις ἐπιμῖξαι Στρ. ζ′.
λαόν. ἐντί τοι φίλιπποί τ' αὐτόθι καὶ κτεάνων ψυχὰς ἔχοντες
κρέσσονας
ἄνδρες. ἄπιστον ἔειπ'· αἰδὼς γὰρ ὑπὸ κρύφα κέρδει κλέπτεται,
ἃ φέρει δόξαν. Χρομίῳ κεν ὑπασπίζων παρὰ πεζοβόαις ἵπποις
τε ναῶν τ' ἐν μάχαις
ἔκρινας ἂν κίνδυνον ὀξείας ἀϋτᾶς,

23. ἐρυσσάμενοι Hermann: ἐρυσάμενοι *D*, ἐρεισάμενοι *B*, ὀλεσσάμενοι coni. Benedictus, ἐρυκόμενοι Herwerden — πίαναν Hermann: ἐπίαναν *B D*, σώματ' ἐπίαναν interpretantur schol. — 24. νεογήους *D* — σχίσε B^s, σχίσεν *D*, σχίσαις B^1, quo recepto Bury scripsit κρύψ' ἄνδρ' ἅμ' ἵπποις — ταμβία *D* —28. πεῖροις — φοινικοστόλον *D* — 29. ταύταν: τακτὰν coni. Wilamowitz Herm. 14, 171 — ἀναβαλλέμεν coni. Herwerden — 31. ὦ ζεῦ *D* — 32. ἐντί *BD*: εἰσίν Boeckh, ut P. v 116 scriptum est — 33. ἄνδρες bis habet *B* — αἰδὸς *D* —

22. Ἰσμηνοῦ· cf. Apollod. III 77 Ἀμφιαράῳ δὲ φεύγοντι παραὶ ποταμὸν Ἰσμηνόν, πρὶν ὑπὸ Περικλυμένου τὰ νῶτα τρωθῆναι, Ζεὺς κεραυνὸν βαλὼν τὴν γῆν διέστησεν — 23. νόστον ἐρυσσάμενοι· reditum inhibentes, quo simili modo Homerus dixit νόον ἐρύσασθαι Il. VIII 143, χόλον ἐρύσασθαι Il. XXIV 584. A muris enim repulsi Argivi in ripa Ismeni, quousque eos Thebani insequebantur, corpora caesorum concremaverunt; non illic sed Eleusine Argivos duces sepultos esse poetae tragici Athenienses, Euripides et Aeschylus, commenti sunt; de septem rogis cf. O. VI 15 — 27. δαιμονίοισι φόβοις, terrore a diis iniecto, quem vulgo Panicum terrorem nuncupant.

28 ss. de caede Argivorum, qui Thebanis bellum intulerant, bene transit ad preces pro urbe Aetna contra hostes Poenos fundendas — 28. φοινικοστόλων· ludit poeta in nomine φοίνιξ, quod et arma rubro sanguine infecta et Punici belli arma significat; similis ambiguitas est vocabuli Εὐρώπας N. IV 70 — 29. ταύταν spectat ad cladem Argivorum antea memoratam, ut non longe absit a 'tali discrimine'; cf. O. VIII 57. I. VII 27 — ἀναβάλλομαι· oro ut reicias; ceterum persimilis huic loco est P. I 72 — 33. αἰδὼς . . . δόξαν· pudor (Ehre) subdole quaestu vincitur; ille enim gloriam homini comparat solam, non etiam lucrum — 35. ἔκρινας· Chromio si adstitisses, nosses animum generosum lucro superiorem in discrimine pugnae; bene enim intellexit Bergkius ἂν esse prae-

οὕνεκεν ἐν πολέμῳ κείνα θεὸς ἔντυεν αὐτοῦ Στρ. η'.
θυμὸν αἰχματὰν ἀμύνειν λοιγὸν Ἐνυαλίου. παῦροι δὲ βουλεῦσαι
φόνου
παρποδίου νεφέλαν τρέψαι ποτὶ δυσμενέων ἀνδρῶν στίχας
χερσὶ καὶ ψυχᾷ δυνατοί· λέγεται μὰν Ἕκτορι μὲν κλέος ἀνθῆσαι
Σκαμάνδρου χεύμασιν
ἀγχοῦ, βαθυκρήμνοισι δ' ἀμφ' ἀκταῖς Ἑλώρου,

ἔνθα Ῥέας πόρον ἄνθρωποι καλέοισι, δέδορκεν Στρ. θ'.
παιδὶ τωὔτ' Ἀγησιδάμου φέγγος ἐν ἁλικίᾳ πρώτᾳ· τὰ δ' ἄλ-
λαις ἁμέραις
πολλὰ μὲν ἐν κονίᾳ χέρσῳ, τὰ δὲ γείτονι πόντῳ φάσομαι.
ἐκ πόνων δ', οἳ σὺν νεότατι γένωνται σύν τε δίκᾳ, τελέθει
πρὸς γῆρας αἰὼν ἁμέρα.
ἴστω λαχὼν πρὸς δαιμόνων θαυμαστὸν ὄλβον.

εἰ γὰρ ἅμα κτεάνοις πολλοῖς ἐπίδοξον ἄρηται Στρ. ι'.
κῦδος, οὐκ ἔνεστι πόρσω θνατὸν ἔτι σκοπιᾶς ἄλλας ἐφάψασθαι
ποδοῖν.
ἡσυχίαν δὲ φιλεῖ μὲν συμπόσιον· νεοθαλὴς δ' αὔξεται

---

38. *ταρ ποδίον D* — 39. *μὰν B*: *μὲν D* — 41. *ἔνθα Ῥέας* coni. Boeckh, rec. Bergk: *ἔνθ' ἀρείας BD*, utrumque schol. — fort. *καλέοντι*, cf. P. VI 13 — 42. *τωὔτ'* Leutsch: *τοῦτ' BD* — *ἀγησιδάμῳ D* — 43. *ἐγκονίᾳ* Mommsen — *χέρσῳ* (vel *χέρσου*) schol. — 45. *ὄλβον*] *ὄλαον D* — 46. *κτεάνοισι BD* — 47. *οὐκ ἔνεστι* coni. Pauw: *οὐκέτι B*, *οὐκ ἔστι D*, *οὐκέτ' ἐστὶ* Tricl , *ἄνδρ' οὐκ ἔστι* Rauchenstein, *οὐκ ἔστι πρόσωθεν* Buecheler ap. Boehmer, *οὐ πόρσω πόρος τις* Bury, *οὐκ ἔστιν πέραν τοῦ θνατὸν* Mommsen Progr. Francof. 1877 p. 14 — 48. *ἡσυχίαν* Tricl.: *ἡσυχία BD* — 49. *αὐδᾶ D* — *κρατῆρα BD*, *κρητῆρι* in scholio apud Luciani Conv. 32, Orion 35, 15 —

positionem apocopatam ex *ἀνά*, non coniunctionem idem valentem atque praecedentem particulam *κεν*. Ceterum Pindari menti obversabatur locus praeclarus Hom. Il. IV 539 ss. — 36. scholia, in quibus ab Aristarcho Pindaricos locos cum Homericis diligentissime collatos esse constat, bene conferunt Hom. Il. E 531 *αἰδομένων ἀνδρῶν πλέονες σόοι ἠὲ πέφανται* — 37. *αἰχματὰν* 'bellicosum' ut cum *θυμὸν* quam cum *λοιγὸν* coniungere malim, similes loci O. VI 86. P. IV 12. N. V 7. IX 26 admonent; infinitivus *ἀμύνειν* pendet ab *ἄρτυεν θυμόν* = *ἐπώτρυνεν* — 40. *Ἑλώρου*· scholia ex Timaei historiarum libro decimo afferunt: *περὶ τοῦτον τὸν ποταμὸν συνέστη Ἱπποκράτει τῷ Γελώων τυράννῳ πρὸς Συρακουσίους πόλεμος, ὁ δὲ Γέλων, οὗ* (*οὗ* om. codd., add. Boeckh) *οὗτος ἑταῖρος* (*ἕτερος ὃς* codd., em. Boeckh), *ἱππάρχει τότε Ἱπποκράτει* — 41. *Ῥέας πόρον*· conferunt Aesch. Prom. 826 *ἧξας πρὸς μέγαν κόλπον Ῥέας* — 44. *σὺν νεότατι*· cum iuvenili robore; fortia autem facta iuvenes decere cum Solone Pindarus sentit; cf. P. II 63 et fr. 172 — *αἰὼν ἁμέρα* pro vulgari *αἰὼν ἥμερος*, v. P. I 15 — 45. *ἴστω λαχών*· cf. O. VI 8 — 46. similem sententiam habes N. III 32. — *ἄρηται* scil. *θνατός*.

48 s. hinc epilogus carminis incipit — 48. *ἡσυχίαν δὲ φιλεῖ μὲν συμπόσιον*· dictum superioris alicuius poetae, fortasse Anacreontis, quem imitatus est Horatius C. I 27, Pindarus respicere videtur —

μαλθακᾷ νικαφορία σὺν ἀοιδᾷ· θαρσαλέα δὲ παρὰ κρατῆρι φωνὰ γίνεται.
ἐγκιρνάτω τίς νιν, γλυκὺν κώμου προφάταν,

ἀργυρέαισι δὲ νωμάτω φιάλαισι βιατὰν Στρ. ια′.
ἀμπέλου παῖδ', ἅς ποθ' ἵπποι κτησάμεναι Χρομίῳ πέμψαν θεμιπλέκτοις ἅμα
Λατοΐδα στεφάνοις ἐκ τᾶς ἱερᾶς Σικυῶνος. Ζεῦ πάτερ,
εὔχομαι ταύταν ἀρετὰν κελαδῆσαι σὺν Χαρίτεσσιν, ὑπὲρ πολλᾶν τε τιμαλφεῖν λόγοις
νικᾶν, ἀκοντίζων σκοποῖ' ἄγχιστα Μοισᾶν.

---

51. *ἀργυραίεσι D* — 52. *θεμιπλέτοις D* — *ἅμα* ex scholiis Schmid: *ἀμφὶ BD* — 54. *πολλᾶν* scripsi: *πολλῶν BD* — *τιμαλφοῖν D* — 55. *νικᾶν BD*, *νίκαν* an *νικᾶν* probet dubitat scholiasta — *σκοποῖ'* Ahrens: *σκοποῦ BD*.

50. *ἐγκιρνάτω νιν*, misce craterem, cyathos vini cyathis aquae miscens — 51. *φιάλαισι·* schol.: *ἐν γὰρ τοῖς κατὰ Σικυῶνα Πυθίοις ἀργυραῖ φιάλαι ἔπαθλα* — 51 sq. *βιατὰν ἀμπέλου παῖδα·* cf. Hor. C. III 21, 13: *tu (testa vini) lene tormentum ingenio admoves plerumque duro* — 52. *θεμιπλέκτοις ἅμα . . . στεφάνοις·* aut simul cum phialis argenteis Sicyone coronae mercedi dabantur, cuius rei testimonia desidero, aut metaphorice poeta una cum victoria, quam iusti iudices adsignassent, phialas datas esse significat — 54. similem sententiam minus ornate expressam habes N. I 18 — *ὑπὲρ πολλῶν . . . νίκαν·* praeclarius ipse quam multi alii victoriam laudabo; quod cum inficetum sit, *ὑπὲρ πολλᾶν . . . νικᾶν* coniectura facili restitui, victorias multas non tam ludorum quam bellicorum proeliorum intellegendas esse ratus.

[NEMEON. I′]

ΘΕΑΙΩι ΑΡΓΕΙΩι

ΠΑΛΑΙΣΤΗι.

Strophae.



Epodi.



Argumentum.

Carmen hoc magis in honorem populi Argivi quam civis Theaei, Uliae filii, compositum est. Is enim ante versum 24 omnino non commemoratur, neque praeclarae eius victoriae Pythiae Nemeaeae Isthmicae, quas multas reportasse dicitur (v. 25), caput epinicii efficiunt, sed domestica palma Heraeorum, quae et paulo ante Theaeo obtigisse videtur et ceteris hoc nomine praestabat, quod Heraea in honorem Argivae deae agebantur, cuius in sacris nescio an hoc carmen cantatum sit. Theaeus ipse similiter atque Diagoras Rhodius, Xenophon Corinthius, Epharmostus Locrus, multis victoriis luctae florebat et gymnica studia a matris fratribus quasi hereditate acceperat (37). Quae quidem studia poeta a Tyndaridis, qui Pamphais, unius ex maioribus eius, hospites fuerant, derivabat (v. 49), sive famam veterem secutus, sive quod sacra Tyndaridarum in gente eius materna hereditaria erant (cf. schol. P. ɪ 127), familiaritatem quandam inter Tyndari filios et auctorem gentis intercessisse colligens. De tempore, quo hoc carmen scriptum sit, nihil compertum habemus. Acute autem Dissenius ex eo, quod fabulas Mycenaeas

Argos poeta transtulit, ut Amphitryonem Argivum esse fingeret (v. 13), post Mycenas eversas omnesque opes Argivae terrae in urbem Argos collatas hoc carmen scriptum esse argumentatus est. Idem compositum esse antequam Argivi Atheniensium socii facti Boeotiam invaderent, i. e. ante foedus inter Athenas et Argos Ol. 80, 3 ictum, ex eo efficitur, quod Argivorum rebus eximie poeta in hoc carmine favet. Iam cum ex versu 29 appareat, quo tempore hoc carmen caneretur, Olympicos ludos iam appropinquasse, natales carminis proxime ante Ol. 79 aut 80 = 465 aut 461 a. Chr. ponendos esse existimo. Huic autem tempori bene convenit, quod et argumentum et dispositio huius carminis multa cum carmine O. XIII, quod a. 464 factum esse constat, communia habet.

In prooemio poeta postquam Gratias, ut Danai urbem celeberrimam canerent, invocavit, primum potissima decora Argivi agri summatim tangit, Herculisque fama post labores in caelum recepti et dulcissimo coniugio Iuventae fruentis utitur, ut simile laborum praemium victori iuveni auguretur (1—18). In altera pericopa (stropha antistropha epodo, vv. 19—36) Theaei virtutem in ludis Pythicis Isthmicis Nemeaeis Atheniensibus iam comprobatam et mox in Olympicis comprobandam praeclare laudat (19—36). Deinde in tertia pericopa maiores Theaei maternos simili gloria victoriarum multarum floruisse narrat, quod non mirum posse videri, quando Tyndaridae, qui athletae clarissimi fuerint et ludorum certaminibus praesint, a Pamphae, uno ex maioribus Theaei, hospitio excepti sint (37—54). Huc deducta oratione in duabus extremis pericopis (55—90) fabulam Castoris et Pollucis narrat, quorum cum unus (Castor) ab Apharetidis caesus esset, alter (Pollux) postquam mortem fratris Lynceo et Ida interfectis ultus est, una cum fratre dilectissimo dimidium tempus sub terra, dimidium in caelo, quam solus per omne aevum immortalis in Olympo vivere maluit. Ab hac autem fabula non iam ad Argos Theaeumve victorem redit, sed aeque atque in carmine N. I suavissima specie amoris fraterni carmen claudit.

De metris.

Carminis huius metra medium locum obtinent inter gravem simplicitatem antiquorum carminum dactylo-epitriticorum, velut P. XII. N. V. O. III, et gratam varietatem noviciorum, velut O. VII. XIII. N. VIII. Vetustas cernitur in servatis duobus elementis dactylo-epitritici carminis, epitrito dico et tripodia dactylica, novitatis studium in cursu numerorum bis in ultimo versu epodi interrupto et in versiculo acephalo strophae praemisso. Strophae et epodi procero versu et qui magnitudinem ceterorum versuum longe superet similiter atque in carmine O. XII clauduntur. Quo tempore et modo carmen cantatum sit cum certa testimonia desint, ex commemoratis sacris Iunonis (v. 23, cf. v. 19) et laudibus populi Argivi uberrime tractatis coniecturam facere licet, publice (v. 35) carmen in sacris Iunonis fidibus succinentibus (v. 21) cantatum esse. Saepe enim ad epinicia publice agenda opportunitate feriarum victores eiusque amicos usos esse demonstrant carmina O. III. VI. P. V. In pompa vero quominus carmen a choreutis cantatum esse statuamus, metra nihil impediunt, unde in schemate tripodias dactylicas in ambitum binarum dipodiarum extendendas curavimus.

Στρ. α'.

Δαναοῦ πόλιν ἀγλαοθρόνων τε πεντήκοντα κορᾶν, Χάριτες,
Ἄργος, Ἥρας δῶμα θεοπρεπὲς ὑμνεῖτε· φλέγεται δ' ἀρεταῖς
μυρίαις ἔργων θρασέων ἕνεκεν.
μακρὰ μὲν τὰ Περσέος ἀμφὶ Μεδοίσας Γοργόνος·
πολλὰ δ' Αἰγύπτῳ τὰ κατέκτιθεν ἄστη ταῖς Ἐπάφου παλάμαις·
οὐδ' Ὑπερμήστρα παρεπλάγχθη, μονό-
ψαφος ἐν κουλεῷ κατασχοῖσα ξίφος.

Ἀντ. α'.

Διομήδεα δ' ἄμβροτον ξανθά ποτε Γλαυκῶπις ἔθηκε θεόν·
γαῖα δ' ἐν Θήβαις ὑπέδεκτο κεραυνωθεῖσα Διὸς βέλεσιν
μάντιν Οἰκλείδαν, πολέμοιο νέφος.

VARIA LECTIO. Inscr. om. *BD* — 2. *ὑμνεῖται* *D* — 4. *κακρὰ* *D* — *περσέως* *D*, *περσέ..* *B* — 5. *τὰ κατέκτιθεν* coni. Mommsen, Boeckhium *τὰ* inserentem et Hermannum *ἔκτιθεν* corrigentem secutus: *κατῴκισθεν* *BD* — 6. *ὑπερμή.* *B*: *ὑπερμνή.* *D* — *μονόψαφος* ex scholiis Hecker: *μονόψαφον* codd. — *κουλεῷ* Hermann: *κολεῷ* *BD* — 8. *βέλεϊ* *D* —

COMMENTARII. v. 1. ab invocandis Musis sive Gratiis carminis principium poeta capit — *Δαναοῦ*· fabulam Danai eiusque quinquaginta filiarum poeta iam attigerat P. IX 61 — *Χάριτες*· Gratias Pindarus, ut Homerus Musas, invocat tamquam praesides poesis choricae, in qua verba poetae cum decoris motibus saltationis coniuncta fuerint; cf. P. IX 3 — 2. *Ἥρας δῶμα*· *Ἥρη Ἀργείη* iam apud Homerum Il. IV 8. V 908 audit, unde Horatius C. I 7, 8: *plurimus in Iunonis honore aptum dicet equis Argos ditesque Mycenas* — *ἀρεταῖς*, laudibus virtutum, non solum virtutibus; cf. O. VIII 6 — 4. decora mythica Argorum recenset, sed cum et plura et longiora sint, non fusius ea persequitur — *ἀμφὶ Μεδοίσας*· fabulam de Perseo Medusam interimente Pindarus ipse narravit P. XII, plura addit Paus. II 21, 5 — 5. *πολλὰ δ' Αἰγύπτῳ*· de Epapho Inonis filia, Memphis aliarumque urbium Aegypti conditore, omnia nota; cf. Prol. CXXI sq. — 6. Hypermnestra, quae in optimo codice *Ὑπερμήστρα* scribitur, ut *Κλυταιμήστρα* apud Homerum et tragicos poetas, recta de via non aberrasse (*παρεπλάγχθη*, cf. O. VII 31) dicitur, quod sola (*μονόψαφος*, cf. Aesch. Suppl. 358) ex quinquaginta filiis Danai maritum non interfecit, quae fabula, ab Aeschylo in scenam producta, omnium tum in ore fuit; cf. Horat. C. III 11, 33 *una de multis face nuptiali digna periurum fuit in parentem splendide mendax et in omne virgo nobilis aevom* — 7. *θεόν*· schol.: *καὶ ἔστι περὶ τὸν Ἀδρίαν Διομήδεια νῆσος ἱερά, ἐν ᾗ τιμᾶται ὡς θεός· καὶ Ἴβυκος οὕτω . . καὶ Πολέμων ἱστορεῖ· ἐν μὲν γὰρ Ἀργυρίπποις ἅγιόν ἐστιν αὐτοῦ ἱερόν· καὶ ἐν Μεταποντίῳ δὲ διὰ πολλῆς αὐτὸν αἱρεσθαι τιμῆς ὡς θεόν, καὶ ἐν Θουρίοις εἰκόνας αὐτοῦ καθιδρύσθαι ὡς θεοῦ*· cf. Strab. V 215, Lycophr. 630 et Holzinger a. h. l., Lübbert de Diomede heroe per Italiam inferiorem divinis honoribus culto, Bonnae 1889/90, R. Holland, Diomedes in Italien, progr. Leipz. 1895. Neque tamen Pindarum has fabulas, ut quae recentiore aevo ortae esse videantur, respexisse putaverim; immo facinora, quae Minerva et Iunone adiuvantibus contra Martem deum patravit (Il. V 778—906), ea sola poetam respicere probabile est; eadem enim etiam Horatius respexit, cum diceret C. I 6, 15 *ope Palladis Tydiden superis parem* — *ξανθάν*· cf. fr. 34 *ξανθὰν Ἀθάναν*· hoc epitheto Minervam ab alio scriptore ornari non memini, unde Pindari menti signa Minervae flavis et auratis comis insignia obversata esse conicio; cf. O. VI 94 — 9. *μάντιν Οἰκλείδην*, Amphiaraum Oiclis filium; *μάντιν* eum praedicat, quod Oropi, ubi terra eum absumpsit, celeberrima eius oracula fuerunt — *πολέμοιο νέφος*· nubem ventis agitatam

καὶ γυναιξὶν καλλικόμοισιν ἀριστεύει πάλαι·
Ζεὺς ἐπ' Ἀλκμήναν Δανάαν τε μολὼν τοῦτον κατέφανε λόγον·
πατρὶ δ' Ἀδράστοιο Λυγκεῖ τε φρενῶν
καρπὸν εὐθείᾳ συνάρμοξεν δίκᾳ·

θρέψε δ' αἰχμὰν Ἀμφιτρύωνος. ὁ δ' ὄλβῳ φέρτατος Ἐπ. α'.
ἵκετ' ἐς κείνου γενεάν, ἐπεὶ ἐν χαλκέοις ὅπλοις
Τηλεβόας ἔναρεν· τῷ ⟨δ'⟩ ὄψιν ἐειδόμενος
ἀθανάτων βασιλεὺς αὐλὰν ἐσῆλθεν
σπέρμ' ἀδείμαντον φέρων Ἡρακλέος· οὗ κατ' Ὄλυμπον
ἄλοχος Ἥ-βα τελεί-
ᾳ παρὰ ματέρι βαίνοισ' ἔστι, καλλίστα θεῶν.

Στρ. β'.
βραχύ μοι στόμα πάντ' ἀναγήσασθ', ὅσων Ἀργεῖον ἔχει τέμενος

10. *γυναιξὶν* Schmid: *γυναιξὶ* *B D* — 11. *τοῦτον* ex scholiis Schmid: *τὸν* *B D*, *πιστὸν* vel *ἑτὸν* coni. Bergk — 12. *πατρὶ δ'* lemma in *D*: *πατρί τ'* codd. — fort. *σὺν ἅρμ.* — 14. *ἐς ἐκ.* *B* — fort. *γαμετάν* — 15. *ἔναρεν· τῷ δ' ὄψιν* coni. Hermann: *ἔναρε* (*ἔναιρε̄* *B*) *τι οἱ* *B D*, *ἐναρόντι οἱ* ex schol. Schmid, *ἐναρόντος ὄψιν* Mommsen, *ἔναρεν, Ϝοῖ δ' ὄψιν* Heimer Stud. Pind. 50 — 19. *ἀργείων* *D* —

poeta Amphiaraum dixit, locum Homeri *P* 213 *ἐπεὶ πολέμοιο νέφος περὶ πάντα καλύπτει Ἕκτωρ* respiciens et cum parte scholiorum (v. schol. B) ita interpretans, ut *νέφος* appositionem nominis Hectoris esse putaret — 12. *συνάρμοξεν*, scil. *Ἄργος*, non *Ζεύς*, ut bene statuit Friederichs, Pind. Stud. p. 85; verba enim *Ζεὺς . . . λόγον* in parenthesi media interiecta sunt — *δίκᾳ·* Talao, patri Adrasti, et Lynceo, Apharei filio, mentis sapientiam (*φρενῶν καρπόν*, cf. P. II 71) cum iustitia iunctam tribuit; cf. N. IX 44. P. V 14; bene autem Talaum cum Lynceo poeta copulavit, quando eorum sepulcra iuxta posita erant, ut docet Paus. II 21, 2 — 13. *θρέψε·* proprie de patria suos cives nutriente dicitur; cf. N. II 13; Amphitryo enim cum Argis natus et educatus esset, postea Thebas migravit — 13 ss. fabulam de Iove, ut Alcmenam corrumperet, formam Amphitryonis mariti, qui contra Teleboas profectus erat, induente multi rettulerunt, lepidissime Plautus in Amphitruone — 13. *ὁ δ' ὄλβῳ φέρτατος· Ζεύς·* cf. I. VII 5 *τὸν φέρτατον θεῶν* — 14. *ἵκετ' ἐς κείνου γενεάν*, in Amphitryonis gentem et affinitatem Iupiter optimus maximus venit concubitu cum eius uxore inito; cf. Hesiodum scut. 55 Herculem et Iphiclem dicentem *κεκριμένην γενεήν* — *χαλκέοις ὅπλοις·* aenea arma aevi heroici a ferreis armis recentiorum temporum distinguere Pindarus consuevit — 15. *ἔναρεν·* scil. *κεῖνος* sive Amphitryo; *δ'*, quod post *τῷ* Hermannus inculcavit, nescio an carere possimus — 18. schol.: *Ἡρακλέος ἡ γαμετὴ κατὰ τὸν Ὄλυμπον Ἥβη παρὰ τῇ τελείᾳ αὐτῆς μητρὶ προϊοῦσα πορεύεται τῶν θεῶν ἐκπρεπεστάτη· λέγει δὲ μητέρα τελείαν τὴν Ἥραν καὶ Αἰσχύλος· Ἥρα τελεία Ζηνὸς εὐναία δάμαρ. ἔστι γὰρ αὕτη γαμηλία καὶ ζυγία, ἔστι δὲ ὁ γάμος τέλειος διὰ τὸ τελειότητα βίου κατασκευάζειν.* Ceterum hic quoque Pindarus accuratam notitiam Argivorum monumentorum prae se fert; Pausanias enim refert II 17, 5 *λέγεται δὲ παρεστηκέναι τῇ Ἥρᾳ τέχνῃ Ναυκύδους ἄγαλμα Ἥβης, ἐλέφαντος καὶ τοῦτο καὶ χρυσοῦ.*

19. Argivorum decorum enumerationem simili modo atque I. VI 56 abrumpit, ut ad victorias Theaei transeat — *βραχὺ . . . ἀναγήσασθαι·* os mihi brevius est quam quod omnia decora enarrare possit; et praeterea (*καί*) taedium hominum mihi fugiendum est — *Ἀργεῖον τέμενος*, quod tota terra Argiva Iunonis

μοῖραν ἐσλῶν· ἔστι δὲ καὶ κόρος ἀνθρώπων βαρὺς ἀντιάσαι·
ἀλλ' ὅμως εὔχορδον ἔγειρε λύραν,
καὶ παλαισμάτων λάβε φροντίδ'. ἀγών τοι χάλκεος
δᾶμον ὀτρύνει ποτὶ βουθυσίαν Ἥρας ἀέθλων τε κρίσιν·
Οὐλία παῖς ἔνθα νικάσαις δὶς ἔσ-
χεν Θεαῖος εὐφόρων λάθαν πόνων.

Ἀντ. β'.

ἐκράτησε δὲ καί ποθ' Ἕλλανα στρατὸν Πυθῶνι, τύχᾳ τε μολὼν
καὶ τὸν Ἰσθμοῖ καὶ Νεμέᾳ στέφανον Μοίσαισιν ἔδωκ' ἀρόσαι,
τρὶς μὲν ἐν πόντοιο πύλαισι λαχών,
τρὶς δὲ καὶ σεμνοῖς δαπέδοις ἐν Ἀδραστείῳ νόμῳ.
Ζεῦ πάτερ, τῶν μὰν ἔραται φρενί, σιγᾷ ϝοι στόμα· πᾶν δὲ τέλος
ἐν τὶν ἔργων· οὐδ' ἀμόχθῳ καρδίᾳ
προσφέρων τόλμαν παραιτεῖται χάριν.

---

22. χάλκεον B^s — 24. ἀλία D^1, ἀλίου D^s — Θεαῖος Hermann: θειαῖος *B D* — εὐφόρων $B^1 D$, εὐφρόνων B^s, utrumque schol. — 26. Μοίσαισιν coni. Heyne: μοίσαισί τ' *B D* — 28. νομῷ Schmid — 29. μὰν ex scholiis Schmid: μὲν *B D* —

sacra erat — 20. κόρος ἀνθρώπων βαρὺς ἀντιάσαι· taedium molestum hominum, qui longa praeconia alienarum virtutum aspernentur, vitandum esse monet etiam O. II 105. P. I 82. VIII 32 — 21. ἀλλ' ὅμως· simili transitu in simili sententia utitur P. I 85 — 22. ἀγὼν χάλκεος, Heraea, in quibus aeneus clypeus praemium dabatur; v. Prol. LXXXVIII. Heraeis autem aeque atque in aliis ludis sacrificia deorum (βουθυσίαι) cum certaminibus ludicris coniuncta erant; cf. O. V 5 et schol. O. VII 152: τελεῖται γὰρ κατὰ τὸ Ἄργος τὰ Ἥραια, ἃ καὶ Ἑκατόμβαια καλεῖται παρὰ τὸ ἑκατὸν βοῦς θύεσθαι τῇ θεῷ· τὸ δὲ ἔπαθλον ἀσπὶς χαλκῆ, ὁ δὲ στέφανος ἐκ μυρσίνης — 24. εὐφόρων· quae facile ferri possunt propter praemia, quae certamina laboriosa sequuntur; activam vim huic vocabulo contra analogiam tribuit Mezgerus, id quod defendere non licet interpretatione scholiastae: εὔφοροί εἰσιν οἱ τοιοῦτοι πόνοι τῷ ἄριστα ἆθλα ἐνηνοχέναι. Recte enim ille εὐφόρους labores dici adnotat, quod faciles ad ferendum esse videantur, non dum exantlentur, sed postquam exantlati praemium tulerint — 25. Ἕλλανα στρατόν· ludi Pythici, ad quos omnibus Graecis aditus patebat, opponuntur domesticis ludis, quales Heraei fuerunt; cf. P. XI 50 et Prol. LXXXV; de nomine Ἕλλανα pro Ἑλληνικόν usurpato Eustath. Il. 1339, 6 (= Lesbon. 40, 51 ed. Müll.) confert δοῦλον γένος Eur. Or. 1115, Σκύθην οἶμον Aesch. Prom. 2. Particula ποτε addita significatur, illas victorias antea a Theaeo reportatas esse neque causam huius epinicii fuisse — τύχᾳ μολών, secunda fortuna veniens, quae dicendi formula inde nata est, quod τυχεῖν significat finem certaminis consequi, ut N. VI 31. VII 11; cf. N. IV 7 — 26. ἀρόσαι· coronam dedit carmine praedicandam poetis, qui a sulcis carminum ducendis ἀρόται dicuntur N. VI 33 — 28. ἐν Ἀδραστείῳ νόμῳ· haec verba si quis per se spectat, facile adduci possit, ut ludos Sicyonios ab Adrasto institutos (v. N. IX 9) iis significari putet; sed hoc loco, cum Ἰσθμοῖ καὶ Νεμέᾳ praecedant et proxime antecedentis versus verbis ἐν πόντοιο πύλαισι Isthmici ludi certe significati sint, verbis ἐν Ἀδραστείῳ νόμῳ Nemeaeos ludos indicari necesse est. Atque potuit hoc fieri, quod etiam Nemeaeos ludos ab Adrasto et Argivis adversus Thebas proficiscentibus institutos esse vetus fama ferebat; cf. N. VIII 51 et Prol. LXIX — 29. Olympica certamina subire Theaeum meditari, sed ob verecundiam nondum aperte fateri poeta significat — 30 παραιτεῖται non deprecari hic significat, sed, ut παρφάμεν

γνώτ' ἀείδω ϝοῖ τε καὶ ὅστις ἁμιλλᾶται περὶ 'Επ. β'.
ἐσχάτων ἀέθλων κορυφαῖς· ὕπατον δ' ἔσχεν Πίσα
Ἡρακλέος τεθμόν. ἁδεῖαί γε μὲν ἀμβολάδαν
ἐν τελεταῖς δὶς Ἀθαναίων νιν ὀμφαὶ
κώμασαν· γαίᾳ δὲ καυθείσᾳ πυρὶ καρπὸς ἐλαίας
ἔμολεν Ἥ-ρας τὸν εὐ-
άνορα λαὸν ἐν ἀγγέων ἕρκεσιν παμποικίλοις.

Στρ. γ'.
ἕπεται δέ, Θεαῖε, ματρώων πολύγνωτον γένος ὑμετέρων,
εὐάγων τιμὰ Χαρίτεσσί τε καὶ σὺν Τυνδαρίδαις θαμάκις.
ἀξιωθείην κεν, ἐὼν Θρασύκλου
Ἀντία τε ξύγγονος, Ἄργεϊ μὴ κρύπτειν φάος
ὀμμάτων. νικαφορίαις γὰρ ὅσαις Προίτοιο καθ' ἱπποτρόφον

---

31. *οἱ* coni. Kayser: *θεῷ* codd. et schol., quod ex glossa *Θεείῳ* corruptum puto — 32. *κορυφᾶς* Schmid et unus ex scholiastis — *ὕστατον D* — 33. *γε* om. *D* — *ἁδείᾳ . . . ἐν τελετᾷ* v. l. schol. — 34. *νιν* om. *D* — 36. *χαλκέοις* vel *παγχαλκέοις* pro *παμποικίλοις* alter scholiasta legisse videtur — 37. *Θεαῖε* Böckh: *θειαῖε BD* — *πολύγνωτον γένος* codd.: *πολυγνώτῳ γένει* coni. Schmid, *πέδ' εὔγνωτον γένος* Bergk, *ἐφέπει . . . γένος* Bury; *δέκεται* Rauchenstein; frustra conferunt O. VI 72 — 38. *σὺν* om. *B D*, ex schol. add. Schmid — 40. *ξύγγ.* Schmid: *σύγγ. B D* — 41. *νικαφορίαις Byz.*: *νικαφορίαισι B D* — *ὅσσοις D* — *Προίτοιο καθ' ἱπποτρόφον ἄστυ θάλησαν* coni. Rauchenstein: *ἱππότροφον ἄστυ τὸ*

O. VII 66 et P. IX 43, temere precari; temere autem precatur, qui laborum impatiens sola audacia et fiducia animi nititur — 31. *περὶ ἐσχάτων*· de praepositione a suo nomine fine versus disiuncta conf. O. VI 103 — 33. *ἁδεῖαί γε μὲν κτλ.* licet oleaginam coronam Olympicam nondum reportaverit, tamen iam olei praemium ludis Panathenaicis adsecutus est — *ἀμβολάδαν*, *ἀνατεταμένως τῇ φωνῇ καὶ λαμπρῶς* scholiasta bene interpretatur; Dissenius vereor ne argutetur, quod cantus illos Athenienses quasi praeludia quaedam (*ἀναβολάς*) pompae Olympicae fuisse putat — 35. *καρπὸς ἐλαίας . . . ἐν ἀγγέων ἕρκεσιν παμποικίλοις*· Panathenaeonicis amphorae olei plenae et figuris ornatae pro mercede dabantur, e quibus amphoris multae cum titulo *ΤΟΝ ΑΘΕΝΕΘΕΝ ΑΘΛΟΝ* effossae sunt; cf. O. Jahn, Vasensammlung König Ludwigs n. 449. 498. 544. 655 etc. — 36. *ἐν ἀγχέων ἕρκεσιν*· in ollis, quibus oleum cingitur, ad analogiam Homerici *ἕρκος ὀδόντων*.

37. ad victorias maiorum Theaei, quas ipse feliciter aemulatus est, transit — *πολύγνωτον γένος*· lectionem *γένος* etiam scholia tueri videntur: *ἀκολουθεῖ κατὰ τὸ πολύγνωτον ὑμῶν γένος τὸ ἀπὸ τῆς μητρός· μήτρωες γὰρ οἱ ἀπὸ μητρὸς πρόγονοι.* Sed cum *ἕπεται* cum accusativo non iungatur, aut dativus *πολυγνώτῳ γένει* cum Schmidio restituendus est, aut verba *εὐαγὼν τιμὰ* vim appositionis, qua antecedentia verba *ἕπεται ματρώων γένος* illustrentur, obtinere ducenda sunt: conspirat cum tuis virtutibus victoriisque illustre genus vestrorum avunculorum, atque gloria eorum felicibus certaminibus ope deorum saepe comparata — 38. *Χαρίτεσσί τε καὶ σὺν Τυνδαρίδαις*, quia Tyndaridae Castor et Pollux certaminibus gymnicis et Gratiae carminibus in honorem victorum canendis praeerant; simul autem Tyndaridarum mentio praeparat fabulam insequentem — 40. Thracyclus nimirum et Antias *μάτρωες Θεαίου* erant — *κρύπτειν φάος*· contra victi visum hominum vitant, ut narratum est O. VIII 69. P. VIII 86 — 41. *Προίτοιο κατ' ἄστυ*, Argos, ubi olim Proetus regnasse dicitur; cf. Apollod. II 25 —

ἄστυ θάλλησαν Κορίνθου τ' ἐν μυχοῖς,
 καὶ Κλεωναίων πρὸς ἀνδρῶν τετράκις·

'Αντ. γ'.

Σικυωνόθε δ' ἀργυρωθέντες σὺν οἰνηραῖς φιάλαις ἀπέβαν,
ἐκ δὲ Πελλάνας ἐπιεσσάμενοι νῶτον μαλακαῖσι κρόκαις·
ἀλλὰ χαλκὸν μυρίον οὐ δυνατὸν
ἐξελέγχειν· μακροτέρας γὰρ ἀριθμῆσαι σχολᾶς·
ὅντε Κλείτωρ καὶ Τεγέα καὶ 'Αχαιῶν ὑψίβατοι πόλιες
καὶ Λύκαιον παρ Διὸς θῆκε δρόμῳ
 σὺν ποδῶν χειρῶν τε νικᾶσαι σθένει.

Κάστορος δ' ἐλθόντος ἐπὶ ξενίαν παρ Παμφάῃ 'Επ. γ'.
καὶ κασιγνήτου Πολυδεύκεος, οὐ θαῦμα σφίσιν
ἐγγενὲς ἔμμεν ἀεθληταῖς ἀγαθοῖσιν· ἐπεὶ
εὐρυχόρου ταμίαι Σπάρτας ἀγώνων
μοῖραν Ἑρμᾷ καὶ σὺν Ἡρακλεῖ διέποντι θάλειαν,

Προίτοιο θάλησε B D, *Προίτοιο τόδ' ἱπποτρόφον ἄστυ θάλησε* coni. Boeckh, *Προίτοιό τ' ἀν' ἱππ. ἄστυ θάλησαν* Bergk; *θάλλ.* scripsi, ut N. IV 88 rest. Rauchenstein — 43. *οἰνοραῖς D* — 46. *ἐξελέγχει D* — 48. *θῆκεν* Tricl., *ἔθηκε B D* — *δρόμῳ*: *δόμῳ* coni. Bury; *δαεῖσιν* pro *δρόμῳ σὺν* susp. Mommsen Parerga Pind. 27, post *δρόμῳ* interpunxit Bergk — 48. *ποδῶν τε χειρῶν τε B*, *ποδῶν τε χειρῶν D*, *τε* prius eiec. Schmid — 49. *παμφάῃ* Tricl. cum schol.; at conf. P. III 69 — 50. *θαῦμ' εἰ σφίσιν ἐγγενές, ἔμμεν* coni. Herwerden — 51. *ἔμεν D* —

42. *Κλεωναίων πρὸς ἀνδρῶν*, qui et mythico tempore et Pindari aetate ludos Nemeaeos adornabant et praemia adiudicabant; cf. N. IV 17. Ieiunum autem est, quod poeta post generalem formulam *ὅσαις* numerum finitum *τετράκις* intulit; quater vero illi non Nemea sola sed Nemea et Isthmia vicisse videntur — 43 ss. de argenteis phialis Sicyone, veste Pellenae, aere Lycaei pro mercede datis v. Prol. XC — 43. *ἀργυρωθέντες*· audacter poeta viros, qui in certamine argentearum phialarum praemio ornati erant, argento quasi obductos dicit; similem vim idem tribuit verbis *χαλκωθείς* O. XIII 86, *ἀργυρωθεῖσαι* I. II 8 — 46. *μακροτέρας ἀριθμῆσαι σχολᾶς* per parenthesin media interiecta sunt; similiter O. XIII 113 dixit *μάσσον' ἢ ὡς διΐμεν* — 47. *'Αχαιῶν ὑψίβατοι πόλιες*· quaenam urbes Achaeae praeter Pellenam poeta intellexerit latet; *αἰπεινὴν Γονόεσσαν* dixit Homerus Il. II 573 — 48. *Λύκαιον*, *ὄρος* vel oppidum, *παρ Διός*, *ναῷ* suppleo, praesertim cum templum Lycaeum a curriculo Iovis parum apte distingueretur; magnificae autem relliquiae arae et curriculi Iovis Lycaei etiamnunc exstant, v. Curtius Peloponn. I 338 — *σὺν . . . νικᾶσαι*· quae praemia pedum et manuum virtute currendo et luctando consequerentur; de vi pleonastica praepositionis *σὺν* v. I. III 1.

49 ss. in fine narrat fabulam de Tyndaridis, certaminum praesidibus, a Pamphaë, uno ex maioribus Theaei, hospitio exceptis et inde certaminibus gentis eius faventibus. De hac re confer Herodotum VI 127 narrantem hospitalitatem *Εὐφορίωνος τοῦ δεξαμένου τε, ὡς λόγος ἐν 'Αρκαδίῃ λέγεται, τοὺς Διοσκούρους οἰκίοισι καὶ ἀπὸ τούτου ξεινοδοκέοντος πάντας ἀνθρώπους*. De Theoxeniis Dioscurorum cf. O. III 1 — 51. *σφίσιν ἐγγενές*, iis ingenitum esse, ut sint athletae boni; sic *συγγενές* usurpatum est P. V 17. X 12. N. VI 10 — 52. Tyndaridas *ἀφετηρίους* in principio curriculi Spartae coli tradit Paus. III 14, 7 — 53. *Ἑρμᾷ καὶ σὺν Ἡρακλεῖ* pro *σὺν Ἑρμᾷ* (scil. *ἐναγωνίῳ*) *καὶ Ἡρακλεῖ*, ut

μάλα μὲν ἀν-δρῶν δικαί-
ων περικαδόμενοι. καὶ μὰν θεῶν πιστὸν γένος.

Στρ. δ'.

μεταμειβόμενοι δ' ἐναλλὰξ ἁμέραν τὰν μὲν παρὰ πατρὶ φίλῳ
Δὶ νέμονται, τὰν δ' ὑπὸ κεύθεσι γαίας ἐν γυάλοις Θεράπνας,
πότμον ἀμπιπλάντες ὁμοῖον· ἐπεὶ
τοῦτον ἢ πάμπαν θεὸς ἔμμεναι οἰκεῖν τ' οὐρανῷ
εἵλετ' αἰῶνα φθιμένου Πολυδεύκης Κάστορος ἐν πολέμῳ.
τὸν γὰρ Ἴδας ἀμφὶ βουσίν πως χολω-
θεὶς ἔτρωσεν χαλκέας λόγχας ἀκμᾷ·

---

56. *Δὶ* Boeckh: *διῒ B D* — *νέμοντα. D* — *τάν θ' D* — *θεράπεας D* — 57. *ἀμπιμπλ.* coni. Herwerden ut est in *D* — 60. *ἀκμᾷ* coni. Pauw: *αἰχμᾷ B D*, *ἀκᾷ* coni. Bury; conf. N. VI 52 —

supra v. 38 *Χαρίτεσσί τε καὶ σὺν Τυνδαρίδαις* et saepe apud Pindarum; cf. P. II 59; curam igitur ludorum Mercurio (v. O. VI 79. P. II 10) et Tyndaridis atque Herculi (v. O. III 39) tamquam sortem (*μοῖραν*) obtigisse tradit — 54. *καὶ μὰν θεῶν πιστὸν γένος*, atque profecto fidem praestat deorum genus — 55. fabulam de Tyndaridis alternis in caelo degentibus novit iam Homerus Od. XI 302; cf. P. XI 64. Cum autem alii alternis diebus Dioscuros una in caelo et una in Orco degere, alii alternis vicibus alterum ex Dioscuris in caelo, alterum in Orco degere narrarent (v. Holzinger ad Lycophr. Alex. v. 511), Pindaro utramque sententiam placuisse sunt qui putent. Atque priorem fabulae formam procul dubio poeta P. XI 63 probat; in utramque autem sententiam cum huius carminis finem (v. 87 sq.) interpretari liceat, tamen prior sententia fraterno amori, quo una fratres etiam mortui degere cupiunt, accommodatior est; denique hi versus 55 ss., licet alteri sententiae, ut verba *μεταμειβόμενοι ἐναλλάξ* suam utrumque vim obtineant, magis favere videantur, tamen ne priori quidem sententiae plane adversantur; unde cum duas fabulae formas eidem poetae probatas esse veri dissimillimum sit, omnibus locis teneo Pindaro idem placuisse, ut Dioscuros alternis vicibus (*μεταμειβόμενοι ἐναλλάξ* scil. *ἡμέρας*) alterum diem in Orco una degere putaret — 56. *ἐν γυάλοις Θεράπνας*· obversata poetae esse videntur sepulcra subterranea, qualia Mycenis et Orchomeni et Lacedaemone etiamnunc exstant; quod si ita est, ut iam Ern. Curtius Pelopon. II 240 bene divinavit, Pindari aetate ea pro sepulcris, necdum pro thensauris habita sunt — 58. *τοῦτον*· scil. *πότμον ὅμοιον* — 59. *αἰῶνα*· tempus sempiternum; cognata enim sunt *αἰεί*, idg. *aivais*, et *αἰῶνα*, *aevum* — 60. *ἀμφὶ βουσίν*· schol.: *ἡ ἱστορία ἐστὶ τοιαύτη· Λυγκεὺς καὶ Ἴδας οἱ Ἀφαρέως παῖδες ἐμνηστεύσαντο τὰς Λευκίππου θυγατέρας Φοίβην καὶ Ἐλάειραν, κατὰ δὲ τὴν τῶν γάμων εὐωχίαν τοὺς Διοσκούρους εἰς ἑστίασιν ἐκάλεσαν· οἱ δὲ τὰς κόρας ἀφαρπάσαντες ἀπέφευγον, οἱ δὲ ἐδίωκον καὶ συνίσταται τοῖς Ἀφαρητιάδαις καὶ τοῖς Διοσκούροις μάχη περὶ τῶν γάμων καὶ ἀναιρεῖται Κάστωρ. εἶτα Πολυδεύκης ἀνεῖλεν ἀμφοτέρους, συμπράξαντος τοῦ Διὸς καὶ κεραυνὸν αὐτοῖς ἐπιπέμψαντος. ὁ δὲ Πίνδαρος οὐ διὰ τὰς νύμφας φησὶν αὐτοῖς γεγενῆσθαι τὴν στάσιν, ἀλλὰ διὰ βοῶν ἀπελασίαν.* Vetus igitur scholiasta a Pindaro, ut ne heroas impios puellarum raptores fuisse diceret, fabulam immutatam esse statuit, neque hoc a Pindaro ingenio absimile est (cf. P. III 28); attamen notandum est iam ex vetere carmine epico Cypriorum Proclum excerpsisse se dicere haec: *ἐν τούτῳ δὲ Κάστωρ μετὰ Πολυδεύκους τὰς Ἴδα καὶ Λυγκέως βοῦς ἀφαιρούμενοι ἐφωράθησαν*; quo cum compilatore fere consentit Apollod. bibl. III 136, ita tamen ut virginum raptum cum pugna de bubus abactis cohaerere significet; cf. Holzinger ad Lycophr. 546.

'Αντ. δ'.

ἀπὸ Ταϋγέτου πεδαυγάζων ἴδεν Λυγκεὺς δρυὸς ἐν στελέχει
ἥμενον· κείνου γὰρ ἐπιχθονίων πάντων γένετ' ὀξύτατον
ὄμμα· λαιψηροῖς δὲ πόδεσσιν ἄφαρ
ἐξικέσθαν, καὶ μέγα ϝέργον ἐμήσαντ' ὠκέως.
καὶ πάθον δεινὸν παλάμαις Ἀφαρητίδαι Διός· αὐτίκα γὰρ
ἦλθε Λήδας παῖς διώκων· τοὶ δ' ἔναν-
τα στάθεν τύμβῳ σχεδὸν πατρωΐῳ·

ἔνθεν ἁρπάξαντες ἄγαλμ' Ἀίδα, ξεστὸν πέτρον, 'Επ. δ'.

61. *πεδ' αὖ γ. D, πόδ' αὐγ. B, ποταυγ.* Stephanus — 62. *ἥμενον* Aristarchus, quam eandem lectionem agnoscunt schol. Aristoph. Plut. 210 et Suidas s. *Λυγκέως* Apollod. bibl. III 136: *ἥμενος B D, ἡμένος* vel *ἡμένως* scribendum esse coniecit Didymus, *ἡμένω* coni. Thiersch; conferunt O. II 78, sed v. comment. — 63. *πόδεσιν B D* — 64. *ἐμήσαντ'* coni. Schmid: *ἐμνήσατ' B, ἐμνήσαντ' D* — 65. *πόθον D* — *'Αφαρηϊάδαι* coni. Boehmer — 66. *Λήδας παῖς*: fort. *παῖς Ζηνός* — *πατρωΐῳ* Schmid: *πατρῴῳ* (-*ώω D*) *B D* —

61 ss. non pergit poeta in re quam inceperat narranda, sed postquam summam rei proposuit, orationem retro vertit ad initium rei exponendum. Dioscurorum et Apharetidarum pugnam Apollodorus III 136 Pindaro ipso, ni fallor, auctore usus refert: *στρατεύσαντες δὲ ἐπὶ Μεσσήνην οἱ Διόσκουροι τήν τε λείαν ἐκείνην καὶ πολλὴν ἄλλην συνελαύνουσι. καὶ τὸν Ἴδαν ἐλόχων καὶ τὸν Λυγκέα. Λυγκεὺς δὲ ἰδὼν Κάστορα ἐμήνυσεν Ἴδᾳ κἀκεῖνος αὐτὸν κτείνει. Πολυδεύκης δὲ ἐδίωξεν αὐτοὺς καὶ τὸν μὲν Λυγκέα κτείνει τὸ δόρυ προέμενος, τὸν δὲ Ἴδαν διώκων, βληθεὶς ὑπ' ἐκείνου πέτρᾳ κατὰ τῆς κεφαλῆς, πίπτει σκοτωθείς, καὶ Ζεὺς Ἴδαν κεραυνοῖ, Πολυδεύκην δὲ εἰς οὐρανὸν ἀνάγει. μὴ δεχομένου δὲ Πολυδεύκους τὴν ἀθανασίαν ὄντος νεκροῦ Κάστορος, Ζεὺς ἀμφοτέροις παρ' ἡμέραν καὶ ἐν θεοῖς εἶναι καὶ ἐν θνητοῖς ἔδωκε* — 62. *ἡμένος*· Didymus grammaticus, ut lectioni *ἡμένος* vel *ἡμένως* patrocinaretur, provocavit ad versus Cypriorum: *αἶψα δὲ Λυγκεὺς | Ταΰγετον προσέβαινε ποσὶν ταχέεσσι πεποιθώς. | ἀκρότατον δ' ἀναβὰς διεδέρκετο νῆσον ἅπασαν | Τανταλίδου Πέλοπος, τάχα δ' εἴσιδε κύδιμος ἥρως | δεινοῖς ὀφθαλμοῖσιν ἔσω δρυὸς ἄμφω κοίλης | Κάστορά θ' ἱπποδάμον καὶ ἀεθλοφόρον Πολυδεύκεα, | νύξε δ' ἄρ' ἄγχι στὰς μεγάλην δρῦν.* Cum vetere carmine Cypriorum igitur lectio *ἡμένος* i. e. *ἡμένους Κάστορα καὶ Πολυδεύκην*, unice conspirat. Sed quaeritur, num Pindarus Cypriorum vestigia legerit neque veterem famam hoc quoque loco immutaverit, ut Castorem solum a duobus Apharetidis oppressum esse fingeret. Certe melius oratio procedit, si omnia, quae vv. 60—64 narrantur, ad unum Castorem pertinent, et vv. 65 ss. demum ad rem v. 59 inchoatam poeta redit. Sic etiam facilius ferri potest, quod v. 66 Pollux verbis *Λήδας παῖς*, non *Λήδας ἕτερος παῖς* declaratur; nimirum poeta ad versum 59, quo nomen *Πολυδεύκην* dixerat, ita redit, ut quae media interiecta sunt, neglegat tamquam in parenthesi dicta. Lectionem igitur *ἥμενον* Aristarcho probatam et ipse probavi, optimorum codicum lectionem *ἥμενος* non ex vetere scriptura remansisse et ab Aristarcho correctam esse, sed ex Didymi interpolatione fluxisse ratus — 64. *ἐξικέσθαν*· Lynceus et Idas; Lynceus solus, qua erat acie oculorum, Castorem in trunco arboris delitescentem conspexerat, sed ambo fratres in Castorem impetum fecerunt eumque oppresserunt. Pindari hunc locum respicit Paus. IV 2, 7: *νεώτερος δὲ ἦν Λυγκεύς, ὃν ἔφη Πίνδαρος, ὅτῳ πιστά, οὕτως ὀξὺ ὁρᾶν, ὡς καὶ διὰ στελέχους θεᾶσθαι δρυός.* Eandem fabulam spectat Horat. ep. I 1, 28: *non possis oculo quantum contendere Lynceus* — 66. *Λήδας παῖς*· *Πολυδεύκης*, cuius nomen et antea v. 59 et postea v. 68 dictum est; *Ζηνὸς παῖς*, quod conieci, accuratius, uter ex duobus Ledae filiis intellegendus esset, declararet. Ceterum similiter infra v. 73 *Τυνδαρίδας* est unus ex Tyndaridis Pollux — 67. *ἄγαλμ' Ἀίδα*· cippum, quales

ἔμβαλον στέρνῳ Πολυδεύκεος· ἀλλ' οὔ νιν φλάσαν,
οὐδ' ἀνέχασσαν· ἐφορμαθεὶς δ' ἄρ' ἄκοντι θοῷ
ἤλασε Λυγκέος ἐν πλευραῖσι χαλκόν.
Ζεὺς δ' ἐπ' Ἴδᾳ πυρφόρον πλᾶξε ψολόεντα κεραυνόν·
ἅμα δ' ἐκαί-οντ' ἐρῆ-
μοι. χαλεπὰ δ' ἔρις ἀνθρώποις ὁμιλεῖν κρεσσόνων.

Στρ. ε'.

ταχέως δ' ἐπ' ἀδελφεοῦ βίαν πάλιν χώρησεν ὁ Τυνδαρίδας,
καί νιν οὔπω τεθναότ', ἄσθματι δὲ φρίσσοντα πνοὰς ἔκιχεν.
θερμὰ δὴ τέγγων δάκρυα στοναχαῖς
ὄρθιον φώνησε· Πάτερ Κρονίων, τίς δὴ λύσις
ἔσσεται πενθέων; καὶ ἐμοὶ θάνατον σὺν τῷδ' ἐπίτειλον, ἄναξ.
οἴχεται τιμὰ φίλων τατωμένῳ
φωτί· παῦροι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν

Ἀντ. ε'.

καμάτου μεταλαμβάνειν. ὣς ἔννεπε· Ζεὺς δ' ἀντίος ἤλυθέ ϝοι
καὶ τόδ' ἐξαύδασ' ἔπος· Ἐσσί μοι υἱός· τόνδε δ' ἔπειτα πόσις
σπέρμα θνατὸν ματρὶ τεᾷ πελάσαις
στάξεν ἥρως. ἀλλ' ἄγε τῶνδέ τοι ἔμπαν αἵρεσιν
παρδίδωμ'· εἰ μὲν θάνατόν τε φυγὼν καὶ γῆρας ἀπεχθόμενον
αὐτὸς Οὔλυμπον θέλεις οἰκεῖν ἐμοὶ
σύν τ' Ἀθαναίᾳ κελαινεγχεῖ τ' Ἄρει·

---

69. *ἀνέχασσαν* Wakefield: *ἀνέχασαν B*, *ἀνέσχασαν D* — 71. *σκᾶψε* coni. Herwerden — *ψιλ. D* — 72. *δ' ἐκαίοντ'* (*δὲ καίοντ'* Cep.) Boeckh: *δὲ κέοντ' B D* — *κρασόνων D* — 73. *ἀλφεοῦ D* — *ἐχώρησεν B* — 74. *πνοὰς* Schmid: *ἀμπνοὰς B*, *ἀναπνοὰς D* — *τεθνεῶτ' D* — 75. *δὴ* Schmid: *δὲ BD*; Bergk eiecto *δὲ* proposuit *δάκρυ' ἀνὰ* (*ὑπὸ* postea, *ἅμα* Bury) *στοναχαῖς* — *τέγων D* — 77. *ἐπίτελλον B* — 78. *πόντω D* — 79. *ἤνεπε B*, *ἔνεπε D* — *ἀντίος D*: *ἀντία B* — 80. *τὸν δ' ἔπ. D* — 81. *θνατῶν* D^{ac} — 82. *στάξεν* em. Pauw: *ἔσταξεν BD*, *ἔσταξ'* Tricl. — 84. *οὐλ.* Tricl.: *ὀλ. BD* — *θέλεις* Tricl.: *ἐθέλεις*

in tumulis poni solebant; cf. N. VIII 47 — 69. *ἀνέχασσαν*, effecerunt ut cederet, reppulerunt; medii generis formis apud Homerum vis cedendi inest — 72. *ἐρῆμοι*, a poeta additum est, ut misericordiam audientium et legentium moveret — *χαλεπὰ δ' ἔρις*· similem sententiam habes O. X 39; cf. Soph. El. 220 *τὰ δὲ τοῖς δυνατοῖς οὐκ ἐριστὰ πλάθειν* — 73. *ἀδελφεοῦ βίαν*· periphrastice ad exemplar Homerici *βίη Ἡρακλείη* — 74. *ἄσθματι φρίσσοντα πνοάς*, cum anhelitu et difficultate spiritus ducentem — 75. *τέγγων δάκρυα*, fundens lacrimas, ut Soph. Trach. 849 *τέγγει δακρύων ἄχναν* — *στοναχαῖς*, cum gemitu, ut dativum simili in re usurpavit Homerus Il. XXIV 696. Od. XXIV 416; cf. I. VII 39 — 78. *παῦροι . . . μεταλαμβάνειν*· moralem sententiam vel inopportune orationi Pindarus suo more inserit; cf. P. III 20 — 80 ss. schol.: *ὁ μὲν Ἡσίοδος ἀμφοτέρους Διὸς εἶναι γενεαλογεῖ· ὁ δὲ Πίνδαρος ἑτέροις τῶν ἱστορικῶν* (Acusilao?) *ἐξακολουθήσας τὸν μὲν Πολυδεύκην ἐκ Διός, τὸν δὲ Κάστορα ἐκ Τυνδάρεω εἶναί φησιν, ὡς καὶ Ἡρακλῆς μὲν ἐκ Ἀλκμήνης καὶ Διός, Ἰφικλῆς δὲ ἐξ Ἀμφιτρύωνος* — 82. *ἔμπαν*, sive alteruter vestrum mortalis est sive non est (*jedenfalls*) — 84. *Ἀθηναίᾳ κελαινεγχεῖ τ'*

ἔστι σοὶ τούτων λάχος· εἰ δὲ κασιγνήτου πέρι 'Επ. ε'.
μάρνασαι, πάντων δὲ νοεῖς ἀποδάσσασθαι Ϝίσον,
ἥμισυ μέν κε πνέοις γαίας ὑπένερθεν ἐών,
ἥμισυ δ' οὐρανοῦ ἐν χρυσέοις δόμοισιν.
ὣς ἄρ' αὐδάσαντος οὐ γνώμᾳ διπλόαν θέτο βουλάν.
ἀνὰ δ' ἔλυ-σεν μὲν ὀφ-
θαλμόν, ἔπειτα δὲ φωνὰν χαλκομίτρα Κάστορος.

B D, *νοεῖς* coni. Kayser — *οἰκεῖν ἐμοὶ* om. codd., ex scholiis add. Benedictus, *ναίειν ἐμοὶ* add. Boeckh — 86. *ἀποδάσασθαι B D* — 90. *χαλκομ.* Tricl.: *χαλκεομ. B D.*

Ἄρη· ex diis eos eligit, quibus fortes viri cordi sunt — 85 ss. exitu hoc fabulae pro fundamento dialogi usus est Lucianus dial. mort. I — 86. *μάρνασαι*, contendis, ut Hom. Il. XVI 497 — 87. *ἥμισυ μὲν . . . ἥμισυ δέ* idem significat quod Apollodorus l. l. expressit verbis *παρ' ἡμέραν*, alternis diebus; cf. P. XI 63 — 89. *αὐδάσαντος·* de genetivo absoluto conf. P. IV 232. O. XIII 15 — *οὐ διπλόαν θέτο βουλάν*, non ambiguam sententiam animo Pollux volvit, sed certum cepit consilium fratrem in vitam revocandi; cf. O. VIII 85 — 90. *ὀφθαλμὸν ἔπειτα δὲ φωνάν·* rerum naturam vere poeta expressit; ex somno enim experrecti primum circumspiciunt, deinde linguam solvunt.

NEMEON. IA′.

ΑΡΙΣΤΑΓΟΡᾼ ΤΕΝΕΔΙῼ

ΠΡΥΤΑΝΕΙ.

Strophae.

⁚ ⏑ – – ⁚ ⏑⏑ – ⏑⏑ ∸ ⏑ ⁚ ⏑ ⏓.
–̈ ⏑ – – ∸ ⏑ – – ⁚ ⏑⏑ – ⏑⏑ ∸ ⏑
–̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ ∸ – –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓
⁚ ⏑ – – ∸ ⏑ – – ∸ ⏑ ⏓
–̈ ⏑⏑ – ∸ ⏑ – | –̈ ⏑ – – ∸ ⏑⏑ ⏓

Epodi.

–̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ ∸ – | –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ ∸ |
–̈ ⏑ – – –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –̈ ⏑ ⏑
–̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ ∸ | – –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ ∸ ⏓ |
–̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ ∸ – –̈ ⏑⏑ – ∸ ⏑ ⏓
⁚ ⏑ – – ∸ ⏑ – – ∸ ⏑ ⏑ |
–̈ ⏑ – –̈ ⏑ – –, –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏑̇ |

Argumentum.

Falso hoc carmen inter epinicia relatum esse iam veteres grammatici adnotaverunt. Est enim inaugurandi sacris (*εἰσιτηρίοις*; v. CIA II 470) novi praetoris Tenedii factum et praeteriens tantum poeta ludicras victorias eius laudat. Aristagoras Arcesilai filius, cuius in honorem, cum summum magistratum Tenedium iniret, hoc carmen cantatum est, utrimque generis nobilitate excellebat; pater enim ex Pisandridarum clarissima gente Amyclaea oriundus erat, mater a Melanippo, Thebano duce, cuius nepotes una cum Achaeis Peloponnesiacis in Asiam migraverant, originem duxit. De tempore carminis nihil constat, nisi quod a temporibus carminum O. VIII et N. VI, quorum vestigia versibus 8 (cf. O. VIII 21 s.) et 37—42 (cf. N. VI 10—13) legit, non multum abesse videtur; v. commentationem meam, Zur Chronologie Pindarischer Siegesgesänge p. 54 s. Denique ex commemoratione arborum et arvorum frugiferorum (v. 40) efficitur, Tenedi similiter atque in plerisque civitatibus Graeciae novos magistratus aestate media munus suum iniisse — De Theoxeno Tenedio, qui puer amatus Pindari senis fuit, vide fr. 123.

Ordo sententiarum carminis simplicissimus est. In principio Vestam deam, patronam curiae, poeta invocat, ut novum prytanem benigne accipiat et secundum cursum muneri eius annuo det (1—10). Deinde Aristagorae prytanis genus, formam, intrepidum animum, victorias in ludis vicinarum civitatium lucta et pancratio reportatas praedicat, eumque etiam Pythia et Olympia victurum fuisse asseverat, nisi a parentibus iusto timidioribus, quominus illa certamina obiret, prohibitus esset (11—32); facile vero fuisse hoc conicere de Aristagorae praeclaro genere, ex sanguine Pisandri, qui cum Oreste Aeoles Amyclis in Asiam traduxerit, et Melanippi Thebani, cuius de stirpe mater Aristagorae descenderit, feliciter mixto; alternis autem ut tellurem et arbores, sic etiam humana genera modo prosperos foetus edere, modo sterilitate frugum premi (33—43). Denique modum tenendum neque altiora appetenda esse virum magna, ut videtur, spirantem admonet (44—48). — In digerendis rebus et metris carminis eam artem poeta exhibuit, quam provecta aetate eum in dactylo-epitriticis carminibus excoluisse supra ad O. xiii monuimus. Ita enim cum epodi cuiusque fine sententiam absolvit, ut totum carmen in tres partes, quarum quaeque ex stropha antistropha epodo constaret, distribueret. Ceterum tenui in humo sulcum poeta ducit, ut ne mireris sententias, quas aliis in carminibus et aptius et ornatius posuit, hic ieiune et exiliter repetitas. Omnino hoc carmen magis iis, quae de cultu Vestae et origine Tenediorum continet, memorabile est quam pulchritudine poetica.

De metris.

Carminis huius metra sunt dactylo-epitritica ad antiquam et simplicem normam composita leniterque cursu numerorum raro interrupto delabentia. Aptissima autem fuit huius numerorum generis gravitas sanctitati carminis, quod licet a grammaticis inter epinicia relatum sit, tamen speciem magis prosodii quam epinicii habet. Utrum in pompa, qua novus magistratus in curiam a senatoribus et gentilibus deducebatur, an inter sacrificia et epulas, quae eam excipiebant, cantatum sit, difficile ad diiudicandum est; metra quidem pompali carmini favent.

Παῖ Ῥέας, ἅ τε πρυτανεῖα λέλογχας, Ἑστία, Στρ. α′.
Ζηνὸς ὑψίστου κασιγνήτα καὶ ὁμοθρόνου Ἥρας,
εὖ μὲν Ἀρισταγόραν δέξαι τεὸν ἐς θάλαμον,

VARIA LECTIO. Inscr. om. *B D* — Schol.: *οὐδ' ὅλως, φησὶν ὁ Δίδυμος, ἐχρῆν τὴν ᾠδὴν ταύτην εἰς τοὺς ἐπινίκους συνενῶσθαι* (*συνεῶσθαι* codd.)· *οὐ γὰρ ἱερὸν ἀγῶνα νενίκηκεν ὁ Ἀρισταγόρας, ἀλλὰ περιχώρους* — 1. *πρυτανεῖς D* —

COMMENTARII. v. 1. schol.: *πρυτανεῖά φησι λαχεῖν τὴν Ἑστίαν, παρόσον αἱ τῶν πόλεων Ἑστίαι ἐν τοῖς πρυτανείοις ἀφίδρυνται καὶ τὸ ἱερὸν λεγόμενον πῦρ ἐπὶ τούτων ἀπόκειται.* Vestae tamquam patronae curiae cum alii tum qui magistratum inibant ante ceteros deos deasque libationibus et sacrificiis litabant, unde proverbialis locutio *ἀφ' Ἑστίας ἀρχόμενος* profecta est; cf. Didymum ad Aristoph. vesp. 846, schol. Plat. Euthyd. 3a, Roscher-Preuner, lex. myth. I 2618 ss. — 1 s. Vestam quod Pindarus Rheae sive Telluris filiam ideoque Iovis atque Iunonis sororem dixit, vestigia legit Hesiodi theog. 454 — *λέλογχας*· de deis munera sortientibus cf. O. vii 61 —

εὖ δ᾽ ἑταίρους ἀγλαῷ σκάπτῳ πέλας,
οἵ σε γεραί-ροντες ὀρ-
θὰν φυλάσσοισιν Τένεδον,

πολλὰ μὲν λοιβαῖσιν ἀγαζόμενοι πρώταν θεῶν, ᾿Αντ. α΄.
πολλὰ δὲ κνίσᾳ· λύρα δέ σφι βρέμεται καὶ ἀοιδά·
καὶ ξενίου Διὸς ἀσκεῖται θέμις ἀενάοις
ἐν τραπέζαις. ἀλλὰ σὺν δόξᾳ τέλος
δυωδεκάμη-νον περά-
σαι σὺν ἀτρώτῳ κραδίᾳ.

ἄνδρα δ᾽ ἐγὼ μακαρίζω μὲν πατέρ᾽ ᾿Αρκεσίλαν, ᾿Επ. α΄.
καὶ τὸ θαητὸν δέμας ἀτρεμίαν τε ξύγγονον.
εἰ δέ τις ὄλβον ἔχων μορφᾷ παραμεύσεται ἄλλους,
ἔν τ᾽ ἀέθλοισιν ἀριστεύων ἐπέδει-ξεν βίαν·
θνατὰ μεμνάσθω περιστέλλων μέλη
καὶ τελευ-τὰν ἁπάντων γᾶν ἐπιϝεσσόμενος.

---

4. ἀγλαῶ σκάπτω *B D* — πύλας *B* — 6. λοιβαῖσιν *Byz.*: λοιβαῖς *B D* — 8. Θέμις Boeckh, θέμις vulgo; cf. Eur. Med. 208 — 9. νῦν δόξαι et περᾶσαί νιν coni. olim Mommsen; ipse tentaveram ἀλλ᾽ ἀγακλεής, ne bis praepositio σὺν occurreret — 10. περᾶσαί νιν coni. Hartung — 11. ἀνδρὸς ἐγὼ olim conieceram — ἀγησίλαν *B* — 12. ἀρτεμίαν coni. Schneider — 13. μορφᾷ παραμεύσεται ἄλλους ex scholiis Pauw: μορφᾶ παραμεύσεται (παραμέμψεται *B*) ἄλλων *B D*, μορφὰν παραμεύσεται ἄλλων coni. Boeckh — 14. ἐπιδείξῃ Breyer anal. Pind. 27 —

4. σκάπτῳ scil. Vestae, non Aristagorae; statua enim Vestae, quae Tenedi perinde atque Athenarum (v. Paus. I 18, 3) in curia posita erat, sceptrum, ut dominam curiae decebat, manu sinistra tenebat, quomodo suppleta nunc est celeberrima Vestae statua Giustiniana. Ceterum ἐς θάλαμον et ἀγλαῷ σκάπτῳ πέλας ad utrosque, Aristagoram prytanem dico et senatores sodales pertinere in aprico est — 6. πρώταν θεῶν, non quod princeps deorum fuerit, sed quod ei primae novi magistratus operabantur. Schol.: πρώτην δὲ ταύτην εἶπε, καθόσον ἀπ᾽ αὐτῆς ἤρχοντο. καὶ Σοφοκλῆς· ὦ πρῶρα λοιβῆς ῾Εστία — 7. σφι Homerico usu de una dea Vesta usurpatum est — 8. ξενίου Διὸς ἀσκεῖται θέμις· simili locutione utitur O. VIII 91; erant autem iuxta focum ut in privatis domibus, sic etiam in publicis curiis mensae epularum appositae, quarum epularum iustus apparatus in praesidio Iovis hospitalis erat, unde in Creticis syssitiis mensae hospitales (τράπεζαι ξενικαί) primo loco collocatae erant; v. Athen. IV p. 143. Atque cotidie quidem in prytaneo Atheniensi coenatum esse nemo nescit, splendidiores vero, quae tibiarum fidiumque cantu augerentur, coenas in inauguratione novi magistri populi factas esse par est — 8. Διὸς Θέμις· in simili sententia dixit Eur. Med. 208 Ζανὸς ὁρκίαν Θέμιν — 9. τέλος magistratum significat in nota formula οἱ ἐν τέλει; annuum eum Tenedi ut in plerisque civitatibus Graeciae fuisse ex epitheto δωδεκάμηνον apparet; denique περασαι optativine (περάσαι) an infinitivi (περᾶσαι) vim habeat, difficile ad diiudicandum est — 11. μακαρίζω cum duplici accusativo iunctum est et personae, quae felix praedicatur (ἄνδρα scil. ᾿Αρισταγόραν), et rerum, ob quas felix praedicatur (πατέρα ᾿Αρκεσίλαν καὶ τὸ δέμας ἀτρεμίαν τε scil. ᾿Αρισταγόρου); similem formam constructionis praebet Aristoph. Vesp. 588 τουτὶ γάρ τοι σε μόνον τούτων ὧν εἴρηκας μακαρίζω — 15. eadem sententia, qua Aristagoram poeta ab audacioribus conatibus ad prudentiam et modestiam revocat, primam

ἐν λόγοις δ᾽ ἀστῶν ἀγαθοῖσί μιν αἰνεῖσθαι χρεών, Στρ. β′.
καὶ μελιγδούποισι δαιδαλθέντα μελιξέμεν ἀοιδαῖς.
ἐκ δὲ περικτιόνων ἑκκαίδεκ᾽ Ἀρισταγόραν
ἀγλααὶ νῖκαι πάτραν τ᾽ εὐώνυμον
ἐστεφάνω-σαν πάλᾳ
καὶ μεγαυχεῖ παγκρατίῳ.

ἐλπίδες δ᾽ ὀκνηρότεραι γονέων παιδὸς βίαν Ἀντ. β′.
ἔσχον ἐν Πυθῶνι πειρᾶσθαι καὶ Ὀλυμπίᾳ ἀέθλων.
ναὶ μὰ γὰρ ὅρκον, ἐμὰν δόξαν παρὰ Κασταλίᾳ
καὶ παρ᾽ εὐδένδρῳ μολὼν ὄχθῳ Κρόνου
κάλλιον ἂν - δηριών-
των ἐνόστησ᾽ ἀντιπάλων,

πενταετηρίδ᾽ ἑορτὰν Ἡρακλέος τέθμιον Ἐπ. β′.
κωμάσαις ἀνδησάμενός τε κόμαν ἐν πορφυρέοις
ἔρνεσιν. ἀλλὰ βροτῶν τὸν μὲν κενεόφρονες αὖχαι
ἐξ ἀγαθῶν ἔβαλον· τὸν δ᾽ αὖ καταμεμ-φθέντ᾽ ἄγαν

---

17. ἀγαθοῖσί μιν coni. Mingarelli: ἀγαθοῖς μὲν *BD*, ἀγανοῖσί μιν coni. Hecker coll. P. IV 101 — 18. μελισδούπ. *B* — λαιδ. *D* — μελιξέμεν *BD*: μελίζεν coni. Pauw, μέλειν ἐν Hermann[3], μεμίχθ᾽ ἐν Mommsen — 19. περικτυον. *D* — 21. μεγαυχεῖ coni. Schmid: μεγαλαυχεῖ codd. — 22 et 23 om. *D* — 26. ἐνοστήσαντ᾽ ἀντ. *D* — 28. ἀνδησ. Tricl.: ἀναδησ. *BD* — 30. ἔλαβον *B* —

et tertiam pericopam carminis claudit (vv. 15 et 44), contra in media parentes Aristagorae iusto maioris timiditatis incusat (v. 29) — 16. γᾶν ἐπιεσσόμενος· cf. Hom. Γ 57 λάινον ἕσσο χιτῶνα, AP. VII 283 Ἀΐδαο κακὴν ἐπιειμένος ἀχλύν. Aristagoram hoc loco Pindarus mortalium rerum infirmitatis admonet, ne quae humanae naturae denegata sint, temere appetat; sed sermonibus (λόγοις) civium bonis et carminibus eum dignum esse qui praedicetur asseverat — 17. λόγοις ἀστῶν ἀγαθοῖσι, bonis civium sermonibus, qui viros bene meritos sua laude non privant, ut similiter poeta dixit I. I 46 ἔπος ἀγαθόν· contra scholiasta ἀστῶν genetivum partitivum esse ratus ἀγαθοῖσι ad verbum αἰνεῖσθαι rettulit — 18. μελιξέμεν vel quod propter insolentiam contractae formae ἀοιδαῖς Pauwius proposuit μελίζεν similiter atque μέλειν vim verbi intransitivi habet, ut simile quid valeat atque infinitivus passivi αἰνεῖσθαι: orationibus laudari et carminibus ornatum in ore et corde civium vivere — 20. πάτραν· patriam urbem illustravit et coronavit, quod una cum nomine victoris nomen patriae renuntiabatur, nisi πάτραν gentem Aristagorae intellegere mavis, qua de notione vocabuli v. N. VI 35 — 24. ναὶ μὰ γὰρ ὅρκον, ἐμὰν δόξαν· prior accusativus, in formula iurandi ναὶ et μὰ sollemnis, ellipsi explicandus est: profecto sacramentum antestor; alter 'ἐμὰν δόξαν' absolutus est, ortus ex simili usu infinitivi absoluti formulae ἐμοὶ δοκεῖν, quam ne scriptores quidem aspernabantur — παρα Κασταλίᾳ, Delphicis ludis, ὄχθῳ Κρόνου, Olympicis ludis, qui in radice collis Saturnii agebantur — 25. εὐδένδρῳ, pulchris arboribus consito, quod magis in naturam montis, qualis Pindari aetate fuit, quadrat quam qualis nunc est — 28. κωμάσαις· de vespertina comissatione, post victoriam ad aram Iovis ab sodalibus victoris instituta v. Prol. XCIV — πορφυρέοις· non colorem frondis oleaginae, sed splendorem et dignitatem coronae metaphorice, similiter atque epitheto χρυσέῳ, significari exposui ad P. IV 183. O. VIII 1. De instrumentali vi praepositionis ἐν cf. O. XIV 16 — 30. καταμεμφθέντ᾽ ἄγαν ἰσχύν· passivam

ἰσχὺν οἰκείων παρέσφαλεν καλῶν
χειρὸς ἕλ-κων ὀπίσσω θυμὸς ἄτολμος ἐών.

συμβαλεῖν μὰν εὐμαρὲς ἦν τό τε Πεισάνδρου πάλαι Στρ. γ'.
αἷμ' ἀπὸ Σπάρτας· Ἀμύκλαθεν γὰρ ἔβα σὺν Ὀρέστᾳ
Αἰολέων στρατιὰν χαλκεντέα δεῦρ' ἀνάγων·
καὶ παρ' Ἰσμηνοῦ ῥοᾶν κεκραμένον
ἐκ Μελανίπ-ποιο μά-
τρωος. ἀρχαῖαι δ' ἀρεταὶ

ἀμφέροντ' ἀλλασσόμεναι γενεαῖς ἀνδρῶν σθένος· Ἀντ. γ'.
ἐν σχερῷ δ' οὔτ' ὦν μέλαιναι καρπὸν ἔδωκαν ἄρουραι,
δένδρεά τ' οὐκ ἐθέλει πάσαις ἐτέων περόδοις
ἄνθος εὐῶδες φέρειν πλούτῳ ϝίσον,
ἀλλ' ἐν ἀμεί-βοντι. καὶ
θνατὸν οὕτως ἔθνος ἄγει

33. μὰν coni. Pauw: λίαν *B D* et schol. — 35. χαλκεντέα coni. Schmid: χαλκέων τε *B*, χαλκεντέων *D* — ἀνάτων *D* — 36. ἰσμιν. *D* — ῥοᾶν Bergk: ῥοὰν vulgo — 38. ἀλασσ. *D* — 40. πάσ' ἐτέων *B* — περόδοις Schmid: περιόδοις *B D* — 41. πλούτῳ om. *B* — 42. οὕτως ἔθνος ex scholiis Heyne: οὕτω σθένος *B D* —

vim huic verbo tribuit Diog. Laert. VI 47; sed cum aequales scriptores Herodotus Thucydides Euripides aoristo ἐμέμφθην vim activam tribuant, hic quoque eum intellego, qui vires suas ipse flocci fecit — 32. χειρὸς ἕλκων· pulchra metaphora ignaviam fingit hominis manum prehendentem eumque retrorsum trahentem — 33. συμβαλεῖν μὰν εὐμαρὲς ἦν· atqui facile fuit ad divinandum, quid vir de sanguine Pisandri ortus consecuturus esset, si Pythica vel Olympica certamina obiisset — τό τε Πεισάνδρου αἷμα . . . καὶ παρ' Ἰσμηνοῦ ῥοᾶν κεκραμένον· accusativus obiecti, vim obtinet: facile erat conicere et praesentire sanguinem Pisandri et Melanippi, hoc est divinare quid valeret sanguis paterni avi Pisandri Lacedaemone ortus et cum Thebani fluvii Ismeni liquore ex materna origine mixtus — 34. Ἀμύκλαθεν . . . ἀνάγων· per parenthesin media interiecta sunt — σὺν Ὀρέστᾳ· iam Orestem ab Heraclidis suo regno pulsum incolas veteres Peloponnesi a Lacedaemone et Mycenis in oram Asiae minoris deduxisse, parum recte poeta narrat. Idem, cum qui ex illo tempore Tenedum insulam tenebant, Aeoles essent, Achaeos quoque, qui cum Penthilo, Orestis filio, in Asiam migraverant, Aeoles dicere non dubitavit — 36. Boeotos fuisse conditores Tenedi vulgo credebant (v. Thuc. VII 57), similitudine, opinor, dialecti Aeolicae et Boeoticae commoti; meliora autem Pindarus docet, qui ex stemmatibus nobilium gentium insulae compertum habebat, incolas Tenedi ex Achaeis et Boeotis mixtos fuisse — παρ' Ἰσμηνοῦ ῥοᾶν cum Bergkio pro vulgata παρ' Ἰσμηνοῦ ῥοὰν exarandum curavi, ut sanguis Pisandri ex coniugio filiae Melanippi aliquid liquoris Thebani Ismeni admixtum tulisse dicatur; neque tamen quidquam causae est, cur Achaeos primum ex Peloponneso in Boeotiam concessisse et deinde una cum indigenis Boeotis in Asiam migrasse statuamus — 38. eandem sententiam de vicibus fecunditatis et sterilitatis agrorum et hominum Pindarus in prooemio carminis N. VI fusius exposuit — 40. περόδοις pro περιόδοις, quae eadem forma in titulo Delphico CIG. 1688, 14 occurrit; cf. O. VI 38 — 42. ἐν ἀμείβοντι· cum post πάσαις περιόδοις poeta ἐν ἀμειβούσαις περιόδοις 'alternantibus temporibus' dicere debuisset, neutro genere participii ἐν ἀμείβοντι uti maluit; sic enim hanc formulam interpretari quam ἔτει supplere praestat —

μοῖρα. τὸ δ' ἐκ Διὸς ἀνθρώποις σαφὲς οὐχ ἕπεται Ἐπ. γʹ.
τέκμαρ· ἀλλ' ἔμπαν μεγαλανορίαις ἐν βαίνομεν,
ἔργα τε πολλὰ μενοινῶντες· δέδεται γὰρ ἀναιδεῖ
ἐλπίδι γυῖα· προμαθείας δ' ἀπόκειν-ται ῥοαί.
κερδέων δὲ χρὴ μέτρον θηρευέμεν·
ἀπροσίκ-των δ' ἐρώτων ὀξύτεραι μανίαι.

---

44. *μεγαλον.* D — *ἐν βαίνομεν*: *ἐμβαίνομεν* BD — 45. *ἔργα γε* coni. Bergk, *ἔργ' ἅτε* Mommsen — 45. *δέδεται* codd. et schol.: fuit cum conicerem *τέταται* vel *πέταται* collato P. VIII 90 — *γυῖα*: *λῆμα* coni. Hartung — 48. *ἔρωτες ὀξύτεροι* coni. Hartung.

43. *τὸ δ' ἐκ Διὸς . . . τέκμαρ·* levissimo filo sententiae inter se coniunctae sunt; cum enim mortale (*θνατὸν*) genus hominum dixisset (v. 42), certi nihil nos qua simus infirmitate scire aut sperare posse addit — 45. *μεγαλανορίαις . . . μενοινῶντες·* dura, sed a Pindari more minime aliena (v. N. V 52) structura res coniunctae duae altera dativo nominis (*μεγαλανορίαις*), altera participio verbi (*μενοινῶντες*) declaratae sunt, unde apparet praeverbio *ἐν* in priore membro solo suam vim esse. De dicendi formula confer Plat. Phaedr. 252 e *ἐμβαίνειν τῷ ἐπιτηδεύματι* — 46. *δέδεται . . . ῥοαί·* schol.: *συνδέδεται δὲ τὰ ἡμέτερα σώματα ἀναιδεστάτῃ ἐλπίδι, τὸ δὲ προβουλεύεσθαι καὶ μανθάνειν μακρὰν ἡμῶν ἀπῴκηκεν.* Imago hominis improba spe temere ducti a navigationis vadis et secundis fluentis petita est, parum illud apte, quoniam vadis navis retinetur, spe animus propellitur — 48. *ἀπροσίκτων* ab *ἐρώτων* pendet et *μανίαι* studia rerum impossibilium proleptice dicuntur: ea, quae assequi non possis, appetere furoris calidioris est. Nimirum non expedite oratio in hac oda poetae fluit, sed scopulis illisa aegre procedit.

ΙΣΘΜΙΟΝΙΚΑΙΣ.

Α΄.

ΗΡΟΔΟΤΩι ΘΗΒΑΙΩι

ΑΡΜΑΤΙ

Strophae.

⏗ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ⏗ ⏑ – ⏓ |
: ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ ⏗ ⏑ ⏓ |
: ⏑ – – ⏗ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ |
⏗ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓
⏓ ⏗ ⏑ – | – ⏗ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ |
⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏗ ⏑⏑ – | ⏗ ⏑ – – ∸ ⏑ –

Epodi.

– ⏗ ⏑ – – ⏗ ⏑⏑ – ⏑⏑ – | – ⏗ ⏑ ⏓ |
⏗ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ⏗ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ⏗ ⏑ ⏓ |
⏗ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – | ⏗ ⏑ – – ∸ ⏑⏑ ⏓ |
– ⏗ ⏑ – – ∸ ⏑⏑ – ⏗ ⏑ – – ∸ ⏑ – ⏓
– ⏗ ⏑ – – ∸ ⏑ – | ⏓ ⏗ ⏑⏑ – ⏑⏑ – | – ⏗ ⏑ – – ∸ ⏑ – ⏓ |

Argumentum.

Herodotum Asopodori filium Thebanum curru Isthmia vicisse eundemque multas alias victorias ludis Thebanis Orchomeniis Eleusiniis Protesilaiis consecutum esse ex hoc carmine ipso comperimus. Accuratiora in scholiis neque ad hoc neque ad reliqua carmina Isthmica relata invenimus. Catalogi enim Isthmicorum ludorum neque ab Aristotele neque ab Alexandrinis grammaticis confecti esse videntur. Quae cum ita sint, quo tempore Isthmica haec victoria Herodoti reportata sit, nihil certi constat. Verum cum in laudibus Iolai Thebani et Pollucis Lacedaemonii efferendis hoc carmen maxime versetur, inde probabile fit, eo tempore id compositum esse, quo salus patriae foedere Thebanorum et Lacedaemoniorum denuo confirmata esse videbatur, i. e. Ol. 80, 2 sive a. 458 a. Chr., ante Pythicos ludos Olympiadis 80, 3 (v. 65). Naufragia autem dira, quibus Asopodorus, pater Herodoti, afflictus Thebis Orchomenum concedere

olim coactus fuit (v. 35), ad turbas civiles, quae bella Persica sequebantur, commode referri possunt. Denique haec tempora bene cum eo, quod Ceii Pindarum Thebanum ad paeanem pangendum conduxisse in prooemio dicuntur, conspirant. Inde enim nescio an colligere liceat, post Simonidem Ceium mortuum (a. 468) hoc carmen scriptum esse. Contra a iuvene Pindaro id factum esse arbitratus est Leop. Schmid Pind. Leb. p. 423 ss.

In prooemio poeta paeanem Ceiis faciendum se in aliud tempus dilaturum ait, ut antea patriam suam, quae sex victorias Isthmiis reportaverit, et Herodotum civem, qui ipse habenas equorum in illo certamine rexerit, hymno equestri in modum Iolai et Pollucis illustret (1—16). Iam fabulae vice funguntur laudes illorum heroum, qui optimi aurigae fuerint et praeterea multa praemia cursu iaculo disco meruerint (17—31). Post breve hoc praeconium heroum ad praesentes res relapsus Asopodorum Herodoti patrem illustrissimum narrat post horrenda naufragia Thebana in paterna rura Orchomenia se recepisse, sed iam pristina fortuna restituta filium eius equestrium certaminum gloriae potius quam rei pecuniariae quaestui operam impendere, unde dignum eum esse, quem poetae suo munere ornent (32—51). Exin varias victorias Herodoti enumerat, eundemque etiam Pythiam et Olympiam coronas appetere significat (52—67); ad postremum virum strenuum, qui ad laudes victoriarum aspiret, licet ab ignavis civibus reprehendatur, solum tamen famae posteritatis consulere praedicat.

Thebanis civibus praeter hoc carmen Pindarus epinicia P. XI. I. III. IV. VII scripsit. Idem patriae decora exornavit in hymnis, quorum relliquias fr. 29—35 collectas habes, in hyporchemate, cuius versus celeberrimos Polybius servavit (fr. 109. 110), denique in dithyrambo magnae deae (fr. 83) et parthenio Panis (fr. 95). In Thebanis vero epiniciis cum in aliis tum in hoc, quod tractamus, poetae amor patriae eminet et dulci sensu animum lectoris afficit, licet ieiuna quadam tenuitate rerum et sententiarum paene omnia epinicia Thebana laborent.

De metris.

Carminis festinati, cui ne fabula quidem exornandae poeta vacavit, vulgares numeri dactylo-epitritici sunt. Strophae versus quartus monocolos, quem cum tertio in unum versum Mommsenius coniunxit, cum quinto potius coniungendus esse videtur, ut tota stropha ex tribus pericopis (1—3. 4—5. 6) composita sit. Sententiam si spectas, tertius versiculus modo epodi vice fungitur (vv. 4. 27. 38), modo proodi (v. 55), modo medius utrimque pendet (vv. 10. 44. 61); cf. O. VIII ep. 5 P. III 3, I. V 4. Stropham et epodum similiter atque in carmine N. X procero versu poeta claudit, sed non eadem qua in illo diligentia orbem strophae antistrophae epodi perfecta et absoluta sententia concludendum curavit. Cantatum est hoc carmen a choro in comissatione publica, unde decora urbis Thebarum magis quam Strepsiadae victoris praedicantur. Praeterea ex versibus 7 et 15 effici videtur similibus hoc carmen atque hymnos in victorias curules Castoris et Iolai modis saltatoriis actum esse. Tamen ne ad instar prosodii metra carminis refingerem omnesque versus in dipodias cogerem, catalectica tripodia sexti versus strophae prohibitus sum.

Μᾶτερ ἐμά, τὸ τεόν, χρύσασπι Θήβα, Στρ. α΄.
πρᾶγμα καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον
θήσομαι. μή μοι κραναὰ νεμεσάσαι
Δᾶλος, ἐν ᾇ κέχυμαι.
τί φίλτερον κεδνῶν τοκέων ἀγαθοῖς;
εἶξον, ὦ 'πολλωνιάς· ἀμφοτερᾶν
τοι χαρίτων - σὺν θεοῖς ζεύξω τέλος,

καὶ τὸν ἀκειρεκόμαν Φοῖβον χορεύων Ἀντ. α΄.
ἐν Κέῳ ἀμφιρύτᾳ σὺν ποντίοις
ἀνδράσιν, καὶ τὰν ἁλιερκέα Ἰσθμοῦ
δειράδ'· ἐπεὶ στεφάνους
ἓξ ὤπασεν Κάδμου στρατῷ ἐξ ἀέθλων,
καλλίνικον πατρίδι κῦδος, ἐν ᾇ
καὶ τὸν ἀδεί-μαντον Ἀλκμήνα τέκεν

VARIA LECTIO. Inscr. om. *B D* — Schol.: *γέγραφε τὴν ᾠδὴν Ἡροδότῳ Θηβαίῳ, τινὲς δὲ Ὀρχομενίῳ· βέλτιον δὲ Θηβαίῳ ἐπιγεγράφθαι* — 1. *αμά B* — 3. *θάσομαι D* — 4. *ἐν ᾇ τέταμαι* coni. Hartung, *ἐν ἂν κέχυμαι* coni. Herwerden — 5. *ἀγαθοῖο D* — 6. *ἀμφοτέροις D*, *-τέραν B*, *-τέρων* lemma *B* — 8. *Κείω D* — *ἀμφιρρύτᾳ B* — 9. *ἁλιερκέος* coni. Hermann; at cf. I. I 32, VI 5, fr. 122, 10 — 11. *ἓξ ὤπασε BD*: *ἐξώπασεν* Aristarchus, *ἓξ ὤπασαν* lemma in *D* —

COMMENTARII. v. 1. *χρύσασπι Θήβα·* aptissime poeta in prooemio carminis, quod summum amorem patriae spirat, Thebam heroinam urbis Thebarum alloquitur; eam Asopi fluvii et Metopae nymphae filiam fuisse tradidit O. VI 84, amatam eam et ad fontem Dircae a Iove translatam I. VIII 20. Eandem quod *χρυσάσπιδα* hoc loco et *χρυσοχίτωνα* fr. 195 *εὐάρματε χρυσοχίτων ἱερώτατον ἄγαλμα Θήβα* dicit, inde concludere non ausim signum heroinae aurea veste indutae et aureum scutum sinistra tenentis oculis poetae obversatum esse, quamquam Thebae statuam Olympiae positam fuisse testatur Paus. V 22, 6 — 2. *καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον θήσομαι·* pluris etiam quam negotium faciam; respiciunt hunc locum Plato Phaedr. 227b *οὐκ ἂν οἴει με κατὰ Πίνδαρον καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον ποιήσεσθαι τὸ σήν τε καὶ Λυσίου διατριβὴν ἀκοῦσαι*, Plutarchus de gen. Socr. c. 1: *ἔδει μὲν ἐμὲ καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον θέσθαι κατὰ Πίνδαρον τὸ δεῦρο ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν διήγησιν*, Iulian ep. 40 — 3. *νεμεσάσαι·* in divino numine optandi potius quam hortandi (*νεμεσήσῃ*) modo usus est — 5. *τοκέων·* patriam matrem civium esse dixit etiam O. IX 14 — 6. *Ἀπολλωνιάς·* Delus Apollinis sacra dicitur, quia Deli Latona Apollinem et Dianam enixa est — 7. *ἀκειρεκόμαν·* cf. P. III 14, Hor. C. I 21, 2; epod. 15, 9 *intonsos Apollinis capillos* — *χορεύων* c. acc. valet saltando et canendo celebrare; cf. Soph. Ant. 1154. OR. 1093. Eur. Herc. 690. Iph. Aul. 1480; haec autem vis verbi *χορεύειν* propria erat paeanum, quippe qui semper cum motibus orchesticis canerentur; idem num pertineat ad epinicium, quod verbis *τὰν ἁλιερκέα Ἰσθμοῦ δειράδα* significatur, dubitare possis — 8. *ἐν Κέῳ·* in insula cultu Apollinis clara templum dei celeberrimum Carthaeae fuit, prope quod Simonidis *χορηγεῖον* fuisse tradit Athenaeus p. 456 f; cf. epigramma Bacchylidis AP. VI 313 et Reisch De mus. Graec. cert. p. 68 sq. — 11. *στεφάνους ἓξ ὤπασεν·* Isthmici ludi sex simul coronas Cadmi populo Thebano dederant, inter quas princeps erat curulis victoriae Herodoti; nihil enim est causae, cur scholiastae haec *καταχρηστικώτερον ἀπὸ τῶν πολλῶν* dicta esse dicenti adstipulemur — 12. Thebas quod laudat fortium virorum genetrices, ut in qua urbe etiam invictum Herculem Alcmena pepererit, non dissimile est purpurei panni late qui splendeat adsuti; Herculem mox dimittit, quod non equis, ut Herodotus victor, sed pedester clava et sagittis dimicaverit —

παῖδα, θρασεῖαι τόν ποτε Γηρυόνα φρίξαν κύνες. 'Επ. α'.
ἀλλ' ἐγὼ Ἡροδότῳ τεύχων τὸ μὲν ἅρματι τεθρίππῳ γέρας,
ἀνία τ' ἀλλοτρίαις οὐ χερσὶ νωμάσαντι, θέλω
ἢ Καστορείῳ ἢ 'Ιολά-
οι' ἐναρμόξαι νιν ὕμνῳ.
κεῖνοι γὰρ ἡρώων διφρηλάται Λακεδαίμονι καὶ
Θήβαις ἐτέκνωθεν κράτιστοι.

ἔν τ' ἀέθλοισι θίγον πλείστων ἀγώνων, Στρ. β'.
καὶ τριπόδεσσιν ἐκόσμησαν δόμον
καὶ λεβήτεσσιν φιάλαισί τε χρυσοῦ,
γευόμενοι στεφάνων
νικαφόρων· λάμπει δὲ σαφὴς ἀρετὰ
ἔν τε γυμνοῖσι σταδίοις σφίσιν ἔν
τ' ἀσπιδοδού-ποισιν ὁπλίταις δρόμοις·

οἷά τε χερσὶν ἀκοντίζοντες αἰχμαίς, 'Αντ. β'.

---

15. *νωμάσαντι θέλω* coni. Wiskemann: *νωμάσαντ' ἐθέλω* codd. et schol.; cf. I. VI 43; *τεύχειν* in proecdosi scripseram — 16. *'Ιολάοι'* Mommsen: *ἰολάου* *B D*; vide ad O. I 103. III 30 — 18. *ἀέθλοισι θίγον*: *στεφάνοισι θίγον* schol. ad I. IV 18 — *θίγον*: *μίγεν* coni. Wiskemann — 20. *λεβήταισι* *B*, *λεβήτεσι* *D* — 21. *σευόμενοι* *D* — 23. *γυμνοῖσι* Tricl.: *γυμνοῖς* *B D* — *ἀσπιδόσιν πεισιν* (aut ... *πασιν*) *D* — 24. *οἷά τε* *B* et schol.: *οἷς τε* *D* — *αἰχμαὶς* et *λιθίνοις* ... *δίσκοις* (*δίσκοισιν* *D*) codd.: *αἰχμὰς* et *λιθίνους* ... *δίσκους* Pauw —

13. *κύνες*· rei augendae causa poeta grandiloquus plurali usus est; cf. O. V 6. IX 56. P. I 33. X 26. N. III 1. I. II 29. III 11. VIII 35.

14. ad victoris laudem transit, cui laudationis parti callide intexit fabularem partem de heroibus aurigis Castore et Iolao — *ἀλλ' ἐγώ*· pronomen personale particulae adversativae exhortativaeque additum est etiam P. III 77. N. IX 9 — 15. de particulis *μὲν* ... *τε* sibi respondentibus vide O. III 6; quodsi currus et auriga oppositi sunt, fieri non potest quin *νωμάσαντ'* ex *νωμάσαντι* decurtatum esse putemus, seu praeter communem consuetudinem Pindarus vocalem dativi elisit (cf. I. II 13), seu praeter suum dicendi genus *'θέλω* pro *ἐθέλω* usurpavit — *ἀλλοτρίαις οὐ χερσί*· magnopere gloria curulis victoriae augebatur, si dominus quadrigarum non alienis aurigae manibus utebatur, sed ipse suis manibus equos regebat; cf. Prol. LXXIII — 16. *Καστορείῳ ἢ 'Ιολάοιο ὕμνῳ*· Castoreum vetus hyporchema curulis victoriae Castoris fuisse apparet ex P. II 69; idem dactyloepitriticis numeris compositum fuisse, ex metro huius carminis nescio an concludere liceat; cf. v. 54 — 18. *ἐν ἀέθλοις* ... *ἀγώνων* pro *ἐν ἀγῶσι ἀέθλων* permutatis casibus poetam dixisse scholiastae putant; similem neglegentiam habes I. VII 39; quod si cui iusto audacius esse videtur, ei *ἔν τε* 'atque' ut *ἐν δὲ* O. VII 5 valere et *ἀγώνων* ab *ἀέθλοισι*, non a *θίγον* pendere iudicandum est — 19. *ἐκόσμησαν*, praemiis certaminum ut exuviis belli domum ornarunt, quo pacto etiamnunc venatorum domus discis iaculatoriis ornatas videmus — 22. *σαφής*, clara, quae genuina vis huius vocabuli esse videtur — 23. *γυμνοῖσι σταδίοις*· certamina stadii, quae inde ab Orsippo, qui Ol. 32 vicerat, nudi sine subiugaculo obibant, cursui armato multo post in ludos sacros recepto opponuntur; cf. P. XI 49. N. VIII 16. Prol. LXXI — 24. *οἷα τε*· ex praecedente enunciato suppleas *ἔλαμψαν*· dein *αἰχμαίς* et *λιθίνοις δίσκοις* pro accusativis Aeolicis habeo, quos in carmine civi Boeoto scripto usurpatos esse nihil miri habet. Ut enim dativus *αἰχμαῖς* verbo *ἀκοντίζοντες* iunctus ferri potest, ita exempla ab interpretibus allata nihil valent ad locutionem *ἐν δίσκοις ἵεν* defendendam —

καὶ λιθίνοις ὁπότε δίσκοις ἵεν.
οὐ γὰρ ἦν πενταέθλιον, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἑκάστῳ
ἔργματι κεῖτο τέλος.
τῶν ἀθρόοις ἀνδησάμενοι θαμάκις
ἔρνεσιν χαίτας ῥεέθροισί τε Δίρ-
κας ἔφανεν - καὶ παρ᾽ Εὐρώτᾳ πέλας,

Ἰφικλέος μὲν παῖς ὁμόδαμος ἐὼν Σπαρτῶν γένει, Ἐπ. β΄.
Τυνδαρίδας δ᾽ ἐν Ἀχαιοῖς ὑψίπεδον Θεράπνας οἰκέων ἕδος.
χαίρετ᾽. ἐγὼ δὲ Ποσειδάωνι Ἰσθμῷ τε ζαθέᾳ
Ὀγχηστίαισίν τ᾽ αἰόνεσ-
σιν περιστέλλων ἀοιδάν,
γαρύσομαι τοῦδ᾽ ἀνδρὸς ἐν τιμαῖσιν ἀγακλέα τὰν
Ἀσωποδώρου πατρὸς αἶσαν,

Ὀρχομενοῖό τε πατρῴαν ἄρουραν, Στρ. γ΄.

---

25. ὁπότε *B D*: ὁπόταν Eustath. Od. 1591, 30, ποτ᾽ ἀνὰ Ammonius p. 41, ὁπότ᾽ ἐν Boeckh, ὁπότ᾽ αὖ Kayser, ὁπότεν Vogt — 26. ἦν Rom.: ἦ ε̄ *B*, ἧς *D*, ἧς lemm. *D*, quod ex antiqua dialecto remansisse docebam Beitr. zum Dial. Pind., Stzb. d. b. Ak. 1891 p. 27 — πεντάθλιον coni. Boeckh: πένταθλον *B D* — 28. ἀθρόους *D* — 29. ῥεέθροσί τε *D* — ἔφανεν coni. Schmid: ἔφανε *B D* — εὐρώτα *B D*, quocum conspirat schol. πρὸς τὸ εὐρώτα τὸ ῥεέθροις ἀκουστέον, Εὐρώτα πόρῳ coni. Herwerden — 32. Ποσειδάωνί τ᾽ ἰσθμῷ coni. Mingarelli — 34. αἶσαν: αἶγαν *D* —

25. λιθίνοις· disci, qui postea ex aere fiebant, antiquis temporibus lapidei erant; cf. O. x 72 et Kietz, Agonistische Studien I 17 — ὁπότε· si genuina lectio est, vocalis ε finalis vi caesurae ad exemplum Homeri producta est — 26. conferre iuvat schol. Apoll. Rhod. IV 1091, et Philostr. gymn. 3: πρὸ μὲν δὴ Ἰάσονος καὶ Πηλέως ἅλμα ἐστεφανοῦτο ἰδίᾳ καὶ δίσκος ἰδίᾳ. καὶ τὸ ἀκόντιον ἤρκει ἐς νίκην κατὰ τοὺς χρόνους, οὓς ἡ Ἀργὼ ἔπλει — 28. τῶν· scil. ἐργμάτων; longius enim abest verbum στεφάνων, quod Fennellius supplendum putavit — 29. ῥεέθροισι, suppleas παρὰ ex altero membro orationis; cf. O. II 59 — παρ᾽ Εὐρώτᾳ πέλας· simili pleonasmo usus est P. v 40 ἀμφ᾽ ἀνδριάντι σχεδόν — 30. Σπαρτῶν γένει· satorum ex dentibus draconis virorum gentilis Iolaus, Iphiclis filius, factus erat; cf. P. IX 83 — 31. Τυνδαρίδας· Castor, Tyndari filius, ex gente Achaeorum, qui ante Dores Lacedaemonium agrum et urbem Therapnam tenebant. In principio et in fine huius excursus (v. 16 et 30 s.) intima necessitudo Thebani Iolai et Lacedaemonii Castoris laudata est, ut foedus praesens Thebanorum et Lacedaemoniorum mythico exemplo commendaretur.

32. χαίρετε· dimittit Iolaum et Castorem heroes, ut ad praesentes victores transeat; simili formula transeundi utitur P. II 67. N. III 76 — 33. Ὀγχηστίαισιν αἰόνεσσιν· Onchestus urbs ad Copaidem lacum sita erat; ibi prope templum Neptuni, quem eundem Isthmiorum patronum fuisse constat, certamina fiebant; cf. I. III 37 — 34. γαρύσομαι· hoc ipso carmine; cf. N. IX 43 — 35. Asopodorum, patrem Herodoti, civilibus tumultibus Thebis exactum ad paterna rura Orchomenia se recepisse tradunt scholia ad inscr.: πρὸς ὃ (scil. Ὀρχομενοῖο πατρῴαν ἄρουραν) φησὶ Δίδυμος, ὅτι εἰκός ἐστι τὸν πατέρα Ἡροδότου Ἀσωπόδωρον διά τινας πολιτικὰς στάσεις εἰς τὸν Ὀρχομενὸν μεταστάντα ὕστερόν τε εἰς Θήβας κατελθόντα ἐπίτιμον γενέσθαι . . . ναυαγίαν γὰρ εἶπε τὴν ἐκ τῆς πατρίδος φυγήν. Neque veri dissimile esse puto, Herodotum victorem, ut Orchomeniis gratum animum testificaretur, Orchomenium se pronuntiari iussisse; cf. schol. ad inscr. Minime vero altum poetam et hominem optimatem

ἅ νιν ἐρειπόμενον ναυαγίαις
ἐξ ἀμετρήτας ἁλὸς ἐν κρυοέσσᾳ
δέξατο συντυχίᾳ·
νῦν δ' αὖτις ἀρχαίας ἐπέβασε πότμος
συγγενὴς εὐαμερίας. ὁ πονή-
σαις δὲ νόῳ - καὶ προμάθειαν φέρει.

εἰ δ' ἀρετᾷ 'ντέταται τις πᾶσαν ὀργάν, 'Αντ. γ'.
ἀμφότερον δαπάναις τε καὶ πόνοις,
χρή νιν εὑρόντεσσιν ἀγάνορα κόμπον
μὴ φθονεραῖσι φέρειν
γνώμαις. ἐπεὶ κούφα δόσις ἀνδρὶ σοφῷ,
ἀντὶ μόχθων παντοδαπῶν ἔπος εἰ-
πόντ' ἀγαθὸν - ξυνὸν ὀρθῶσαι καλόν.

'Επ. γ'.

μισθὸς γὰρ ἄλλοις ἄλλος ἐφ' ἔργμασιν ἀνθρώποις γλυκύς,
μηλοβότᾳ τ' ἀρότᾳ τ' ὀρνιχολόχῳ τε καὶ ὃν πόντος τράφει·
γαστρὶ δὲ πᾶς τις ἀμύνων λιμὸν αἰανῆ τέταται.
ὃς δ' ἀμφ' ἀέθλοις ἢ πολεμί-
ζων ἄρηται κῦδος ἁβρόν,
εὐαγορηθεὶς κέρδος ὕψιστον δέκεται πολιατᾶν
καὶ ξένων γλώσσας ἄωτον.

---

36. ἐρειπόμενον coni. Hartung: ἐρειδόμενον *BD* — ναυαγίοις coni. Schmid: ναυαγίᾳ schol. — 41. ἀρετᾷ *BD* Aristarchus: ante Aristarchum ἀρετά scriptum fuisse videtur — ἀντέταταί τις scripsi: κατάκειται codd. et schol., καταθῇ τις coni. Hartung; ἐν δ' ἀρετᾷ τέτατ' εἴ τις Jurenka — 42. δαπάναις Tricl.: δαπάναισι (-νεσι *D*) *BD* — 47. ἄλλοις ἄλλος Tricl.: ἄλλος (omisso ἄλλοις) *B*, ἄλλος ἄλλοις *D* — ἅρμασιν *D* — ἀνθρώποις Tricl.: ἀνθρώποισι *BD* — 48. τράφει *B*: τρέφει *D* — 49. ἀμύνειν coni. Herwerden probabiliter — 51. δέκεται coni. Boeckh: δέχεται *BD* —

opes paternas in equestria studia effundentem humilis significatio iacturae nummorum naufragiis factae decet, quam hoc loco significari Leop. Schmidtius et Mezgerus putaverunt — νῦν· nunc, postquam democraticae turbae regimini optimatium cesserunt — 40. ὁ πονήσαις . . . φέρει· adumbrat Aeschyleum Agam. 177 πάθει μάθος, simul Asopodorum et Herodotum a nimio studio partium deterrere videtur — 41. ἀντέταται τις scripsi ductus litterarum traditarum secutus, ut et oratio graeca fieret et pluralis εὑρόντεσσι haberet, quo referretur — 42. δαπάναις τε καὶ πόνοις, quando Herodotus non solum equos alebat, sed etiam ipse suis manibus regebat — 43. νιν, ἀρετάν· cf. O. VII 89 ἀρετὰν εὑρόντα — 44. μὴ φθονεραῖσι γνώμαις· λιτότητος figura utitur, ut contrarium i. e. 'large' significet; cf. O. VI 7 — 45. ἀνδρὶ σοφῷ, poetae, ut saepe apud Pindarum; cf. O. I 9 — 46. παντοδαπῶν, ad analogiam Homerici ἀλλοδ-απός et vulgaris vocabuli ποδαπός falsa analogia, ut μηκέτι ad analogiam οὐκέτι, formatum est, quamquam iam ante Pindarum voce παντοδαποῖς usus est auctor hymn. Cer. 402 — ἀγαθὸν, cf. N. XI 17 λόγοις ἀγαθοῖς — 48. ὃν πόντος τράφει· piscatorem intellegit; Pindaro in simili sententia praeiit Solon 13, 41 ss. — 49. αἰανῆ, molestum, quae vis huius vocabuli sola apud Pindarum invenitur; Aeschylus praeterea vim 'longi' (Eum. 562) huic vocabulo tribuit — 51. κέρδος praedicativi accusativi, ἄωτον ob-

ἄμμι δ' ἔοικε Κρόνου σεισίχθον' υἱὸν Στρ. δ'.
γείτον' ἀμειβομένοις εὐεργέταν
ἁρμάτων ἱπποδρόμιον κελαδῆσαι,
καὶ σέθεν, Ἀμφιτρύων,
παῖδας προσειπεῖν, τὸν Μινύα τε μυχὸν
καὶ τὸ Δάματρος κλυτὸν ἄλσος Ἐλευ-
σῖνα καὶ Εὔ-βοιαν ἐν γναμπτοῖς δρόμοις·

Πρωτεσίλα, τὸ τεὸν δ' ἀνδρῶν Ἀχαιῶν Ἀντ. δ'.
ἐν Φυλάκᾳ τέμενος συμβάλλομαι.
πάντα δ' ἐξειπεῖν, ὅσ' ἀγώνιος Ἑρμᾶς
Ἡροδότῳ ἔπορεν
ἵπποις, ἀφαιρεῖται βραχὺ μέτρον ἔχων
ὕμνος. ἦ μὰν πολλάκι καὶ τὸ σεσω-
παμένον εὐ-θυμίαν μείζω φέρει.

εἴη νιν εὐφώνων πτερύγεσσιν ἀερθέντ' ἀγλααῖς Ἐπ. δ'.
Πιερίδων ἔτι καὶ Πυθῶθεν Ὀλυμπιάδων τ' ἐξαιρέτοις
Ἀλφεοῦ ἔρνεσι φράξαι χεῖρα, τιμὰν ἑπταπύλοις

---

53. *ἀμοιβ. D* — 54. *ἱπποδρομίων* coni. Rauchenstein — 61. *Ἡροδότοιο πόρεν* coni. Mommsen; cf. ad O. I 103 — *ἔμπορεν B* — 63. *σεσιγαμένον* coni. Hermann; cf. O. XIII 87 — *εὐυμνίαν* coni. Naber — 64. *πτερύγεσιν BD* — *ἀγλααῖς* Tricl.: *ἀγλαΐαισι B*, *ἀγλααῖσι D* — 65. *πυθόθεν BD* — 66. *χεῖρα*: fort. *κρᾶτα* —

iecti vim obtinere duco — 53. *υἱὸν* pendet ab *ἀμειβομένοις*, *ἱπποδρόμιον* a *κελαδῆσαι*· *γείτονα* autem Neptunum dixit, quod Onchestus non longe a Thebis distabat — 54. *ἱπποδρόμιον* scil. *ὕμνον* vel *νόμον*, cuius generis hymnorum metra dactylo-epitritica propria fuisse inde colligo, quod Plut. de mus. 7 Stesichorum, inventorem dactylo-epitritorum, *ἁρματείῳ νόμῳ χρήσασθαι* tradit — 55. *σέθεν, Ἀμφιτρύων, παῖδας*· Iolaum et Herculem, quorum *Ἰολάεια* seu *Ἡράκλεια* Thebana fuerunt; cf. Prol. XCI — 56. *Μινύα μυχόν*, Orchomenum urbem in interiore parte Boeotiae sitam; de ludis Orchomeniis et Euboeicis v. Prol. LXXXIX sq. — 58. Protesilai, qui primus ante Troiam occubuerat, ludi funebres Phylacae, in paterno agro Achaeorum Thessalicorum erant — *ἀγώνιος Ἑρμᾶς*, Mercurius qui palaestrae et ludis praeest; cf. P. II 10. O. VI 79 — 62. *βραχὺ μέτρον ἔχων ὕμνος*· hoc ex loco Drachmannus De rec. int. Pind. l. II. c. II colligere ausus est, de certo quodam ambitu carminis inter victorem et poetam convenisse; confer etiam N. IV 33 — 63. *τὸ σεσωπαμένον . . . φέρει*· generalem sententiam, nisi languide eam adhaerere ducas, ad ludos Athenienses spectare crediderim, quos illo tempore, quo Thebani cum Atheniensibus confligebant, memorare Thebis ingratum fuit; certe Nemea quod silentio praeteriri scholiastae dicunt, id coniectura grammaticorum nititur iuxta Isthmia Olympia Pythia mentionem Nemeorum desiderantium — 64. *πτερύγεσσι Πιερίδων*, carminibus epiniciis; cf. P. V 114 — 66. *φράξαι χεῖρα* mire dictum, quod caput coronis redimibant et victorem fingere aliis coronis tempora cingentem, alias manu capessentem putidum est; equidem in re difficili manum a poeta commemoratam duco, ut Herodotum ipsum suis manibus equos recturum esse significaret; cf. v. 15; Schroeder comparat O. II 74 —

Θήβαισι τεύχοντ᾽. εἰ δέ τις ἔν-
δον νέμει πλοῦτον κρυφαῖον,
ἄλλοισι δ᾽ ἐμπίπτων γελᾷ, ψυχὰν Ἀίδᾳ τελέων
οὐ φράζεται δόξας ἄνευθεν.

---

68. *ἀλαοῖσι* coni. Chrysippus grammaticus — *ἐμπαίζων* coni. Rauchenstein, *ἄλλοις δ᾽ ἐνιλλώπτων* Bergk.

67. *πλοῦτον κρυφαῖον*, qui ab hominibus sordidis absconditur, ut lumine eos non similiter atque homines industrios illustret — 68. *ψυχὰν Ἀΐδᾳ τελέων*· Orco animam se ut debitam redditurum non reputat, unde verbo *τελέων* vim futuri inesse patet; similia adhortatur Pindarus P. XI 57, Theognis v. 243.

ΙΣΘΜΙΟΝ. Β΄.

ΞΕΝΟΚΡΑΤΕΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩι

ΑΡΜΑΤΙ.

Strophae.

– ⁝ ∪∪ – ∪∪ – ∪̄, ⁝ ∪ – – ∸ ∪ ⏓
⁝ ∪ – – ∸ ∪ – | ⁝ ∪ – – ⁝ ∪∪ – ∪∪ –
⁝ ∪ – – ∸ ∪ – ⏓ | ⁝ ∪∪ – ∪∪ – ⏓ |
⁝ ∪∪ – ∪∪ ∸ ⏓ ⁝ ∪ – ⏑ |
⁝ ∪ – – ∸ ∪ – – ∸ ∪ – ⏓ |

Epodi.

⁝ ∪∪ – ∪∪ –, – ⁝ ∪∪ – ∪∪ – ⏓ ⁝ ∪ ⏓ |
⁝ ∪∪ – ∪∪ – – ⁝ ∪ – – |
⁝ ∪ – – ∸ ∪ – ⏓ |
⁝ ∪ – ⏓ ∸ ∪ – – ⁝ ∪∪ ⏓ |
⁝ ∪ – – ⁝ ∪∪ – ∪∪ – |
⁝ ∪ ∪∪ – ∸ ∪ – – |

Argumentum.

Inter epinicia hoc carmen a grammaticis relatum est, quamquam ut memoriam Xenocratis vita iam defuncti resuscitaret factum est. Quod autem inter laudes Xenocratis victorias in ludis sacris reportatas primo loco poeta posuit, id quantum his certaminibus ludicris Graeci tribuerint, luculenter demonstrat. Inter Isthmica vero epinicia grammatici hoc carmen collocaverunt, quod inter victorias Xenocratis primo loco Isthmica illustrata est (v. 13); praeterea suspicari nobis licet redeunte anno, quo Isthmica victoria parta erat, hoc carmen ut caneretur destinatum fuisse. Denique missum a Pindaro hoc carmen est Thrasybulo, Xenocratis filio, cui poeta iam antea carmen P. vi scripserat et qui patris memoriam, qua erat pietate (v. P. vi 19 ss.), summopere colebat. Quo tempore hoc carmen factum sit, diserto testimonio caremus, nisi quod ex versu vigesimo tertio post Olympicam victoriam Theronis anni 476 (Ol. 76, 1), ex epodo ultima post reditum poetae ex itinere Syracusano id scriptum esse discimus. Verisimiliter igitur viri docti natales carminis circa annum 470 ponunt.

In prooemio poeta Thrasybulum ne carmina quidem sine mercede iam parari iocose admonet (1—11). Quo modo cum carmen optato serius missum excusasset, primum munere victorias Xenocratis, Isthmicam Pythicam Atheniensem, praedicandi perfungitur. His victoriis praeclaram Olympicam Theronis subnectit, ut quae ab eodem auriga Nicomacho, quo Atheniensis victoria Xenocratis, parta fuerit (12—29). Inde ad laudes ceterarum virtutum Xenocratis transit, studii artium liberalium, pudoris, pietatis, hospitalitatis (30—42). In extrema stropha (43—48) Thrasybulum per Nicasippum tabellarium adhortatur, ut ne invidiae cedat, sed praeconium patris optimi edat atque divulget.

De metris.

Carminis huius numeri sunt dactylo-epitritici vulgares. Stropharum et epodi primum quemque versum in duos versus, licet fieri potuerit, non dissecavi, quoniam a monocolorum versuum levitate dignitas carminis dactylo-epitritici abhorret. Epodus ex duabus pericopis (vv. 1—3 et 4—6) constat, quarum utraque epitritico epodo concluditur; strophae duas, non aequales sed aequaliter structas pericopas (vv. 1—2 et 3—4) epodus epitriticus subsequitur. — Carmen quamvis formam epistolae habeat a Pindaro Thebano Thrasybulo Agrigentino per tabellarium Nicasippum (v. 47) missae (cf. schol. ad inscr.), tamen a poeta destinatum fuit, ut publice a choro in memoriam Xenocratis mortui caneretur. Disertim enim Thrasybulus hunc hymnum silentio premere vetatur (v. 44), neque aedes eius cantibus et comissationibus perstrepere dicerentur (v. 30), nisi hoc carmen quod a choro caneretur destinatum fuisset. Quamquam difficile intellectu est, quomodo hymnus in publicam lucem edi potuerit, cuius magna pars atque inprimis principium et epilogus magis ut intra privatos parietes legerentur quam recitando et cantando in forum emitterentur apta erant.

Στρ. α΄.

Οἵ μὲν πάλαι, ὦ Θρασύβουλε, φῶτες, οἳ χρυσαμπύκων
ἐς δίφρον Μοισᾶν ἔβαι-
νον κλυτᾷ φόρμιγγι συναντόμενοι,
ῥίμφα παιδείους ἐτόξευον μελιγάρυας ὕμνους,

VARIA LECTIO. Inscr. om. *B D* — Schol.: *οὗτος ὁ ἐπίνικος γέγραπται μὲν εἰς Ξενοκράτην Ἀκραγαντῖνον, πέμπεται δὲ Θρασυβούλῳ διά τινος Νικασίππου, ὥστε εἶναι ἀποστολικὸν αὐτόν . . . οὗτος δὲ ὁ Ξενοκράτης οὐ μόνον Ἴσθμια νενίκηκεν ἵπποις, ἀλλὰ καὶ Πύθια τὴν κδ΄ Πυθιάδα ὡς Ἀριστοτέλης ἀναγράφει* — 1. *οἳ* ex scholiis Pindari et Aristophanis Pac. 696 rest. Schmid: *ὅσοι B D* — 2. *ἐς δίφρον* B^s *D*: *ἐν δίφρῳ* B^i, unde *ἐν δίφρον* veterem lectionem fuisse suspicor — *συναντώμενοι B* et schol. Arist. l. l. —

COMMENTARII. v. 1 ss. in splendido prooemio Socratica quadam ironia veteri Musae, sola suavitate amoris ductae mercennariam suam, nummorum curam agere coactam opponit — 2. *ἐς δίφρον·* de poeta curru vehente, non pedibus eunte (*πεζῷ*, pedestri) confer O VI 22; perquam autem accommodata haec imago fuit carmini in laudem victoriae curulis facto — *φόρμιγγι*, quod amatoria et melica carmina pleraque ad citharam canebantur — 3. *παιδείους ὕμνους·* carmina in pueros amatos facta. Schol.: *ταῦτα δὲ τείνει καὶ εἰς τοὺς περὶ Ἀλκαῖον*

ὅστις ἐὼν καλὸς εἶχεν Ἀφροδίτας
εὐθρόνου μνάστειραν ἁδίσταν ὀπώραν.

Ἀντ. α'.

ἁ Μοῖσα γὰρ οὐ φιλοκερδής πω τότ' ἦν οὐδ' ἐργάτις·
οὐδ' ἐπέρναντο γλυκεῖ-
αι μελιφθόγγου ποτὶ Τερψιχόρας
ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα μαλθακόφωνοι ἀοιδαί.
νῦν δ' ἐφίητι τὸ τὠργείου φυλάξαι
ῥῆμ' ἀλαθείας ὁδῶν ἄγχιστα βαῖνον,

Ἐπ. α'.

Χρήματα, χρήματ' ἀνήρ, ὃς φᾶ κτεάνων θ' ἅμα λειφθεὶς καὶ φίλων.
ἐσσὶ γὰρ ὢν σοφός, οὐκ ἀγνῶτ' ἀείδω
Ἰσθμίαν ἵπποισι νίκαν,

---

6. *μοῦσα BD* — *τότ' D*: *ποτ' B* et schol. Arist. l. l. — 7. *ἐπέρνατο B* — *μελιφθόγγου* coni. Heyne collato O. VI 21: *μελίφθογγοι B D* et schol. — 8. *ἀγυρ. D*, *ἀργυρωθείσας* coni. Gurlitt — 9. *τὸ* om. *BD*, ex schol. add. Heyne — 10. *ὁδῶν* add. Hermann, *στάθμας* Schnitzer, *ἀνὴρ*, *σποποῦ*, *ἐτᾶς* Bergk — *ἀληθ. BD* — 11. *θ' ἅμα BD*: *θαμά* Boeckh — 12. *ἀγνῶτ' B*: *ἄγνωτ' D*, utrumque schol., *ἀγνὼς* coni. Bornemann —

Ἴβυκον καὶ Ἀνακρέοντα καὶ εἴ τινες τῶν πρὸ αὐτοῦ δοκοῦσι περὶ τὰ παιδικὰ ἠσχολῆσθαι· cf. Athen. XIII 601 a *καὶ Στησίχορος δ' οὐ μετρίως ἐρωτικὸς γενόμενος συνέστησε καὶ τοῦτον τὸν τρόπον τῶν ᾀσμάτων, ἃ δὴ καὶ τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο παιδιὰ καὶ παιδικά.* Ad nomen *παίδων*, quod in adiectivo *παιδείους* latet, pronomen *ὅστις* relatum est; cf. O. IX 112 — *ἐτόξευον*, sagittas carminum mittebant, quibus similiter atque Amor deus amatorum puerorum corda ferirent — 5. *ὀπώραν*· florentem aetatem pubertatis, non auctumnum haec vox hoc loco significat; cf. N. V 6 — 6. *ἐργάτις*· unde Callimachum scholia tradunt Simonidem, qui primus venalem Musam habuisse dicitur, carpsisse: *οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω | τὴν Μοῦσαν ὡς ὁ Κεῖος Ὑλλίχου νέπους* — 7. *Τερψιχόρας*· ex multis nominibus Musarum hoc, quod a choro ductum est, poeta bene elegit, utpote carmini chorico aptissimum — 8. *ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα*, pallidulum colorem argenti in facie gerentes, quae species Pindari aequalibus, qui signa coloribus tincta videbant, magis quam nobis nota erat. Hunc locum respicit Iulian. ep. 19: *Πινδάρῳ μὲν ἀργυρέας εἶναι δοκεῖ τὰς Μούσας*, Pindarus ipse vestigia legit Anacreontis *οὐδ' ἀργυρέη κοτ' ἔλαμπε Πειθώ* (schol.); cf. Pind. fr. 287 — 9. *φυλάξαι ῥῆμα*· ad exemplum Homeri *Π* 686 *εἰ δὲ ἔπος Πηληιάδαο φύλαξεν* — *τοῦ Ἀργείου*· schol.: *Ἀλκαῖος καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὴν πατρίδα τίθησιν, οὐκ Ἄργος ἀλλὰ Σπάρτην*·

Ὣς γὰρ δή ποτέ φασιν Ἀριστόδημον
ἐν Σπάρτῃ λόγον οὐκ ἀπάλαμνον εἰπεῖν·
χρήματ' ἀνήρ, πενιχρὸς δ' ἄρ' οὐδεὶς
πέλετ' ἐσλὸς οὐδὲ τίμιος.

Καὶ τάχ' ἂν Σπαρτιάτην εἴρηκε Πίνδαρος Ἀργεῖον, παρόσον ἡ πᾶσα Πελοπόννησος Ἄργος καλεῖται ὁμωνύμως τῇ πόλει· Ὅμηρος γοῦν τὴν Ἑλένην Ἀργείαν φησὶν (Il. II 161) *ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν Λακεδαιμονίαν* — 11. *χρήματα*· cf. Hor. epist. I 1, 54 *virtus post nummos.*

13. a prooemio ad principalem partem carminis, quae victoriarum et virtutum Xenocratis laudes amplectitur, transit — *ἐσσὶ γὰρ ὢν σοφός*· nimirum

τὰν Ξενοκράτει Ποσειδάων ὀπάσαις,
Δωρίων αὐτῷ στεφάνωμα κόμᾳ
πέμπεν ἀναδεῖσθαι σελίνων,

εὐάρματον ἄνδρα γεραίρων, Ἀκραγαντίνων φάος. Στρ. β'.
ἐν Κρίσᾳ δ' εὐρυσθενὴς
εἶδ' Ἀπόλλων νιν πόρε τ' ἀγλαΐαν
καὶ τόθι· κλειναῖς δ' Ἐρεχθειδᾶν χαρίτεσσιν ἀραρὼς

---

15. *αὐτῷ*: *αὖον* susp. Bergk — *κόμᾳ* Boeckh: *κόμα* *BD*, *κόμαν* coni. Ceporinus — 16. *ἀναδ.* Schmid: *ἀνδ.* *BD* — 18. *εὐρυσθενὴς* codd., *εὔφρων ἄναξ* Kayser secutus paraphr.: *ἐν δὲ τῇ Κρίσᾳ εὐμενῶς ὁ Ἀπόλλων ἐθεάσατο τὸν Ξενοκράτην* — 19. *κλειναῖς δ' Ἐρ.* coni. Heyne: *δ'* om. *BD* et schol., quo probato ante *καὶ τόθι* interpungunt; *ἀγλαΐαν. καὶ τόθι κλειναῖς τ' Ἐρ.* coni. Bergk —

ut intellegas mihi quoque temporibus obtemperandum esse, ut non gratis Musae lusui vacem, sed mercedem carminis exspectem opiparam. *ἄγνωτ'* utrum ex *ἄγνωτα* an ex *ἀγνῶτι* elisum sit, viri docti dissident. Atque alterum quidem, licet contra praecepta metricorum peccet et uno exemplo et ipso dubio *νωμάσαντι ἐθέλω* I. I 14 defendatur, egregie tamen praecedentibus verbis et sententiarum nexu commendatur: es enim sapiens, neque ignoranti curam peculii poetae quoque habendam esse, hoc epinicium Isthmicae victoriae pango. Priorem interpretationem qui amplecti malunt, ad scholia provocant, quibus hanc vitoriam iam antea a Simonide praedicatam esse comperimus: *οὗτος δὲ ὁ Ξενοκράτης οὐ μόνον Ἴσθμια νενίκηκεν ἵπποις, ἀλλὰ καὶ Πύθια τὴν εἰκοστὴν τετάρτην Πυθιάδα, ὡς Ἀριστοτέλης ἀναγράφει· καὶ Σιμωνίδης δὲ ἐπαινῶν αὐτὸν ἀμφοτέρας αὐτοῦ τὰς νίκας κατατάσσει.* At nihil ad rem attinebat ideo victoriam non incognitam dicere, nisi forte a Pindaro aemulum avarum, qui magnam mercedem epinicii poposcerit, tecte carpi suspicaris; sed si vera esset haec suspicio, obscura profecto et aenigmatica oratione praeter consuetudinem suam poeta noster usus esset — 13. *Ἰσθμίαν·* Isthmicam Xenocratis victoriam primo loco poeta praedicat, non quod nuper et post ceteras, quae in hoc carmine commemorantur, victorias parta erat. Nam eam iam ante Olympicam eius victoriam (vv. 23 ss.) reportatam esse apparet ex oda O. II, ut quae cum in honorem Olympicae victoriae facta sit, Isthmicam v. 50 iam commemoret. Qua de causa verisimile est, ab Isthmica victoria hoc in carmine poetam auspicatum esse, aut quod prima inter victorias Xenocratis, patris Thrasybuli, fuit aut quod hoc carmen ut Isthmiis sacris redeuntibus caneretur destinatum fuit — 15. *Δωρίων σελίνων*, quia qui tum coronam Isthmicam dabant, Corinthii Dores erant, id quod commemorari gratum Agrigentinis fuit et ipsis Doricam originem iactantibus; cf. O. VIII 30. I. VIII 64 — 16. *πέμπεν* vim aoristi hoc loco habet, ut idem verbum P. IV 114. 178. N. I 40. Thuc. I 26, *ἔφερε* O. IX 98. X 67. P. IV 216, *ἄγεν* P. III 51. V 76. IX 123. I. VI 28, *βάλλετο* P. IV 128, *ἔντυεν* O. III 28. P. IV 181, *τάννυεν* P. IV 128, *κώλυεν* P. IV 33, *δείκνυεν* P. IV 220, *τίκτε* O. VI 41. P. IV 46. IX 16 — 18. *Κρίσᾳ*, pro vulgari *Κίρρᾳ* metri causa; hanc victoriam Pindarus ipse praedicavit P. VI, Thrasybulo filio Xenocratis et rectori equorum gratulatus — 19. *καὶ τόθι* ad praecedentia potius levi admissa neglegentia poetam rettulisse quam ad sequentia existimo, quoniam Pythiis ludis non Nicomachus, sed Thrasybulus frena rexisse perhibetur P. VI 19 ss. Qua de causa Heynium ducem secutus particulam *δὲ* inter *κλειναῖς* et *Ἐρεχθειδᾶν* inserendam curavi, quamquam iam veteres grammaticos cum hanc particulam in suis libris non invenissent, ante non post *καὶ τόθι* interpunxisse docent schol. P. VI 13: *Θρασύβουλε· τοῦτον δὲ ὡς φιλοπάτορα καὶ προεστῶτα τῆς ἱππικῆς ἐπαινεῖ, οὐχ, ὥς τινες ἐβουλήθησαν, ἡνίοχον· ὁ γὰρ ἡνίοχος Νικόμαχός ἐστιν, ὡς ἐκ τῶν Ἰσθμιονικῶν δῆλόν ἐστιν* — *Ἐρεχθειδᾶν·* Atheniensium ab Erechtheo oriundorum; cf. Prol. CXXI; clari autem Athenarum ludi Panathenaici erant, de quibus dixi Prol. LXXXIX —

ταῖς λιπαραῖς ἐν Ἀθάναις, οὐκ ἐμέμφθη
ῥυσίδιφρον χεῖρα πλαξίπποιο φωτός,

τὰν Νικόμαχος κατὰ καιρὸν νεῖμ' ἁπάσαις ἀνίαις. Ἀντ. β'.
ὅντε καὶ κάρυκες Ὡ-
ρᾶν ἀνέγνον, σπονδοφόροι Κρονίδα
Ζηνὸς Ἀλεῖοι, παθόντες πού τι φιλόξενον ἔργον·
ἁδυπνόῳ τέ νιν ἀσπάζοντο φωνᾷ
χρυσέας ἐν γούνασιν πιτνόντα Νίκας

γαῖαν ἀνὰ σφετέραν, τὰν δὴ καλέοισιν Ὀλυμπίου Διὸς Ἐπ. β'.
ἄλσος· ἵν' ἀθανάτοις Αἰνησιδάμου
παῖδες ἐν τιμαῖς ἔμιχθεν.
καὶ γὰρ οὐκ ἀγνῶτες ὑμῖν ἐντὶ δόμοι
οὔτε κώμων, ὦ Θρασύβουλ', ἐρατῶν,
οὔτε μελικόμπων ἀοιδᾶν.

22. νεῖμ' ἁπάσαις coni. Pauw: νωμᾷ πάσαις codd. — 23. ἀνέγνον scripsi Ahrensium secutus hic et P. IX 79 collato P. IV 120: ἀνέγνων *B D* — 24. Ἀλείου schol. — 25. ἀσπάζοντο ex ἀσπάζονται corr. *B* — 26. πίτνοντο *D*, πιτνῶντα ed. Cratandr. —

21. ῥυσίδιφρον χεῖρα currum tuentem manum, ne metae curribusve aemulorum concertantium collideretur — 22. Νικόμαχον· hunc Atheniensem fuisse scholiastae tradunt, ex hoc ipso, opinor, loco coniecturam facientes — νεῖμ' ἁπάσαις ἀνίαις, admovit suo tempore manum omnibus habenis, ut citato cursu metam circumveheretur, id quod clarius Vergilius Aen. V 618 expressit: *addit frena feris manibusque omnis effundit habenas* — 23. ὅντε scil. Nicomachum, qui proxime antecedit, non Xenocratem, qui primas partes toto in carmine obtinet, licet mirum videri possit aurigam potius quam victorem principem a Pindaro laudari. Sed Olympica victoria solius Theronis fuit, non ut Isthmica et Pythica fratrum Theronis et Xenocratis communis; praeterea Nicomachus etiamnunc inter vivos fuisse et praecipua gratia Thrasybuli usus esse videtur — κάρυκες Ὡρᾶν . . . σπονδοφόροι Κρονίδα, fetiales Elei, qui cum aeque atque sacerdotes Romani fastos conderent, tempus ludorum designabant atque pacem et indutias (ἐκεχειρίαν) per ferias Iovis denuntiabant. Posterioribus temporibus certae cuidam classi sacerdotum nomen σπονδοφόρων inditum fuisse titulis Eleis constat; conf. Bötticher Olympia p. 151. Hoc loco fetiales illi, cum hospitalitatem aliquam Agrigentinorum experti essent, libenter Nicomachum aurigam Theronis agnovisse dicuntur; vix enim verbum ἀνέγνον de renuntiatione victoris ex tabula facta accipere licet — 24. παθόντες πού τι φιλόξενον ἔργον· quo loco et tempore hospitio Nicomachi et regum Agrigentinorum usi essent, poeta non declaravit; inde suspicari licet Eleos, quo splendorem ludorum patriorum augerent, per legatos reges Siciliae ad obeunda certamina Olympica invitasse — 26. ἐν γούνασιν πιτνόντα Νίκας· cf. N. V 41 Νίκας ἐν ἀγκώνεσσι πιτνών — 27. τὰν . . . ἄλσος· totum agrum Eleum Iovis hortum esse ferebant, ut P. IX 53 Libyam Διὸς κᾶπον et P. IV 21 Cyrenaicum agrum κᾶπον Ἀφροδίτας nuncupavit — 29 παῖδες· Theron et Xenocrates, licet unum Theronem Olympia vicisse poeta dicat O. II 53; sed amat Pindarus usu pluralis rem exaggerare et plures gloriae participes facere; cf. I. I 13 — ἐν τιμαῖς ἔμιχθεν· honoribus affecti sunt; cf. O. I 90 ἐν αἱμακουρίαις μέμικται — 31. κώμων . . . ἀοιδᾶν comissationum pomparumque et carminum in comissatione canendorum.

οὐ γὰρ πάγος, οὐδὲ προσάντης ἁ κέλευθος γίνεται, Στρ. γ'.
εἴ τις εὐδόξων ἐς ἀν-
δρῶν ἄγοι τιμὰς Ἑλικωνιάδων.
μακρὰ δισκήσαις ἀκοντίσσαιμι τοσοῦθ', ὅσον ὀργὰν
Ξεινοκράτης ὑπὲρ ἀνθρώπων γλυκεῖαν
ἔσχεν. αἰδοῖος μὲν ἦν ἀστοῖς ὁμιλεῖν,

ἱπποτροφίας τε νομίζων ἐν Πανελλάνων νόμῳ· Ἀντ. γ'.
καὶ θεῶν δαῖτας προσέπ-
τυκτο πάσας· οὐδέ ποτε ξενίαν
οὗρος ἐμπνεύσαις ὑπέστειλ' ἱστίον ἀμφὶ τράπεζαν·
ἀλλ' ἐπέρα ποτὶ μὲν Φᾶσιν θερείας,
ἐν δὲ χειμῶνι πλέων Νείλου πρὸς ἀκτάν.

Ἐπ. γ'.

μή νυν, ὅτι φθονεραὶ θνατῶν φρένας ἀμφικρέμανται ϝελπίδες,
μήτ' ἀρετάν ποτε σιγάτω πατρῴαν,
μηδὲ τούσδ' ὕμνους· ἐπεί τοι
οὐκ ἐλινύσοντας αὐτοὺς εἰργασάμαν.

---

34. ἄγοι *D*: ἄγει vel ἄγοι *B* — 36. ξενοκρ. *BD* — 38. πανελλάνῳ *D* — 39. δαῖτας ex scholiis ed. Morell.: διαίτας *BD* — προσέπυκτο *D* — 40. οὔριος πνεύσαις ex schol. coni. Hermann ad Eur. Hec. 1052 — ὑπέστειλεν ἱστ. *BD* — 41. φάσιν ex φράσιν *B* — θερείας coni. Hecker (conf. Herod. I 189): θερείαις *D*, θερίαις *B*, θέρειος coni. Wilamowitz — 42. πλέον *B* — ἀκτάν *BD*: ἀκτάς ex scholiis Ald., ἀγάς ex schol. Schneidewin — 43. ἀμφικρέμονται *D* — 44. σιγάσω coni. Hartung — 45. μὴ δὲ *BD*: μήτε coni. Heyne — 46. ἐλινύσσ. *D* —

34. ad ceteras virtutes Xenocratis orationem poeta reflectit — ἐς ἀνδρῶν scil. οἶκον usu Graecis familiari — 35. μακρὰ δισκήσαις ἀκοντίσσαιμι· longa emittens iaculer; nihil ex hoc loco de disco ante iaculum in quinquertio mittendo colligere licet; immo δισκήσαις, quod ad absoletum verbum δίσκω ex δίκσκω, ut διδάσκω ex διδάκσκω redit, de ipso iaculo emisso accipiendum est. De verbi iaculandi translata notione conf. N. IX 55 — 36. ὑπὲρ ἀνθρώπων, supra modum ceterorum hominum, ut ὑπὲρ ἁπάντων O. X 72, ἀνὴρ ὑπὲρ ἀνδρός fr. 61 — 38. ἐν Πανελλάνων νόμῳ, ut ludos sacros omnium Graecorum communes, velut Olympicos Pythicos Isthmicos, obiret; cf. Prol. LXXXV — 49. προσέπτυκτο, amplexu tenuit, i. e. pie coluit — 40. ventus vela hospitalis mensae inflans nusquam remittebatur, ut numquam vela contrahenda essent; audacia metaphorae etiam augetur proximo versu, quo hospitalitatem nullo anni tempore remittentem navigatione aestate Phasin, hieme Nilum petente illustravit. Simili imagine usus est Eur. Androm. 650 ἣν χρῆν σ' ἐλαύνειν τήνδ' ὑπὲρ Νείλου ῥοάς ὑπέρ τε Φᾶσιν.

43—48. Extrema pars huius carminis aeque atque carminum P. I et II instar additamenti (postscripti) est, quod ut coram populo caneretur factum non erat, sed vicem commercii epistolaris inter poetam et amicum obtinebat — 43. νυν non tam separandi hoc tempus ab aliis (nunc) quam concludendi vim (igitur) habere videtur. Invidia enim omni tempore viri principes premebantur (v. O. VI 7), neque cur tum magis regia domus Agrigenti invidia flagrasse dicatur intellegitur — 44. μήτε . . . μηδὲ defenditur simili usu οὔτε . . . οὐδέ P. VIII 85, nisi uterque locus socordia scribarum corruptus est — 44. σιγάτω scil. Thrasybulus, ad quem se iam redire poeta nomine πατρῴαν significavit — 46. ἐλινύσοντας, non ut

ταῦτα, Νικάσιππ', ἀπόνειμον, ὅταν
ξεῖνον ἐμὸν ἠθαῖον ἔλθῃς.

48. ξένον B.

uno loco stent, sed ut canendo diversas in regiones ferantur, hos hymnos feci; cf. N. v 1 — 47. Νικάσιππε· tabellarium alloquitur, cui tradidit hoc carmen, ut Thrasybulo redderet, fortasse etiam ut chorum doceret. Simili munere fungitur Aeneas O. vi 88 — 48. ξεῖνον· Thrasybulum, quem et Pindarum in Sicilia degentem hospitio accepisse et cum ipse Delphos venisset, Pindari hospitalitate Thebis usum esse veri simile est.

ΙΣΘΜΙΟΝ. Γ′ Δ′.

ΜΕΛΙΣΣΩι ΘΗΒΑΙΩι

ΙΠΠΟΙΣ ΠΑΓΚΡΑΤΙΩι.

Strophae.

–́ ⏑ – ⏓ –̀ ⏑ – ⏓ | –́ ⏑ – – –̀ ⏑ – ⏓ |
–́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ¦ ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑ ⏓ ¦
–́ ⏑⏑ ⏖ ⏑⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏓ |
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ – ⏓ |
–́ ⏑ – – –̀ ⏑ – – | –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –̀ ⏑⏑ – | –́ ⏑ – ⏓
–́ ⏑ – – | –̀ ⏑ – – –̀ ⏑ – ⏓ |

Epodi.

– –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ¦ – –́ ⏑⏑ ⏓ |
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ |
–́ ⏑ – ⏓ –̀ ⏑ ⏓ ¦
– –́ ⏑ – ⏓ –̀ ⏑ – |
– –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ | –́ ⏑ – – –̀ ⏑ – – ¦ –́ ⏑ – ⏑ –̀ ⏑ ⏓
– –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – | –́ ⏑ – ⏑ –̀ ⏑ – – –́ ⏑ – – –̀ ⏑ ⏑⏑ – –̀ ⏑ ⏑

Argumentum.

Duo carmina I. III et IV, quorum prius victorias duas, Isthmicam pancratio et Nemeaeam quadrigis partam (v. 11), alterum solam Isthmicam illustrat (v. 38), iisdem metris composita sunt. Quod cum a consuetudine Pindari in unoquoque carmine aliis numeris utendi abhorreat, inde excusandum esse Constantinus Bulle (Bremens. progr. 1869 et Jahrb. f. cl. Phil. 103 (1870), 585 ss.) docuit, quod duo haec carmina non solum uni eidemque homini scripta, sed etiam ut simul canerentur destinata fuissent. Etenim cum epinicia non semper continuo post victoriam reportatam, sed saepe aliquanto post, opportuna occasione oblata, agerentur, Melissum Thebanum conicere licet, cum primum Isthmia pancratio verno tempore vicisset, Pindarum, ut epinicio carmine hanc victoriam illustraret, adduxisse, sed cum aestate sequentis anni, priusquam illud epinicium caneretur, novam victoriam curulem Nemeis consecutus esset, eundem rogasse, ut hanc quoque coronam una cum illâ praedicaret, id quod poeta ita fecit, ut cum iam alterum epinicium perfecisset, breve odarium trium stropharum, quo duplicis victoriae mentionem faceret,

praemitteret. Neminem tamen magnum discrimen duorum carminum fugiet; illud quod iusti epinicii nomine dignum est, egregiis orationis luminibus splendet, hoc quod quasi corollarii vice fungitur, admodum exile et ieiunum est. — Iam ut ad victorem ipsum transeam, Melissus Telesiadae filius Thebanus nobilissimae gentis Cleonymidarum erat, idemque materno genere e regia stirpe Labdacidarum se ortum gloriabatur. Is Isthmia pancratio et Nemea equis nuper vicerat, et antea iam tres victorias Iolaiis Thebanis reportaverat, quibus victoriis famam Cleonymi, unius ex maioribus gentis, feliciter resuscitavit. De tempore, quo haec carmina poeta scripsisse videatur, hoc quidem constat, post pugnam Plataeensem et expugnationem Thebarum ea scripta esse. Namque ex tribus cladibus, quibus Thebani aetate Pindari afflicti sunt, bello Atheniensi a. 506, pugna Plataeensi a. 479, proelio ad Oenophyta a. 457/6, media sola rebus in his carminibus expositis convenit. Quo cum accedat, quod versus 92 et 101 Pythici carminis noni, auctumno anni 478 scripti, cum versibus 20 et 41 huius carminis mire concordant, Gustavus Herbig, Zur Chronologie der pindarischen Siegesgesänge in Comm. philol. Monac. 1891 p. 129, subtilissima ratione efficere studuit, Isthmicam Melissi victoriam vere anni 478, Nemeaeam aestate anni 477 reportatas esse. Sed cum Cleandrum Aeginetam Isthmia anni 478 pancratio vicisse constet et tum temporis inter pancratium virorum et pancratium puerorum distinctum esse veri dissimillimum sit (v. Prol. LXXV), satius est ad recentiora tempora ita descendere, ut Melissum paulo post Telesicratem Cyrenaeum (P. IX) anno 476 Isthmia, 475 Nemea vicisse statuamus.

In prooemio, quod post Nemeaeam victoriam Melissi Isthmico epinicio praemissum esse supra exposui (1—15), trita ac vulgari ratione poeta fortunae prosperitatem cum modestia coniunctam laudat, Melissi duas victorias recens partas praedicans et veterem famam domus victoris breviter perstringens. In principio Isthmici epinicii largam sibi copiam factam esse praefatur virtutes Cleonymidarum, quae tamen adverso vento non prorsus caruerint, hymno illustrandi (19—24). Atque primum illos ait magna apud cives et finitimas civitates auctoritate floruisse et praeclara documenta virtutis edidisse, postea autem gravi clade afflictos sex viros in una pugna interemptos vidisse, denique nunc vetere fortuna restituta denuo efflorescere, unde pristinorum quoque decorum memoria resuscitetur (25—48). Deinde priusquam ad Melissi ipsius laudes accedat, multa homini, priusquam ad optatum finem perveniat, tentanda esse monet, veram autem virtutem carminibus optime illustrari Homeri exemplo Aiacem a criminationibus inimicorum defendentis comprobat (49—60). Quibus praemissis Melissum, quamvis ob brevem staturam corporis contemptus fuerit, tamen robore et dolo Isthmiis adversarios vicisse et iam antea in domesticis ludis Iolaiis tres victorias consecutum esse laudat (61—90). Has ultimas autem victorias ita exaggerat, ut ad originem ludorum ascendens Herculis facinora ac praemia narret et Iolaiorum sacra et certamina describat (70—86).

Melissi laudationem hanc Pindaricam Thucydides VI 15 in moribus Alcibiadis describendis ante oculos habuisse putat Büdinger, Denkschr. d. Ak. in Wien t. 39, p. 31—95, quod ut confirmare ita redarguere arduum est.

De metris.

Carminum horum metra dactylo-epitritica ad severam et antiquam normam composita sunt, ut similiter atque in carmine O. III cursus numerorum raro atque saepe ne in fine quidem singulorum versuum interruptus sit. Solum in versu 63 hoc sibi sumpsit poeta licentiae, ut nominis proprii *Τελεσιάδα* natura excusatus longam dactylici pedis in duas breves solvere auderet (cf. N. VII 70). Versuum vero divisio poetam non prohibuit, quominus catalexin, quae finem periodi antecedere et conversionem rhythmi indicare solet, in stropha ante ultimum membrum paenultimi versus, in epodo post primam partem ultimi versus poneret. Epodi versiculos tertium et quartum quominus in unum versum coniungerem, scrupulum animo iniecerunt syllabae ancipites in fine vv. 33 et 87 admissae. — Carmina duo in comissatione publica a choro cantanda se destinasse poeta verbo *κωμάζειν* bis usurpato (vv. 8. 90) indicavit; neque ullo in carmine Pindarico oratio magis quam in hoc chori partibus adcommodata est; namque nihil in tam longo carmine de se poeta loquitur, omnia ex sententia et persona totius chori. Quod autem bis (vv. 15 et 53) secunda persona plurali (*ἴστε*) usus est, hoc aut de choreutis sese invicem compellantibus aut de choro coronam vivium alloquente interpretor. Tamen de choro gradatim procedente equidem non cogitaverim, quandoquidem neque pausis satis spatii in fine singulorum versuum relictum est neque catalectica tripodia ultimi versus epodi facile passibus chori adaptari potest; quamquam si audacia tibi non deest, alteram difficultatem hac divisione tollere poteris:

⌴ — ⏑⏑ ⏗ ⏑⏑ ⌴

Εἴ τις ἀνδρῶν εὐτυχήσαις ἢ σὺν εὐδόξοις ἀέθλοις Στρ. α΄.
ἢ σθένει πλούτου κατέχει φρασὶν αἰανῆ κόρον,
ἄξιος εὐλογίαις ἀστῶν μεμῖχθαι.
Ζεῦ, μεγάλαι δ' ἀρεταὶ θνατοῖς ἕπονται
ἐκ σέθεν· ζώει δὲ μάσσων ὄλβος ὀπιζομένων, πλαγίαις
δὲ φρένεσσιν
οὐχ ὁμῶς πάντα χρόνον θάλλων ὁμιλεῖ.

VARIA LECTIO. Inscr. om. *B D* (in *D* hoc carmen cum praecedente coniunctum est), *ἵπποις* ex schol. ed. Rom., *παγκρατίῳ* Boeckh, *ἵπποις παγκρατίῳ* scripsi ut duorum carminum argumenta comprehenderem — Schol.: *γέγραπται Μελίσσῳ Θηβαίῳ· οὗτος ἐνίκησεν Ἴσθμια καὶ Νέμεα, πρόσκειται δὲ τῇ ᾠδῇ ἵπποις διὰ τὸ μὴ δηλοῦν τὸν Πίνδαρον τὸ τοῦ ἀγωνίσματος εἶδος, πότερον κέλητι ἢ τεθρίππῳ, μόνον δὲ ἱπποδρομίᾳ λέγει ἐστεφανῶσθαι* (cf. v. 13); at vide v. 17 — 5. *φρένεσιν D* —

COMMENTARII. v. 1. *σὺν εὐδόξοις ἀέθλοις* iunge cum *εὐτυχήσαις*· de *σὺν* c. dat. pro simplici dativo instrumentali conf. P. I 38. N. X 48 — 2. *κατέχει*, oppressum tenet; cf. Sol. 4, 9. Theogn. 322 — 4. *Ζεῦ*· Iovem invocat et quod summus omnium rector est et quod Nemeaeam victoriam Melisso impertivit. Sententia similis est P. I 41. Maass, Orpheus p. 218 falso huc rettulit placitum Christianum de virtutibus animas mortuorum comitantibus in Apoc. Ioann. 14, 13 — 6. *οὐχ ὁμῶς* quamquam cum *πάντα χρόνον* iungi potest, melius tamen refertur ad *πλαγίαις φρένεσσιν*, ut impii homines non aeque atque iusti perpetuitate fortunae frui dicantur — *ὁμιλεῖ*, adest; cf. P. VII 9 et Eur. El. 940 *τὰ δὲ*

Ἀντ. α΄.

εὐκλέων δ᾽ ἔργων ἄποινα χρὴ μὲν ὑμνῆσαι τὸν ἐσλόν,
χρὴ δὲ κωμάζοντ᾽ ἀγαναῖς χαρίτεσσιν βαστάσαι.
ἔστι δὲ καὶ διδύμων ἀέθλων Μελίσσῳ
μοῖρα πρὸς εὐφροσύναν τρέψαι γλυκεῖαν
ἦτορ, ἐν βάσσαισιν Ἰσθμοῦ δεξαμένῳ στεφάνους, τὰ δὲ κοί-
λᾳ λέοντος
ἐν βαθυστέρνου νάπᾳ κάρυξε Θήβαν

Ἐπ. α΄.

ἱπποδρομίᾳ κρατέων. ἀνδρῶν δ᾽ ἀρετὰν
σύμφυτον οὐ κατελέγχει.
ἴστε μὰν Κλεωνύμου
δόξαν παλαιὰν ἅρμασιν·
καὶ ματρόθε Λαβδακίδαισιν σύννομοι πλούτου διέστειχον τε-
τραοριᾶν πόνοις.
αἰὼν δὲ κυλινδομέναις
ἁμέραις ἄλλ᾽ ἄλλοτ᾽ ἐξάλλαξεν· ἄτρωτοί γε μὰν παῖδες θεῶν.

[IV.]

Ἔστι μοι θεῶν ἕκατι μυρία παντᾷ κέλευθος, Στρ. β΄.

---

7. *εὐκλεῶν BD* — 11. *βάσαισιν B* — 12. *βαθυστέρνου* codd.: *βαθυστέρνῳ* ex scholiis Bergk — 17. *Λαβδακίδαισι ξυνν.* Mommsen — *πλούτου BD*: *πλούτῳ* coni. Pauw — *διέστιχον BD*, *διέστειχον* Hermann: *διέστιλβον* coni. Bulle, *διέπρεψαν* interpretantur scholia; *πλούτῳ διέσχον καὶ τετρ. πόνοις* Hartung — 18. *ἄλλ᾽ ἄλλοι τ᾽ B* — 19. carmen quartum cum tertio cohaeret in *D*, vacuo loco ab eo

χρήματα σθένει οὐδὲν εἰ μὴ βραχὺν ὁμιλῆσαι χρόνον — 7. *ἔργων ἄποινα* appositio praedicativa est sententiae *ὑμνῆσαι τὸν ἐσλόν*, ut O. VII 16. P. I 59 — 8. *ὑμνῆσαι* et *κωμάζοντα* (scil. poetam) *χαρίτεσσι βαστάσαι* coniunguntur, ut *κῶμοι* et *ἀοιδαί* I. II 31 — 9. *καὶ διδύμων*, vel duorum; bene autem poeta alteram victoriam Nemeaeam, quae nova accesserat, amplius persecutus est — 10. *μοῖρα . . . τρέψαι·* dicendi usu Pindaro familiari pro *μοῖρα τοιαύτη ὥστε τρέψαι* — 11. *τὰ δὲ*, altera ex parte; cf. O. IX 95 — *τὰ δὲ κάρυξε·* suo more Pindarus variat formam orationis, ut O. I 11 sq. — *λέοντος νάπᾳ* valle Nemeaei leonis; similiter P. VI 9 dixit *ἐν Ἀπολλωνίᾳ νάπᾳ* — 12. *Θήβαν*, Thebam patronam urbis Thebarum (v. I. I 1. VII 1. fr. 29, 3) utrum intellexerit an urbem ipsam (v. P. IV 299. fr. 194, 4), dubitare possis — 14. *οὐ κατελέγχει*, non indignum fama maiorum se praebet; cf. O. VIII 19. I. VIII 65 — 17. *καὶ ματρόθεν Λαβδακίδαισι σύννομοι·* schol.: *ὡς κατὰ μητέρα ἀπὸ Λαβδάκου καὶ Οἰδίποδος τοῦ Κλεωνύμου ὄντος* — *πλούτου διέστειχον τετρ. πόνοις·* verba si genuina sunt, simile valent atque *ἀρετᾷ κατάκειται ἀμφότερον δαπάναις τε καὶ πόνοις* I. I 42: divitias permetiuntur non ignavi, sed laboribus curulibus operam navantes; vix enim licet statuere et dativum *Λαβδακίδαισι* et genetivum *πλούτου* a nomine *σύννομοι* pendere, quamquam *σύννομοι* cum genetivo poetae et scriptores iungunt. Finem vero carminis tertii in eodem quo initium quarti carminis orbe sententiarum verti poeta voluit, quo facilius duo carmina coniungi et copulari possent — 18. *παῖδες θεῶν*, pro *θεοί*, ut *παίδεσσιν Ἑλλάνων* pro *Ἕλλασιν* v. 51 et *τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου* pro *τὸν ἄνθρωπον* ap. Matthaeum evangelistam.

19. incipit novum carmen, simili formula atque carmen O. XI inchoatum —

ὦ Μέλισσ', εὐμαχανίαν γὰρ ἔφανας Ἰσθμίοις,
ὑμετέρας ἀρετὰς ὕμνῳ διώκειν·
αἷσι Κλεωνυμίδαι θάλλοντες αἰεὶ
σὺν θεῷ θνατὸν διέρχονται βιότου τέλος. ἄλλοτε δ' ἀλλοῖος οὖρος
πάντας ἀνθρώπους ἐπαΐσσων ἐλαύνει.

τοὶ μὲν ὦν Θήβαισι τιμάεντες ἀρχᾶθεν λέγονται Ἀντ. β'.
πρόξενοί τ' ἀμφικτιόνων κελαδεννᾶς τ' ὀρφανοὶ
ὕβριος· ὅσσα δ' ἐπ' ἀνθρώπους ἄηται
μαρτύρια φθιμένων ζωῶν τε φωτῶν
ἀπλέτου δόξας, ἐπέψαυσαν κατὰ πᾶν τέλος· ἀνορέαις δ' ἐσχάταισιν
οἴκοθεν στάλαισιν ἅπτονθ' Ἡρακλείαις·

καὶ μηκέτι μακροτέραν σπεύδειν ἀρετάν. Ἐπ. β'.
ἱπποτρόφοι τ' ἐγένοντο,
χαλκέῳ τ' Ἄρει ϝάδον.
ἀλλ' ἁμέρᾳ γὰρ ἐν μιᾷ
τραχεῖα νιφὰς πολέμοιο τεσσάρων ἀνδρῶν ἐρήμωσεν μάκαιραν ἑστίαν·

separatum est in *B*; inscriptio deest etiam in *B* et scholiis, sed veteres grammaticos duo carmina olim separata legisse docemur scholiis ad v. 24 (15) ἐν δὲ τῇ ἑξῆς ᾠδῇ — 20. ἔφανας *Byz.*: ἔφανες *B D* — ἰσθμίοις ὑμετέρας om. *D* — 23. βιότου coni. Schneidewin: βίου *B D*, τὸ βίον Tricl. — 25. ὦν *B*: ὦ *D* — 26. ἀμφικτυ. *D* — κελαδενᾶς *B* — τ' abesse malo — 31. καὶ μηκέτι codd.: fort. τᾶν μηκέτι, τᾶν οὐκ ἔνι antea scripseram, ὧν μηκέτι μακρότερ' ἦν coni. Hartung, ὡς μηκέτι Naber — 33. τ' om. *D* —

20. εὐμαχανίαν ἔφανας, copiam largam praeconio virtutibus tuis fecisti; similis est locutio P. IX 92 σιγαλὸν ἀμαχανίαν ἔργῳ φυγών — 21. διώκειν· cf. Xen. mem. II 1, 34 οὕτω πως διώκει Πρόδικος τὴν ὑπ' ἀρετῆς Ἡρακλέους παίδευσιν — 22. θάλλοντες αἰεί· virtutibus Cleonymidae semper floruerunt, quamquam, quae est hominum sors, non semper flatu secundo fortunae usi sunt — 23. ἄλλοτε δ' ἀλλοῖος· eadem dicendi formula utitur O. VII 95. P. III 104 — 26. κελαδεννᾶς ὕβριος, clamitabundae superbiae; cf. O. XIII 10 ὕβριν θρασύμυθον — τ' ὀρφανοί· si Pindari manu particula τε addita est, eam ita nos interpretari oportet, ut honoribus, quibus Cleonymidae et a civibus suis (Θήβαισι τιμάεντες) et a peregrinis civitatibus (πρόξενοι ἀμφικτιόνων) afficiebantur, tertium comitas erga cives et homines inferiorum ordinum adiciatur; cf. I. II 37 — 27. ἄηται· audacter poeta, quod famam super orbem volare dicunt, etiam documenta famae volantia fingit; translata vis etiam in Hom. Φ 386, h. Cer. 276 — 30. στάλαισιν ἅπτονται· de dativo verbis ἅπτεσθαι et θιγεῖν iunctis vide P. VIII 22; sententiam similem habes O. III 43. N. III 21 — 31. σπεύδειν, nisi vitio locus laborat aut ἔξεστι supplere licet, vim praecipiendi et deterrendi habet; μακροτέραν non adiectivum nominis ἀρετάν, sed adverbium est a positivo μακρὰν derivatum — 35. νιφὰς πολέμοιο, nivosa procella belli; spectare poeta videtur pugnam Plataeensem, in qua optimatium Thebanorum trecentos cecidisse Herodotus IX 67 tradit —

νῦν δ' αὖ μετὰ χειμερίων
ποικίλα μηνῶν ζόφον χθὼν ὥτε φοινικέοισιν ἄνθησεν ῥόδοις

Στρ. γ'.

δαιμόνων βουλαῖς. ὁ κινητὴρ δὲ γᾶς Ὀγχηστὸν οἰκέων
καὶ γέφυραν ποντιάδα πρὸ Κορίνθου τειχέων,
τόνδε πορὼν γενεᾷ θαυμαστὸν ὕμνον
ἐκ λεχέων ἀνάγει φάμαν παλαιὰν
εὐκλέων ἔργων· ἐν ὕπνῳ γὰρ πέσεν, ἀλλ' ἀνεγειρομένα
χρῶτα λάμπει,
Ἀωσφόρος θαητὸς ὣς ἄστροις ἐν ἄλλοις·

ἅ τε κὴν γουνοῖς Ἀθανᾶν ἅρμα καρύξαισα νικᾶν Ἀντ. γ'.
ἔν τ' Ἀδραστείοις ἀέθλοις Σικυῶνος ὤπασεν
τοιάδε τῶν τότ' ἐόντων φύλλ' ἀοιδῶν.
οὐδὲ παναγυρίων ξυνᾶν ἀπεῖχον
καμπύλον δίφρον, Πανελλάνεσσι δ' ἐριζόμενοι δαπάνᾳ
χαῖρον ἵππων.
τῶν ἀπειράτων γὰρ ἄγνωτοι σιωπαί.

---

36. *χειμερίων ποικίλα* coni. Hartung: *χειμέριον ποικίλων* BD — *ὦτε* D: *ἆτε* B, *ἅτε* Pauw — *ἄνθησε̄* B: *ἄνθος* D — 42. *ἀωσφ.* B: *ἑωσφ.* D, *Ἀοσφ.* mavult Bergk — 43. *κὴν* D: *κεὶν* B, *κἀν* Boeckh — *ἀθην.* BD — *νικᾶν* et *νίκαν* agnoscunt scholia, *νίκαν . . . ὤπασεν. τοιάδε* Mommsen — 45. *ἀοιδῶν* B et schol.: *ἀοιδάν* D, *ἀοιδᾶν* Tricl. — 48. *ἄγνωτοι*: *ἄγνωστοι* BD et edd. ante Mommsenianam; cf. O. VI 67 —

36. lectionem codicum *ποικίλων μηνῶν* analogia genetivorum temporis, ut *χειμῶνος, νυκτός*, defendunt; quod ut ipsum per se ferri potest, ita non ferendum puto inter *χειμέριον* et *ζόφον* alienum genetivum interiectum, quamobrem ingeniosam Hartungii emendationem recipiendam duxi — *ποικίλα χθών* propter varios flores vere terram decorantes dicitur, ut P. IV 64 *ὥτε φοινικανθέμου ἦρος ἀκμᾷ*· aptissima autem metaphora huic loco est, quod Isthmia, quibus denuo gloria Cleonymidarum effloruit, verno tempore agebantur; cf. I. VII 38, fr. 75, Unger ann. cl. phil. 1890 p. 169 — 37. *κινητὴρ γᾶς* circumscribit Homerica *Ἐνοσίχθων, Ἐννοσίγαιος, Ἐλελίχθων*· Onchesti et Isthmi ludi in Neptuni honorem instituti similiter coniunguntur I. I 32 sq. — 38. *γέφυραν ποντιάδα*· sic isthmum adumbravit etiam N. VI 39 — 39. *θαυμαστὸν ὕμνον* i. e. *θαυμαστῶν ἔργων ὕμνον* — 41. *ἐν ὕπνῳ γὰρ πέσεν*· simili metaphora usus est I. VII 17 *εὕδει χάρις* — *χρῶτα* et *χρῶμα* ab eadem radice profecta esse lepide poeta significat — 42. *Ἀωσφόρος . . . ἄλλοις*· Hesperus inter cetera sidera; affini imagine usus est Horatius C. I 12, 46: *micat inter omnes Iulium sidus velut inter ignes luna minores*; cf. Alcman 16, 28 — 43. *ἅ τε κὴν γουνοῖς Ἀθανᾶν*, quae (fama) et in campis Athenarum i. e. ludis Panathenaicis, et Sicyone victoriam nuntiavit — 44. *ἐν Ἀδραστείοις ἀέθλοις*· ludis Pythiis Sicyonis ab Adrasto conditis, de quibus v. N. IX 9 — 45. *τοιάδε φύλλα*, folia epinicii carminis, unde ante Pindarum iam epinicia Cleonymidis facta esse comperimus; cf. Prol. XCVI. De metaphorico usu nominis (*φύλλα*) pronomine *τοιάδε* vel *κεῖνον* (v. 61) indicando conf. O. IX 8 *τοιοῖσδε βέλεσσι* — 46. *ξυνᾶν . . . Πανελλάνεσσι*· intellegit ludos sacros Olympios Pythios Isthmios Nemeaeos, ad quos omnibus Graecis aditus patebat; v. Prol. LXXXV — 48. *ἄγνωτοι σιωπαί*, hominum nil expertorum (cf. O. VIII 61) silentia ignobilia, quae cum neminem illustrent, nemo curat —

ἔστιν δ᾽ ἀφάνεια τύχας καὶ μαρναμένων, Ἐπ. γ΄.
πρὶν τέλος ἄκρον ἱκέσθαι·
τῶν τε γὰρ καὶ τῶν διδοῖ.
καὶ κρέσσον᾽ ἀνδρῶν χειρόνων
ἔσφαλε τέχνα καταμάρψαισ᾽. ἴστε μὰν Αἴαντος ἀλκάν, φοίνιον τὰν ὀψίᾳ
ἐν νυκτὶ ταμὼν περὶ ϝῷ
φασγάνῳ μομφὰν ἔχ᾽ ἐν παίδεσσιν Ἑλλάνων, ὅσοι Τρῴανδ᾽ ἔβαν.

Στρ. δ΄.

ἀλλ᾽ Ὅμηρός τοι τετίμακεν δι᾽ ἀνθρώπων, ὃς αὐτοῦ
πᾶσαν ὀρθώσαις ἀρετὰν κατὰ ῥάβδον ἔφρασεν
θεσπεσίων ἐπέων λοιποῖς ἀθύρειν.
τοῦτο γὰρ ἀθάνατον φωνᾶεν ἕρπει,

---

50. *ἄκρον* om. *B* — 51. *διδοῖ τέλος BD*, *τέλος* eiec. Tricl.; *τῶνδε γὰρ διδοῖ τέλος* ed. Crat. et Schmid — 53. *τέχνα D*: *τέχνᾳ B* — *καταμάρψαισ᾽* codd.: *καταμάρψαι* ex scholiis Mommsen coll. P. IV 146 — *μὰν B*: *καὶ D* — *ἀλκὰν φοίνιον*, *τὰν ὀψίᾳ* vulgo interpungebatur, interpunctionem correxit Madvig Adv. crit. I 188 — 54. *ἔχ᾽ ἐν* coni. Bergk: *ἔχει* codd. — *παίδευσιν D* — 58. *ἕρποι D* —

49. *καὶ μαρναμένων*· ut ceteris in rebus, sic etiam in certaminibus incertus exitus fortunae est — 51. *τῶν . . . διδοῖ*· modo secundorum, modo adversorum aliquid dat Fortuna; videntur Cleonymidae ludorum sacrorum certamina obeuntes palmam diu non consecuti esse, idque iudicum iniquitate. Sic enim si statuimus, melius cur fabulam de Aiace iniquis suffragiis oppresso poeta intexuerit, intellegitur — 52. *χειρόνων*· plurali post singularem *κρέσσονα* poeta usus est, quod eius menti iam obversabatur pluralis *παῖδες Ἑλλάνων* — 53. *φοίνιον* cum relativa sententia coniungendum esse intellexit Madvigius Adv. crit. I 188 — *ὀψίᾳ ἐν νυκτί*· schol.: *τοῖς δὲ τὸν ὄρθρον ἀκούουσι καὶ τὰ ἀπὸ τῆς ἱστορίας συνᾴδει· ὁ γὰρ τὴν Αἰθιοπίδα γράφων περὶ τὸν ὄρθρον φησὶ τὸν Αἴαντα ἑαυτὸν ἀνελεῖν* — 54. *μομφὰν ἔχειν*· in infamia erat apud omnes Graecos ante Troiam, quod ipse mortem sibi consciverit et mente captus arietes pro principibus Graecorum mactaverit; huic infamiae opponitur honos, quo ab Homero, quem non solum Iliadis sed etiam Aethiopidis auctorem fuisse Pindarus eiusque aequales credebant, affectus est. Patiendi autem vim verbis *μέμψιν ἔχειν* tribuerunt etiam, ut scite Bergkius monuit, Eurip. Heracl. 974 *πολλήν ἄρ᾽ ἕξεις μέμψιν, εἰ δράσεις τάδε*, et Isae. XI 39 *εἰκότως μὲν οὐκ ἂν ἔχοιμι μέμψιν, εἰ μὴ τἀμαυτοῦ προστίθημι τούτοις, σῴζων δὲ τὰ τούτων καὶ πλείω ποιῶν, δικαίως ἂν ἐπαινοίμην*, quamquam Eur. Phoen. 773 et Aesch. Prom. 445 eidem locutioni vim crimini aliis vertendi adsignaverunt — 56. iunge *κατὰ ῥάβδον θεσπεσίων ἐπέων*, ad sceptrum divinorum verborum, i. e. quod divinarum fabularum narratores manu tenebant; etenim *ὁ κατὰ ῥάβδον φράζων* oppositus est *τῷ κατὰ φόρμιγγα ἀείδοντι*. Exin *λοιποῖς ἀθύρειν* ab *ἔφρασεν* pendet, ut supra v. 10 infinitivus *τρέψαι* a nomine *μοῖρα*: Homerus futuris rhapsodis praeiit, ut lusu poetico virtutes Aiacis canerent. Vix enim ita verba traicere licet, ut *κατὰ ῥάβδον* a suo verbo *ἔφρασεν* divellamus et cum remoto verbo *ἀθύρειν* coniungamus. Videtur igitur Pindarus hoc loco sceptrum (*ῥάβδον*), quod Hesiodus (v. theog. 30) et Homeridae gerebant, iam Homero, parenti epicae poesis, attribuisse —

εἴ τις εὖ Ϝείπῃ τι· καὶ πάγκαρπον ἐπὶ χθόνα καὶ διὰ πόν-
τον βέβακεν
ἐργμάτων ἀκτὶς καλῶν ἄσβεστος αἰεί.

'Αντ. δ'.

προφρόνων Μοισᾶν τύχοιμεν, κεῖνον ἅψαι πυρσὸν ὕμνων
καὶ Μελίσσῳ, παγκρατίου στεφάνωμ' ἐπάξιον,
ἔρνεϊ Τελεσιάδα. τόλμᾳ γὰρ εἰκὼς
θυμὸν ἐριβρεμετᾶν θηρῶν λεόντων
ἐν πόνῳ, μῆτιν δ' ἀλώπηξ, αἰετοῦ ἅ τ' ἀναπιτναμένα
ῥόμβον ἴσχει·
χρὴ δὲ πᾶν ἔρδοντα μαυρῶσαι τὸν ἐχθρόν.

οὐ γὰρ φύσιν 'Ωαριωνείαν ἔλαχεν· 'Επ. δ'.
ἀλλ' ὀνοτὸς μὲν ἰδέσθαι,
συμπεσεῖν δ' αἰχμᾷ βαρύς.

---

59. *πόντου* coni. Naber collato N. VI 48; at cf. v. 23 — 62. *στεφάνωμα* . . . 65. *ἀλώπηξ* bis scripta sunt in *B* — 63. *ἔρνει. Τελεσιάδα τολμ.* nonnullos interpunxisse testantur scholia — *τόλμᾳ* (α) . . . *θυμὸν* *B D*: *τόλμαν ὅμοιος* . . . *θυμῷ* coni. Kayser, *τόλμαν* . . . *θυμῷ* coni. Hartung — 64. *θηρῶν* Heyne: *θηρᾶν* codd., *θηρᾷ* alterum scholium — 66. *πὰν Ϝέρδ.* Schroeder verisimiliter; cf. O. II 93 — *ἔρδοντα μαυρ.* Boeckh: *ἔρδοντ' ἀμαυρ* codd. — 69. *αἰχμᾷ* (*αἰχμᾶ D*) *BD*, *ἀκμᾷ* coni. Pauw —

59. *εὖ εἴπῃ* ornate et cum poetico decore dicat; ridiculus enim esset, si quicquid in laudem cuiusque diceretur, perenne esse asseveraret — *βέβακεν* vim praeteriti praesentis habet, ut *ἔγνωκα τεθαύμακα οἶδα* — *ἀκτὶς καλῶν*, lux pulchrorum, ut P. XI 48 *ἀγώνων ἀκτίς*.

61. a Cleonymidis, maioribus Melissi, ad Melissum ipsum redit, Musas invocans, ut facem hymnorum sibi accendant — *κεῖνον*, talem, qualem olim Homerus Aiaci accendit. Acute autem Dissenius monet pulchram hanc metaphoram magis etiam placere, si carmen in vespertina comissatione gentis inter faces ardentes cantatum esse statuamus — 62. *παγκρατίου στεφάνωμα*· cf. Eur. Herc. 356 *στεφάνωμα μόχθων* — 63. *Τελεσιάδα* patris, ut videtur; proprietate autem nominis proprii solutio longae dactyli in duas breves excusatur — 64. *θηρῶν λεόντων*, ferarum leonum, ut *θηρὸς λέοντος* dixit Eur. Herc. 462, *θῆρα λέοντα* Epimenides ap. Aelian. hist. an. XII 7; temere verba poeta traiecit, ut *λεόντων* cum *τόλμᾳ*, non cum *θυμὸν* coniungi vellet — 65. *ἀλώπηξ . . . ἴσχει*· schol.: *ἐοικέναι φησὶν ἀλώπεκι, ἥτις ἀνακεκλιμένη ὑπτία πρὸς τὸ ἑτοίμως ἀμύνεσθαι, ἐπέχει τὴν τοῦ ἀετοῦ ὁρμήν, ὅταν ἐπιρομβῇ αὐτὴν βουλόμενος ἁρπάσαι. ἔοικε δὲ διδάσκειν αὐτοῦ τὸ πάλαισμα, ὡς χαμαὶ κειμένου καὶ τὸν μείζονα τέχνῃ νενικηκότος.* Comparatio vulpis bene accommodata est generi pancratii, quo ad extremum reclinati (*ὑπτιάζοντες*) et humi se volventes (*κυλινδόμενοι*) adversarium impugnabant. Similiter etiam infra v. 84 verbum *λακτίζοισα* ab hoc genere pancratii, quo Melissus vicisse videtur, sumptum est. Contra Otto Keller, Die Tiere des klass. Altert. p. 450, u. Jahrb. f. cl. Phil. 1885 S. 463, *ἀναπιτναμένα* in *ἀναπιτναμένου* mutato aquilam, cum vulpem ungulis sursum tulisset, medio in aere a dolosa vulpecula morderi interpretatur — 66. *χρὴ . . . ἐχθρόν*· generalis sententia ut saepe a Pindaro media laudationi interiecta est; cf. P. III 20 — 67. *'Ωαριωνείαν*, longa forma nominis proceram staturam Orionis significat — 69. *αἰχμᾷ* non iam in *ἀκμᾷ* corrigere ausus sum ob similem vim metaphoricam vocabuli *αἰχμᾶς* in Aesch. Agam. 483 et Choeph. 630 —

καίτοι πότ' Ἀνταίου δόμους
Θηβᾶν ἀπὸ Καδμεϊᾶν μορφὰν βραχύς, ψυχὰν δ' ἄκαμπτος,
προσπαλαίσων ἦλθ' ἀνήρ,
τὰν πυροφόρον Λιβύαν,
κρανίοις ὄφρα ξένων ναὸν Ποσειδάωνος ἐρέφοντα σχέθοι,

Στρ. ε'.

υἱὸς Ἀλκμήνας· ὃς Οὔλυμπόνδ' ἔβα, γαίας τε πάσας
καὶ βαθυκρήμνου πολιᾶς ἁλὸς ἐξευρὼν θέναρ,
ναυτιλίαισί τε πορθμὸν ἁμερώσαις.
νῦν δὲ παρ' Αἰγιόχῳ κάλλιστον ὄλβον
ἀμφέπων ναίει, τετίματαί τε πρὸς ἀθανάτων φίλος, Ἥ-
βαν τ' ὀπυίει,
χρυσέων οἴκων ἄναξ καὶ γαμβρὸς Ἥρας.

Ἀντ. ε'.

τῷ μὲν Ἀλεκτρᾶν ὕπερθεν δαῖτα πορσύνοντες ἀστοὶ

---

71. *ἄκαμπτος D* et schol.: *ἄκομπος B* — 72. *ξείνων BD* — *Ποσειδᾶνος σφ' ἐρέπτοντα* coni. Hermann probabiliter — 74. *βαθύκρημνον* coni. Heyne probabiliter — 74. *θέναι D* — 75. *πορθμὸν* codd. et schol.: *πορθμοὺς* Schmid — 76. *αἰγιόχῳ διὶ BD, διὶ* eiec. Tricl. — 77. *ὀπυίει* ed. Crat.: *ὀπύει B, ὀπήει D* —

70 sq. suaviter Melissi brevem staturam et fortem animum cum Herculis herois virtutibus comparat; simul haec comparatio ei copiam fecit Thebani illius herois facta illustrandi — 70. *πότ'* ex *ποτέ* non ex *ποτί* elisum duco, quandoquidem elisio vocalis *ι* dubia est et saepe a Pindaro verba eundi cum accusativo (*δόμους*) iunguntur; cf. O. x 87 — 72. *τὰν πυροφόρον Λιβύαν* appositionis vi funguntur verborum *Ἀνταίου δόμους* — *ναὸν Ποσειδῶνος·* inde Antaeum *παῖδα Ποσειδῶνος* dixit Apollod. bibl. II 115 — *ἐρέφοντα·* schol.: *ἰδίως τὸν Ἀνταῖόν φησι τῶν ξένων ἡττωμένων τοῖς κρανίοις ἐρέφειν τὸν τοῦ Ποσειδῶνος ναόν· τοῦτο γὰρ ἱστοροῦσι τὸν Θρᾶκα Διομήδην ποιεῖν, Βακχυλίδης δὲ Εὔηνον ἐπὶ τῶν Μαρπήσσης μνηστήρων, οἱ δὲ Οἰνόμαον ὡς Σοφοκλῆς.* Orta esse videtur haec fabula de Antaeo zophorum templi capitibus hominum interfectorum ornante ex templis Doricis ab artificibus boum capitibus ornatis; cf. Eur. Bacch. 1212 *αἰρέσθω λαβὼν | πηκτῶν πρὸς οἴκους κλιμάκων προσαμβάσεις, | ὡς πασσαλεύσῃ κρᾶτα τριγλύφοις τόδε* — 73. *υἱὸς Ἀλκμήνας·* cum emphasi in principium novae strophae tractum est, id quod Pindarus in carminibus, quae iuvenis panxit, facere adamavit; cf. P. XII 17 — 74. *βαθυκρήμνου πολιᾶς·* his epithetis profunditatem maris altis ripis cincti adumbravit — 75. *ἁμερώσας·* vim pacandi compositis verbis *ἀνημερῶσαι* et *ἐξημερῶσαι* tribuerunt Soph. fr. 819 et Eur. Herc. 20. 852. De fabula hac Herculis conf. N. III 22 ss. — 76 ss. imaginem Herculis post labores exantlatos summa felicitate in Olympo fruentis hic et N. I 69 ss. copiose poeta persecutus est, ut simile praemium laborum victori protenderet — *Αἰγιόχῳ*, Iovi; nomen enim *αἰγίοχος* cum proprie vim nominis adiectivi haberet, paulatim in notionem substantivi abiit, ut *Χρυσοκόμας* O. VI 41. VII 32, *Μοισαγέτας* fr. 116, *Πύθιος* N. III 70, *Ἑκαταβόλος* fr. 2, *Εὐτρίαινα* O. I 75, *Ἀγλαοτρίαινα* O. I 41, *Γαιάοχος* O. I 25. XIII 81. P. IV 33. I. VII 38, *Γλαυκῶπις* N. X 7, *Κοιογενής* fr. 88, *Κυπρία* O. I 77. N. VIII 7, *Κυπρογένεια* P. IV 216. O. X 105, *Ὀρθωσία* O. III 30, *Ὀλύμπιοι* O. II 27. fr. 75, 1, *Ὀλυμπιάδες* P. XI 1, *Οὐρανίδαι* P. IV 194, *Πιερίδες* P. I 14. VI 49 etc., *Ἑλικωνιάδες* I. II 34 — 78. *γαμβρὸς Ἥρας*, Iunonis, quae antea eum tanto odio vexaverat, quo simili modo Iunonem iram in gratiam Augusti ponere narrat Horatius O. III 4.

καὶ νεόδματα στεφανώματα βωμῶν, αὔξομεν
ἔμπυρα χαλκοαρᾶν ὀκτὼ θανόντων,
τοὺς Μεγάρα τέκε ϝοι Κρειοντὶς υἱούς·
τοῖσιν ἐν δυθμαῖσιν αὐγᾶν φλὸξ ἀνατελλομένα συνεχὲς
παννυχίζει,
αἰθέρα κνισάεντι λακτίζοισα καπνῷ·

καὶ δεύτερον ἆμαρ ἐτείων τέρμ' ἀέθλων 'Επ. ε'.
γίνεται, ἰσχύος ἔργον.
ἔνθα λευκωθεὶς κάρα
μύρτοις ὅδ' ἀνὴρ διπλόαν

80. νεόδμητα Mommsen — 82. τέκεν οἱ coni. Schmid: οἱ τέκε $B\,D^{pc}$, τέκε (om. οἱ) D^{ac} — Κρειοντὶς Schmid: Κρεοντὶς codd. — υἱῆς *D* — 83. ἀναπελλ. *D* — 84. πλακτίζοισα Hecker — αἰθέρα: ἀέρα Plut. de prim. frig. 10 — κνισᾶντι *B D*, κνισάεντι Mommsen — 85. τέρμ' ἀέθλων Schmid: ἀέθλων τέρμα *B D* — 87. λευκανθὴς coni. Hecker —

79. ab Herculis facinoribus transit ad ludos Herculis Thebanos et victorias Melissi ibi partas — Ἀλεκτρᾶν scil. πυλᾶν· ante has portas domum Amphitryonis et templum Herculis et sepulcrum filiorum Herculis et Megarae fuisse tradit Paus. IX 11. Schol.: Χρύσιππος πρὸς ταῖς καλουμέναις φησὶν Ἠλέκτραις πύλαις ᾤκησεν Ἀμφιτρύων. Praeverbium ὕπερθεν eo pertinet, quod arae extra portas Electrides erant — 80. στεφανώματα βωμῶν corollas intellego, quibus aras cingebant; ea νεόδματα audiunt, quod recens ex floribus foliisque nexa erant. Contra Wilamowitzius, Eur. Herc. I 323 aras ipsas nuper denuo exstructas esse interpretatur: Dass Pindar die Altäre νεόδματα nennt, ist nicht wegzudeuten, aber es kann auch verstanden werden; bei der Belagerung 479 waren die Vorstädte Thebens verwüstet, die Altäre bedurften also eines Neubaues — αὔξομεν· cf. Eur. Hipp. 537 ἐπὶ Πυθίοις τεράμνοις βούταν φόνον Ἑλλὰς αἶ' ἀέξει — χαλκοαρᾶν, bellatorum aere armatorum; cf. I. V 41 Μέμνονα χαλκοάραν· mirum est, sed metricis rationibus explicandum, quod recentior Pindarus soluta forma χαλκοάρας, Homerus antiquior poeta contracta χαλκήρης usus est — ὀκτὼ θανόντων· schol.: περὶ τῶν Ἡρακλέος ἐκ Μεγάρας παίδων Λυσίμαχός φησί τινας ἱστορεῖν, μὴ ὑπὸ Ἡρακλέος ἀλλ' ὑπό τινων δολοφονηθῆναι ξένων· οἱ δὲ Λύκον τὸν βασιλέα φασὶν αὐτοὺς φονεῦσαι· Σωκράτης δὲ ὑπὸ Αὐγέου φησὶν αὐτοὺς δολοφονηθῆναι. καὶ περὶ τοῦ ἀριθμοῦ δὲ διαλλάττουσι κτλ. Fabulam ex Euripidis Hercule pervulgatam de filiis ab Hercule patre furente occisis Pindarus nondum novit aut se novisse dissimulavit; v. Wilamowitz, Eur. Herc. I 322 ss. — 82. Κρειοντίς, Creontis filia; v. Eur. Herc. 8 — 83. ἐν δυθμαῖσιν· schol.: ἔθος πρὸς δυσμὰς ἱερουργεῖν τοῖς ἥρωσι, κατὰ τὰς ἀνατολὰς τοῖς θεοῖς. Idem docet schol. Apoll. Arg. I 587: περὶ ἡλίου δυσμοὺς ἐναγίζουσι, τοῖς δὲ Οὐρανίδαις ὑπὸ τὴν ἕω ἀνατέλλοντος τοῦ ἡλίου . . . τὰ τοῖς νεκροῖς ἐναγιζόμενα διὰ τὸ ἐν τῇ γῇ αὐτῶν ἀποτέμνεσθαι τὰς κεφαλάς· οὕτω γὰρ θύουσι τοῖς χθονίοις, τοῖς δὲ οὐρανίοις ἄνω ἀναστρέφοντες τὸν τράχηλον σφάζουσιν. cf. schol. Hom. Θ 66, Lobeck Aglaoph. 412, Usener Götternamen p. 187 — ἐν δυθμαῖσιν αὐγᾶν, sole occidente — 85. ἐτείων τέρμ' ἀέθλων, altero die annua certamina constituta sunt, ut hic perinde atque in ceteris ludis primitiae dis et Manibus fierent, secundae partes ludis et hilaritati hominum feriantium concederentur. Schol.: κατ' ἔτος Θηβαῖοι ἐναγίζουσί τε τοῖς Ἡρακλέος παισὶ καὶ ἀγῶνας ἐπιταφίους ἄγουσι. Ludos hos extra Proetides portas iuxta tumulum Iolai actos esse et inde nomen Iolaiorum accepisse exposui Stzb. d. b. Ak. 1895 p. 5 ss. — 87. λευκωθείς, coronatus alba myrto; cf. Statii Achill. I 11 *albescunt tempora vittis*. De origine myrteae coronae schol.: μυρσίνῃ γὰρ στεφανοῦνται διὰ τὸ εἶναι τῶν νεκρῶν στέφος. cf. Prol. LXVIII — 88. ἀνήρ· nomen hoc non honoris

νίκαν ἀνεφάνατο καὶ παίδων τρίταν πρόσθεν, κυβερνατῆρος
οἰακοστρόφου
90 *γνώμᾳ πεπιθὼν πολυβού-*
λῳ. σὺν Ὀρσέᾳ δέ νιν κωμάξομαι, τερπνὰν ἐπιστάζων
χάριν.

---

89. *καὶ παίδων τρ.* coni. Mommsen: *παίδων τρ. BD*, *παίδων τὴν τρ.* Tricl., *παίδων τε τρ.* coni. Hermann, *παῖς δ' ἐὼν τρ.* Jurenka — 90. *πεπιθὼς* coni. Hartung, *πίσυνος* Hermann — *κωμάζομαι B* — *ἐπιστάζων* Tricl.: *ἀποστάζων B*, *ἐπιστοχάζων D*.

causa pronomini *ὅδε* additum est, sed virum, non puerum (*παῖδα*) eum duas victorias consecutum esse adsignificat — 89. *κυβερνατῆρος οἰακοστρόφου*, aliptae, qui quasi gubernacula regit artis gymnasticae; cf. N. VI 75; nomen eius, ut ex proximis patet, fuit Orseas — *πεπιθών*, si integrum est, contra consuetudinem dicendi vim intransitivam habet — 90. *κωμάξομαι·* hoc ipso carmine; cf. I. I 34.

ΙΣΘΜΙΟΝ. Ε'.

ΦΥΛΑΚΙΔᾼ ΑΙΓΙΝΗΤῌ

ΠΑΓΚΡΑΤΙῼ.

Strophae.

–́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ |
⏑⏑́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ ⏓ |
–́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ |
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ |
–́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – |
⏑⏑́ ⏑ – – –́ ⏑ – –, | –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – | –́ ⏑ – – –́ ⏑ – – |

Epodi.

–́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ |
–́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ – |
–́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ |
–́ ⏑ – –́ ⏑⏑ ⏓ |
–́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – |
⏑⏑́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – |
–́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏑ |
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –́ | ⏑⏑ – – –́ ⏑ – |
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – | – –́ ⏑ – ⏑

Argumentum.

De Phylacida Lamponis filio, minore Pytheae fratre, vide quae ad N. v argum. commentati sunt. Hoc nostrum carmen post carmen I. vi scriptum esse et post illud collocandum fuisse, recte iam Hephaestio grammaticus in scholiis adnotavit. Ex versibus enim 17—19 huius carminis apparet, tum Phylacidam iam duas victorias Isthmicas et unam Nemeaeam consecutum esse, carmine I. vi autem prima victoria Isthmica Phylacidae illustratur neque Nemeaeae eius victoriae quidquam mentionis fit. Minimum igitur duos annos inter illud atque hoc carmen interfluxisse necesse est. Quo autem errore veteres editores Pindari ad iustum ordinem carminum invertendum compulsi sint, in praefatione sequentis carminis aperiemus. Victoriam vero alteram Isthmicam aeque atque priorem Phylacidam pancratio consecutum esse et poetam ipsum ad carmen hoc agendum Thebis Aeginam venisse versus 19 et 21 arguunt.

Denique de tempore hoc quidem constat, carmen hoc non longe post pugnam Salaminiam scriptum esse; namque ex versu 48 huius gloriosissimae pugnae navalis memoriam recentem etiamtum fuisse patet. Inde facile quis adduci potest, ut Isthmicam hanc alteram victoriam Phylacidae vere anni 478 a. Ch., Nemeaeam autem aestate antecedentis anni 479 reportatam esse statuat. At negotia facessunt tempora carminis I. VIII in honorem Cleandri facti, quandoquidem Cleander quoque Isthmia post ipsam pugnam Salaminiam pancratio vicisse dicitur. Tam disertim autem illo in carmine poeta discrimina belli Persici proxime ante depulsa esse exponit (I. VIII 5—10), ut Cleandri quidem victoriam neutiquam liceat infra annum 478 deicere. Verum ne proximis quidem Isthmiis anni 476 hoc nostrum carmen certo adsignari potest, quoniam Melissum quoque Thebanum paulo post pugnam Plataeensem Isthmia pancratio vicisse supra ad I. III/IV comprobavimus. Qua de causa aut Phylacidam a. 476, Melissum a. 474, aut vice versa, quod temporibus duarum victoriarum I. III/IV magis commendatur, Phylacidam a. 474, Melissum a. 476 Isthmia pancratio vicisse nobis statuendum est. — Carmen ipsum ieiunitate quadam et exilitate rerum sententiarumque laborat. Nimirum bis iam Pindarus decora domus Lamponis cecinerat, neque ea eorum copia aut splendor erat, ut pluribus carminibus idoneam materiem praeberent. Neque quod novum accesserat decus ludicrae victoriae Isthmicae ita erat comparatum, ut denuo vela poetae inflare eiusque mentem ad altiora evehere posset. Nihilo tamen minus imitator Pindari, qui epinicium O. V panxit, hoc inprimis ex carmine colores et locutiones sumsit.

In prooemio deam Thiam sive Admirationem causam esse poeta exponit, cur navibus et curribus et gymnicis ludis homines certent; nihil autem maius ab hominibus appeti posse quam felicitatem cum bona fama coniunctam (1—16). Inde victoriis ludicris Phylacidae eiusque fratris breviter commemoratis Aeacidarum laudes Aeginae, ut Oeneidarum apud Aetolos, Iolai Thebis, Persei Argis, Castoris et Pollucis ad Eurotae flumina, celebrandas esse praefatus (17—35), Aeaci filiorum et nepotum virtutes bellis Troianis egregie spectatas summatim perstringit (35—48), quibus laudibus addit splendidam gloriam victoriae nuper Aeginetarum virtute ad Salamina reportatae (48—50). Ad postremum cum ab effusa eiulatione nescio quo casu tristi commotus se revocasset, studia gentis Cleonici in certaminibus gymnicis posita illustravit et inprimis Pytheam, quod ad artem pugilatus fratrem optime instituisset, naviter laudavit (51—63).

De metris.

Hoc carmen similiter atque duo alia Lamponis filiis missa (N. V I. VI) numeris dactylo-epitriticis compositum est; verum valde minuitur in hoc carmine gravitas huius numerorum generis et frequentia syllabarum ancipitium et humili tenuitate compositionis. Namque, quod nusquam alias factum est, eadem versus forma quinquies in hoc carmine recurrit (str. 1. 3. 5, ep. 1. 6). Monocolos versiculus quartus strophae, quem Mommsenius cum antecedente versu in unam periodum coniunxit, sententiam si spectas, modo epodi locum (vv. 10. 25. 31), modo proodi (vv. 4. 46. 52) obtinet, si rhythmicam conformationem potiorem ducis,

cum proximo versu potius in unam periodum mesodicam coniungendus est; conf. O. VIII ep. 5, P. III 3, I. I 4. Utrum in pompa a choro gradiente, an inter epulas a choro stante vel accubante hoc carmen cantatum sit, diiudicari nequit; neque ex invocatione Thiae deae colligere ausim victorem, ut in eius fano vel ara coronam deponeret, pompam instituisse.

Μᾶτερ Ἀελίου πολυώνυμε Θεία, Στρ. α′.
σέο Ϝέκατι καὶ μεγασθενῆ νόμισαν
χρυσὸν ἄνθρωποι περιώσιον ἄλλων·
καὶ γὰρ ἐριζόμεναι
νᾶες ἐν πόντῳ καὶ ὑφ' ἅρμασιν ἵπποι
διὰ τεάν, ὦ 'νασσα, τιμὰν ὠκυδινάτοις ἐν ἀμίλ-
λαισι θαυμασταὶ πέλονται·

ἔν τ' ἀγωνίοις ἀέθλοισι ποθεινὸν Ἀντ. α′.
κλέος ἔπραξεν, ὅντιν' ἀθρόοι στέφανοι
χερσὶ νικάσαντ' ἀνέδησαν ἔθειραν
ἢ ταχυτᾶτι ποδῶν.

VARIA LECTIO. Inscr. om. *BD* — Schol.: *ταύτην τὴν ᾠδὴν Ἡφαιστίων μετὰ τὴν ἑξῆς φησι γεγράφθαι τὴν Θάλλοντος ἀνδρῶν . . ἐχρῆν οὖν καὶ προτετάχθαι. πεποίηται ὁ ἐπινίκιος οὗτος Φυλακίδᾳ καὶ Πυθέᾳ καὶ Εὐθυμένει παγκρατιασταῖς Ἴσθμια καὶ Νέμεα* — 2. *σέο Ϝέκατι*: *σέο γ' ἕκατι BD*, *γ'* ignorant scholia, expulit Bergk — 5. *ὑφ' ἅρμασιν* ex scholiis Bergk: *ἅρμασι* (sine praepos.) *D*, *ἐν ἅρμασι B* — 6. *ὠκυδινάτ. BD*: cf. P. XI 38, *ὠκυδινήτ.* Mommsen — *θαυμαστοὶ* schol. — 8. *ἔπραξεν* codd. et schol. ad v. 9: *ἔπραξαν* schol. ad v. 2 — 9. *ἐθείρας* coniunctis versibus 3 et 4 coni. Ahlwardt —

COMMENTARII. v. 1 ss. deam *Θείαν* in prooemio poeta invocat etymologia nominis, quod cum verbis *θεᾶσθαι* et *θαυμάζεσθαι* cognatum esse putabat, abusus; huius enim deae beneficio homines et in quaestu faciendo et in ludis obeundis celebres fieri. Quod vero a diis, ut in plerisque epiniciis, pius poeta initium carminis cepit, id non ita interpretari ausim, ut fana et sacra *Θείας* Aeginae fuisse et ad eius sacellum vel aram coronam a Phylacida depositam esse colligam; etymologica enim et poetica, non iusta et vera dea illa fuisse videtur — 1. *μᾶτερ Ἀελίου*· Hesiodum theog. 135. 371 sequitur *Θείαν* matrem Solis atque Lunae Auroraeque dicentem — *πολυώνυμε* utrum multum celebratam deam significet an multis nominibus appellatam, difficile ad diiudicandum est. Utramque quidem interpretationem usus dicendi admittit; prior enim nominis vis exstat ap. Pind. P. I 17. Soph. Ant. 1115. Aristoph. Thesm. 320, altera in hymn. Cer. 1. Plat. Phaedr. 238a. CIG. 2415. 2465b. 3724. Nimirum amabant Graeci in sollemnibus precibus deos deasque, ut Plutonem, Hecaten, Proserpinam Hybrin, quin etiam Venerem et Iovem multis nominibus appellare. Iam si alteram sententiam hoc loco probas, in promptu est conferre nomen *Εὐρυφάεσσαν*, quo dea Thia in Hom. hymn. 31, 2 appellatur, et numen *Ἑκάτης* comparare, quae et ipsa victoriam in certaminibus praebere credita est (v. Hes. theog. 435) et templum Aeginae habuit (Paus. II 30, 2) — 2. *καὶ* et *τε* v. 7 sibi respondent — 6. *διὰ τεὰν τιμάν*· honore a te hominibus impertito, non honore et sacris, quibus homines deam colunt; priori enim notioni soli convenit qui huic respondet locus v. 11 *διὰ δαίμονας*· cf. P. IV 51. *σὺν τιμᾷ θεῶν* — 7. *θαυμασταί*, *θέας ἄξιαι* — 8. *πέλονται . . . ἔπραξεν*· de variatis temporibus in gnomicis sententiis conf. N. III 40 — 9. *ὅντιν' . . . ἔθειραν*· constructio *καθ' ὅλον καὶ κατὰ μέρος* Graecis familiarissima, a Pindaro adhibita O. IX 96. P. I 7. N. III 39. VII 72 —

κρίνεται δ' ἀλκὰ διὰ δαίμονας ἀνδρῶν.
δύο δέ τοι ζωᾶς ἄωτον μοῦνα ποιμαίνοντι τὸν ἄλ-
πνιστον εὐανθεῖ σὺν ὄλβῳ,

εἴ τις εὖ πάσχων λόγον ἐσλὸν ἀκούῃ. 'Επ. α'.
μὴ μάτευε Ζεὺς γενέσθαι· πάντ' ἔχεις,
εἴ σε τούτων μοῖρ' ἐφίκοιτο καλῶν.
θνατὰ θνα-τοῖσι πρέπει.
τὶν δ' ἐν Ἰσθμῷ διπλόα θάλλοισ' ἀρετά,
Φυλακίδα, κεῖται, Νεμέᾳ δὲ καὶ ἀμφοῖν,
Πυθέα τε, παγκρατίου. τὸ δ' ἐμὸν
οὐκ ἄτερ Αἰακιδᾶν κέαρ ὕμνων γεύεται·
σὺν Χάρισιν δ' ἔμολον Λάμπωνος υἱοῖς

τάνδ' ἐς εὔνομον πόλιν. εἰ δὲ τέτραπται Στρ. β'.
θεοδότων ἔργων κέλευθον ἂν καθαράν,
μὴ φθόνει κόμπον τὸν ἐοικότ' ἀοιδᾷ
κιρνάμεν ἀντὶ πόνων.
καὶ γὰρ ἡρώων ἀγαθοὶ πολεμισταὶ
λόγον ἐκέρδαναν, κλέονται δ' ἔν τε φορμίγγεσσιν ἐν αὐ-
λῶν τε παμφώνοις ὁμοκλαῖς

---

11. *δαίμονας* codd. et schol.: *δαίμονος* coni. Heyne collato P. IV 279 — 12. *ἄλπνιστον* v. l. in schol.: ***ἀνέλπιστον** BD* — 13. *λόγῳ ἐσλὸς* coni. Hecker — *ἀκούῃ B*: *ἀκούσῃ D* — 16. *θνατοῖσι* Tricl.: *θνατοῖς BD* — 19. *Πυθέα τε BD*: *Πυθέᾳ τε* Tricl. — 23. *ἀνὰ D* — 24. *ἀοιδᾶς* vel *ἀοιδᾶν* mavult Bergk — 25. *κιρνάμεν Byz.*: *κιρνάμεναι BD* — 27. *φορμίγγεσιν BD* —

11. *διὰ δαίμονας*, inter quos etiam Theia est; accusativus autem satis simili usu v. 6 defenditur et P. II 20. N. VII 21 — 12. *ζωᾶς ἄωτον*, summam vitae felicitatem; cf. P. IV 131 *εὐζωᾶς ἄωτον* — post *ἄλπνιστον* ne interpungamus et *εὐανθεῖ σὺν ὄλβῳ* ad *εὖ πάσχων* (v. 13) trahamus, intervallo inter antistropham et epodum intercedente impedimur; qua de causa *εὐανθεῖ σὺν ὄλβῳ* ita cum *ἄωτον ἄλπνιστον* coniungo, ut summus vitae flos cum beata fortuna coniunctus eaque firmatus esse dicatur — 13. similem habes sententiam P. I 99 — 14. *μὴ μάτευε Ζεὺς γενέσθαι·* cf. O. V 24 *μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι* et not. ad h. l.; consolatur autem his verbis poeta victorem, quod Olympii Iovis in ludis praemium non assecutus sit; cf. I. VI 8 — 15. *εἴ σε τούτων μοῖρ' ἐφίκοιτο·* vulgo inversa structura Graeci dicebant *εἰ σὺ μοίρας ἐφίκοιο* — 16. similiter dixit Eur. Alc. 799 *ὄντας δὲ θνητοὺς θνητὰ καὶ φρονεῖν χρεών* — 17. *διπλόα . . . ἀρετά·* virtus duabus victoriis Isthmicis comprobata, quarum prior carmine I. VI, altera hoc carmine laudatur. Contra Leop. Schmidt Pind. Leb. p. 146 cum duplicem virtutem a duabus victoriis differre sibi persuasisset, de duabus victoriis iisdem ludis pancratio et stadio partis cogitavit — 19. *Πυθέᾳ τε·* plene dicendum fuit *τίν τε Πυθέᾳ τε*, vel si *Πυθέα* probaveris, *Φυλακίδα Πυθέα τε.* Duritiem huius locutionis frustra defendunt similitudine Aesch. Suppl. 481, quo loco lectio codicum *κλάδους τε* in *κλάδους γε* dudum ab Aurato emendata est; melius tu conferes P. VI 46.

20 ss. ad fabularem partem epinicii transit — 24. *μὴ φθόνει·* suum animum poeta cohortatur; similem habes sententiam I. I 44 sq. — *κόμπον τὸν ἐοικότ' ἀοιδᾷ·* cf. N. IX 7 *ἐπέων καύχαις ἀοιδὰ πρόσφορος* — 27. *παμφώνοις·*

μυρίον χρόνον· μελέταν δὲ σοφισταῖς 'Αντ. β΄.
Διὸς ἕκατι πρόσβαλον σεβιζόμενοι.
ἐν μὲν Αἰτωλῶν θυσίαισι φαενναῖς
Οἰνεΐδαι κρατεροί,
ἐν δὲ Θήβαις ἱπποσόας Ἰόλαος
γέρας ἔχει, Περσεὺς δ' ἐν Ἄργει, Κάστορος δ' αἰχμὰ Πολυδεύ-
κεος τ' ἐπ' Εὐρώτα ῥεέθροις·

ἀλλ' ἐν Οἰνώνᾳ μεγαλήτορες ὀργαὶ 'Επ. β΄.
Αἰακοῦ παίδων τε. τοὶ καὶ σὺν μάχαις
δὶς πόλιν Τρώων πράθον, ἑσπόμενοι
Ἡρακλῆ-ι πρότερον,
καὶ σὺν Ἀτρείδαις. ἔλα νῦν μοι πεδόθεν.
λέγε, τίνες Κύκνον, τίνες Ἕκτορα πέφνον,

---

31. *κρατεροί* Tricl.: *καρτεροί BD* — 36. *ἑσπόμενοι B*: *ἑπόμενοι D*; *ἔπραθον σπόμενοι* coni. Bergk; at cf. I. VI 17. O. VIII 11. IX 83. P. IV 40 — 37. *ἡρακλῆϊ* Tricl.: *ἡρακλεῖ BD*; *Ἡρακλεῖ τε πρότερον* coni. Hartung — 38. *ἀτρείδαις* Tricl.: *ἀτρείδαισιν B D* — *παιδόθεν D* —

cur hoc epitheto tibiae insignitae sint, vide ad O. VII 12, cui loco iam addas Pindari aetate Pronomum, tibicinem Thebanum clarissimum, floruisse, quem tibias multiplices, ad varias harmonias aptas invenisse docent Paus. IX 12, 15. Ath. XIV p. 631 e. Menti autem poetae non Homeridarum rhapsodiae, sed lyricorum hymni et dithyrambi obversabantur — 28. *σοφισταῖς*· huius nominis vis a nomine *σοφῶν*, quo a Pindaro poetas significari supra ad O. I 9 exposuimus, nihil olim differebat; cf. Eur. Rhes. 924 *κλεινῷ σοφιστῇ Θρῃκί* scil. *Ὀρφεῖ*, Aelian. hist. an. 11, 1 *τῶν ἱερῶν μελῶν σοφισταί*. De coniunctis tibiis et phorminge et oratione, quarum rerum tertia verbis *μελέταν σοφιστῶν* declaratur (cf. O. XIV 16), confer O. III 8 *φόρμιγγά τε ποικιλόγαρυν καὶ βοὰν αὐλῶν ἐπέων τε θέσιν* — 29. *Διὸς ἕκατι σεβιζόμενοι*, quod heroes Iove orti (*διογενεῖς*) sunt; sic enim interpretari malo quam *Διὸς ἕκατι* cum *σοφισταῖς πρόσβαλον* coniungere et de facultate poetis divinitus facta accipere — 31. *Οἰνεΐδαι*· Meleager eiusque fratres honore afficiuntur — 33. *ἐν Ἄργει*· non in urbe sola, sed in toto agro Argivo, quandoquidem regnum Tirynthis et Mycenarum, non Argorum Perseus olim obtinebat — 34. *Οἰνώνᾳ*· vetere hoc nomine insulae Aeginae poeta etiam N. VIII 7 usus est; eadem Oenopia I. VIII 27 dicitur — 37. *Ἡρακλῆϊ πρότερον*, Telamon, *σὺν Ἀτρείδαις*, Aiax atque Teucer; eandem sententiam artifices templi Aeginetici Minervae secuti tympanorum in altero pugnam Herculis et Telamonis, in altero pugnam Aiacis et Teucri contra Troianos posuerunt — 38. *πεδόθεν*· veterum grammaticorum alii *ἀπ' ἀρχῆς*, alii *ἐπ' εὐθείας ὁδοῦ καὶ δι' ὁμαλοῦ* interpretabantur. Harum interpretationum priorem huc non pertinere, iam ex eo apparet, quod in ea quae sequitur parte carminis a principio rerum poeta orationem non incipit neque omnino chronologicum ordinem servat. Illud autem quaeritur, utrum *πεδόθεν* 'per apertum campum' valeat, quomodo Homerus *πεδίοιο δίεσθαι* (Il. XXIII 475) et *πεδίοιο διώκειν* (Il. XIII 64) dixit, an ut de humo in altum tendat poeta se commoneat, cui alteri interpretationi vis adverbiorum in — *θεν* magis favet — 38. *σὺν Ἀτρείδαις* scil. *ἑσπόμενοι*· cf. Hom. 436 *σὺν δ' εἵπετ' Ὀδυσσεύς* — 39 ss. interrogationis signa post *χαλκοάραν* et *ὄχθαις* posui, ut recta oratione poetam uti indicarem — 39. de Cycno et Memnone cf. O. II 90. Telephum in Mysia ad Caicum fluvium ab Achille vulneratum esse auctor Cypriorum narraverat; cf. O. IX 71. Eodem in carmine Cycnum, Neptuni filium, cum Graecos Troiano litori appellentes arceret, ab Achille occisum esse relatum erat —

καὶ στράταρχον Αἰθιόπων ἄφοβον,
Μέμνονα χαλκοάραν; τίς ἄρ' ἐσλὸν Τήλεφον
τρῶσεν ἑῷ δορὶ Καΐκου παρ' ὄχθαις;

τοῖσιν Αἴγιναν προφέρει στόμα πάτραν Στρ. γ'.
διαπρεπέα νᾶσον· τετείχισται δὲ πάλαι
πύργος ὑψηλαῖς ἀρεταῖς ἀναβαίνειν.
πολλὰ μὲν ἀρτιεπὴς
γλῶσσά μοι τοξεύματ' ἔχει περὶ κείνων
κελαρύσαι· καὶ νῦν ἐν Ἄρει μαρτυρήσαι κεν πόλις Αἴ-
αντος ὀρθωθεῖσα ναύταις

ἐν πολυφθόρῳ Σαλαμὶς Διὸς ὄμβρῳ, Ἀντ. γ'.
ἀναρίθμων ἀνδρῶν χαλαζάεντι φόνῳ.
ἀλλ' ὅμως καύχημα κατάβρεχε σιγᾷ·
Ζεὺς τά τε καὶ τὰ νέμει,
Ζεὺς ὁ πάντων κύριος. ἐν δ' ἐρατεινῷ
μέλιτι καὶ τοιᾶδε τιμᾷ καλλίνικον χάρμ' ἀγαπά-
ζοντι. μαρνάσθω τις ἔρδων,

ἀμφ' ἀέθλοισιν γενεὰν Κλεονίκου Ἐπ. γ'.

---

41. *χαλκοαρᾶν* mavult Bergk — *ἄρ'* coni. Schmid: *γὰρ BD* — 42. *Μυσίαις παρ' ὄχθαις*, vel *ᾧ δορὶ τρῶσε παρ' ὄχθαισιν Καΐκου* coni. Herman, *ᾧ δορὶ τρῶσε Καϊκείοις παρ' ὄχθαις* Bergk; de licentia nominum propriorum conf. P. XII 12 — 44. *τετείχηται* fr. 321 — *πάλιν B* — 48. *κελαρύσαι* coni. Bergk: *κελαδῆσαι* codd., *κελαδέειν* Boeckh — 50. *ἰσαρίθμων* legebat scholiasta — 52. *τά τε* Boeckh: *τάδε BD* — 54. *τοιᾶδε τιμᾷ* v. l. in scholiis: *τοιαῖδε* (*τοιαίδε D*) *τιμαί BD* — *δέ τις BD*, *δὲ* eiec. Tricl. —

43. *τοῖσιν Αἴγιναν προφέρσι·* ipse iam sibi quaerenti poeta respondet — 45. *ὑψηλαῖς* proleptice dictum est, quia virtutes, cum turrim altam ascendissent, in alto stabant et ipsae altae erant. Similem figuram habes fr. 213. O. VIII 54. IX 107; profecta autem esse ea videtur ab artificibus signa deorum in altis columnis atque fastigiis aedium collocantibus — 47. *τοξεύματα·* de simili metaphora cf. O. I 115. II 91 — 48 sq. virtutem Aeginetarum in pugna Salaminia, qua in insula Aiax, Telamonis filius, regnasse ferebatur, Herodotus VIII 93 testatur: *ἐν δὲ τῇ ναυμαχίᾳ ταύτῃ ἤκουσαν Ἑλλήνων ἄριστα Αἰγινῆται·* cf. VIII 91. 122 — 49. *Διὸς ὄμβρῳ·* Iovis imbrem ornate caedem pugnae dicit, vestigia secutus Homeri Il. *E* 91 *ὅτ' ἐπιβρίσῃ Διὸς ὄμβρος* et *Λ* 493 *χειμάρρους ὀπαζόμενος Διὸς ὄμβρῳ* — 50. *χαλαζάεντι*, grandineo; simili metaphora utitur I. VII 27 — 51. *κατάβρεχε*, supprime; irrigandi vim eidem verbo tribuit O. X 99 — 52. tristes casus, qui victoriam Salaminiam comitabantur aut sequebantur, poeta significat, sive quod cognati Phylacidae in pugna illa ceciderant — atque avunculus certe Euthymenes quo tempore hoc carmen cantabatur, non iam inter vivos fuit — sive quod tum temporis iam opes Atheniensium libertati Aeginetarum perniciosae fieri coeperunt.

55 ss. a tristibus rebus sub finem carminis poeta se revocat, quod in dulci melle epinicii carminis et tali festivitate, qualis tunc agebatur (*τοιᾶδε τιμᾷ*), laetas potius res quam tristes audire homines cupiunt — 55. *Κλεονίκου*, avi Phyla-

ἐκμαθών· οὔτοι τετύφλωται μακρὸς
μόχθος ἀνδρῶν, οὐδ᾽ ὁπόσαι δαπάναι
ἐλπίδων - ἔκνισ᾽ ὄπιν.
αἰνέω καὶ Πυθέαν ἐν γυιοδάμαις
Φυλακίδᾳ πλαγᾶν δρόμον εὐθυπορῆσαι,
χερσὶ δεξιὸν, νόῳ ἀντίπαλον.
λάμβανέ Ϝοι στέφανον, φέρε δ᾽ εὔμαλλον μίτραν,
καὶ πτερόεντα νέον σύμπεμψον ὕμνον.

---

58. *ἐκπίδ.* D — *ἔκνισ᾽ ὄπιν* Cratandrina: *ἔκνιξ᾽ ὄπιν* B, *ἔκνιζ᾽ ὄπιν* D, *ἔκνισ(α) ὀπί* Aristarchus, *ἐξέπεσον* coni. Rauchenstein — 59. *ἐν γυιοδάμαις* (*γηοδ.* D) B D, fort. *ἦ γυιοδαμᾶν* — 60. *Φυλακίδᾳ* Schmid: *φυλακίδα* B, *φυλακίδαν* D — *εὐθυπορῆσαι* B D: *εὐθυπονῆσαι* Rom. — 61. *νόων* D — 63. *νέον* B: *νόον* D — *σύμπεψον* B.

cidae; cf. I. vi 16; alludere poeta videtur ad originationem nominis *Κλεονίκου* — 57. *ὁπόσαι δαπάναι*· facilior fit verborum structura, si praedicati *τετύφλωται* duo subiecta, *μόχθος* et *δαπάναι*, esse statueris, quam si verba *ὁπόσαι . . . ὄπιν* suo talo stare ratus post *ὁπόσαι δαπάναι* verba *ἦσαν, αὗται* suppleveris; vertas igitur: neque luce caret longus labor virorum Cleonicidarum neque quidquid sumptuum curam spei commovit atque vexavit — 59. *ἦ*, quod pro *ἐν* scribendum proposui, adseverantis est; laudare enim Pytheam videtur, quod gravium sane plagarum cursu Phylacidam instituerit. Namque *γυιοδάμαις* quominus cum *χερσὶ* coniungamus, leges concinnae orationis prohibent, unde si codicum lectionem tueri velis, ad nomen abstractum *γυιοδάμα* vel ad supplendum nomen *ὁδοῖς* confugias — 61. *χερσὶ . . . ἀντίπαλον*, manibus dexterum et mente aeque valentem; simili modo O. xiii 34 dixit *Νέμεά τ᾽ οὐκ ἀντιξοεῖ* — 62. chorum vel potius semet ipsum poeta adhortatur, ut Pytheae, optimo institutori fratris, coronam laneis taeniis circumvolutam ferat eumque hymno hoc novo ornet. Duas interpretationes proponunt scholia: *οἱ μὲν τὸν λόγον πρὸς τὴν Αἴγινάν φασιν εἶναι . . . οἱ δὲ πρὸς τὴν Μοῦσαν* — 63. *πτερόεντα ὕμνον* similiter dixit atque *ποτανὰν μαχανάν* N. vii 22; originem metaphorae illustrat O. ix 12 *πτερόεντα δ᾽ ἵει γλυκὺν Πυθῶνάδ᾽ ὀιστόν* — *νέον ὕμνον*, post hymnos N. v et I. vi antea ei missos; simili in re dixit O. iii 4 *νεοσίγαλον εὑρόντι τρόπον.*

ΙΣΘΜΙΟΝ. ϛʹ.

ΦΥΛΑΚΙΔᾼ ΑΙΓΙΝΗΤῌ

ΠΑΓΚΡΑΤΙῼ.

Strophae.

– –̈ ∪ – – –̈ ∪∪ – ∪∪ – |
–̈ ∪ – – –̇ ∪ – – –̈ ∪∪ – |
–̈ ∪ – – –̇ ∪ – – | –̈ ∪∪ – ∪∪ –̇ ∪∪ – – ¦ –̈ ∪ – ⏓
–̈ ∪ – ⏓ | –̈ ∪∪ – ∪∪ ⏓ |
– –̈ ∪ – – –̇ ∪ ⏓ |
–̈ ∪∪ – ∪∪ – – | –̈ ∪ – – –̇ ∪∪ ⏓ |
∪̈∪ ∪ – – –̇ ∪ – – ∪̇∪ ∪ ⏓ |
– –̈ ∪ – – –̈ ∪∪ – | ∪∪ – – –̇ ∪ ⏓ |
– –̈ ∪ – – –̇ ∪ – – |

Epodi.

–̈ ∪ – – –̈ ∪∪ – ∪∪ – |
–̈ ∪ – – –̈ ∪∪ – ∪∪ – – |
–̈ ∪ – – –̇ ∪ – –, | –̈ ∪∪ – ∪∪ ⏓
–̈ ∪ – – –̇ ∪ –, | – –̈ ∪∪ – ∪∪ – ⏓ –̈ ∪ – ⏓ |
–̈ ∪ – – –̇ ∪ – –, –̈ ∪∪ – ∪∪ –
– –̈ ∪ – – –̈ ∪∪ – ∪∪ – – –̈ ∪ ⏓ |
–̈ ∪ – – –̈ ∪∪ – ∪∪ | – –̈ ∪ – –̈ ∪ – – –̇ ∪ ⏓ |

Argumentum.

Quod in principio egregii carminis poeta alterum cratera Musarum se mittere dicit, hoc veteres redactores carminum Pindari ita interpretati sunt, tamquam hoc carmen sextum post quintum scriptum sit. Quod falsum esse inde apparet, quod in hoc carmine (3—7) una victoria Phylacidae Isthmica commemoratur, in praecedentis carminis versu 17 duae. Priorem igitur cratera Musarum poeta esse voluit non Isthmicum carmen quintum, sed Nemeaeum quintum. Neque longum intervallum inter carmina I. vi et N. v intercessisse crediderim, quoniam exordium huius carminis alterum carmen quasi paulo ante factum excipit. Inde conicere in propatulo est hanc victoriam Phylacidae Isthmicam Ol. 74, 4, sive vere anni 480 a. Chr. partam esse, cui tempori id quoque convenit, quod Olympii ludi, quos aut Phylacidam aut, quod magis putarim, Pytheam obire

meditatum esse poeta v. 7 indicat, aestate eiusdem anni agendi instabant. Neque tamen Olympia Lamponis filii vicerunt, seu bellicis turbis ut de consilio desisterent commoti sunt, seu finem, quem sibi proposuerant, non attigerunt.

In splendido prooemio Musarum carminibus cum poculis convivii similiter atque in oda O. vii comparatis, nunc alteri victoriae domus Lamponis se libare et mox etiam tertiae eique maiori libaturum se sperare dicit (1—9). Iam felicitate Lamponis praedicata et piis votis pro eius salute factis (10—18) statim ad id transit, quod Aeginam insulam obeunti sibi sollemne esse ait, ut gloriam Aeacidarum tam late diffusam, ut nulla urbs tam barbara sit, quae non de Peleo et Aiace et Telamone audiverit, praedicet (19—27). Ex multis autem rebus ab Aeacidis bene gestis unam poeta selegit fusius narrandam, societatem Aeginetici herois ab Hercule quaesitam (28—34). Lepide igitur narrat Herculem, cum coenantes Aeginetas convenisset, pateram vini plenam a Telamone oblatam accepisse et manibus ad caelum sublatis, ut hospiti ex Eriboea filius animosus nasceretur, precatum esse, quo facto Iovem faustum augurium aquilae (αἰετοῦ) misisse, ex quo filius futurus Telamonis nomen traheret (35—56). Hac fabula narrata ad res praesentes, quarum causa adscitus erat, redit laudatque Phylacidae Pytheaeque fratrum et Euthymenis avunculi victorias; denique etiam Themistii avi virtutem tangit et prolixius Lamponis patris filiorum ad strenuitatem institutionem, hospitalitatem, modestiam dono Musarum ad Dircaeum fontem facto persequitur (56—75).

De metris.

Tria carmina in honorem filiorum Lamponis Aeginetae composita cum omnia dactylo-epitriticis versibus constent, hoc carmen ut tempore medium est, ita numeris quoque inter mediocritatem Isthmii quinti et sublimitatem Nemei quinti medium locum obtinet. Versus quintus strophae monocolos, si sententiam spectas, modo clausulae vice fungitur (vv. 30. 64), modo novam sententiam inchoat (vv. 5. 14. 39. 55), si rhythmi continuitatem spectas, cum quarto versu in unam periodum coniungendus est. Cantatum esse hoc carmen in convivio, et comparatione donorum Musarum cum cratere convivii (v. 1—3) et praeconio Herculis de Telamone conviva facto (35—55) significatum est. Pindarus num ipse, ut chorum doceret comissationique interesset, Thebis Aeginam venerit, dubium est; contrarium enim versu 74 indicari et bellorum tum maxime ferventium turbis commendari videtur.

Θάλλοντος ἀνδρῶν ὡς ὅτε συμποσίου *Στρ. α'.*
δεύτερον κρατῆρα Μοισαίων μελέων

VARIA LECTIO. Inscr. om *BD* — Schol.: πεποίηται ὁ ἐπίνικος οὗτος Φυλακίδᾳ καὶ Πυθέᾳ καὶ Εὐθυμένει παγκρατισταῖς Ἴσθμια καὶ Νέμεα — 2. *Μοισαίων* Heyne: *μοισέων* codd. —

COMMENTARII. v. 1 ss. de carmine epinicio cum cratere vini comparato confer O. vii in. — 1. *θάλλοντος*· imitatur Homerica *δαῖτα θάλειαν* et *εἰλαπίνην τεθαλυῖαν* — 2. *δεύτερον κρατῆρα*, post primam oblationem carmine N. v factam —

κίρναμεν Λάμπωνος εὐαέθλου γενεᾶς ὕπερ, ἐν Νεμέᾳ μὲν πρῶτον, ὦ Ζεῦ,
τὶν ἄωτον δεξάμενοι στεφάνων,
νῦν αὖτεν Ἰσθμοῦ δεσπότᾳ
Νηρεΐδεσσί τε πεντήκοντα, παίδων ὁπλοτάτου
Φυλακίδα νικῶντος. εἴη δὲ τρίτον
σωτῆρι πορσαίνοντας Ὀλυμπίῳ Αἴγιναν κάτα
σπένδειν μελιφθόγγοις ἀοιδαῖς.

εἰ γάρ τις ἀνθρώπων δαπάνᾳ τε χαρεὶς Ἀντ. α'.
καὶ πόνῳ πράσσει θεοδμάτους ἀρετάς,
σύν τέ ϝοι δαίμων φυτεύει δόξαν ἐπήρατον, ἐσχατιαῖς ἤδη πρὸς ὄλβου
βάλλετ᾽ ἄγκυραν θεότιμος ἐών.
τοίαισιν ὀργαῖς εὔχεται
ἀντιάσαις ἀίδαν γῆράς τε δέξασθαι πολιὸν
ὁ Κλεονίκου παῖς· ἐγὼ δ᾽ ὑψίθρονον

---

3. *εὐάθλ.* *BD* — 4. *τίν γ᾽* coni. Pauw — 5. *αὖτεν Ἰσθμοῦ* Usener Jhb. f. Phil. 117, 65 conferens latinum *autem* et *ἔπειτεν* P. IV 211. N. III 54. I. VII 20: *αὖτ᾽ ἐν ἰσθμοῦ* *BD*, *αὖτε Ἰσθμοῦ* Hermann, *αὖτις Ἰσθμοῦ* Boeckh, *αὖ τίν, Ἰσθμοῦ δέσποτα* Bergk; de hiatu ante *Ἰσθμοῦ* cf. I. I 9. 32 — 9. *σπεύδειν* *D* — 12. *ἐσχατιαῖς* *B*: *ἐσχατιὰς* *D*, utrumque schol., *ἐσχατιαὶς* Bergk —

4. *τιν* aliis locis (P. I 29. N. X 30) Pindarus corripit, hic producit, quod fecisse videtur respiciens Homericam formam *τεΐν*, ex qua *τῖν* contractum sit — *Ἰσθμοῦ δεσπότᾳ Νηρεΐδεσσί τε·* ut Nemeaeam coronam a Iove, sic Isthmicam a Neptuno acceperunt et Nereidibus, quae una cum Neptuno, marito Amphitritae Nereidis, in Isthmo colebantur; cf. Paus. II 1, 8 — 7. *νικῶντος·* cum decus mansurum hoc verbo significetur, ut qui vicerit perenni laude victoris floreat, praesens tempus de victoria iam reportata usurpatur; cf. O. VII 86. X 16. N. V 53. VI 49 al. — *τρίτον·* tertia libatione, quam Iovi Servatori offerebant, Phylacidae victoriam Olympicam auguratur. Schol.: *εὔχεται δὲ τὸν τρίτον τῶν ᾠδῶν κρατῆρα κεράσαι νικήσαντος αὐτοῦ τὰ Ὀλύμπια. τὸν δὲ τρίτον Διὸς σωτῆρος, καθὰ καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ναυπλίῳ· Ζεῦ πανσίλυπε καὶ Διὸς σωτηρίου σπονδὴ τρίτου κρατῆρος. τὸν μὲν γὰρ πρῶτον Διὸς Ὀλυμπίου ἐκίρνασαν, τὸν δὲ δεύτερον ἡρώων, τὸν δὲ τρίτον Διὸς σωτῆρος. καθὰ καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἐπιγόνοις· λοιβὰς Διὸς μὲν πρῶτον ὡραίου γάμου Ἥρας τε. εἶτα· τὴν δευτέραν γε κρᾶσιν ἥρωσιν νέμω. εἶτα· τρίτον Διὸς σωτῆρος εὐκταίαν λίβα* — 8. *πορσαίνοντας·* apparantes, operantes; cf. Her. 9, 7 *περὶ πλείστου δ᾽ ἦγον οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰ τοῦ θεοῦ πορσύνειν* — *Αἴγιναν κάτα·* ob metri conformationem particulam *κάτα* cum *Αἴγιναν* quam cum *σπένδειν* coniungere malo, licet Eur. Or. 1239 dixerit *δακρύοις κατασπένδω σε* — 10. *δαπάνᾳ χαρείς·* sumptibus non parcens, libenter sumptus impendens; cf. I. III 47 *δαπανᾷ χαῖρον ἵππων*, I. I 42 *ἀμφότερον δαπάναις τε καὶ πόνοις* — 12. *ἐσχατιαῖς πρὸς ὄλβου·* in summo fine felicitatis; cf. I. III 29 *ἀνορέαις δ᾽ ἐσχάταισιν οἴκοθεν στάλαισιν ἅπτονθ᾽ Ἡρακλείαις*, P. X 28 *περαίνει πρὸς ἔσχατον πλόον* — 14. *τοίαισιν ὀργαῖς·* Olympicam victoriam inprimis spectat — 15. *δέξασθαι·* imitatur Hom. Il. XVIII 115 *κῆρα δ᾽ ἐγὼ τότε δέξομαι, ὁππότε κεν δὴ | Ζεὺς ἐθέλῃ τελέσαι καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι* — 16. *Κλεονίκου παῖς*, Lampo, pater Pytheae et Phylacidae, a quo diversus fuit Lampo Pytheae filius ap. Herod. IX 78 —

Κλωθὼ κασιγνήτας τε προσεννέπω ἕσπεσθαι κλυταῖς
ἀνδρὸς φίλου Μοίρας ἐφετμαῖς.

ὔμμε τ', ὦ χρυσάρματοι Αἰακίδαι, Ἐπ. α΄.
τέθμιόν μοι φαμὶ σαφέστατον ἔμμεν,
τάνδ' ἐπιστείχοντα νᾶσον ῥαινέμεν εὐλογίαις.
μυρίαι δ' ἔργων καλῶν τέτμηνθ' ἑκατόμπεδοι ἐν σχερῷ κέλευθοι
καὶ πέραν Νείλοιο παγᾶν καὶ δι' Ὑπερβορέους·
οὐδ' ἔστιν οὕτω βάρβαρος οὔτε παλίγγλωσσος πόλις,
ἅτις οὐ Πηλέος ἀίει κλέος ἥ-
ρωος, εὐ-δαίμονος γαμβροῦ θεῶν,

οὐδ' ἅτις Αἴαντος Τελαμωνιάδα Στρ. β΄.
καὶ πατρός· τὸν χαλκοχάρμαν ἐς πόλεμον
ἄγε σὺν Τιρυνθίοισι πρόφρονα σύμμαχον ἐς Τροΐαν, ἥρωσι μόχθον,
Λαομεδοντειᾶν ὑπὲρ ἀμπλακιᾶν
ἐν ναυσὶν Ἀλκμήνας τέκος.

---

17. *ἕσπεσθαι* coni. Pauw: *σπέσθαι* codd.; *ἀνδρὸς φιλτάτου σπέσθαι κλυταῖς* Herwerden; cf. I. v 36 — *κλυταὶς* Bergk — 19. *ὑμέ D* — *τ'*: *δὲ* quod paraphrasis exhibet, probat Bergk — 20. *ἔμμεν* Boeckh: *εἶναι* codd. — 21. *ἐπιστείχοντι B*[s] — 22. *σχερῶ B D* — 23. *πέρανείλοιο B* — 24. *οὔτε* codd.: *οὐδὲ* schol. — *παλιγλ. B* — 25. *ἀΐει* ex scholiis Hermann: *ἀΰει B D* — 29. *λαομεδοντείαν . . . ἀμπλακίαν* codd., corr. Kayser —

18. *ἐφετμαῖς·* Dissenius scholiastam secutus et a notione medii *ἐφίεσθαι* profectus preces intentas intellegit, unde *κασιγνήτας Μοίρας* et *ἐφετμαῖς φίλου ἀνδρὸς* coniungas atque adiectivum *κλυταῖς* ad gloriam ex precibus impetratis adipiscendam referas; neque enim iam audeo construere *ἐφετμαῖς Μοίρας* (gen., ut O. XIII 115) *φίλου ἀνδρός*.

19. *ὔμμε τ' ὦ χρυσάρματοι Αἰακίδαι·* satis abrupte a precibus pro domo Lamponis Aeginetae ad laudes heroum Aeginetarum poeta transit — *χρυσάρματοι·* auri vocabulo frequenter Pindarus etiam de rebus non aureis utitur; atque apte dixit O. III 19 *χρυσάρματος Μήνα*, translate ut hic P. v 9 *χρυσαρμάτου Κάστορος* — 20. *τέθμιον*, iustum et vetere more sancitum est; cf. N. IV 33 — 21. *ἐπιστείχοντα* pro *ἐπιστείχοντι*, cf. O. I 10. I. I 46 — 21. *ῥαινέμεν·* rore Musarum irrigare, ut P. v 99. VIII 57. O. x 99. I. VI 64 — 22. *τέτμηνται·* verbo proprio de via ex saxo secanda et sternenda; cf. P. v 90 — *ἑκατόμπεδοι*, scilicet in latitudinem, non in longitudinem — 23. Nilo et Hyperboreis extremi fines terrae meridionales et septentrionales indicantur; cf. I. II 41 — 25. *γαμβροῦ θεῶν*, quod Thetidem, Nerei filiam, uxorem duxit; cf. N. v 37 — 27 ss. ex multis quas bene gesserant Aeacidae rebus unam Telamonis latius tractandam sibi elegit, sumpsit autem eam ex Hesiodi Eoeis, ut docet scholiasta: *εἴληπται δὲ ἐκ τῶν μεγάλων Ἠοιῶν ἡ ἱστορία· ἐκεῖ γὰρ εὑρίσκεται ἐπιξενούμενος ὁ Ἡρακλῆς τῷ Τελαμῶνι καὶ ἐμβαίνων τῇ δορᾷ καὶ εὐχόμενος* — 27. *χαλκοχάρμαν πόλεμον·* cf. N. v 19 *σιδαρίταν πόλεμον*, est autem hoc epitheton praesentis, illud heroici aevi proprium — 28. *σὺν Τιρυνθίοισι·* Hercules enim Thebis relictis Tirynthi, cuius urbis regnum eius proavus Perseus consecutus erat, domicilium suum posuisse ferebatur; v. Apollod. II 73 s. — *ἥρωσι μόχθον*, quod multas aerumnas heroibus Troia paravit; cf. N. VII 36 — 29. *Λαομεδοντειᾶν ὑπὲρ ἀμπλακιᾶν·* de Laomedonte deos mercede pacta frustrante omnia iam ex Homero nota — 30. *Ἀλκμήνας τέκος·* Hercules; idem a patre N. I 35 *παῖς Διὸς* dicitur —

εἷλε δὲ Περγαμίαν, πέφνεν δὲ σὺν κείνῳ Μερόπων
ϝέθνεα, καὶ τὸν βουβόταν οὔρεϊ ϝίσον
Φλέγραισιν εὑρὼν Ἀλκυονῆ, σφετέρας οὐ φείσατο
χερσὶν βαρυφθόγγοιο νευρᾶς

Ἡρακλέης. ἀλλ᾽ Αἰακίδαν καλέων Ἀντ. β΄.
ἐς πλόον ξυνὸν κύρησεν δαινυμένων.
τὸν μὲν ἐν ῥινῷ λέοντος στάντα κελήσατο νεκταρέαις σπονδαῖ-
σιν ἄρξαι,
καρτεραίχμαν Ἀμφιτρυωνιάδαν,
ἄνδωκε δ᾽ αὐτῷ φέρτατος
οἰνοδόκον φιάλαν χρυσῷ πεφρικυῖαν Τελαμών·
ὁ δ᾽ ἀνατείναις οὐρανῷ χεῖρας ἀμάχους
αὔδασε τοιοῦτον ϝέπος· Εἴ ποτ᾽ ἐμᾶν, ὦ Ζεῦ πάτερ,
θυμῷ ᾽θέλων ἀρᾶν ἄκουσας,

---

31. *πέφνεν τε* malo — 32. *τ᾽ ἔθνεα* codd., *τ᾽* eiec. Boeckh — *τὸν* om. *D* — 33. *σφετέρας δ᾽ οὐ BD*, *δ᾽* eiec. Heyne — 36. *ξυνὸν* supplevi, *τοῦτον* Mommsen, *πλόον, κύρησε πάντων* Tricl. — *κύρησε D*: *κήρυσσε B* — *δαινυμένων* (*δαν. D*) *BD*: *δαινύμενον* ex schol. Mommsen — 38. *κρατ. D* — *Ἀμφιτρυωνίδαν B* — 41. *ἀνατείναις* Boeckh: *ἀντείνας BD* — 42. *ἔπος* coni. Heyne: *τι ἔπος BD*, quod ex O. VI 16 illatum esse videtur — 43. *θυμὸν D* — *ἐθέλων* Boeckh; cf. I. I 15 — *ἐμᾶν . . . ἀρᾶν* Mommsen: *ἐμὰν . . . ἀρὰν BD* —

31 ss. easdem res attigit N. IV 25 ss. fr. 172, respicit schol. Apoll. Arg. I 1289 — 31. *Μερόπων*· veterum incolarum Coi insulae, quos Hercules, Dorum colonias in Asiam deducentium quasi signifer, fudit et insula expulit — 32. *βουβόταν*· schol.: *βουβόταν δὲ τὸν βουκόλον φησί, παρ᾽ οὗ τὰς Ἡλίου βοῦς ἀπήλασε.* Eundem Alcyoneum montis similem dixit imitatus Hom. Il. XIII 754. Od. X 113 — 33. *Φλέγραισιν*· paeninsulam Pallenam hoc nomine olim dictam esse testatur Herod. VII 123: *αὗται γάρ εἰσιν αἱ τὴν νῦν Παλλήνην, πρότερον δὲ Φλέγρην καλεομένην νεμόμεναι*; cf. Ps. Scymn. perieg. 636. Eodem pertinet quod in Phlegraea terra etiam Gigantes cum diis conflixisse narrabant (v. N. I 67). Omnibus enim his fabulis bella a Graecis cum barbaris gesta feraeque gentes a Graecis pacatae adumbrantur — *σφετέρας*· de uno Hercule dictum Pindarico more; cf. O. IX 78. Pindarus autem Herculem neque clava neque hasta utentem facit sed sagittis; sagittarium enim eum etiam artifex tympani templi Minervae Aeginetici posuit; cf. N. III 37 — 35. *Ἡρακλέης*· nomen herois cum gravitate in principio novae strophae positum; similia exempla huius positurae congessi ad P. XII 17 — *ἀλλά*, sed, quibus particulis Graeci et Latini digressionem abrumpere et ad res inceptas redire consuerunt — 37. *ἐν ῥίνῳ*· utrum Herculem poeta in pelle leonina stantem, an sic ut advenerat indutum pelle leonina dicentem significarit, veteres grammaticos litigasse scholia tradunt; equidem alteram significationem solam cum versu 47 conciliari posse iudico — *σπονδαῖσιν ἄρξαι*· libationibus ceteris convivis praeire, ut etiam N. II 25 *ἐξάρχειν* usurpatum est — 40. *χρυσῷ πεφρικυῖαν*· cf. Verg. Aen. XII 87 *auro squalentem loricam* — 41 ss. fabulam ex hoc loco haustam Philostratus Heroic. XII 1 sic variat: *τὸν μέν γε Αἴαντα καὶ τρόφιμον τοῦ Ἡρακλέους εἶναι ἔφασαν, καὶ βρέφος ὄντα ἐνειληθῆναι τῇ λεοντῇ τοῦ ἥρωος, ὅτε ἀνασχὼν αὐτὸν τῷ Διῒ ἀνάλωτον ᾔτει γενέσθαι κατὰ τὴν δορὰν τοῦ λέοντος, ἀετός τε εὐξαμένῳ ἀφίκετο φέρων ἐκ Διὸς τῷ μὲν παιδὶ ὄνομα, ταῖς δὲ εὐχαῖς νεῦμα* — 43. *θυμῷ θέλων*· propenso animo —

νῦν σε, νῦν εὐχαῖς ὑπὸ θεσπεσίαις — Ἐπ. β'.
λίσσομαι, παῖδα θρασὺν ἐξ Ἐριβοίας
ἀνδρὶ τῷδε ξεινιόν μου μοιρίδιον τελέσαι,
τὰν μὲν ἄρρηκτον φυάν, ὥσπερ τόδε δέρμα με νῦν περιπλανᾶται
θηρός, ὃν πάμπρωτον ἀέθλων κτεῖνά ποτ' ἐν Νεμέᾳ·
θυμὸς δ' ἑπέσθω. ταῦτ' ἄρα ϝοι φαμένῳ πέμψεν θεὸς
ἀρχὸν οἰωνῶν μέγαν αἰετόν· ἁ-
δεῖα δ' ἔν-δον νιν ἔκνιξεν χάρις,

εἶπέν τε φωνήσαις ἅτε μάντις ἀνήρ· — Στρ. γ'.
Ἔσσεταί τοι παῖς ὃν αἰτεῖς, ὦ Τελαμών·
καί νιν ὄρνιχος φανέντος κέκλε' ἐπώνυμον εὐρυβίαν Αἴαντα
λαῶν,
ἐν πόνοις ἔκπαγλον Ἐνυαλίου.
ὣς ἄρα ϝειπὼν αὐτίκα
ἕζετ'. ἐμοὶ δὲ μακρὸν πάσας ἀναγήσασθ' ἀρετάς·
Φυλακίδᾳ γὰρ ἦλθον, ὦ Μοῖσα, ταμίας
Πυθέᾳ τε κώμων Εὐθυμένει τε. τὸν Ἀργείων τρόπον
εἰρήσεται πάντ' ἐν βραχίστοις.

---

44. *θεσπεσίαις* ex scholiis ed. Crat.: *θεσπεσίαν B D* — 46. *ξεινιόν μου* (*μευ*) coni. Schnitzer: *ξεῖνον* (*κεῖν. D*) *ἀμὸν* (*ἁμ. D*) *B D*, *ξεινοτίμῳ* coni. Rauchenstein — 47. *τὰν μὲν* coni. Rauchenstein: *τὸν μὲν* codd., *τὼς μὲν* Hartung — *με νῦν* coni. Stephanus: *μίμνοι B D* — 52. *ἔσαιταί D* — 53. *κέκλε'* Bergk: *κέκλετ' B D*, *κέκλευ* Melanchthon — 56. *ἀναγήσ.* coni. Mingarelli: *ἁγήσ. B D*, *διηγήσασθαι* scholia interpretantur — 57. *γάρ τ'* coni. Schmid — 59. *πάντ' ἐν* coni. Schneidewin: *ποῦ κὲν B*, *πα κ' ἐν D* —

44. *εὐχαῖς ὑπὸ θεσπεσίαις*· cf. O. v 6 *ὑπὸ βουθυσίαις ἐγέραρεν* — 45. *Ἐριβοίας*· uxoris Telamonis et matris Aiacis tum temporis praegnantis — 47. *τὰν μὲν ἄρρηκτον φυάν*· oppositum est *θυμὸς δ' ἑπέσθω*, unde patet, cur *τὰν μὲν* pro *τὸν μὲν* scribendum putarim. Hunc locum respicit, sed Aeschylum fr. 83 secutus argutius interpretatur scholiasta Soph. Ai. argum.: *ἱστορεῖ καὶ Πίνδαρος, ὅτι τὸ μὲν σῶμα, ὅπερ ἐκάλυψε ἡ λεοντῆ, ἄτρωτος ἦν, τὸ δὲ μὴ καλυφθὲν τρωτὸν ἔμεινεν.* Paulo aliter fabulam de Aiace invulnerato facto narrat Lycophron 455 ss. Varias hac de re fabulas Lysimachi grammatici vestigiis insistens collegit Radke, De Lysimacho Alexandrino p. 66 ss. — 51. *φωνήσαις ἅτε μάντις ἀνήρ*· fatus qualia vates, non tamquam Herculem ipsum divinandi arte praeditum crediderint — 53. *Αἴαντα λαῶν*· virgulam ante *λαῶν* sustuli, ut Aiax hominum princeps esse idemque inter homines valere quod aquila inter aves dicatur. Similiter nomen *Αἴαντος ἀπὸ αἰετοῦ* derivat Sophocles Ai. 430; similes lusus etymologicos Pindari habes O. XIII 52. P. IV 27. XI 6. N. II 11. V 51. VII 8. X 65. I. V 1. 55. fr. 105. 120 (cf. schol. N. VII inscr.) — 54. *ἐν πόνοις Ἐνυαλίου*· cf. Hor. C. IV 14, 17 *spectandus in certamine Martio.*

56. redit poeta ad res praesentes, simili transeundi formula usus atque N. IV 33 — 57. *ταμίας κώμων*· cf. O. XIII 7 *ταμίαι ἀνδράσι πλούτου*, dispensatrices divitiarum — 58. *τὸν Ἀργείων τρόπον*· schol.: *τουτέστιν ἐπὶ βραχὺ εἰρήσθω. μακρολόγοι μὲν οὖν οἱ Ἴωνες, σύντομοι δὲ οὐ μόνον Λάκωνες, ἀλλὰ καὶ Ἀργεῖοι. Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ μαινομένῳ· πάντ' οἶσθα, πάντ' ἔλεξα τἀντεταλμένα· μῦθος γὰρ Ἀργολιστὶ συντέμνειν βραχύς* —

ἄραντο γὰρ νίκας ἀπὸ παγκρατίου 'Ἀντ. γ'.
τρεῖς, ἀπ' Ἰσθμοῦ, τὰς δ' ἀπ' εὐφύλλου Νεμέας,
ἀγλαοὶ παῖδές τε καὶ μάτρως· ἀνὰ δ' ἄγαγον ἐς φάος οἵαν
μοῖραν ὕμνων,
τὰν Ψαλυχιδᾶν δὲ πάτραν Χαρίτων
ἄρδοντι καλλίστᾳ δρόσῳ,
τόν τε Θεμιστίου ὀρθώσαντες οἶκον τάνδε πόλιν
θεοφιλῆ ναίοντι. Λάμπων δὲ μελέταν
ἔργοις ὀπάζων Ἡσιόδου μάλα τιμᾷ τοῦτ' ἔπος,
υἱοῖσί τε φράζων παραινεῖ,

ξυνὸν ἄστει κόσμον ἑῷ προσάγων. Ἐπ. γ'.
καὶ ξένων εὐεργεσίαις ἀγαπᾶται,
μέτρα μὲν γνώμᾳ διώκων, μέτρα δὲ καὶ κατέχων·
γλῶσσα δ' οὐκ ἔξω φρενῶν· φαίης κέ νιν ἀνδράσιν ἀεθληταῖ-
σιν ἔμμεν
Ναξίαν πέτραις ἐν ἄλλαις χαλκοδάμαντ' ἀκόναν.
πίσω σφε Δίρκας ἁγνὸν ὕδωρ, τὸ βαθύζωνοι κόραι
χρυσοπέπλου Μναμοσύνας ἀνέτει-
λαν παρ' εὐ-τειχέσιν Κάδμου πύλαις.

---

61. *τρεῖς, ἀπ' Ἰσθ.* distinxit Bergk, antea sine distinctione vulgabatur *τρεῖς ἀπ' Ἰσθ.* — *τὰν δ'* vel *τὰ δ'* coni. Bergk — 62. *μάτρως· ἀνὰ δ'* coni. Schmid: *μάτρωες. ἂν δ'* codd. — 63. *Ψαλυχιδᾶν* coni. Schmid: *ψαλυχιαδᾶν BD*, utrumque schol. — 66. *ναίοντι* scripsi: *ναίουσι* codd., *ναίοισι* Hermann — 70. *κἂν* mavult Herwerden collato O. II 49 — *ξείν. BD* — 72. *νιν ἀνδράσιν* coni. Heyne: *νιν ἄνδρ' ἐν* codd. et schol., *Μένανδρον* ex glossa Tricliniana Mommsen — 73. *χαλκοδάμαν* coni. Heyne probabiliter; cf. N. IX 16 — 74. *σφε* codd.: *γε* Et. M. 673, 22 et Cramer An. Par. III 15, unde alios *Ϝε* legisse collegit Bergk.

61. *τρεῖς, ἀπ' Ἰσθμοῦ, τὰς δ' ἀπ' εὐφύλλου Νεμέας*, i. e. tres victorias consecuti sunt, partim ab Isthmo, partim a Nemeaeis ludis. Atque certae sunt una victoria Isthmica Phylacidae, quae hoc carmine illustratur, et una Nemeaea Pytheae, quam N. V poeta praedicavit; restat tertia avunculi Euthymenis, quae qualis fuerit, testimonio nihil constat, sed Isthmica fuisse videtur; v. N. V 41. Hac de causa *τὰν δὲ*, quod Bergkius coniecit, non *τὰς δὲ*, quod codices exhibent, poeta scribere debebat; sed hanc neglegentiam dicendi coniectura tollere veritus sum — 64. *Χαρίτων δρόσῳ*, Gratiarum rore; cf. P. V 99 et supra v. 21 — 65. de Themistio avo Phylacidae confer N. V 50 — 67. *ὀπάζων*, consocians, quae vetus et Homerica vis verbi est — *Ἡσιόδου ἔπος*· Hes. opp. 412 *μελέτη δέ τοι ἔργον ὀφέλλει* — 71. *μέτρα*· iterum versum respicit Hesiodi Pindarus opp. 694 *μέτρα φυλάσσεσθαι, καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος* — *διώκων . . . κατέχων*, petens . . . inhibens atque coercens; cf. N. X 6. I. III 2 — 72. *γλῶσσα δ' οὐκ ἔξω φρενῶν*· neque loquitur aliter atque sentit, diversus ab illo, quem Achilles detestatur Il. IX 312 *ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀίδαο πύλαισι, ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν ἄλλο δὲ εἴπῃ.* Contra Mezgerus Lamponis ab oratione consilium non afuisse interpretatur — 73. *Ναξίαν ἀκόναν*· cotem praeter alias aeri acuendo aptam e Naxo, vico Cretae insulae, provenire scholia testantur; translatam vim etiam verbo *θήξαις* poeta tribuit O. X 20 — 74. *πίσω*, cum vim verbi causativi habeat, duplici accusativo iunctum est; Dircae fonte Pindarus etiam O. X 85. I. I 29 ad patriam suam significandam utitur.

ΙΣΘΜΙΟΝ. Ζ'.

ΣΤΡΕΨΙΑΔῌ ΘΗΒΑΙῼ

ΠΑΓΚΡΑΤΙῼ.

Strophae.



Epodi.



Argumentum.

Strepsiadem Thebanum Isthmia pancratio vicisse avunculumque eius cognominem, Diodoti filium, qui paulo ante pro patria mortem occubuerat, consortem gloriae fecisse ex carmine ipso comperimus. De tempore victoriae nihil memoriae traditum invenimus, sed quod de senectute et fato instante poeta verba facit (v. 41), inde merito Boeckhius collegit, pugnam, qua Strepsiades avunculus periit, non Plataeensem intellegendam esse, et etiam minus superiorem aliquam pugnam, sed Oenophytensem, qua Thebani destituti a Lacedaemoniis (v. 16 sq., cf. Thuc. I 108 et Plat. Menex. 242 b), quibuscum coniuncti sexagesimo secundo die ante (v. Thuc. l. l.) Athenienses et Argivos ad Tanagram vicerant, ab Atheniensibus fusi et fugati sunt. Quae pugna cum anno 457 exeunte vel 456 ineunte commissa sit, Strepsiadem aut vere anni 456 (Ol. 80, 4) aut duobus annis post, vere anni 454 (Ol. 81, 2) Isthmia vicisse probabile est. Alterum ut admittam, mentione Pythiorum in fine carminis facta commoveor; nam proxima Pythia post pugnam ad Oenophyta anno 454 celebrata sunt. Longe diversam rationem Heynius et Bergkius inierunt,

qui mira iudicii perversitate hoc carmen dulcissimum inter prima poesis Pindaricae rudimenta rettulerunt et ab adulescentulo poeta Ol. 70, 2 vel 70, 4 post cladem belli a Thebanis et Lacedaemoniis contra Athenienses gesti (v. Herod. v 77) scriptum esse opinati sunt. Ad hanc autem sententiam eo inprimis isti adducti sunt, quod exaggeratio decorum Thebanorum in exordio huius carminis similis hymni (fr. 29) sit, ob quem Pindarum iuvenem a Corinna vituperatum esse ferunt. At luxuriantis orationis vitio, si est vitium, ne provecta quidem aetate Pindarum caruisse, testimonio sunt epinicia O. xiii et N. x. Neque metricae rationes, quibus E. Graf, Pind. log. Stroph. p. 34, ut Bergkio adstipularetur, commotus est, certa indicia temporis praebent.

In prooemio poeta ex Theba heroina quaerit, quid tandem ex multis ornamentis urbis potissimum praedicari velit (1—15); quorum ornamentorum quod ultimo loco posuit, auxilium Lacedaemoniis ab Aegidis Thebanis latum, quia Musarum lenociniis ornatum non sit, in oblivionem abiisse queritur (16—19); quod ne iterum accidat, Strepsiadis recentem victoriam Isthmiacam hymno se praedicaturum esse et una cum ea virtutem avunculi, qui paullo ante pro patria dimicans prima in acie occiderit (20—36). Tristis autem illius cladis luctum iam leniri felicitate coronae Isthmiis partae; esse enim hominis sapientis, ut quae dies bona afferat, iis contentus vivat neque nova semper et quae mortalibus denegata sint appetat; quibus a conatibus homines prudentes deterreri tristi casu Bellerophontae (37—48). Sub finem Apollinem precatur, ut Strepsiadem etiam Pythica corona donet.

Fabula quod hoc epinicium caret, in tam brevi carmine non mirandum est. Sed cum omnia, quae Pindarus Thebanis victoribus scripsit, epinicia fabula careant, historia autem fabularis Thebana haudquaquam penuria rerum laborarit, peculiarem quandam causam fuisse puto, cur Pindarus in his carminibus a fabulis narrandis abstineret. Quodsi in re incerta coniecturam facere licet, poetam in hymnis partheniis dithyrambis, quos suis popularibus scripsit, amplissimam materiem domesticarum fabularum ita exhausisse duco, ut nihil iam novi epiniciis relictum esset.

De metris.

Carminis huius metra sunt logaoedica ita composita, ut versus aut uno et continuo ordine decurrant (str. 1. 4, ep. 1. 3. 4) aut ex duobus pluribusve membris constent. Hi quibus locis in cola dividendi sint, cursu numerorum partim interrupto (ep. 2. 6. 7) partim retardato (str. 3. 5, ep. 5) indicatum est. Verum utrum carmen membris tetrapodicis tripodicisque commixtis constet, an omnes versus uno rhythmo senario (*ποσὶν ἑξασήμοις*) scandendi sint, non prorsus exploratum est. Alterum quomodo fieri posset ut demonstrarem, in schemate metrico ab audacioribus remediis rhythmicis non abstinui; de pedibus ⌞_ ⌞_ et ⌞_ ∧ ◡ in strophae versu quinto sibi respondentibus cf. O. viii p. 61, de finalibus tripodiis Prol. l. Duo ultima cola epodi quominus in unum versum coniungantur quod obstat, id coniectura removeri posse in var. lect. v. 34 docui. Carmen venustissimum Thebis a choro in publico convivio cantatum esse videtur. Ad convivium non tam verbum *κώμαζε* (v. 20) rettuli, quippe quod et de convivio et de pompa intellegi possit,

quam quod coronis poeta ceterique amici redimiti esse dicuntur (v. 39). Publice autem, non inter privatos parietes comissationem factam esse, ex argumento carminis, ut quod publicas res Thebanorum magis quam decora Strepsiadeae domus spectet, colligendum esse existimo. Ad postremum moneo minimam in hoc carmine concordiam metricae et oratoriae partitionis esse. Neque enim solum strophae et antistrophae, sed etiam epodi raro sententia perfecta atque absoluta clauduntur, quod in carmine a sene poeta facto plus etiam quam in aliis offensionis habet.

Τίνι τῶν πάρος, ὦ μάκαιρα Θήβα, Στρ. α'.
καλῶν ἐπιχωρίων μάλιστα θυ-μὸν τεὸν
εὔφρανας; ἦ ῥα χαλκοκρότου πάρεδρον
Δαμάτερος ἀνίκ' εὐρυχαίταν
ἄντειλας Διόνυσον, ἢ χρυσῷ μεσονύκτιον νί-
φοντα δεξαμένα τὸν φέρτατον θεῶν,

ὁπότ' Ἀμφιτρύωνος ἐν θυρέτροις Ἀντ. α'.
σταθεὶς ἄλοχον μετῆλθεν Ἡρακλεί-οις γοναῖς;
ἢ ἀμφὶ πυκναῖς Τειρεσίαο βουλαῖς;
ἢ ἀμφ' Ἰόλαον ἱππόμητιν;
ἢ Σπαρτῶν ἀκαμαντολογχᾶν; ἢ ὅτε καρτερᾶς Ἄ-
δραστον ἐξ ἀλαλᾶς ἄμπεμψας ὀρφανὸν

VARIA LECTIO. Inscr. om. *BD* et schol. — 6. *θερ. B* — 8 et 9. *ἢ* Schmid: *ἢ ὅτ' BD, ἤ'* Mommsen — 8. *πυκναῖς Τειρεσίαο* coni. Pauw: *τειρεσίαο πυκιναῖς BD*; *πυκναὶς . . . βουλαίς* susp. Bergk — 10. *κρατ. D* —

COMMENTARII. v. 1. *ὦ μάκαιρα Θήβα*, deam urbis Thebarum poeta alloquitur, ut I. I 1 ss. Multus vero est poeta in ornamentis urbis enumerandis, quam ob ubertatem similis carminis (fr. 29. 30) iam iuvenis a Corinna vituperatus erat; imitabantur autem in hac re poetae artifices, qui in templorum tympanis metopisque atque in deorum vestibus sellis armis decorandis multifaria ornamenta undecunque congerere solebant; conferas modo Minervae Laconicae signum rebus a Minerva Hercule Tyndareo Perseo gestis ornatum ap. Paus. II 17, 3 — 3. *χαλκοκρότου πάρεδρον Δαμάτερος·* schol.: *παρὰ τὰ ἐπικτυποῦντα ἐν ταῖς τελεταῖς τῆς Δήμητρος κύμβαλα·* cf. Vell. Paterc. I 4, 1 *aeris sono, qualis Cerealibus sacris cieri solet.* Societas vero *θεῶν παρέδρων, Δήμητρος καὶ Διονύσου*, Cereris et Liberi ex mysteriorum cultu Eleusinio orta esse videtur; cf. Roscher lex. myth. I 1085. De Baccho a Semela, filia Cadmi, nato omnia nota; cf. O. II 25 — 4. *εὐρυχαίταν·* caesarie longa et late fluente ornatum, qualem Bacchum iuvenem et virgini quam viro similiorem artifices fingere solebant — 5. *χρυσῷ νίφοντα·* auro Iovem, cum Alcmenae uterum fecundaret, pluisse vel ninxisse Pindarus commentus est, fabulam Danaae auream Iovis pluviam concipientis imitatus — 7. *Ἡρακλείοις γοναῖς·* Herculis cum seminibus Amphitryonis uxorem visit; *γονὰς* enim semina, quae femina concipiat, intellegenda esse, docet comparatio N. VII 84 *λέγοντι Αἰακόν νιν (Δία) ὑπὸ ματροδόκοις γοναῖς φυτεῦσαι.* De re ipsa conf. N. X 13 ss. — 8 ss. Pindarus, quo studio variandae orationis ducebatur, causarum quamque alia forma expressit; cf. N. V 52. Nescio tamen an nomina *πυκναὶς βουλαίς*, ne iusto maior variatio fiat, pro accusativis Boeotiis habenda sint; cf. I. I 24 s. — 10. *Σπαρτῶν ἀκαμαντολογχᾶν·* genet. causae, coniungendus ille cum verbo *εὔφρανας θυμόν* — *Ἄδραστον·* ducem principem ex septem ducibus, qui Thebas oppugnaverant; is aptissime praeter ceteros

μυρίων ἑτάρων ἐς Ἄργος ἵππιον; 'Επ. α'.
ἢ Δωρίδ' ἀποικίαν - οὕνεκεν ὀρθᾷ
ἔστασας ἐπὶ σφυρῷ
Λακεδαιμονίων, ἕλον δ' Ἀμύκλας
Αἰγεῖδαι σέθεν ἔκγονοι μαντεύμασι Πυθίοις;
ἀλλὰ παλαι-ὰ γὰρ
εὕδει χάρις, ἀ-μνάμονες δὲ βροτοί,

ὅ τι μὴ σοφίας ἄωτον ἄκρον Στρ. β'.
κλυταῖς ἐπέων ῥοαῖσιν ἐξίκη-ται ζυγέν.
κώμαζ' ἔπειτεν ἀδυμελεῖ σὺν ὕμνῳ
καὶ Στρεψιάδᾳ· φέρει γὰρ Ἰσθμοῖ
νίκαν παγκρατίου, σθένει τ' ἔκπαγλος ἰδεῖν τε μορφά-
εις· ἄγει τ' ἀρετὰν οὐκ αἰσχίω φυᾶς.

φλέγεται δὲ ϝιοπλόκοισι Μοίσαις, Ἀντ. β'.
μάτρωί θ' ὁμωνύμῳ δέδωκε κοι-νὸν θάλος,

---

11. ἑτάρων Schmid: ἑταίρων *BD* — 12. οὕνεκεν Thiersch: οὕνεκ' *BD*, ἀνίκ' ἄρ' Heyne — 15. αἰγεῖδαι *B*: αἰδεῖσθαι *D*, ἀργεῖδαι v. l. schol. — πυθίοισιν *BD* — 19. ζευγέν *B* — 20. ἔπειτ' ἐν *BD* et schol. — 22. μορφάεις: μορφάεσ' (-εσσ' *B*) *BD* — αἰσχίω *Byz.*: αἴσχιον *B*, αἴσχθιον *D*, quae lectio ad formam acc. αἰσχίων ducit grammaticis ante Aristarchum probatam — 23. δὲ ἰοπλόκοισι coni. Bergk: δ' ἰοπλοκάμοισι codd., δ' ἰοβοστρύχοισι Schmid; cf. O. VI 30 —

duces nominatur, non solum quod toti exercitui Argivorum praeerat, sed etiam quod utriusque expeditionis particeps erat; cf. P. VIII 51 ss. — 11. Ἄργος ἵππιον· Homericum Ἄργος ἱππόβοτον imitatur — 12. Δωρίδ' ἀποικίαν, Lacedaemonem, quia Dores ex Dorica tetrapoli in agrum Lacedaemonium immigraverant ibique Lacedaemonem urbem condiderant — 13. ὀρθᾷ ἔστασας ἐπὶ σφυρῷ· hinc Latini dicebant *recto stare talo*, ut Horatius ep. II 1, 176 — 15. Αἰγεῖδαι· schol.: εἰσὶν Αἰγεῖδαι φρατρία Θηβαίων, ἀφ' ἧς ἧκόν τινες εἰς Σπάρτην Λακεδαιμονίοις βοηθήσοντες ἐν τῷ πρὸς Ἀμυκλαεῖς πολέμῳ, ἡγεμόνι χρησάμενοι Τιμομάχῳ, ὃς πρῶτος μὲν πάντα τὰ πρὸς πόλεμον διέταξε Λακεδαιμονίοις, μεγάλων δὲ παρ' αὐτοῖς ἠξιώθη τιμῶν· καὶ τοῖς Ὑακινθίοις δὲ ὁ χάλκεος αὐτῷ θώραξ προτίθεται· τοῦτον δὲ Θηβαῖοι ὅπλον ἐκάλουν. ταῦτα ἱστορεῖ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Λακώνων πολιτείᾳ· cf. P. V 75. P. IX arg., Studniczka Kyrene p. 86, Rehm Comm. philol. Monac. p. 157 — μαντεύμασι Πυθίοις, quod ut scholia narrant, deum Apollinem Laconibus suasisse ferebant, ut Aegidas socios armorum adsciscerent — 17. εὕδει χάρις· acute iam Aristarchus adnotavit: τοῦτο λεγόμενον ὑπόνοιαν δίδωσιν ὡς ὅτε ἔγραφεν ὁ Πίνδαρος, ἀχαριστευομένων τι τῶν Θηβαίων ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων. Atque re vera poetam conqueri, quod Lacedaemonii prisci foederis immemores in summo rerum discrimine ante pugnam ad Oenophyta Thebanos destituissent, in argumento carminis Boeckhium ducem secutus exposui — 18. σοφίας ἄωτον, sapientiae summum esse dicit carmen decoro orationis flumine iunctum; de acc. a verbis eundi (ἐξίκηται) pendente v. O. X 87.

20. ἔπειτεν . . . καί, aptissime iam transit ad Strepsiadis hymnum, ne etiam huius virtus oblivione obruatur; de vi particulae ἔπειτα confer Hom. Il. V 811. Soph. El. 345 — 21. φέρει· tempore praesenti similiter N. III 18 usus est, ut victorem victoriae quam reportasset praemium etiamtum ferre significaret; quominus enim φέρεν coniectura reponamus, impedit coniunctum praesens ἄγει — 23. φλεγεται, illustratur; cf. O. IX 22. P. V 45 — ἰοκλόκοισι Μοίσαις· cf. P. I 1 ἰοπλοκάμων Μοισᾶν — 24. δέδωκε κοινὸν θάλος· conferre iuvat P. VI 15 πατρὶ

χάλκασπις ᾧ πότμον μὲν Ἄρης ἔμιξεν,
τιμὰ δ' ἀγαθοῖσιν ἀντίκειται.
ἴστω γὰρ σαφὲς ὅστις ἐν ταύτᾳ νεφέλᾳ χάλαζαν
αἵματος πρὸ φίλας πάτρας ἀμύνεται,

λοιγὸν ἄντα φέρων ἐναντίῳ στρατῷ, 'Επ. β'.
ἀστῶν γενεᾷ μέγισ-τον κλέος αὔξων
ζώων τ' ἀπὸ καὶ θανών.
τὺ δέ, Διοδότοιο παῖ, μαχατὰν
αἰνέων Μελέαγρον, αἰνέων δὲ καὶ Ἕκτορα
Ἀμφιάρη-όν τε,
εὐανθέ' ἀπέπ-νευσας ἁλικίαν

προμάχων ἀν' ὅμιλον, ἔνθ' ἄριστοι Στρ. γ'.
ἔσχον πολέμοιο νεῖκος ἐσχάταις - ἐλπίσιν.

25. ἄρης: ἄρ' *D* — 26. τιμὰ et τιμᾷ *B* et schol. — 27. ὅτις *D* — πρὸ coni. Schmid: πρὸς codd. — 28. ἄντα φέρων ex scholiis Thiersch: ἀμύνων *B D*, ἀντιφέρων Bergk, ἀντιπνέων Wölfflin Phil. 7, 209 — 33. ἀμφιάραόν τε *B D*, ἀν' Ἀμφιάρειον coni. Bergk — 34. εὐανθέα: fort. λευκανθέα, ut duo cola ultima epodi in unum versum coniungi possint; cf. N. IX 23 — 36. ἔχον maluit Schmid — ἐσχάταις (-οισιν *D*) ἐπ' ἐλπ. *B D*, ἐπ' eiec. ed. Rom. — ἐλπίσιν *Byz.* et lemma in *B*: ἐλπίσ. . *B*, ἐλπίδιν *D* —

τεῷ, Θρασύβουλε, κοινάν τε γενεᾷ νίκαν, O. II 55, P. V 102. Quamquam facilius curulis victoriae decus cum alio communicari potuit quam pancratii, quandoquidem in curulibus certaminibus qui sumptus equorum alendorum fecerant, corona ornabantur, in pancratio suis viribus victorem niti oportebat. Verum cum idem nomen avunculo et filio sororis victori fuisset, ipsa renuntiatione nominis victoris simul memoria avunculi clarissimi excitata est; praeterea avunculum filium sororis lucta instituisse et in victoria pueri recitanda tamquam aliptam cum honore commemoratum esse veri simile duco — 25. Ἄρης· infaustam pugnam ad Oenophyta spectat, in qua Strepsiades maior in prima acie pro patria fortissime pugnans cecidit — 27. ταύτᾳ νεφέλᾳ, in hac, quam translate dixi, tempestate, id quod non longe abest a τοιαύτᾳ νεφέλᾳ· similis vis pronominis οὗτος est N. IX 29; de vi translata vocabuli νεφέλας conf. φόνου νεφέλαν N. IX 38 — χάλαζαν αἵματος, cruentam grandinem; cf. I. V 50 et Soph. OR. 1279 ὁμοῦ μέλας ὄμβρος χαλάζης αἱμάτων ἐτέγγετο — 28. λοιγὸν ἄντα φέρων· cf. epigr. AP. VII 438 δριμὺν ἐπ' Αἰτωλοῖς ἀντιφέρων πόλεμον — 29. ἀστῶν γενεᾷ, ut Λοκρῶν γενεάν O. XI 15 — 30. ἀπὸ καὶ θανών pro καὶ ἀποθανών· cf. O. VIII 19 — 31. Διοδότοιο παῖ, patris Diodoti nomine Strepsiades maior a minore Strepsiade distingui videtur, licet quis huius minoris Strepsiadis pater fuerit nescimus — 32. Μελέαγρον perniciem a patria Aetolica in bello contra Curetes avertisse ex Homero Il. IX 550 ss. novimus. Etiam aptius exemplum Hectoris fuit pro patria sua fortissime mortem occumbentis; contra minus idoneum exemplum Amphiarai est, utpote qui non patriam suam defendens, sed bellum Thebanis inferens occidisset; sed ne hostis quidem fortitudinem probi homines contemnunt; praeterea suspicari licet Strepsiadem quoque vatem fuisse ideoque Amphiaraum vatem magno in honore habuisse. Bergkius ut ne Amphiaraum patriae defensoribus immisceret, ἀν' Ἀμφιάρειον scripsit, quo locum (cf. Strab. IX p. 399. 404), ubi Strepsiades pugnans mortem occubuisset, indicaret; at putida haec diligentia geographica esset in poeta res, quae ad animum commovendum nihil afferant, suo iure neglegente — 36. πολέμοιο νεῖκος· cf. Hom. *N* 271 νεῖκος πολέμοιο, ο 264. ω 543. Arist. Vesp. 865.

ἔτλαν δὲ πένθος οὐ φατόν· ἀλλὰ νῦν μοι
Γαιάοχος εὐδίαν ὄπασσεν
ἐκ χειμῶνος. ἀείσομαι χαίταν στεφάνοισιν ἁρμόζ-
ων· ὁ δ' ἀθανάτων μὴ θρασσέτω φθόνος.

ὅ τι τερπνὸν ἐφάμερον διώκων 'Αντ. γ'.
ἕκαλος ἔπειμι γῆρας ἔς τε τὸν - μόρσιμον
αἰῶνα. θνάσκομεν γὰρ ὁμῶς ἅπαντες,
δαίμων δ' ἄισος· τὰ μακρὰ δ' εἴ τις
παπταίνει, βραχὺς ἐξικέσθαι χαλκόπεδον θεῶν ἕ-
δραν· ὅ τοι πτερόεις ἔρριψε Πάγασος

δεσπόταν ἐθέλοντ' ἐς οὐρανοῦ σταθμοὺς 'Επ. γ'.
ἐλθεῖν μεθ' ὁμάγυριν - Βελλεροφόνταν
Ζηνός· τὸ δὲ παρ δίκαν
γλυκὺ πικροτάτα μένει τελευτά.
ἄμμι δ', ὦ χρυσέᾳ κόμᾳ θάλλων, πόρε, Λοξία,
τεαῖσιν ἁμίλ-λαισιν
εὐανθέα καὶ - Πυθόϊ στέφανον.

---

39. ἁρμόσαις ex scholiis Schmid: ἁρμόζων *B D* — 40. ἐφάμερον *D*: ἐφάμερος Tricl. — 43. ἄϊσος Benedictus: ἄιστος codd, utrumque schol. — 44. ὅ τοι *B*: ὅτι *D* — 45. οὐρανοὺς *D* — 51. ἐνανθέα *D*.

37. ἀλλὰ νῦν· simili modo praesens fortuna tristitiae praeteritorum temporum opponitur I. III 36; atque hic quoque metaphora de navigatione tracta bene quadrat in vernum tempus, quo ludi Isthmici agebantur — 39. χαίταν στεφάνοισι· schol.: τοὐναντίον εἶπε· βούλεται γὰρ λέγειν τοὺς στεφάνους τῇ χαίτῃ ἁρμόζων· simili modo nominum casus invertit N. X 75 θερμὰ δὴ τέγγων δάκρυα στοναχαῖς, O. I 54 ἀκέρδεια λέλογχε κακαγόρους, quartum locum I. I 18 dubitant an alio modo expedire liceat; apte autem corona se redimitos fingit, quod coronati epulis interesse solebant — ἀθανάτων φθόνος· de invidia deorum cf. P. X 20 — 40. ὅ τι τερπνόν scil. ἐστιν· hoc enim suavius est quam si puncto post φθόνος in virgulam mutato ὅτι pro ὅ τι scribas — 42. θνάσκομεν . . . ἅπαντες· cf. N. VII 19 — 43. δαίμων· δαίμων γενέθλιος (cf. O. XIII 105) qui cuiusque hominis fortunae moderatur — 44. βραχὺς ἐξικέσθαι· brevior est quam qui in caelum ascendere possit; cf. N. X 19. Sagacissime autem Leop. Schmidt Pind. Leb. 38 suspicatus est exemplo mythico poetam significare voluisse, nimium studium Thebanorum imperio totius Boeotiae potiundi sibi improbari — χαλκόπεδον θεῶν ἕδραν· imitatur Hom. *A* 426 Διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ — 47. τὸ δὲ παρ δίκαν· eximia haec sententia illustratur simili loco P. IV 140 — 49. in epilogo huius carminis similiter atque P V et I. I dei auxilium pro certamine, quod victor Isthmiorum iam meditabatur, implorat. Videntur autem iam Pindari tempore iuvenes non statim post Isthmia ad Olympicam victoriam adspirasse, sed antea Pythicorum ludorum certamina obiisse; cf. I. I 65 — χρυσέᾳ κόμᾳ θάλλων· respicit Apollinis epitheta ἀκειρεκόμαν P. III 14 I. I 7, χρυσοκόμαν O. VI 41. VII 32. Eur. Suppl. 976, χρυσοέθειρον CIG. 2342.

ΙΣΘΜΙΟΝ. Η′.

ΚΛΕΑΝΔΡῼ ΑΙΓΙΝΗΤῌ

ΠΑΓΚΡΑΤΙῼ.

Strophae.

Argumentum.

Carmen hoc pulcherrimum, in honorem Cleandri Telesarchi filii Aeginetae compositum num recte inter Isthmica epinicia relatum sit, a Boeckhio dubitatum est. Nam cum versu quarto poeta hoc carmen duarum victoriarum, Isthmicae et Nemeaeae, praemium esse dicat, neque quod Isthmica victoria priore loco posita est, multum ponderis habere videatur, aequo iure hoc carmen ad Isthmicam quam ad Nemeaeam victoriam trahi censuit. Iam cum idem vir clarissimus Nemea hiberna Ol. 75, 2 sexto fere mense post obsessionem Thebarum acta esse opinaretur et gravissimum luctum vv. 5—13 expressum optime in tempora proxima post pugnam Plataeensem quadrare existimaret, victoriam Nemeaeam, non Isthmicam poetae hoc carmen scribendi ansam praebuisse statuit. At omni huic argumentationi fundamentum subtractum est distinctione hibernorum et aestivorum Nemeorum sublata. Quodsi calculos ab Ungero stabilitos sequimur (v. Prol. LXVI) et pugnam Plataeensem mense Septembri anni 479 factam esse credimus (v. Plut. Aristid. 19, Camill. 19), proximi ludi post pugnam Plataeensem erant Isthmici mense

Aprili anni 478 (Ol. 75, 2) acti. Horum igitur potissimum victoriam hoc carmine a poeta illustrari probabile est. Nemeaeam autem victoriam, quam et ipsam poeta laudat, Cleander paulo ante, aestate anni 479 (Ol. 75, 2), vel etiam duobus annis prius reportasse videtur. Sane difficultates huic opinioni parantur carminibus I. III et V, utpote quae et ipsa pancratii victorias Isthmicas non multum post pugnas Plataeensem et Salaminiam reportatas praedicent. Sed in his difficultatibus expediendis ab huius carminis potius temporibus quam ceterorum duorum proficiscendum est, quandoquidem inter hoc carmen et pugnam Plataeensem obsessionemque Thebarum exiguum tempus interlapsum esse plane apertum est. Denique silentio praetermittere nolo tempori verno ludorum Isthmicorum magis etiam quam aestivo Nemeorum convenire mentionem myrteae coronae v. 67 factam.

En argumentum carminis dulcissimi: Cleandro aequali agite, iuvenes, ante vestibulum patris Telesarchi epinicium hymnum fundite, quod praemium laborum feliciter ludis Isthmicis et Nemeaeis exantlatorum sit (1—5). Poscor enim ut Musam advocem, neque munus oblatum detrectabo, quamvis gravi dolore afflictus, quandoquidem periculum servitutis quasi Tantaleae rupis Graeciae impendentis deus nobis averruncavit (5—13). Praesenti enim bono nos frui decet, neque in rebus dubiis de salute desperandum est salva libertate (14—15). Me autem Thebis nutritum Aeginae munus Gratiarum reddere oportet, quoniam ex eodem parente Asopo duae nymphae Theba et Aegina procreatae sunt, quae a rege deorum dilectae altera prope Dircae flumina collocata urbis Thebarum patrona facta est, altera in Oenopiam insulam translata Aeacum, mortalium iustissimum, peperit (15—24). Cuius etiam filii et nepotes bellica virtute et sapientiae laude florebant, unde caelicolae, cum Iupiter et Neptunus una Thetin Nereidem deperirent, Themidis vaticinio obsecuti, ne gravia ex istis amoribus Olympicis deis pericula orerentur, Thetin deam Peleo, Aeaci filio piissimo, uxorem iunxerunt (24—47). Natus vero ex hoc matrimonio Achilles praeclarissima facinora edidit et etiam mortuus naeniis Musarum ornatus est (47—58). Ut igitur dii strenuos viros etiam mortuos carminibus illustrandos esse duxerunt, ita nos quoque Nicoclis victoriarum memoriam resuscitare par est. Huius autem vestigia nunc patruelis eius Cleander legit, qui quod iuventutem desidia umbratilis vitae obscurare noluit, merita laude nobis decorandus est (59—70).

De metris.

Carmen est Aeolicum monostrophicum, ad instar epithalamiorum Sapphus a choro iuvenum ad aedes patris victoris (v. 3; cf. N. I 19) comissantium cantatum. Atque in priore parte carminis sive in quatuor primis versibus numeri passibus chori gradientis ita accommodati sunt, ut rhythmi senum temporum (πόδες ἑξάσημοι) continui sese excipiant et etiam pausarum intervalla definiri possint. In altera quoque parte carminis sunt aliqui versus velut sextus et octavus, qui facile in dipodias dividi possint; sed plerique, cum dipodiis tripodias catalecticas admixtas habeant, in aequabilem scansionem dipodicam sine vehementioribus remediis rhythmicis cogi nequeunt. Inprimis num binae tripodiae versus quinti in singulos trimetros coniungendae sint, dubitare

possis, qua de re vide Prol. LII. Praeterea utrum versus octavus a tribrachi anacrusi incipiat, an a dipodia epitritica simili versuum O. X 3. 4

⏑⏑⏑ ⏑ – – ⏑⏑ ⏑ ⌊ ⏑⏑ ⏑ ⌊

equidem dubito. In ultimo vero versu ipse pulchram speciem mesodicae periodi aequabilitati dipodicae divisionis anteposui. Versus primum et secundum, cum et numeris et sententiis (cf. vv. 11. 12; 21. 22; 31. 32) cohaereant, in unum versum Hermannus Bergkius Mommsenius coniunxerunt, quorum auctoritati quominus obtemperarem, syllaba media ancipiti versuum 21. 41 prohibitus sum. Divisi igitur versus, ita tamen, ut ex duobus versibus unum asynartetum versum effici putarem; cf. Prol. XXII sq. Versum quintum in tres versus Bergkius diremit, quod ut fieri posse a nobis signis caesurae indicatum est (v. Prol. XXXIX), ita artem poetae in periodo longa componenda expressam caligine obducit. De paenultimi vero coli huius versus longa trichrono in duas breves soluta vide Prol. XLVII. Denique versum ultimum a praecedente versu nono non longo intervallo dirimendum esse, particula enclitica *γε* in initio v. 10 posita nos commonet. Epodo quod carmen caret, non aeque atque in carminibus O. XIV. P. XII. N. IV ex eo explicandum esse videtur, quod in pompa a choro incedente cantabatur, sed ex eo, quod poeta formam epithalamiorum poetarum Aeolicorum, quae epodis caruisse constat, imitatus est. Quamquam non refragabor, si quis principium quidem carminis in pompa cantatum esse statuerit.

Κλεάνδρῳ τις ἁλικίᾳ τε λύτρον *Στρ. α'.*
εὔδοξον, ὦ νέοι, καμάτων,
πατρὸς ἀγλαὸν Τελεσάρ-
χου παρὰ πρόθυρον ἰὼν ἀνεγειρέτω
κῶμον, Ἰσθμιάδος τε νί-
κας ἄποινα, καὶ Νεμέᾳ
ἀέθλων ὅτι κράτος ἐξ-
εῦρε. τῷ καὶ ἐγώ, - καίπερ ἀχνύμενος

VARIA LECTIO. Inscr. om. *BD* et schol. — 1. *τις B*: *τίς D* — *τε* codd. et schol.: *τι* coni. Bergk — 3. *πρόθυμον D* — *ἀνεγειρέτω B*: *ἀγειρέτω D*, *συναγ.* coni. Schmid — 4. *κώμων B* — post *Νεμέᾳ* interpunxit Bergk —

COMMENTARII. v. 1. *Κλεάνδρῳ ἁλικίᾳ τε*· Cleandro et eius aequali aetati, ut non longe absit a 'Cleandro aequali sodali'. Namque quominus 'et aequalibus eius' interpretemur, cum res ipsa prohibet — victoris enim epinicium carmen est — tum versus 65, ex quo aequales ipsos carmen canere apparet. De simili usu particulae *τε* conf. O. X 58 — *τις*, choreutarum quisque, quae similis vis pronominis indefiniti occurrit I. VIII 65. N. VIII 50. P. II 51. Hom. Il. XVII 227. Soph. Ai. 245 — *λύτρον καμάτων* carmen epinicium esse dicitur, ut P. V 106. N. IV 1; cf. *λύτρον συμφορᾶς* O. VII 77, et *νίκας ἄποινα* I. VIII 3. P. II 14. O. VII 16, *πλαγᾶν ἄκος* N. III 18. IV 2 — 3. *πρόθυρον*· vestibulum domus paternae; sic etiam N. I 19 carmen ante fores domus victoris cantari dicitur — 4. *Ἰσθμιάδος τε νίκας ἄποινα καὶ Νεμέᾳ ὅτι κράτος ἀέθλων ἐξεῦρε*· suo more Pindarus cognatas res, Isthmicam victoriam atque Nemeaeam victoriam, varia forma orationis reddit; quae autem victoria potior sit et hoc carmen excitaverit, eam priore loco positam esse supra in Argum. exposuimus — 5. *ἀχνύμενος θυμόν*·

θυμόν, αἰτέομαι - χρυσέαν καλέσαι
Μοῖσαν. ἐκ μεγάλων δὲ πεν-θέων λυθέντες
μήτ' ἐν ὀρφανίᾳ πέσω-μεν στεφάνων,
μήτε κάδεα θεράπευε·
παυσάμενοι δ' ἀπράκ-των κακῶν
γλυκύ τι δαμωσόμεθα καὶ - μετὰ πόνον,
ἐπειδὴ τὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς
γε Ταντάλου λίθον - παρά τις ἔ-
τρεψεν ἄμμι θεός,

ἀτόλματον Ἑλλάδι μόχθον. ἀλλά Στρ. β'.
μοι δεῖμα μὲν παροιχόμενον
καρτερὰν ἔπαυσε μέριμ-
ναν· τὸ δὲ πρὸ ποδὸς ἄρειον ἀεὶ σκοπεῖν
χρῆμα πᾶν. δόλιος γὰρ αἰ-
ὼν ἐπ' ἀνδράσι κρέμαται,
ἑλίσσων βίου πόρον· ἰ-
ατὰ δ' ἐστὶ βροτοῖς - σύν γ' ἐλευθερίᾳ
καὶ τά. χρὴ δ' ἀγαθὰν - ἐλπίδ' ἀνδρὶ μέλειν.
χρὴ δ' ἐν ἑπταπύλοισι Θή-βαις τραφέντα

7. ἀπρήκτ. *BD* — 10. γε *B* et schol.: τε *D*, ἄτε Bergk, fort. **λᾶν Ταντάλου μέγαν** vel **ταῦν Ταντάλου λίθον** collato Hesychio ταΰς· μέγας, **πολύς** — 12. **παροιχόμενον** Benedictus: **παροιχομένων** codd. et schol. — 13. **σκοπεῖν** om. codd., ex scholiis suppl. Thiersch — 15. **βίου** Tricl.: **βιότου** *BD* — **καὶ τά** *B*: **καὶ ταὸν** *D* — **χρὴ δ' . . . ἰόν** 41 exciderunt in *B* —

maerere se poeta fatetur ob cladem a Thebanis nuper apud Plataeas acceptam et patriam urbem ab hostibus Graecis captam — αἰτέομαι, poscor scil. a patre iuvenis victoris eiusque cognatis; simili modo Hor. C. I 32, 1 dixit *poscimur* — 6. στεφάνων· cf. Eur. Herc. 676 μὴ ζῴην μετ' ἀμουσίας, ἀεὶ δ' ἐν στεφάνοισιν εἴην — 7. θεράπευε· Musam vel animum suum cohortans alloquitur, ut ne nimium tristitiae indulgeat. De imperativo θεράπευε et coniunctivo adhortativo δαμωσόμεθα coniunctis conferre iuvat similem locum O. I 7 — **ἀπράκτων πόνων**· vim vocabuli ἀπράκτων aperit Homerus Il. XXIV 524 ἄλγεα δ' ἔμπης | ἐν θυμῷ κατάκεισθαι ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ· | οὐ γάρ τις πρῆξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο. cf. O. I 87. P. IX 68 — 8 δαμωσόμεθα· δαμώματα cum Stesichorus fr. 34 popularia carmina dixisset, Pindarus verbo δαμοῦσθαι vim canendi ad populi delectationem tribuere ausus est — **καὶ μετὰ πόνον**· **καὶ** non tam ad **μετὰ πόνον** quam ad γλυκύ τι δαμωσόμεθα pertinet; de traiectione particulae **καὶ** v. O. VII 26 — 10. Ταντάλου λίθον· servitutis periculum tamquam Tantali saxum Graeciae impendens dei beneficio depulsum dicit; cf. O. I 59 et Alcaeum Alcmanem Stesichorum in scholiis ad O. I 59 commemoratos et Eur. Or. 6 Τάνταλος κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον | ἀέρι ποτᾶται καὶ τίνει ταύτην δίκην. Nomini κεφαλᾶς particula γε poeta addidit, ut si capitis saltem periculum amotum esset, reliqua damna fortunae ferri posse significaret; similiter infra dixit v. 15 σύν γ' ἐλευθερίᾳ et v. 35 Δί γε — 12. δεῖμα μὲν παροιχόμενον· constructione Graecis et Latinis familiari nomen cum participio iunctum subiecti vicem explet — 13. τὸ δὲ πρὸ ποδὸς ἄρειον σκοπεῖν· cf. Hor. C. II 16, 25 *laetus in praesens animus quod ultrast oderit curare* — 14. χρῆμα πᾶν, perquam bonum; cf. ἅπας κίνδυνος N. VIII 21.

15 ss. amicitiam Thebanorum et Aeginetarum praesentem praeclare poeta fabulosa origine utriusque populi niti exponit —

Αἰγίνᾳ Χαρίτων ἄω-τον προνέμειν,
πατρὸς οὕνεκα δίδυμαι γέ-
νοντο θύγατρες Ἀ-σωπίδων
ὁπλόταται, Ζηνί τε ϝάδον - βασιλέι.
ὃ τὰν μὲν παρὰ καλλιρόῳ
Δίρκᾳ φιλαρμάτου - πόλιος ᾤ-
κισσεν ἀγεμόνα·

σὲ δ' ἐς νᾶσον Οἰνοπίαν ἐνεγκὼν Στρ. γ'.
κοιμᾶτο, δῖον ἔνθα τέκες
Αἰακὸν βαρυσφαράγῳ
πατρὶ κεδνότατον ἐπιχθονίων· ὃ καὶ
δαιμόνεσσι δίκας ἐπεί-
ραινε· τοῦ μὲν ἀντίθεοι
ἀρίστευον υἱέες υἱ-
έων τ' ἀρηίφιλοι - παῖδες ἀνορέᾳ
χάλκεον στονόεντ' - ἀμφέπειν ὅμαδον·
σώφρονές τ' ἐγένοντο πινυ-τοί τε θυμόν.
ταῦτα καὶ μακάρων ἐμέμ-ναντ' ἀγοραί,
Ζεὺς ὅτ' ἀμφὶ Θέτιος ἀγλα-
ός τ' ἔρισαν Ποσει-δᾶν γάμῳ,

17. *θύγατρες* Tricl.: *θυγατέρες D* — *Ἀσωπίδων θ' ὁπλ.* codd., *θ'* eiec. Pauw neque legisse videntur schol. — 18. *ὁπλόταται* Tricl.: *ὁπλότατα D* — 20. *ᾤκισσεν* Tricl.: *ᾤκισεν D* — 21. *ἔνεγκε κοιμᾷ τε* coni. Hermann — 23. *βαρυσμαράγῳ* coni. Herwerden — 24. *ἐπείραινε* Tricl.: *ἐπέραινε D* — 25. *στονόεντ'* Tricl.: *στονόεντα τ' D* — 27. *ἔρισαν* ex scholiis Benedictus: *ἔρισας D* —

17. *πατρός*· patrem Asopum, fluvium Boeotiae, fuisse patronymico nomine filiarum *Ἀσωπίδων* poeta indicavit. Asopi quinque filias fuisse tradit Paus. v 22, 6, Pindari quidem ille testimonio usus, verum non hoc, sed pleniore aliquo fr. 290. Hunc ipsum locum respicit civis nescio quis Thebanus, quem Herod. v 80 sic contionantem facit: *Ἀσωποῦ λέγονται γενέσθαι θυγατέρες Θήβη τε καὶ Αἴγινα κτλ.*, quamquam Herodotus, cum rem ante hanc victoriam Cleandri gestam illo loco exponat, ita loquitur, tamquam orator iste vetere fama, non Thebani vatis testimonio nitatur. Immerito autem Phliasii, ut suae patriae laudem augerent, Thebam et Aeginam filias fuisse iactabant non Boeotici, sed sui fluvii Asopi, qua de re v. Paus. ii 5, 2 — 17. *δίδυμαι*, geminae, non solum duae, quo arctiore vinculo Thebani et Aeginetae teneri viderentur — 20. *φιλαρμάτου πόλιος*· Thebarum curulibus studiis insignium; atque multi profecto Thebani, Aeginetae nulli quadrigis vicisse feruntur — 21. *σε*· Aeginam; vocativum, *ὦ Αἴγινα*, supplere audientibus et legentibus eo facilius permittere poeta potuit, quod nomen insulae poeticum *Οἰνοπίαν* adiecit et Aeaci matrem Aeginam fuisse neminem latebat — *Οἰνοπίαν*· metri causa novatum nomen pro *Οἰνώναν* — 23. *βαρυσφαράγῳ πατρί*· Iovi, qui Homero est *ἐρίγδουπος* et *εὐρύοπα* — 24. *δαιμόνεσσι δίκας ἐπείραινε*· fictum hoc esse videtur ex eo, quod Aeacum iudicem apud inferos esse perhibebant (v. Plat. Apol. 41a, Gorg. 523e); certe quas lites diis diiudicaverit, nihil memoriae proditum est — 25. *ἀρίστευον* cum idem quod *δεινοὶ ἦσαν* valeat, cum infinitivo *ἀμφέπειν* iunctum est — *υἱέες*, Peleus Telamon Phocus, *υἱέων παῖδες*, Achilles Aiax Teucer — 26. *μακάρων ἀγοραί*· dii immortales in contione deliberantes — 27. *ἀμφὶ Θέτιος γάμῳ* —

ἄλοχον εὐειδέ᾽ ἐθέλων - ἑκάτερος
ἑὰν ἔμμεν· ἔρως γὰρ ἔχεν.
ἀλλ᾽ οὔ σφιν ἄμβροτοι - τέλεσαν εὐ-
νὰν θεῶν πραπίδες,

ἐπεὶ θεσφάτων ἐπάκουσαν. εἶπε Στρ. δ΄.
δ᾽ εὔβουλος ἐν μέσοισι Θέμις,
εἵνεκεν πεπρωμένον ἦν
φέρτερον γόνον ἂν ἄνακτα πατρὸς τεκεῖν
ποντίαν θεόν, ὃς κεραυ-
νοῦ τε κρέσσον ἄλλο βέλος
διώξει χερὶ τριόδον-
τός τ᾽ ἀμαιμακέτου, - Δί γε μισγομέναν
ἢ Διὸς παρ᾽ ἀδελ-φεοῖσιν. ἀλλὰ τὰ μὲν
παύσατε· βροτέων δὲ λεχέ-ων τυχοῖσα
υἱὸν εἰσιδέτω θανόντ᾽ - ἐν πολέμῳ,
χεῖρας Ἄρεϊ τ᾽ ἐναλίγκι-
ον στεροπαῖσί τ᾽ ἀκ-μὰν ποδῶν.
τὸ μὲν ἐμόν, Πηλέι γάμου - θεόμορον
ὀπάσσαι γέρας Αἰακίδᾳ,
ὄντ᾽ εὐσεβέστατον - φάτις Ἰωλ-
κοῦ τράφειν πεδίον.

---

28. εὐειδέ᾽ ἐθέλ. Boeckh: εὐειδέα θέλ. codd. — 29. ἔμμεναι. ἔρως D — ἔχεν coni. Schmid: ἔσχεν D, ἕλεν Tricl. — 31. ἐπάκουσαν Tricl.: ἤκουσαν D, ὄπ᾽ ἄκουσαν coni. Hermann[2] — 33. γόνον ἂν ἄνακτα coni. Bergk: ἂν om. codd., τεκέμεν ἄνακτα πατρὸς γόνον coni. Mommsen — 35. χερὶ Tricl.: χειρὶ D — Δί γε μισγ. coni. Bergk, qui tamen quartis curis scripsit Δὶ δαμαζομέναν: Διὶ μισγ. D, Ζηνὶ μισγ. Tricl., Δί τε μισγ. coni. Hermann, Δὶ συμμισγ. Mommsen — Διός περ ἀδ. coni. Mingarelli probabiliter, δίοισιν ἀδ. Hartung — 37. χεῖρας Ἄρεϊ τ᾽ ἐν Boeckh: ἄρεϊ χεῖρας ἐναλ. D, ἄρεϊ χέρας ἐν. Tricl. — 38. Πηλέι γάμου θεόμορον ὀπάσσαι γέρας Αἰακίδᾳ coni. Hermann: πηλεῖ θεάμοιρον (θεόμοιρον Tricl.) ὀπάσαι γάμου αἰακίδα γέρας codd. — 40. φάτις Ἰωλκοῦ coni. Bothe: φασὶν (φασ᾽ Tricl.)

29. ἔρως γὰρ ἔχεν· amor enim eos oppressos tenebat; aliter Soph. Ant. 781 Ἔρως ἀνίκατε μάχαν . . . ὁ δ᾽ ἔχων μέμηνε — 30. θεῶν πραπίδες· consilia ceterorum deorum, qui prudentia suffragia de causa rixantium deorum Iovis et Neptuni ferebant — 32. Θέμις· Themidem, quae ante Apollinem Delphis oracula edidisse credebatur (v. P. XI 9 et conf. θέμιτες = vaticinia P. IV 54. fr. 192), hoc vaticinium edidisse Pindarus ipse finxisse videtur; Pindari vestigia postea secuti sunt Aeschylus Prom. 786 et Apollonius Rhod. IV 800 — 33. εἵνεκεν· ὅτι, quam eandem vim particulae οὕνεκα tribuerunt Hom. Od. V 216. Soph. OR. 708. Phil. 232 — 35. ἀδελφέοισιν· unum fratrem Neptunum intellegit; cf. I. I 13. Salebrae autem orationis, quod παρ᾽ ἀδ. dixit tamquam non μισγομέναν, sed λέχεων τυχοῖσαν praecesserit, dubito utrum ferendae an emendando removendae sint — ἀλλὰ παύσατε· ex obliqua oratione ad rectam dea transit, alacri vi particulae ἀλλὰ quasi commota — 37. στεροπαῖσί τ᾽ ἀκμὰν ποδῶν· respicit Homerica Achillis epitheta πόδας ὠκύν et ποδάρκη et πόδας ἀργόν. Achilles autem suo patre et ceteris ducibus praestitit, quando in fatis erat, ut filius Thetidis suo patre potentior esset — 38. τὸ μὲν ἐμόν· meum consilium est, non, ut alias, meum munus — 40. Ἰωλκοῦ· hanc urbem a Peleo captam esse poeta narrat N. III 34;

ἰόντων δ' ἐς ἄφθιτον ἄντρον εὐθὺς   Στρ. ε'.
Χείρωνος αὐτίκ' ἀγγελίαι·
μηδὲ Νηρέος θυγάτηρ
νεικέων πέταλα δὶς ἐγγυαλιζέτω
ἄμμιν· ἐν διχομηνίδεσ-
σιν δὲ Ϝεσπέραις ἐρατὸν
λύοι κεν χαλινὸν ὑφ' ἥ-
ρωι παρθενίας. - ὣς φάτο Κρονίδαις
ἐννέποισα θεά· - τοὶ δ' ἐπὶ γλεφάροις
νεῦσαν ἀθανάτοισιν· ἐπέ-ων δὲ καρπὸς
οὐ κατέφθινε. φαντὶ γὰρ - ξύν' ἀλέγειν
καὶ γάμον Θέτιος ἄνακτε·
καὶ νεαρὰν ἔδει-ξαν σοφῶν
στόματ' ἀπείροισιν ἀρετὰν - Ἀχιλέος·
ὃ καὶ Μύσιον ἀμπελόεν
αἵμαξε Τηλέφου - μέλανι ῥαί-
νων φόνῳ πεδίον,

ἰαωλκοῦ codd., φρασὶν 'ἰωλκοῦ τράφεν coni. Bergk — 41. εὐθὺς codd.: εὐθὺ coni. Hermann — 43. Νηρέος Boeckh: νηρέως codd. — 44. -δεσι *D* — 45. λύοιτ' ἂν coni. Herwerden — ἐννεπ. *Byz.*: ἐνεπ. *BD* — 46. ξύν' ἀλ. coni Hermann: συναλ. codd. — 47. γάμον *D*: γάμ.. *B*, γάμον Tricl. — ἄνακτε Tricl.: ἄνακτα *BD*, ἄνακτι Kayser — καὶ νεαρὰν coni. Schmid: καὶ νέαν codd.; αἴïνέαν τ' Bergk — 48. στόματ' ἀοιδαῖσιν coni. Hartung — ἀχιλέως *B*, ἀχιλλέος *D* —

ibi autem Peleus non natus, sed postquam Aegina patria pulsus fuit (v. N. v 15), commoratus esse ferebatur — 42. *Χείρωνος*· Chironem, qui in vicino monte Pelio habitabat, nuptias Pelei et Thetidis conciliasse Pindarus N. iv 60 narravit, veterem, opinor, famam secutus — 43. *πέταλα*, suffragia, quod foliis oleaginis olim ea inscribebantur, unde *πεταλισμός* Syracusanorum et *ἐκφυλλοφόρησις* scriptorum Atticorum, si cui Athenis magistratus derogabatur; *νεικέων πέταλα* autem turbulentarum litium suffragia dicuntur, qualia tunc rixarum Iovis et Neptuni erant — 44. *μηδὲ Νηρέος . . . ἄμμιν ἐν διχομηνίδεσσιν δὲ . . . παρθενίας*· rerum nexum si spectas, duorum enuntiatorum alterum alteri non adiunctum, sed subiunctum est: ne iterum Nerei filia rixarum discrimina moveat, statim proximo plenilunio mortali marito iungatur — 44. *διχομηνίδεσσιν*· faustum tempus nuptiis plenilunium a Graecis habitum esse docet Eur. Iph. Aul. 717 *τίνι δ' ἐν ἡμέρᾳ γαμεῖ; ὅταν σελήνης εὐτυχὴς ἔλθῃ κύκλος* — 45. *λύοι*, alias vir, non feminina zonam solvere (*λύειν*) dicitur, unde Herwerdenus medium coniectura restituendum censuit — *ἐπὶ γλεφάροις νεῦσαν*· praeverbium *ἐπὶ* a suo verbo *νεῦσαν* tmesi seiunctum est; cf. Ind. u. tmesis — *ἐπέων δὲ καρπὸς οὐ κατέφθινε*, quandoquidem consilio vaticinantis deae obsequebantur — 47. *καὶ . . . καὶ* sibi respondere videntur, quamvis modi verborum (*ἀλέγειν* et *ἔδειξαν*) diversi sint. Certe vocabula *ξυνά* et *γάμον* particula *καί* coniungi nequeunt, immo *ξυνὰ* vim adverbii habet — 48. *νεαρὰν* et *ἀπείροισι* eodem pertinent, quod et sapientes i. e. poetae novam (cf. N. viii 20) virtutem Achillis canebant et auditores talia facinora nondum audiverant — 50. *Τηλέφου φόνῳ*· rectius I. v 42 Telephum ab Achille vulneratum, non occisum esse dixit; neque scio an data opera poeta errorem hoc carmine commissum postea in illo carmine correxerit. Ceterum adiectivum *ἀμπελόεν* eo spectat, quod Telephus vulneratus esse fertur *ἐμπλακεὶς ἀμπέλου κλήματι τὸν μηρόν* (v. schol. Il. i 59) —

γεφύρωσέ τ' Ἀτρεΐδαισι νόστον, *Στρ. ϛ'.*
Ἑλέναν τ' ἐλύσατο, Τροΐας
ἶνας ἐκταμὼν δορί, ταί
νιν ῥύοντό ποτε μάχας ἐναριμβρότου
ἔργον ἐν πεδίῳ κορύσ-
σοντα, Μέμνονός τε βίαν
ὑπέρθυμον Ἕκτορά τ' ἄλ-
λους τ' ἀριστέας· οἷς - δῶμα Φερσεφόνας
μανύων Ἀχιλεύς, - οὖρος Αἰακιδᾶν,
Αἴγιναν σφετέραν τε ῥί-ζαν πρόφαινεν.
τὸν μὲν οὐδὲ θανόντ' ἀοι-δαὶ ἔλιπον,
ἀλλά ϝοι παρά τε πυρὰν τά-
φον θ' Ἑλικώνιαι - παρθένοι
στάν, ἐπὶ θρῆνόν τε πολύφα-μον ἔχεαν.
(65) *ἔδοξ' ἆρα καὶ ἀθανάτοις,*
ἐσλόν γε φῶτα καὶ - φθίμενον ὕμ-
νοις θεᾶν διδόμεν.

τὸ καὶ νῦν φέρει λόγον, ἔσσυταί τε *Στρ. ζ'.*

---

51. *ἀτρεάδ.* *BD* — 53. *ποτε* Tricl.: *ποτ' ἐκ.* *BD* — *ἐναριμ....*· hic desinit *B* — 55. *Φερσ.* Boeckh coll. O. xiv 21 et P. xii 2: *περσ.* *D* — *ἀχιλεὺς* Tricl.: *ἀχιλλεύς* *D* — 56. *οὐδὲ* Boeckh: *οὔτε* *D* — *ἀοιδαί γ' ἐλ.* coni. Hermann; conf. ad O. i 103 — 57. *Ἑλικωνίδες* coni. Hecker — 58. *στὰν* coni. Heyne: *ἔσταν* codd. — *ἔχεαν* Schmid: *ἔχευαν* codd., fort. *ἔχεϝαν* — 59. *ἄρα* *D* — 60. *ἐσλόν γε* ex scholiis ed Rom.: *ἐς λόγον γε* codd. — 61. *ἔχει λόγον* coni. Hecker collato

51. *γεφύρωσε νόστον*· eadem metaphora, sed particula *οἱονεί* addita usus est Polybius i 10: *ἐᾶσαι Καρχηδονίους οἱονεὶ γεφυρῶσαι τὴν εἰς Ἰταλίαν αὐτοῖς διάβασιν* — *ἐλύσατο*· medio sua hoc loco vis est, quod Helenam Achilles liberasse dicitur, non ut ipsa sua libertate frueretur, sed ut sibi et marito iusto redderetur — 53. *ἶνας ἐκταμών*, nervis excisis — *ποτε* tempori imperfecto *ῥύοντο* praeter consuetudinem addidit, ut similiter atque usu pronominis *τις* v. 1 non semel sed aliquotiens prohibitum eum esse significaret — 54. *ἐν πεδίῳ*, in campo Troiano, addidit, non ut monti, in quo urbs posita erat, contrarium indicaret, sed ut quasi oculis proelia in campo depugnata cerneremus — *κορύσσοντα μάχας*· ad exemplum Homerici *πόλεμον κορύσσων* Il. *B* 273 — *Μέμνονος βίαν*· periphrastice, ut P. xi 61, hoc autem et quae sequuntur nomina locum appositionis vocabuli *ἶνας* obtinent — 55. *σφετέραν τε ῥίζαν*· non unam rem duobus nominibus (*Αἴγιναν* et *ῥίζαν*) poeta declarasse, sed nomine *ῥίζα* proprie gentem Achillis i. e. Peleum et Aeacidas significasse videtur — 56. Musas in funere Achillis naenias canentes primus finxerat Arctinus in Aethiopide, cuius narratio respicitur Od. xxiv 60; quem locum et ipsum respicit Philostratus vit. Apoll. iv 16, Heroic. p. 323 — 57. *Ἑλικώνιαι*· suaviter Musas, ut amorem patriae suae significaret, Heliconias cognominavit — 58. *πολύφαμον*, ut *πολύφατον* O. i 8. N. vii 81, vocem a toto choro emissam significat — *ἔχεαν*, carmen fuderunt, ut *χέει φωνήν* Od. xix 521, *φθόγγον χέειν* Aesch. Sept. 73. Forma *ἔχευαν* si recte tradita est, littera *υ* vim semivocalis vel digammi habet, ut in *ἀνευρύῃ* O. xiii 81.

59. a naeniis herois ad laudationem viri nuper mortui transit, ut sub finem carminis ad victorem praesentem redeat — 60. *ὕμνοις θεᾶν διδόμεν*, ut eum praedicent, vel ut Pindarica metaphora (v. N. x 26) utar, ut eum praedicando sulcos ducant — 61. *τὸ καὶ νῦν φέρει λόγον*· quod diis placuit, ut fortes viros etiam

Μοισαῖον ἅρμα Νικοκλέος
μνᾶμα πυγμάχου κελαδῆ-
σαι. γεραίρετέ νιν, ὃς Ἴσθμιον ἂν νάπος
Δωρίων ἔλαχεν σελί-
νων· ἐπεὶ περικτίονας
ἐνίκασε δή ποτε καὶ
κεῖνος ἄνδρας ἀφύκ-τῳ χερὶ κλονέων.
τὸν μὲν οὐ κατελέγ-χει κριτοῦ γενεὰ
πατραδελφεοῦ· ἁλίκων - τῷ τις ἁβρὸν
ἀμφὶ παγκρατίου Κλεάν-δρῳ πλεκέτω
μυρσίνας στέφανον· ἐπεί νιν
Ἀλκαθόου τ' ἀγὼν - σὺν τύχᾳ
ἐν Ἐπιδαύρῳ τε πρὶν ἔδεκ-το νεότας·
τὸν αἰνεῖν ἀγαθῷ παρέχει·
ἥβαν γὰρ οὐκ ἄπει-ρον ὑπὸ χει-
ᾷ καλῶν δάμασεν.

Eur. fr. 208 — 63. *γεραίρετε* coni. Bothe: *γεραίρεται D* — *ἂν νάπος* coni. Hermann: *ἀνάπος D*, *ἂν πέδον* Tricl. — 65. *κἀκεῖνος* codd. — *ἀφύκτῳ* Tricl.: *ἀφύκτε D* — *χερὶ* Tricl.: *χειρὶ D* — *τὸν μὲν* Tricl: *τὸ μὲν D* — *γενεὰ* Tricl.: *γενεὰν D*; fort. *κριτὸς γενεά* — 67. *ἀλκαθόου* Tricl.: *ἀλκάθου D* — 68. *ἐν* Tricl.: *εἰ D* — *πρὶν ἔδεκτο νεότας* coni. Bergk: *νεότας πρὶν ἔδεκτο* codd., *νεότας δέκετο πρίν* coni. Hermann — 69. *παρέχει* Tricl.: *παρέχειν D* — 70. *χειᾷ* (sine *πω*) Tricl.: *χία* (vel *χόα* potius) *πω D*.

mortuos carminibus dearum, Musarum, ornarent, hoc cadit etiam in hoc tempus; cf. O. II 24. P. I 35 — 62. *Μοισαῖον ἅρμα*, de Musis curru vehentibus, unde soluta oratio pedestris dicta est, vide I. II 1 et O. VI 22 — *Νικοκλέος*, patrui (*πατραδελφεοῦ*) Cleandri, ut ex v. 65 apparet; eum paulo ante in pugna navali apud Mycalen cecidisse sunt qui ex comparatione cum Achille coniciant — 63. *μνᾶμα*, monumentum sepulcrale, ut epigrammata in honorem mortuorum *ἐπιθύμβια ἔπεα* audiunt — 64. *Δωρίων*, quod Corinthii, qui ludos Isthmicos administrabant, Dores erant et Pindarus Doribus blandiendi occasionem, ut a quibus salutem patriae magis quam ab Atheniensibus Ionibus speraret, arripuit — *περικτίονας*· qui ludorum Isthmicorum participes erant et etiam N. IV 44 *ἀμφικτίονες* audiunt — 65. *καὶ κεῖνος ἀνήρ*· Nicocles, ut olim Achilles — 65. *κατελέγχει*· non dedecore patruum afficit patruelis, ut qui virtute eum aemuletur; cf. N. III 15. I. III 14; melius autem haec sententia exprimeretur, si patruelis potius quam patruus epitheto *κριτοῦ* ornaretur — 67. *μυρσίνας στέφανον*· hinc elucet ludis Megarensibus (*Ἀλκαθόου ἀγῶνι*) et Epidauriis coronam myrteam mercedem victori datam esse, quamvis nihil de hac re memoriae traditum invenerim; bene autem huic rei convenit, quod vere incipiente ludi Megarenses fieri traduntur; v. Prol. XC — *σὺν τύχᾳ*, cum felici eventu; cf. N. VI 28 — 69. *παρέχει*, promptum est, decet, quae neutralis vis verbi *παρέχειν* non solum a poetis, ut Eur. El. 1080, sed etiam a scriptoribus, ut saepe ab Herodoto usurpata est — 70. constr. *ἄπειρον καλῶν. δάμασεν* similiter atque *δαμαλίζειν* P. V 121 translatam vim perdendi habere videtur; nam qui in latibulis exsors rerum honestarum degit, is vitam quasi corrumpit; similem sententiam habes O. I 85.

FRAGMENTA

CARMINUM DEPERDITORUM.

I.

ΙΣΘΜΙΟΝΙΚΑΙ.

1 [4].

–̈ ⏑ – ⏒ –̇ ⏑ – – –̈ ⏑ – – –̇ ⏑ –
– –̈ ⏑ – ⏒ –̇ ⏑⏑ – –
– –̈⏑ ⏑ – ⏑⏑ –
–̈ ⏑ – – –̇ ⏑⏑ –   –̈ ⏑ ⏓
–̈ ⏑⏑ – ⏓ –̇ ⏑ – –
–̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –̇ ⏑ – – –̇ ⏑ –   –̈ ⏑⏑ –
– –̈ ⏑ – – –̈ ⏑⏑ – ⏑⏑ –
– –̈ ⏑ – ⏓ –̇ ⏑ – –

Κλεινὸς Αἰακοῦ λόγος, κλεινὰ δὲ καὶ ναυσικλυτὸς
Αἴγινα· σὺν θεῶν δέ νιν αἴσᾳ
Ὕλλου τε καὶ Αἰγιμιοῦ
Δωριεὺς ἐλθὼν στρατὸς ἐκ-τίσσατο·
τῶν μὲν ὑπὸ στάθμᾳ νέμονται,
οὐ θέμιν οὐδὲ δίκαν ξείνων ὑπερβαίνοντες· οἷ-οι δ' ἀρετὰν
δελφῖνες ἐν πόντῳ, ταμίαι τε σοφοὶ
Μοισᾶν ἀγωνίων τ' ἀέθλων.

Fragmentorum numeri sunt editionis Bergkianae quartae, Lips. 1878; numeri uncinis inclusi editionis Boeckhianae sunt. In generibus carminum ordinandis indicem Pindari librorum Prol. ci. secuti sumus.

Fr. 1 est initium Isthm. ix, exstat in ultimo folio Pindarici cod. *D* — v. 2. *θεῶν* coni. Boeckh: *θεῶ* *D* — 3 sq. cf. Prol. cxxiii — 4. *ἐκτίσσατο* Hermann: *ἐκτήσατο* *D* — 5. *τῶν μὲν* coni. Hermann: *τὰ μὲν* *D* — 7. *δελφῖνες·* cf. P. iv 17. N. vi 63 — 8. *Μοισᾶν ἀγωνίων τ' ἀέθλων·* cf. O. xi 19.

2.

⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ – ⏑ ⏑⏑ ⏑ – ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

Ὁ δ' ἐθέλων τε καὶ δυνάμενος ἁβρὰ πάσχειν
τὰν Ἀγαμή-δει Τροφωνίῳ θ' Ἑκαταβόλου συμβουλίαν λαβών.

3 [26].

